



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

WIDENER LIBRARY



HX Q4KJ X

2216.186



Harvard College Library

FROM


THE ESTATE OF

HON. GEORGE P. SANGER,

OF CAMBRIDGE,

(H. U. 1840)

Received 16 October, 1890.







T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM

AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI,
SIGISM. GELENI, HENR. LORITI GLAREANI, CAR.
SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR.
GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC.
PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSI, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,
ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.


ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM
A JO. FREINSHEMIO CONCINATA.

EDITIO NOVA AUCTION ET EMENDATIO.

TOMUS QUINTUS. PARS PRIOR.


STUTGARDIAE,
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WURTEMBERGICAE.
LIPSIAS IN COMMISSIS APUD C. H. F. WARTMANNUM.
MDCCCXXII.



T. LIVII PATAVINI
H I S T O R I A R U M
A B U R B E C O N D I T A
L I B R I , Q U I S U P E R S U N T , O M N E S .

TOMUS QUINTUS.

PARS PRIOR.



T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA.
LIBRI

EPITOME LIBRI NONI

T. Veturius et Sp. Postumius apud Caudinas Furcas, deducto in locum arctum exercitu, quum nulla spes evadendi esset, foedere cum Samnitibus facto, et sexcen-

T. Veturius et Sp. Postumius] In Ms. consules additur. DELRIUS. Copula et inter duorum consulum nomina omittitur in Voss. Berg. et Boenderm. quam Livius etiam non agnoscit infra hoc lib. c. 1, 2. V. ad 2, 17, 1. Deinde *Postumius cons.* Boenderm. et Exo. Pithoei. *Postumius consul* Berg. Mox *apud furcas*, neglecta voce media, Boend. *apud furcas Caudinas*, trajectis dictionibus, Berg.

Deducto in locum iniquum exercitu] Barber. *in locum arctum*. Recte, nam propter hoc ipsum iniquus erat. Justinus 1, [8.] *Cyrum ad angustias usque perduxit. Ibi, compositis in montibus insidiis, ducenta millia Persarum cum ipso rege trucidavit.* Idem 11, [8.] de Alexandro. *Itaque timens angustias magna celeritate Taurum transcendit.* Noster hoc lib. [c. 23, 9.] *Lo-*
Liv. Tom. V. P. I.

ctis angustis, milites, deprehensi, nisi quam victoria patefecerimus, viam nullam habemus. J. FR. GRON. Fortassis etiam plures M&i habent *arctum*. Sed non video, cur vir summus, tantum unius auctoritate nixus, vulgatam scripturam mutandam putaverit. Neque enim dubium est, quin *laeca arcta* etiam *iniqua* dici possint. Et non tam ipse locus, in quem exercitum deduxerant consules, arctus erat, ut quem satis patentem campum, in quo etiam castra posita fuerint, habuisse dicat Livius c. 2. quam aditus et exitus illius. DUK. Juvandae lectioni, quam Gronovius ex cod. Barber. in contextum recepit, inaequivale potest, quod Livius c. 2, 7. *furculas Caudinas vocet saltus duos altos angustos, mox angustias, deinde saltum arctiorem.* Vorum scripturam illam in uno tau-

tis equitibus Romanis obsidibus datis, ita exercitum abduxerunt, ut omnes sub jugum mitterentur. iidemque, auctore Sp. Postumio consule, (qui in senatu suaserat, ut eorum deditio, quorum culpa tam deforme foedus ictum erat, publica fides liberaretur) cum duobus tribunis plebis et omnibus, qui foedus sponderant, dediti Samnitibus, non sunt recepti. nec multo post, fuis a Papirio Cursore Samnitibus et sub jugum missis, rece-

tum meorum Leid. reperi; at in locum tacitum in Voss. Berg. Exc. Pithoei, et Norvic. in locum iniquum Boend. ac reliqui. Gellius 17, 21. *Consules T. Veturius et Sp. Postumius in locis iniquis apud Candidum a Samnitibus circumvallati ac sub jugum missi.* Et ita in loco à Gronov. laudato Livius 9, 23, 9. quum dictator se locis angustiis deprehensum dixisset, addit: *si homines juvare velint, iniqua loca sunt.* In verbis sequentibus alio ordine *spes nulla esset evadendi* legunt Leid. Voss. Berg. et Boend.

Ita exercitum abduxerunt, ut omnes sub jugum mitterentur] abduxerunt Voss. et Boend. Tum voculam *ut* ignorat Leid. Tandem *sub juga* Boend. Praeterea mox *idemque*, pro *iidemque*, Berg. Boend. et antt. edd. V. ad 40, 22, 14. *Itemque* Voss. V. ad Epit. Liv. 69.

Quorum culpa tam deforme foedus ictum erat, publica fides liberaretur] Vocula tam exulat a Boend. et Hearnii Norvic. Insuper *publica fide* Berg. *publice fide* Boend.

Qui per foedus sponderant] Vet. lib. qui foedus sponderant. SIG. qui per fidem sponderant Boend. *qui fidem sponderant* Voss. et Berg. Sed *foedus* et *fides* in Mitis etiam alibi commutantur. Exemplum supra habuimus 4, 7,

4. et infra occurret hoc lib. c. 40, 18. Sigonii vet. lib. consentit Leid.

Nec etiam multo post] Vet. lib. nec multo post. SIG. Sigonio etiam delenti favent omnes mei: ex quibus Voss. et Boend. cum edd. vett. praeferunt *insuper postea.*

Pudor prioris flagitii abolitus] pudor flagitii prioris Berg. et Boend. Tum *oblitus* Voss. *ablatus* Berg. Deinde addunt omnes scripti mei, et Hearnii Norvic. cum edd. ante Moguntinam *verbum est*, quod recepi.

Ufentina et Falerina] Ex Festo et lapidibus Ufentina scribendum. DELR. *Offentina* Voss. Leid. et Hearnii Norvic. *Offensima* Boend. *Ofentina* Berg. Exc. Pithoei, et edd. antt. Deinde *Falerina* Boend. *Falerna* Voss. *Faleria* Leid. Berg. Hearnii Norvic. et edd. vett. V. infra ad hujus lib. c. 20, 6. In verbis praecedentibus *sunt adjectae* Berg.

Suessa et Pontia coloniae deductae sunt] Pontias Voss. Leid. Berg. et Hearnii Norvic. *Pontiae* ejusdem Oxon. B. et edd. Ascens. anni 1513. 1516. allaeque omnes usque ad Gruter. qui in ed. postuma voces *Ufentina et Falerina. Suessa et Pontiae coloniae deductae sunt* perperam omisit errore typographorum, quibus inposuit *repetitio verbi sunt.* Eas restituit

pisque sexcentis equisibus Romanis, qui obsides dati erant, pudor prioris flagitii abolitus est. Tribus duae adjectae sunt, Ufentina et Falerina. Sueffa et Pontiae coloniae deductae sunt. Ap. Claudius censor aquam perduxit: viam stravit, quae Appia vocata est libertinorum filios in senatum legit. Ideoque, quoniam is ordo videbatur inquinatus indignis, sequentis anni consules in senatu legendo observaverunt, quemadmodum ante per

Gronov. anno 1665. ejus loco postea Jac. Gronov. eumque secuti Hearne, J. Clericus et nuper Londinenses dederunt *Pontia*. Sed numero plurali *Pontias* etiam vocantur Livio infra hoc lib. c. 28, 7. *Sueffa et Pontias eodem anno colonias deductae. Sueffa Aurruncorum fuerat. Volsci Pontias insulam sitam in conspectu litoris sui incolerant. ubi v. quae notantur. Possent quidem videri, codices velle Sueffam et Pontias; potius tamen Sueffa et Pontias, ut olim edebatur, revocavi.*

Aquam Claudiam perduxit] Hearne adnotat, in Livio c. 29, 6. esse aquam in urbem duxit. Si hoc rectius dici putavit, non adsentior illi. Frontino in libro de Aquaeductibus frequens est utrumque. Suet. in Aug. 42. *Perductis pluribus aquis.* Sic idem in Claud. 20. et Inscript. Grut. p. 176. n. 1. p. 177. n. 1. DUR. Media vox non adparet in Voss. Leid. Berg. Boend. et Exc. Pithoei: neque in edd. etiam antiquis conspicitur ante Ascensium. Eorum itaque fide induxi, quum etiam Livius omiserit hoc lib. c. 29, 6. *Viam munivit, et aquam in urbem duxit; saepe unus perfecit.* Sane aqua, quam Ap. Claudius censor in urbem duxit, *Appia* vocatur, et dilinguitur ab aqua *Claudia*, quam Cajus Caesar, qui Tiberio successit, inchoavit, et Claudius im-

perator magnificentissime consummavit, apud Frontin. 1. de Aquaed. Eam tamen, quum Appius perduxit, *aquam Claudiam* vocarunt etiam Pomponius Jctus l. 2. §. 36. ff. de Orig. jur. et Eutrop. 2, 9.

Libertinorum filios in senatu legit] Vet. lib. in senatum. SIG. Eandem lectionem servant non tantum omnes codd. mei, verum etiam typis descripti Aldo antiquiores. Praeterea *eligit* Voss. et Boend. sollemni errore, de quo v. ad 2, 1, 10.

Ideoque, quoniam is ordo videbatur inquinatus indignis] *Ideo, quoniam is ordo* Leid. *Ideoque is ordo* Berg. Sed in priorique a proxime sequenti *quoniam*, in posteriori *quoniam* a praecedenti quo interscipiantur. Deinde *indignis inquinatus videbatur* Leid. et Berg.

Sequentis anni consules in senatu legendo observaverunt] *sequentis anni censors* perperam antt. excusi. Tam vox *legendo* exsulat a Voss. Leid. Boend. Hearnii Norvic. et Exc. Pithoei. tres vero in senatu legendo a Berg. qui etiam praefert *observaverunt*.

Quemadmodum ante per proximos censors observatum fuerat] *quemadmodum ante proximos censors fuerat* Voss. Boend. et Hearnii Norvic. *quemadmodum per proximos*

proximos censors. observatum fuerat. Res praeterea contra Apulos, Etruscos, Umbros, Marsos, Pelignos, Aequos et Samnites, quibus foedus erat restitutum, prospere gestas continet. Flavius scriba, libertino patre natus, aedilis curulis fuit per forensem factionem creatus: quae quum comitia et campum turbaret, et in iis propter nimias vires dominaretur, a Q. Fabio censore in

mos censors fuerat Berg. in quo tamen etiam per non nisi a m. 2. existat. quemadmodum ante per censors institutum fuerat Leid.

Contra Apulos, Etruscos, Umbros, Marsos, Pelignos, Aequos et Samnites] Ex vet. lib. Appulos. DELR. Melius tamen per unicum ꝑ scribi, docuit Dausquej. in Orhogr. part. sec. ea voce. Ceterum contra Apulos, et Etruscos, et Umbros, et Marsos, et Pelignos, et Aequos et Samnites legunt Berg. et Leid. V. ad Epit. l. 13. Praeterea Umbrios est in Boend. qui etiam non agnoscit vocem Marsos. In verba sequentibus foedus restitutum, omissa media voce, Voss. foedus restitutum est Leid. Berg. et Boend.

Flavius scriba, libertino patre natus] C. Flavius scriba Eto. Pithoei. Fabius scriba corrupte Voss. et Boend. Pari modo etiam aliis locis scribae aberrarunt. V. ad 8, 22, 2.

A Q. Fabio censore in quatuor tribus redacta est. Eaquo-res] MS. auctius Q. Fabio censore in quatuor tribus redacta est, quas urbanas appellavit. J. FR. GRON. Trigam hanc vocum, quas Gronovius in contextum recepit, agnovisse etiam videntur Voss. et Leid. quamvis enim comparati fuerint cum ed. quae illas exhibebat, nihil tamen ex iis notatum in excerptis video. Contra vero omittunt

Berg. et Boend. Praeterea Q. Fabio, omissa praepositione, Voss.

Eaquo res Fabio Maximo nomen dedit] Vet. lib. Maximi. id est, ex eo ro Maximus appellatus est. Sic Livius [c. 46, 15.] Porro autem adde haec verba ex manuscriptis. „ † Badius haec habet in exem- „ plari suo. „ † In hoc libro mentionem habet Alexandri, qui temporibus his fuit, et, aestimatis populis Romani viribus, quae tunc erant, colligit; si Alexander in Italiam trajecisset, non tam facilem et victoriam de populo Romano fore, quam de gentibus, quas ad Orientem imperio suo subiecerat. SIG. Ea res Berg. Codices autem mei vel per compendium Fabio Max. vel a Sigonii vet. lib. dissentientes Fabio Maximo praeferrunt; quod eodem sensu, quo illud Sigonii, accipiendum erit. Fabio dedit nomen Maximo, simili constructione, ac supra ex Mâis restitui in Epit. l. 2. Servo iudici, cui Vindicio nomen fuit, libertatem dedit. Quae autem Sigonius ex Mâis addi iussit, non modo existant in scriptis omnibus, quibus usus sum, sed etiam in edd. vet. usque ad Aldum, qui primus omiserat.

In hoc libro mentio Alexandri magni] Gruterus, qui in postrema ed. ultima haec verba, quae Aldus resciderat, iterum recepit, ita edidit; cui vix convenire pot-

quatuor tribus redacta est, quas urbanas adpellavit. Eaque res Fabio Maximo nomen dedit. In hoc libro mentio Alexandri Magni, qui temporibus bis fuit; et, aestimatis populi Romani viribus, quae tunc erant, colligitur, si Alexander in Italiam trajecisset, non tam facilem ei victoriam de populo Romano fore, quam de iis gentibus, quas ad Orientem imperio suo subjecerat.

est, quod sequitur, colligit. Omnes scripti, etiam Hearnii Norvic. et edd. ante Aldum cum Sigonio legunt *In hoc libro mentionem habet Alexandri*, ultima voce Magni omissa: nimirum mentionem habet Livius. Id autem recipiendum videtur, nisi forte mox cum Boend. et edd. vett. pro *colligit* legendum sit *colligitur*. quod recepi.

Non tam facilem ei victoriam de populo Romano, quam de iis gentibus] non tantam ei victoriam de po. Ro. fore, quantum de his gentibus Boend. non tantam ei victoriam Voss. non tam ei victoriam Berg. non tam facilem victoriam Leid. qui cum praecedenti Berg. mox legunt sine pronomine quam de gentibus.

T. LIVII PATAVINI

LIBER NONUS.

- 1 I. Sequitur hunc annum nobilis clade Romana
Caudina pax, T. Veturio Calvino, Sp. Postumio
2 consulibus. Samnites eo anno imperatorem C. Pontium, Herennii filium, habuerunt, patre longe prudentissimo natum, primum ipsum bellatorem du-

§. 1. *T. Veturio Calvino, Sp. Postumio consulibus*] Adjiciendum utrisque iterum, ut Cicero 3. Officiorum [30.] habet: quanquam apud eundem in Catone majore [12.] omissus est numerus, errore, ut puto, librariorum. Fuisse autem hi consules antea anno cxxx. ab urbe condita. GLAR. Licet verum sit, hos consules etiam duodecim annis ante in eodem honore collegas fuisse; Glareano tamen ad h. loc. et, qui vestigiis ejus insistit, Pighio in Anal. ad ann. cxxxii. p. 348. non adsentior, utriusque eam ob causam iterum adjiciendum esse. Iterati enim honoris notam saepissime apud Livium omitti, supra vidimus ad 2, 16, 7. Ceterum priori consuli perperam *Lucii* praenomen tribuitur apud Cic. 3. de Offic. 30. in ed. Graev. utraque; sed, ut videtur, operarum errore: quamvis similiter etiam existet in Oxoniensi anni 1695. *Tiberius* vocatur in multis edd. Gellii 17, 21. quomodo Pighius etiam apud Zonar. 7. Ann. 26. reperiri testatur, idque erroris

arguit. Rectius itaque *Titus* dicitur in Gellii ed. Aldina. Deinde inter utriusque consulis nomina voculam *et* interjicit Lovel. 2. de quo v. ad 2, 17, 1. Insuper posteriori consuli *Marci* praenomen tribuunt Harlej. (intelligo posteriorem, in priori enim liber 9. et 10. desunt: quare deinceps nullo addito numero laudabo) et Hearnii Oxon. L. 1. Praenomen ejus unica litera S. exprimitur in Fragm. Hav. more antiquo. Eam enim interdum praenomini *Spurius* indicando olim adhibitam fuisse, docet Aegyptius ad Senatuscons. de Bacchan. p. 144. Ita et infra 10, 40, 8. Ceterum praecedentia verba hujus cap. perperam desunt in Voss. 1. et Lovel. 1.

§. 2. *Samnites eo anno imperatorem C. Pontium, Herennii filium, habuerunt*] Prima vox non adparet in Leid. 2. Sed eandem transponens Harlej. praefert *Eo anno Samnites*, in quo iterum vox quarta *imperatorum* omissa est. Tum *habuere* Gærtz. Praeterea Sam-

cemque. Is, ubi legati, qui ad dedendas res mis-
si erant, pace infecta redierunt, *Ne nihil actum,*
inquit, *bac legatione censeatis, expiatum est, quidquid*
ex foedere rupto irarum in nos coelestium fuit. Satis 4
scio, quibuscumque Diis cordi fuit, subigi nos ad necessita-

nitium imperatorem Pontium He-
rennii filium etiam infra bis Li-
vius vocavit hoc lib. c. 15. At
Cic. ejus patrem vocat itidem
C. Pontium de Senect. 12. *Hoc*
cum C. Pontio Samnite, patre ejus,
a quo Caudino proelio Sp. Postu-
mius, T. Veturius consules supera-
ti sunt, locutum Archytam Near-
chi dicebat. Hinc efficiendum vi-
detur, patrem, aequus ac filium
Imperatorem, dictum fuisse C.
Pontium; at patrem cognomen
Herennii habuisse, filium Thelesi-
ni, id enim ei tribuitur apud
Aurel. Vict. de Vir. Inlust. 30.
C. Veturius et Sp. Postumius con-
sules bellum adversus Samnites ge-
verentes, a Pontio Thelesino duce ho-
stium in insidias deducti sunt. Et
mox, Pontius aditum patrem Ho-
rennium rogavit, quid fieri place-
ret. Livius vero, C. Pontium He-
rennii filium memorans, eo gene-
re loquendi usus est, quod supra
ei restituit Sigonius 4, 45, 5. C.
Servilium, Prisci filium. ubi plu-
ra dicta sunt. Quum itaque in-
fra dicit c. 3, 4. Herennium Pon-
tium, patrem imperatoris, cogno-
men nomini gentilitio praeposuis-
se censendus est; quod Romanis,
et in primis Livio, frequens est.
Infra 30, 1, 9. Jurisdictionem ur-
banam Pactus Aelius est sortitus.
ubi plura vide. Eodem modo
accipiendus videtur locus Livii
infra 39, 13, 9. Viros eam pri-
mam rivos alios in Italia Minium et
Herennium Cerrinius. (At Heren-*
niius ejus praenomen esse putat
Sigon. ad Liv. 22, 34, 3.) Mox
usum errore librarii exsulat a
Leid. 1. Deinde bellatoremque du-

comque legit Level. 4. bellatorem
ducem Portug.

§. 3. Qui ad dedendas res missi
erant] Addunt Pall. duo, pr. ac
tert. missi erant Romam. Sic enim
sine libri anteced. Praeda omnis
Romana captivique ut Romam mit-
terentur; quaeque res per foedales
ex foedere repositas essent. GERH.
Duo Mti addunt Romam. J. FR.
GRON. Similiter unus meorum
Level. 3. Horum tamen trium te-
limonium reliquorum omnium,
vocem illam non agnoscentiam,
auctoritate levius esse videtur.
Male etiam quo ad dedendas Flo-
rent.

Ne nihil actum, inquit, hac le-
gatione censeatis] inquit exsulat a
Portug. Id vocabulum aliudve
simile saepe quidem subintelligi
solet, ut videbimus infra ad 23,
45, 6. reliquorum tamen id de-
fendentium consensus potius u-
nus hic librarium errasse offen-
dit. ne nihil actum censeatis, ut
infra 22, 18, 9. Ne nihil actum
censeatis, exacta prope aestate per
ludificationem hostis. 9, 16, 16. Ne
nihil remissum dicatis, remitto, ne
utique dorsum demulcentis. 3, 10,
11. Sic, ne quid aliud actum pu-
vent, vicium legem esse. [hac omit-
tit Veith.] Mox irarum in vos,
pro in nos, Fragm. Hav. V. ad
34, 2, 2.

§. 4. Satis scio, quibuscumque
Diis cordi fuit] Thucydidem imi-
tatur l. 7. in oratione Niciae [c.
77.] Ἰκανὰ γὰρ τοῖς τε πολέ-
μοις ἐτυύχηται καὶ, ἐι τῷ θεῶν
ἐπιφθονοὶ ἐπρατεύσαμεν, ἀπο-

tem dedendi res, quae a nobis ex foedere repetitae fuerant, iis non fuisse cordi tam superbe ab Romanis foederis expiationem speretam. Quid enim ultra fieri ad placandos Deos mitigandosque homines potuit, quam quod nos fecimus? Res hostium in praeda captas, quae belli jure nostrae videbantur, remisimus: auctores belli, quia vivos non potuimus, perfunctos jam fato dedidimus: bona eorum, ne quid ex contagione noxae remaneret pe-

Χρῆστως ἤδη περιωρημεθα. etc. J. FR. GRON. quibuscumque Dis Voss. 1. V. ad 5, 14, 4. Tum fuerit Leid. 2. V. ad 40, 14, 11. (fuit, et subigi Veith.) Omnia autem haec verba deficiunt in Haverk. Mox subigere nos, pro subigi nos, Gaertn. et inferius a Romanis Voss. 1. Lovel. 3. et Gaertn. etiam speretam esset, addita ultima voce, Lovel. 2.

§. 5. Ad placandos Deos mitigandosque homines potuit, quam quod nos fecimus] ad placandos Deos magnosque homines Leid. 2. Placare Deos, mitigare homines etiam supra habes 8, 33, 7. Preces, quas saepe hostem mitigavere, quae Deorum iras placant. ad placandos Deos mitigandaque homines Haverk. quod variandae orationis causa eodem modo dictum videri posset, quo multa similia, passim in Livio obvia; de quibus v. ad 38, 39, 10. Unum tamen testem, praesertim autem hunc, non audiendum censeo. Praeterea quam quod nunc fecimus Hearnii Oxon. N. quam quod nos facimus Leid. 2. Mox quaeque belli jure nostrae videbantur, pro quae belli jure, Portug. Sed illud que ex praecedenti pronomine a librariis repetitum est. V. supra ad 5, 40, 7.

§. 6. Auctores belli, quia vivos non potuimus] Brutulum Papium intelligit, cuius exanime corpus deditum erat. SIG. qui vivos non

potuimus Hearnii Oxon. L. 1. V. ad 36, 33, 5. quia vivi non potuimus Gaertn.

Perfunctos fato dedidimus] Omnes libri habent dedimus. GEBH. dedimus etiam Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. Harleij. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. L. 1. B. N. C. et edd. vett. Verum id inertiae librariorum adscribendum, qui syllabam mediam si geminare neglexerunt. V. ad 39, 50, 9. dedidimus enim superest in Leid. 1. Lovel. 4. Klock. et Fragm. Hav. Recte itaque restituerunt Sigonius, Modius, et recentiores. Eodem etiam ducit lectio in optime Florent. obvia edidimus.

§. 7. Quid ultra tibi, Romane, quid foederi, quid Diis arbitris foederis debeo] Quid ultra tibi, Romane, fieri potest? quid Diis etc. Klock. Nihil muto. Vulgata lectio est elegantissima, et genium Livii adprime refert. V. supra ad 1, 59, 4. (* Burm. ad Lucani 5, 48a.)

Quem tibi tuarum irarum, quem moorum suppliciorum judicem feram? Neminem] Mutata distinctione scribendum: quem tibi tuarum irarum, quem moorum suppliciorum judicem feram, neminem neque populum, neque privatam fugio. Nam interrogatio, quae vulgo habetur, hanc vim habet, ut ostendat, vix inveniri quemquam,

nes nos, Romam portavimus. Quid ultra tibi, Roma-
ue, quid foederi, quid Diis arbitris foederis debeo? quem
tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum judi-
cem feram, neminem, neque populum, neque privatum,
fugio. Quod si nihil cum potentiore juris humani relin-
quitur inopi, at ego ad Deos vindices intolerandae su-
perbiae confugiam; et precabor, ut iras suas vertant in
eos, quibus non suae redditae res, non alienae adcumu-

quem judicem cupere possit. At contrarium vult mens dicentis, nimiram tam liquidam esse Samnitium causam, ut quovis iudice vincere facile possint. J. FR. GRON. *irarum tuarum* Gaertn. Tam *nostrorum suppliciorum* Lovel. 4. Denique *iudicem feram* Haverk. sollemni scribarum lapsu. V. ad 5, 26, 6. De locutione *ferre iudicem* v. viros doctos supra ad 3, 24, 5. et ad c. 56, 4.

Neminem neque populum neque privatum fugio] Agnoscit sola Andree editio hanc lectionem. Nam Pall. tres et Camp. ed. *neminem neque publicum, neque privatum fugio*. Quod non probo. GEBH. Similiter etiam apud me Voss. 2. Lovel. 1. in marg. Lovel. 3. 4. Gaertn. Haverk. et Fragn. Hav. apud Latinium Neapol. et apud Hearnium Oxon. N. et B. Ex editis etiam eandem lectionem agnoscunt Parm. Tarvis. utraque, et quaedam Venetae. Sed recte eam Gebhard. rejecit. Insuper *neminemque* Lovel. 1. qui idem etiam cum Voss. 1. *neque primum fugio* perperam exhibet.

§. 8. *Relinquitur inopi, at ego ad Deos vindices intolerandae superbiae confugiam*] Particulam *at* omittunt Pall. duo. Campanus pro illa substituit *jam ego ad Deos*. GEBH. Cum Campano facit solus Neapol. Latinii. Sed lectio illa ex interpretis glossa nata esse

videtur. *relinquitur inopiate ego ad Deos* Florent. *relinquitur inopia ego ad Deos* Leid. 1. et Lovel. 4. in contextu. *relinquitur inopi. ac ego ad Deos* Haverk. V. ad 3, 61, 4. *relinquitur inopi, ego ad Deos* Gaertn. et Lovel. 2. 3. atque in margine Lovel. 4. Sed particula *at* post praecedens si hic elegans est, et pro *tum* Livio saepe ponitur, praesertim sequente pronomine *ego, tu*, vel simili. V. supra ad 1, 18, 9. Vox *Deos* exulata ab Harlej. ad *Deos iudices intolerandae superbiae* legant Portug. Haverk. Fragn. Hav. et Hearnii Oxon. N. Saepe voces *index* et *videx*, sive *vindex*, in Msis confunduntur. V. supra ad 2, 27, 11. 8, 32, 9. Cel. Burm. ad Ovid. Epist. 9. Her. 13. et quae notavi ad Sillii Ital. 2, 456. Similiter etiam commutantur *iudicare* et *vidicare*, sive *vindicare*. V. infra ad 39, 47, 2. Fons erroris est similitudo ductuum, quibus literae *is* et *is* in scriptura Longobardica exarari solent. Hinc etiam permiscentur *iuris* et *iris* 2, 44, 5. *ius* et *is* 3, 38, 13. *iuribus* et *iribus* 7, 30, 10. *iunxi* et *inxi* 5, 7, 2. *adiutam* et *ad nitam* c. 35, 3. *ciur*, sive *ciom*, et *cut* *ē*, sive *cui est*, 6, 14, 4. *jusus* et *isus* 9, 24, 4. et ejus generis alia passim.

§. 9. *Irās suas vertant in eos*] *iram suam* Leid. 2. Sed signanter

latae satis sint; quorum saevitiam non mors noxiorum, non deditio exanimatorum corporum, non bona sequentia domini deditioem exsatiat. Placari nequeunt, nisi hauriendum sanguinem laniandaque viscera nostra praebuimus. Fustum est bellum, Samnites, quibus necessarium; et pia arma, quibus nulla nisi in armis relinqui-

iras plurali numero dici, quam sermo est de Diis, observat Cerda ad Maron. 1. Aen. 11. laudatis etiam his Livii exemplis ex 3, 7, 8. Veniam irarum coelestium finemque pesti exposcunt. et ex 8, 33, 7. Preces, quae Deorum iras placant. Adde supra hoc cap. Quidquid ex foedere rupto iratum in nos coelestium fuit.

Non bona sequentia domini deditioem exsatiat? Quidam exsatiat in exsatiat temere mutarunt, cum haec tria verba sint, exsatiat, nequeant velut uno tenore de Romanis in conjunctivo dicantur modo. GLAR. Ita et Portug. Harlej. Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et C. At, hoc certe loco exsatiat praefare, praecedens sint satis evincit. Praeterea bona sequentia dominum deditioem Voss. 2. et Lovel. 3. An voluerunt librarii bona sequentia dominum deditioem exsatiat? Sed vulgatum, quod optimi tument, praefero. bona sequentia domini deditioem Gaertn. Paulo ante non additio exanimatorum corporum Voss. 2. et Lovel. 3. non deditio animatorum corporum Portug.

Placari nequeant, nisi] Pal. sec. exhibet placarique nequeant. tamquam male cohaereat oratio. Non item mihi videtur. GEBH. Videtur indecore hiare oratio, et aut praeponendum a fronte qui, aut finienda periodos in verbo exsatiat. Deinde, Placari nequeunt, nisi hauriendum sanguinem, laceranda viscera nostra praebuimus.

Nam et sic per ἀνυδρον primae editiones. J. FR. GRON. Utraque Gronovii conjectura habet praesidium in Mssis. Non modo enim Pal. sec. apud Gebhard. sed et ex meis Harlej. Gaertner. et Haverk. praefereunt placarique nequeunt; Portug. placari quae nequeunt. Unde conjici posset, omissum esse praenomen qui, non tamen praeponendum, sed addendum post primam vocem, hoc modo placari qui nequeant. Id autem interdum Livio factum esse, infra videbimus ad 28, 12, 13. Altera autem ejus conjectura periodum in voce exsatiat finiendam, et deinde legendum esse Placari nequeunt plane auctoritate cod. Klock. firmatur, quam ejus fide etiam in contextum recepi. Errat autem Doujatius, existimans Gronovium hanc emendationem primarum edd. fide tueri; quod is de sola tantum particula que, quam post lanianda delet, adfirmavit. Eam enim ignorant vet. edd. et demum in Ald. mihi obvia fuit; sed in omnibus scriptis constanter restat. Quamvis itaque Livius saepius ἀνυδρος locutus sit, hic tamen Mssorum consensum rejicere non audeo. Quod vero emendatio Gronovii laceranda, pro lanianda, exhibeat, potius calami aberrantis vitium censeo, quam quod ita legendum existimarit.

§. 10. Pia arma, quibus nulla, nisi in armis, relinquitur spes] Turbant veram lectionem Pall.

tur spes. Proinde, quum rerum humanarum maximum momentum sit, quam propitiis rem, quam advexsis agant Diis, pro certo habete, priora bella adversus Deos magis, quam homines, gessisse; hoc, quod instat, ducibus ipsis Diis gesturos.

II. Haec, non laeta magis, quam vera, vaticina-

quorum prim. quibus nulla fines armis relinquitur spes. Tertius, quibus nulla sine armis relinquitur spes. GEBH. nulla sine armis relinquitur spes etiam Voss. 2. et Lovel. 3. nisi in armis nulla relinquitur spes Lovel. 4. nulla nisi in armis spes relinquitur Harlej. Paulo ante quibus necessitas, pro necessarium, Lovel. 2. quibus est necessitas Hearnii Oxon. L. 1. et C. [Veith.]

§. 11. *Momentum sit, quam propitiis rem, quam adversis agant Diis*] Pall. tres momentum sit, si quam propitiis rem. GEBH. Possunt intelligi ipsi homines: sed mallet aliquis vetus liber haberet: *quam propitiis, quam adversis agantur Diis*. Id ipsum, quod conieci, non e lib. vet. sed e LL. VV. notat Muretus. J. FR. GRON. Vulgata lectio satis defendi potest. Livius 5, 49, 7. *Inter jocos militares, quos inconditos jacimus*. 8, 8, 14. *Asterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis, eandemque ordine instruxerant aciem*. 46, 22, 8. *Vixdum requiesse aures a strepitu et tumultu hostili, quo paucos ante menses adsedorint prope moenia Romana*. 34, 3, 1. *Recensete omnia muliebria jura, quibus licentiam earum adligaverint majoris nostri*. Adde Gronovium ad 34, 56, 11. Durius est, quod paulo post omittitur pronomen nos; ubi unus liber Hearnii nos gesturos. DUH. momentum propitiis Flor. momentum, sed quam propi-

tiis Leid. 1. momentum sit, si quam propitiis Voss. 2. Harlej. et Haverk. momentum sit, si tam propitiis Portug. [Veith.] momentum sit, tam propitiis Voss. 1. et Leid. 2. Deinde propitiis, quam adversis agant Diis Harlej. et Portug. quod proxime ad conjecturam Gronovii accedit; eamque plane firmaret, modo pro agant legamus agant, id est agantur. Saepe autem librarii terminationis passivae signum literae t superadditum omiserunt. V. ad 10, 10, 1. Neque temere spernenda est lectio, quae est in Lovel 2. *quam propitiis rem, quam adversis agamus Diis*. Non enim ideo rejicienda est, quoniam eadem periodo rerum et res, itidem ut in vulgata scriptura, repetantur. Id enim etiam alibi apud Livium fieri, supra vidimus ad 1, 18, 2. [agamus etiam Veith.] Sed nec vulgatum, optimorum codd. testimonio probatum, damno. Nam et alibi saepe verbum plurale sine substantivo obcurrit. V. quae infra notantur ad 34, 56, 11.

Pro certo habete, priora bella adversus Deos magis, quam homines, gessisse] J. Clericus legendum pronunciat *adversos Deos*, alioquin enim addendum esse vos. Verum neque conjecturam ejus, neque rationem additam probare possum. Si enim conjecturam ejus recipimus, peribit elegantia, quam orationi quaesivit Livius obponendo *bella adversus Deos gessa et bella ducibus ipsis Diis geron-*

tus, exercitu educto, circa Caudium castra, quam
 2 potest occultissime, locat: inde ad Calatiam, ubi jam
 consules Romanos castraque esse audiebat, milites
 decem

da. Neque offendit hic magis defectus pronomini *vos*, ut Clericus existimat, sive, quod etiam subintelligi potest, *nos*, quam in verbis sequentibus *hoc, quod iussat, ducibus ipsis Diis gesturos*, ubi id interponit Neap. Latini, praeferebat *ducibus ipsis Diis nos gesturos*. Nam et alibi pronomina omitti solent. *se* ante infinitivum deesse, supra vidimus 1, 23, 6. pariter *ipsum*, pro me ipsam, se ipsum poni, exemplis adlatis docui ad praefat. §. 3. Eodem modo *Achaesi sustinebimus*, pro nos Achaei sustinebimus, 32, 21, 26. ubi plura ejusdem generis notantur. Ceterum *propiora bella* Haverk. scribarum errore. V. ad 5, 15, 4. Insuper *gessistis*, pro *gessisse*, Voff. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. 2. a m. 1. [Veith.]

§. 1. *Circa Caudium castra, quam potest occultissime, ducit. Inde ad Galatiam?* Quis unquam legit *castra ducit?* legendum *castra locat*. GELEN. Cicero item 3. Offic. [30.] *Caudium* vocat. Meminit et Horatius Sat. 5. libri 1. Sermonum. *Caudinos* Plinius 3, 11. numerat. *Galatiam* autem, sive, ut alii, *Calatiam*, nescio, quis alius commemoret. Suspicio *Calorem* fluvium (cujus Livius de secundo bello Punico bis meminit [24, 14, 2. et 25, 17, 1.] ubi de Sempronio) legendum esse, qui est prope Beneventum. *Galatiae* rursus meminit l. 3. de secundo bello Punico (c. 14, 13.) Sed et haec topographia clarior esse poterat. GLAREAN. *circa Caudinum* male Hearnii Oxon. C. Deinde *ducit* legunt Voff. 2. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. Fragm. Hav. a m. 1. Neapol. La-

tinii; Hearnii Oxon. L. 2. C. et in margine N. Utramque lectionem *occultissime locat ducit* praefert Voff. 1. sed *ducit* subjectis notis delendum esse indicatur. Recte etiam hanc lectionem expulit Gelen. Non modo enim, ut observat, nemo *ducere castra* dixit, sed etiam *exercitu educto* modo praecessit. Accedit optimos *Mitos locat* firmare. Perperam autem Glarean. *ad Calorem*, pro *ad Calatiam*, legendum existimavit. Non modo enim *Calatiae*, a Romanis expugnatae, et a Samnitibus receptae, meminit Livius hoc eodem libro cap. 28, 6. et 43, 1. verum etiam ejusdem oppidi ac civium Calatinorum partim Livius aliis locis, Cicero, Plinius et Silius Ital. Latini, partim Graeci Strabo, Diodorus, et Appianus mentionem fecerunt, quorum testimonia conlegit Cluver. 4. Ital. Ant. 5. p. 1180.

§. 2. *Milites decem pastorum habitum mittit.* Hoc strategema, de decem militibus in pastorum habitu missis, mihi suspectum. Quis enim tam manifestum periculum adeat sine certo praemio aut spe majore, quam hic offenditur? GLAR. Idem tamen strategema memorat etiam Aurel. Vict. in Vir. Inlustr. 30. *A Pontio Thelesino duce hostium in insidias inducti sunt: nam ille simulatos transfugas misit, qui Romanos docerent, Luceriam Apulam a Samnitibus obsideri.* Neque incertum erat praemium, aut spes exigua, ob quam manifestum periculum adierunt consules Romani. Sperabant enim, se Lucerinos, bonos ac fideles socios, ex obsidione erepturos, et simul probi-

Decem pastorum habitu mittit: pecoraque diversos, alium alibi, haud procul Romanis pascere jubet praesidiis: ubi inciderint in praedatores, ut idem ³ omnibus sermo constet, *legiones Samnitium in Apu-*

bituros, ne omnis Apulia ad Samnites deficeret. Ceterum *militibus decem milia* Voss. 2. et Lovel. 3. in quorum priore librarius additis notis *milita* delendum esse indicavit. Praeterea *misit* Flor. Paulo ante *castraque jam esse*, addita mediâ voce, Gaertn. Sed ea ex praecedentibus inrepsit. Mox in verbis sequentibus *alium* non adparet in Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 3. *Ubi inciderint in praedatores, ut idem omnibus sermo constet* ubi inciderint imperatores Lovel. 4. Deinde *ut inde omnibus* Harlej. qui error in scriptis frequens est. V. ad 1, 19, 7.

Legiones Samnitium in Apulia esse, Luceriam omnibus copiis circumsedere] Mirum est, ne uno quidem verbo hujus oppidi antea meminisse Livium, cum hic Romanas legiones, ut illi auxilio adcaesent, in periculum venisse commemoret. Si ea est urbs, quae *Appulorum Luceria* dicitur, haud dubie in Romanorum amicitiam cum aliis Appulis anno ab urbe cond. cxxxviii. venit, quibus quarto post anno Romani auxilium contra Samnites tulerunt, ut Livius quosdam tradidisse ait, [8, 37, 4.] quanquam ipsi tum non ita visum. Sed haec illorum opinionem egregie confirmant, immerito a Livio rejectam. GLAR. Apuli quadriennio ante societate juncta in fidem populi Romani venerant. Ea de causa Romani hoc tempore Luceriae, quam a Samnitibus circumsedere nunciabatur, opem ferunt. Alii enim: *Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac f-* Liv. Tom. V. P. 1.

dolibus sociis. Idem tamen post cladem Caudinam ad Samnites defecisse videntur. Itaque Luceria post a Romanis recipitur, iterumque cum defecisset, capta, colonia deducitur. Neque enim probare videtur Livius eorum auctoritatem, qui Q. Fabium prioris anni consulem de Apulis et Lucerinis triumphasse scripserunt. SIG. Livius supra l. 8, 37. narrat, Romanis eo anno bellum fuisse cum Samnitibus atque Apulis, et rejicit sententiam aliorum historicorum, qui existimant, Romanos potius socios suos Apuliae populos a Samnitium vi atque injuriis defendisse, quia fortuna Samnitium, vix a se ipsis eo tempore propulsantium bellum, efficit, ne sententia eorum verisimilis videatur. Quid tamen, si dicamus, Apulos quidem eo tempore a Romanis defecisse, non tamen omnes; sed in fide Romanorum mansisse Lucerinos et quosdam alios Apuliae populos, quibus propterea Apuli, qui desciverant, simul cum Samnitibus arma intulerunt, Romani contra auxilium miserunt? Ita ratio adparebit, cur, licet Apuli nuper arma cum Samnitibus junxissent, et nondum pace facta, in gratiam cum Romanis rediissent, Lucerini tamen *boni ac fideles socii* adpellentur, consules timuisse dicantur, ne, si Lucerinis opem ferre cunctarentur, *Apulia omnis ad praesentem terrorem deficeret*, id est, illa etiam, quae adhuc fida Romanis manserat. Ceterum *in Apulliam esse* Flor. An voluit scribâ *in Apulliam esse?* ut *in potestatem esse*, et similia passim. Deinde *circumsidere* Voss. 1. Leid. 2.

lia esse, *Luceriam omnibus copiis circumsedere: nec pro-*
cul abesse, quin vi capiant. Jam is etiam rumor an-
 te, de industria vulgatus, venerat ad Romanos; sed
 fidem auxere captivi, eo maxime, quod sermo inter
 5 omnes congruebat. Haud erat dubium, quin Luce-
 rinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus so-

Lövel. 1. 2. 4. a m. 2. Harlej. Por-
 tug. Haverk. et Fragn. Hav. a m.
 2. Sunt quaedam composita verbi
sedere, quae potius literam e ser-
 vant; quaedam, quae eam mut-
 tant in i. Inter priora sunt *circum-*
sedere et *supersedere*; inter poste-
 riora, *considerere*, *obsidere* et *in-*
sidere. Id tamen discrimen in M^{tis}
 non observatur. *Circumsedere* e-
 nim, ut hoc loco, etiam infra ob-
 occurrit 10, 35, 14. 21, 10, 5. 25, 11,
 17. (* 41, 19, 10.) *Supersedere* 38,
 51, 8. Contra *Considerere* 6, 3, 5. *In-*
sidere in Epit. Liv. 7. et in ipso
 Liv. 7, 38, 7. 9, 24, 5. c. 25, 7. *Ob-*
sedere supra 3, 27, 7. c. 37, 6. c.
 68, 3. 6, 33, 9. 21, 32, 10.

Nec procul abesse, quin vi capiant]
aut procul adeste Flor. et Fragn.
 Hav. a m. 1. V. ad 23, 8. 11. *nec pro-*
cul esse Port. et Haverk. *neque pro-*
cul abesse Gaertn. Deinde *quibus ut*
capiant Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3.
 et Fragn. Hav. a m. 1. V. ad 4,
 52, 6. *quin capiant* Lovel. 4.

§. 4. *Jam et is etiam rumor an-*
te de industria vulgatus venerat ad
Romanos] Exstat haec lectio in so-
 la Andreæ ed. Nam Pall. tres
Jam is rumor ante de industria vul-
gatus. etc. amplius *Jam is rumor*
ante vulgatus de industria. At Cam-
 panus *Jam iste rumor ante de in-*
dustria vulgatus. GEBH. Particu-
 lam et ignorant Thuan. Voss. cum
 tribus Pall. Helm. Rott. *Jam et is*
rumor. J. FR. GRON. *Jam is et*
rumor ante Flor. *Tam is rumor an-*
te Voss. 2. V. infra ad 21, 11, 12.

Jam is rumor ante Voss. 1. Leid.
 duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Por-
 tug. Haverk. et Fragn. Hav.
 [Veith.] *Is jam rumor ante* Gaer-
 ner. *Jam is timor ante* Hearnii
 Oxon. L. 1. Deinde *vulgatus* Flor.
 V. ad 39, 53, 2. Ea vox non ad-
 paret apud Hearnium in B. Sed
 transponitur in Portug. et Ha-
 verk. qui *vulgatus de industria*
 praefertur.

Eo maxime, quod sermo inter om-
nes congruebat] Prima vox defi-
 cit in Voss. 2. et Lovel. 3. quorum
 posterior insuper habet *maxime-*
que sermo. Quomodo saepe libra-
 ril in M^{tis} lapsi sunt. V. supra
 ad 2, 41, 8.

§. 5. *Quin Lucerinis opem Roma-*
nus ferret] *Luceritis* Lovel. 1. *Lu-*
cretitis Leid. 2. Tum *Romanus o-*
pem ferret Lovel. 4. et Harlej. Mox
 deficit vox *simul* in Portug. quae
 tamen necessaria est. Ea enim di-
 stinguitur posterior ratio; cur
 Romani Lucerinis opem latu-
 rant, a priori; ac locum obtinet
 conjunctionis *et*, (* v. ad 39, 33,
 6.) Ita apud Sallust. in Jug. 4.
Cujus de virtute, quia multi dixe-
re, praetereundum puto; simul, ne
per insolentiam quis existimet, me-
morat, studium laudando, extollere.
 Ubi v. Cortium.

Ea modo, qua irent, consultatio
fuit] *qui irent* Voss. 1. Leid. 1. et
 Klock. quod si placet, *qui erit*
 quomodo, ut saepe alibi. Sed
 praefero vulgatum. *qua*, id est,

cii; simul ne Apulia omnis ad praesentem terrorem deficeret, ea modo, qua irent, consultatio fuit. Duae ad Luceriam ferebant viae; altera praeter oram superi maris patens aperta-
6
que, sed, quanto tutior, tanto fere longior; altera per Furculas Caudinas brevior. Sed ita natus locus est. saltus duo 7

qua via. V. ad 1, 23, 5. Deinde consolatio est in Florent.

§. 6. *Altera propter oram superi maris] praeter oram lege. GELEN.* Geleuo favent omnes codd. Solent autem hae voces commutari a scribis. V. supra ad 4, 61, 10. Ita praeterquam et propterquam confunduntur hoc ipso cap. §. 14. Ceterum secundum Doujatium Calatia vel Caudio Luceriam eunti primo superandus est Apenninus. Eo superato Luceria xv. circiter millia passuum propior obcurrit, quam mare superum, sive Hadriaticum; ideoque non videbat, quomodo Calatia vel Caudio Luceriam euntibus iter habendum sit per oram superi maris, nisi immenso circuitu. Hinc locum corruptum existimat, et legendum esse vel praeter oram Sabasi amnis, vel potius praeter oram Serrati amnis, vel forsitan praeter oram Taburni montis. Quum tamen has vias angustas esse fateatur, et Livius dicat, eam patentem apertamque fuisse, quo loco conjecturae ejus, quae inmensum etiam a vulgata scriptura recedunt, habendae sint, quisque videt. Codices nihil mutant, nisi quod fratris maris sit in Leid. 2. fratris maris in Lovel. 1. Quod autem Calatia vel Caudio praeter oram superi maris Luceriam iter non sit, nisi immenso circuitu, Livio obesse non videtur, qui viam hanc, quanto tutiorem, tanto longiorem fuisse tradit: adeoque circuitum hunc ipse agnovit. Videtur

autem Livius per oram superi maris non ipsum littus ejus maris intellexisse, sed omnem illum tractum, qui est inter Apenninum et mare. Sed judicent locorum periti.

*Altera per Furculas Caudinas brevior] Quaedam edd. praesertim Tarvis. ac nonnullae Venet. et Mediol. Furcas Caudinas. Sed omnes codd. ac pr. edd. vñkonopitavē; Furculas agnoscunt, et passim Livius multaque alii similiter adpellant. V. Cel. Duker. ad Flori 1, 16, 9. et Gronov. ad Livii 22, 14, 12. Eodem nomine medio aevo indicatur apud Erchemp. in Hist. Longob. c. 17. Convenere utraque acies in Furculas Gaudinas, ibique commissum est belli certamen. Paulo ante et quanto tutior, pro sed quanto, Leid. 1. Alibi saepe ita variant codd. V. ad 21, 26, 6. Hic vero sed praefendum est: obponitur enim, quod via quidem patens aperta-
6
que, sed simul longior fuerit. Praeterea tanto longior fore Harlej.*

§. 7. *Sed ita natus locus est] Sed ita natura loci est edd. principes; pro quo Aldus demum id, quod nunc vulgo exstat, reposuit: cum eo autem faciunt omnes codd. nisi quod sed ita locus natus est praeferat Harlej. et sed ita natus insidiis locus is est Klock. Veterum edd. lectio ex illius, quae in M&is est, expositione profuixisse videtur.*

Saltus duo alti, silvosique sunt] Lege addendo alti, angusti, silvo-

alti angusti silvosique sunt, montibus circa perpetuis inter se juncti. jacet inter eos satis patens clausus in medio campus, herbidus aquosusque,

siqne. GELEN. Vocem angusti, quam Gelenius addidit, servant omnes codd. praeter Leid. 2. et Lovel. 1. qui itidem ac vet. edd. ignorant. Contra sequens silvosique exsulat a Gaertn.

*Montibus circa se perpetuis inter se juncti] Vet. lib. montibus perpetuis inter se juncti. SIG. Vetus liber Sigonii montibus perpetuis inter se juncti. Pal. pr. montibus montis cura perpetua inter se juncti. tert. montibus montes cura perpetua inter se juncti. Campan. montibus circa perpetuis inter se juncti. Vulgata tuetur se consensu Pal. sec. et ed. Andreae. GEBHARD. Lectiones Pall. retulit Gebhardus 1. antiq. Lect. 22. et de illis pronunciat, non liquere. Caeterum ex illis facile animadvertere est, nihil aliud velle, quam prius deleri: quod etiam non conspicitur in Thuaneo, Voss. Busl. Chif. Helm. Rott. nec sententiam juvat. Soletque Livius eam particulam sine casu ponere locis similibus, vel hoc libro infra [c. 15, 1.] *An altero exercitu et duce Appuli circa, gens dubiae ad id voluntatis tentaretur.* Si Caesaris Augusti scriptum hoc esset, *to se non expungerem.* Is enim, teste Suetonio c. 86. quo mentem apertius exprimeret, *neque praepositiones verbis addere, neque conjunctiones saepe iterare dubitavit, quae distractae adferunt aliquid obscuritatis, etsi gratiam augent.* Cujus consuetudinis exemplum est in verbis ipsius c. 71. *Sive lent inter se inter coenam vel talis vel par impar ludere.* Quod non meminerat Torrentius, cum *to inter se*, tamquam supervacanea rejiceret. Crederem vero eandem facilitatem in aliis quoque particu-*

lis sequutum Caesarem. Sed Livii non est haec religio. Sigonianum, *montibus perpetuis inter se juncti*, speciem ingenii habet. genuinum tamen non putaverim. J. FR. GRON. Vett. edd. lectio in nullo apud me cod. superest, nisi forte in Florent. unde nihil diversitatis in excerptis adnotatum invenio: illi vero, quam ex vet. lib. laudat Sigonius, unus consentit Leid. 2. *monti montes circa perpetuis inter se juncti* Leid. 1. a m. 1. *montibus montes circa perpetuis inter se juncti* Leid. 1. a m. 2. Lovel. 2. 4. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. C. [*montibus montes circa se* Veith.] *montibus montes cura perpetua inter se juncti* Voss. 2. et Lovel. 3. *montibus circa perpetuis inter se juncti* Voss. 1. Lovel. 1. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. Klock. et Hearnii Oxonienses reliqui. Unde patet, in nullo codice, nisi forte in uno, illud *se* superesse; plerosque vero scripturam, quam Gronov. h. l. et in priori ed. not. ad. l. 26, 49. revocavit, probare. Solet autem Livius innumeris locis illo *circa* sine casu uti. supra 1, 17, 4. *Nec civitatem sine imperio, multarum circa civitatum irritatis animis, vis aliqua externa adoritur.* c. 59, 9. *Romanos homines, victores omnium circa populorum, opifices ac lapidas pro bellatoribus factos.* 2, 47, 7. *Fusique circa omnes.* 5, 30, 5. *Aedem Vestae, cetera circa templa Deorum ostentantes.* 9, 15, 1. *Apud circa, gens dubiae ad id voluntatis.* c. 23, 13. *Damna vestra, milites, omnium circa, qui defecerunt, populorum praeda sarcientur.* 21, 7, 5. *In planiorem patentiotemque, quam cetera circa, vallem vergens.* ubi male variant pauci codices.

per quem medium iter est. Sed ante, quam venias 8 ad eum, intrandae primae angustiae sunt: et aut eadem, qua te insinuaveris, retro via repetenda;

22, 20, 5. *Omniem agrum circa de- populati.* 28, 3, 3. *Ea arx fuit Has- drubali ad excursionses circa in me- diterraneos populos faciendas.* ubi etiam quidam codd. turbant. c. 24, 8. *Praedatum in agrum circa pacatum irrant.* c. 33, 2. *Campus ante montibus circa septus erat.* ubi v. Gronov. 31, 23, 4. *Turrim pro- ximam murumque circa scalis ce- pit.* 36, 17, 6. *Exercitatus finitimis Thracum atque Illyriorum et circa omnium adcolarum bellis.* 37, 17, 3. *Agrum circa Romani hostiliter de- populati sunt.* 40, 50, 1. *Nobilis et potens civitas, aliorum circa popu- lorum cladibus territa.* 42, 56, 8. *Fruento undique circa ex agris convecto.* c. 64, 2. *Romanos circa ex agris demessum frumentum conve- here.* Et mox. *Demessis circa sege- tibus, castra movent.* Alia exem- pla ex Livio contulit Cel. Duke- rus ad Flori 1, 18, 12. et ad Livii 1, 4, 6. Supersunt tamen etiam plurima loca, ubi Livius *τῷ* cir- ca casum addidit: quare non om- nia in eandem loquendi formu- lam redigenda sunt, sed codd. in- tegerrimos duces sequi debemus. V. ad 36, 14, 12.

Satis patens clausus in medio campus herbidus aquosusque] Tot adjectiva uni substantivo jungi multis librariis displicuit. Ut itaque, quod displicebat, quan- tum possent, minuerent, alii *pa- tens* omiserunt; ita est in Hearnii Oxon. L. 1. alii *patens claususque* scripserunt; inter quos sunt li- brarii Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Haverk. et apud Hearnii- um N. et B. Recte tamen alii codd. vulgatum servant. V. supra ad 1, 14, 7. Mox *per medium iter est* Oxon. C. teste Hearnio. *per quem me- dius iter est* Voss. 2. *per quem me- dius interest* Lovel. 1. a m. 1.

§. 8. *Intrandae primae angustiae sunt*] *Intrandae primo angustiae sunt* Harlej. Portug. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. B. Neque aliter se in vet. lib. invenisse Sigonius in prima Scholiorum editione testatus est. Sed nihil mutandum est. Modo dixerat Livius, hic locorum fuisse saltus duos altos, angustos, silvososque. Eorum alterum nunc vocat primas angustias. Mox autem memorabit alium saltum ar- tiorum inpedioremque.

156. et 19, 511. Erythraeum in indice Virg. v. *Concubitu*, *Venatu*, *Victu*. Victorium ad Cic. 10. ad fam. Ep. 24. et Rivium ad Sallust. Jug. 6. Scaevola l. 60. §. 1. D. Mandat. Quo magis conciliem animum tuum domo meae. Gajus l. 35. §. 1. D. de Contrah. emt. Quae nullo modo adjectione alterius materiae usu nobis esse possunt. Ita est Florentiae, quae alii mutanda putaverunt. Vossius etiam eo refert ex Terent. Adelph. 1, 1, 33. *Vositu nimio indulget*. Sed hoc anceps est. nam facile suppleri potest pronomen tertii casus. DUK. *Tempus est inde statutum* Harlej. [Veith.] *Tempus inde statutum* Klock. V. ad 23, 35, 12. Tum exercitusque inermes mittendo idem Klock. *exercitusque inermi* imittendo Portug. et Haverk. Sed litera i, sive syllaba *in*, ex vocis praecedentis litera finali perperam repetita est. V. supra hoc cap. §. 3. et ad 5, 37, 7. *exercitusque inermi mittendo* ed. Mediol. anni 1505. Sed omnes codd. et reliquae edd. vulgatum tuentur, quod etiam in vitis omnibus libris mutari nihil adinet. V. infra ad 24, 19, 6. Mox *Sed integravit*, pro *Redintegravit*, Klock.

Vix ab iis abstinere manus vix abstineret ab his, vel ab hiis, manus Voss. duo, Leid. a. Lovel. 1. Fragm. Hav. et Portug. a. m. 2. *vix abstinere ab his*, vel ab iis, manus Portug. a. m. 1. Lovel. 3.

et Haverk. V. ad 39, 21, 8. Infra 29, 18, 16. *Noctu audita ex delubro vox est, abstinere manus*. Mox voces quorum temeritate in eum locum deducti essent non agnoscunt Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Fragm. Hav. a. m. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. quemadmodum nec solam vocem quorum Gaertn. At intercidiisse videntur vocis quorum repetitione, quae scribis errandi occasionem praebuit. Id quodammodo colligi etiam potest ex lectione Florent. in quo jam librarius dederat hoc loco quorum ignavia, quod mox sequitur, haec media omittitur; quum, animadverso errore, adiecit in eum locum deducti essent.

§. 7. *Foedius inde, quam venissent, abituri* qui venissent Haverk. Tum essent abituri Lovel. 2. 4. *abituri crans* Neap. Latini. Sed utramque librarii est additamentum; sufficit enim, illud essent jam modo praecessisse, unde commode hic repeti poterat. *habituri* Voss. 2. Lovel. 1. 3. Harlej. Portug. a. m. 2. et Haverk. V. ad 22, 59, 19.

Belluarum modo caecos in fossam missos Imo *caecam in fossam*. Virgilius, alii. T. FABER. Statius 2. silv. 5, 10. de leone,

— *caeco fossae deceptus hiatu*.
Nec tamen quidquam obstat, quominus *caecos* hic sit improvidos,

- omnia tristiora experiundo factura, quam quae
 12 praeceperant animis. Jam primum cum singulis
 vestimentis inermes extra vallum exire iussi, et pri-
 mi traditi obsides, atque in custodiam abducti.
 13 Tum a consulibus abire lictores iussi, paludamenta-
 que detracta; tantam inter ipsos, qui, paullo ante
 eos

et ipso cum sequebatur. haec nos i
 litera finimus. Tum nequiquam
 Leid. 1. V. ad 40, 47, 9. Denique
 armatos, pro animos, perperam
 Voss. 2.

§. 11. *Omnia tristiora experiundo
 factura, quam quae praeceperant
 animis] experiendo* Voss. duo,
 Leid. duo, Lovel. 2. 3. 4. Haverk.
 et Fragm. Hav. expediendo Port-
 tug. exponendo Gaertn. experimen-
 to Hearnii Oxon. L. 1. Tum fa-
 ctura Lovel. 1. futura Leid. 2. Por-
 tug. et Haverk. sollemni scriba-
 rum aberratione. V. infra ad 31,
 45, 2. Deinde *quamquam praeci-
 perant* Lovel. 1. a m. 1. *quam per-
 ceperant* Lovel. 2. Sed *quae* inter-
 ceptum est a praecedenti *quam*.
praecipere autem, quod hic ve-
 rius est, et *percipere*, quod est
 quoque in Harlej. etiam alibi in
 Mltis confundi solent. V. infra
 ad 38, 20, 1. *praeciperint* Haverk.
praeciperint Portug. Paulo ante
Hoc frontibus est in eodem Por-
 tug.

§. 12. *Et primi traditi obsides,
 atque in custodiam abducti] Pall.*
pr. sec. et Andreae recensio ad-
ducti. Tert. vero *et primi tradi-*
ti obsides, atque in custodia obdu-
cti. GEBH. *et primum traditi* Por-
 tug. et Haverk. Sed, vulgatum
 verius esse, nullus negabit. Tum
 adducti etiam Voss. 1. Leid. 2.
 Lovel. 1. 2. Port. Haverk. Fragm.
 Hav. Hearnii Oxon. N. B. et edd.

vett. Rom. anni 1472. ac Parm.
 errore scribarum. V. ad 27, 29.
 1. *obsidesque in custodiam abducti*
 erat in Florent. a m. 1. unde post-
 ea factum est *obsidesque*. Cete-
 rum omnia haec verba cum se-
 quentibus *Tum a consulibus abire*
lictores iussi desunt in Gaertn. cui
 errori causa fuit vocis *iussi* re-
 petitio. V: modo hoc cap. ad §. 9.
 Paulo ante *extra vallum inermes*
exire alio ordine Harlej.

§. 13. *Paludamentaque detracta]*
paludamenta detracta sine copula
 Portug. *paludamentoque detracto*
 Harlej. et Hearnii Oxon. L. 2.
 [Veith.] quasi haec cum sequen-
 tibus conjungenda, et interpun-
 ctio mutanda foret, aut legendum
 esset *paludamento quoque detracto*,
 scilicet cuique consuli suo palu-
 damento. Sed recte in vulgatum
 conspirant reliqui omnes codi-
 ces. Paulo ante *Tum* deest in Lo-
 vel. 2. et *a consulibus* habent Por-
 tug. et Haverk. [*Tum L. consul*
abire lictores iussit. Veith.]

*Tantum inter eos, qui paullo
 ante] Lege inter ipsos, qui.* GE-
 LEN. Eandem lectionem confir-
 mant codd. mei. [*tanta* Veith.]

*Qui paullo ante eos execrantes
 dedendas lacerandosque consuerant]*
 Pall. pr. et tert. *qui paullo ante*
eos execrandos lacerandosque con-
suerant. sec. paullo ante qui eos
execranda dedendas lacerandosque

eos execrantes, dedendos lacerandosque censuerant, miserationem fecit, ut, suae quisque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantae majestatis, velut ab nefando spectaculo, averteret oculos.

VI. Primi consules prope seminudi sub jugum missi: tum, ut quisque gradu proximus erat, ita ignominiae objectus: tum deinceps singulae legio-

censuerant. Pro censuerant expressit Andreas *consuerant*. GEBH. paullo ante qui eos etiam Portug. et Haverk. Tum *execrandos lacerandosque* Lovel. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. *execrandosque* Voff. 2. *execrando dedendos lacerandosque* Lovel. 2. et Haverk. *execrandos, dedendos, lacerandosque* Portug. Denique *consueverant* Fragm. Hav. *consuerant* ed. Rom. anni 1472. *conservarent* Parm. Sed omnes has varietates ingenio potius librorum aberranti, quam ullam earam Livio adscribendam puto.

Miserationem fecit] Quis aut quae res miserationem fecit? Non utique alia, quam denudatio consulum. Scribe et concipe uno spiritu: *Tum a consulibus abire lictores iussi paludamentaque detracta tantam inter ipsos, qui paullo ante eos execrantes dedendos lacerandosque censuerant, miserationem fecerunt, ut suae.* J. FR. GRON. Ita facile librarios errare, et ex fecerunt facere potuisse fecit, patebit, si credamus, olim per compendium scriptum fuisse fecit. Vide tamen, an potius vobula exciderit, et legendum sit tantam id inter ipsos.

§. 14. *Ab illa deformatione tantae majestatis, velut ab nefando spectaculo, averteret oculos*] *ab illa tanta deformatione tantae majestatis* Portug. et Haverk. Tum velut Liv. Tom. V. P. I.

a nefando spectaculo Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. cum edd. Frobeniana anni 1535. prioribus. *velut nefando spectaculo* Voff. 2. et Lovel. 3. Denique *avertent* Haverk. et Harlej, idque etiam probare voluisse videtur librarius Portug. qui tamen per errorem dedit *avertent*. Ita Livium loqui solere, supra vidimus ad 2, 22, 7. Hic tamen non tantum numero plures, sed et integriores codices uno ore receptam lectionem tuentur.

§. 1. *Prope seminudi sub jugum missi*] Vox *prope* a m. 1. aberat a Voff. 1. Reliqui omnes eam agnoscunt. *Nudi* sub jugum missi memorantur infra 10, 36, 14. supra 3, 28, 11. *γυμνοί* apud Zonar. 7. Ann. 17. *discincti* apud Festum in v. *Jugum*. Hoc loco *seminudi*, vel *prope seminudi*, quam verior lectionem esse puto. Inter conditiones enim, quas Pontius Romanis obfert, erat etiam supra c. 4, 3. *Inermes cum singulis vestimentis sub jugum missurum*. Inferius autem c. 15, 6. *Papirius, qui testatur, se inlatam ignominiam ulcisci, non novam inferre, has leges victis Samnitibus ferebat, Arma, sarcinax, iumenta, multitudinem omnem inbelli intra moenia relinquerent: militem secum singulis vestimentis sub jugum missurum*. Si igitur cum *singulis vestimentis*, non tam *seminudi*, ut unus, quam *prope seminudi*, ut

- 2 nes. circumstabant armati hostes, exprobrantes eludentesque: gladii etiam plerisque intentati: et vulnerati quidam necatique, si vultus eorum indignitate
- 3 rerum acrior victorem offendisset. ita traducti sub jugum, et, quod pene gravius erat, per hostium oculos. quum e saltu evasissent, etsi, velut ab infe-

reliqui omnes Mſi constantor exhibent.

Tum ut quisque gradu proximus erat, ita ignominiae objectus] Pal. sec. gradu primus erat. GEBH. Ita et apud me Portug. Solent passim voces, proximus, sive proximus et primus in Mſis commutari. V. ad 5, 47, 5. Ceterum omnia haec verba exulabant ab Haverk. Tunc ut quisque legit Fragm. Hav. V. ad 2, 12, 15.

§. 2. *Circumstabant armati hostes, exprobrantes eludentesque] Campan. exprobrantes illudentesque. GEBH. circumstabant armis hostes Florent. quod Cl. Salvinio non displicebat. circumstant armati, voce sequenti omiſſa, editi ante Aldum. Sed tō hostes, quod primus is addidit, servant omnes scripti. Campani autem illudentes in nullo libro, vel scripto, vel edito, inveni. Vulgatum verius est, ex cuius interpretatione alterum natum videtur. eludere enim saepe pro inludere poni solet. Supra hoc lib. c. 2, 14. Sua ipsi opera laboremque irritum cum miserabili confessione eludentes. ubi unus etiam illudentes. 2, 45, 6. Adeo superbe insolenterque hostis eludebat. ubi plura vide. ducentesque multo pejor erat in Gaertn.*

Gladii etiam plerisque intentati, et vulnerati quidam necatique] Pal. tert. notatique. GEBH. gladiis etiam plerisque intentati Har-

lej. gladiis etiam plerisque intentati Haverk. gladii etiam plerisque intentati Lovel. 4. et Portug. gladii etiam plerisque intenti Fragm. Hav. a m. 1. Intentatus et latens alibi etiam commutantur. Exemplum supra habuimus 6, 39, 7. Hujusmodi autem errorum alia plura specimina infra v. ad 10, 37, 2. De locutione intentare gladios infra dicam ad 38, 6, 4. Sequens vocula et deficit in Lovel. 3. et edd. antiquis. Frobenius deum anno 1535. addidit, quam servant ceteri Mſi. Tum vulnerati quidam quidam, media voce addita, Voss. 1. Leid. 1. et Lovel. 1. Duplicem lectionem quidem et, quod verius est, quidam in scriptis invenisse videntur librarii, et hoc modo conjunxisse. V. ad 3, 44, 4. Hinc vocatique Gaertn.

Si vultus eorum indignitate rerum acrior victorem offendisset] Pal. sec. indignitate rei. GEBH. Ita et Harlej. Portug. et Haverk. [Veith.] Utrumque Livio in usu est. Supra 3, 38, 11. Indignitate rerum cessant in agros. ubi alia vide. Infra hoc lib. c. 9, 7. Non indignitas rerum sponſionis vinculum levat. Nihil itaque mutandum putato. Praeterea vulnus eorum perperam Voss. 2.

§. 3. *Quum ex saltu evasissent] Pal. sec. e saltu. GEBH. Ita etiam Florent. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quod eorum fide fretus in contextum recepit.*

ris extracti, tum primum lucem adspicere visi sunt, tamen ipsa lux ita deformis intuitibus agmen omni morte tristior fuit. itaque, quam ante noctem 4 Capuam pervenire possent, incerti de fide sociorum, et quod pudor praepediebat, circa viam haud procul Capua omnium egeni corpora humi prostrave-

Et si velut ab inferis extracti tum primum lucem adspicere visi sunt) et velut ab inferis Voss. r. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. et Portug. [Veith.] *ut ut velut ab inferis* Haverk. *ac si velut ab inferis* vett. edd. cuius loco *etsi velut* primum obscurit in Mediol. anni 1505. hinc in Ald. et tum in plerisque reliquis. Praeterea *tum lucem adspicere* Florent. Non placet. V. supra ad 5, 13, 6. et Epit. Liv. 7.

Tamen ipsa lux ita deformis intuitibus agmen omni morte tristior fuit] Pal. sec. *tam deformis*. GEBH. Similiter etiam Portug. et Haverk. Praeterea *tum ipsa lux* Haverk. V. ad 22, 27, 5. Hinc *intuentibus agmen cum morte* Portug. Deinde *tristior* Gaertn. V. supra ad 4, 52, 5.

{ 4. Quod; pudor praepediebat } quod pudor presidiebat Harlej. quod pudor impediebat Lovel. 2. Male. V. infra ad 28, 1, 6.

Omnium egena corpora humi prostravisse] Vet. lib. *egeni*. SIG. Pall. *tres omnium egeni*. GEBH. *omnium egena*, id est, nulla iis cura adhibita, omnibus, quibus corpora curantur, et veteres diligentius, quam nos, curare solebant, destituta et fraudata, voluntaria quadam dedignatione propriorum membrorum, quae affligere in rebus triftibus sollemne antiquis. Sic videtur eruditior haec lectio nobis in Thuan. Vossianoque inventa, quam *egeni*, quod in Sigonio-

no est tribusque Pall. Virgilius [1. Aen. 599.]

— — *exhaustos jam casibus, omnium egenos.*

Tacit. 5. Hist. [3.] de Judaeis: *Sanguis haud procul exiit totis campis procubuerant.* Sed hi tantum necessitate et fortuna; illi quodammodo consilio et dolore, eum et puderet, et dedignarentur quaerere aut sumere, quae usui essent. J. FR. GRON. *egena* in olim editis esse, ex vetustis lexicis intelligo, quae addunt ex Silii 6, 304. *decorisque et frontis egenum Corpus.* et ex Virgillii 8. Aen. 367.

— — *rebusque vni non asper egenis.*

quod et alibi in eodem est. DUR. Utra lectio praefenda sit, codd. in diversa abeunt. *omnium egena corpora* est in Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 4. Haverk. [Veith.] et forte etiam Klock. ac Florent. ex quo utroque nihil notatum video. Reliqui mei et Hearnii Oxonienses *egeni*. Saepius vidimus, passim librariorum indoctorum id egisse, ut adjectivum substantivo proxime praecedenti vel sequenti conveniret. V. ad 6, 3, 8. Id nisi etiam hoc loco evenisse vererer, eaque causa *egena corpora* datum esse, Gronovio consentiens lectionem illam, a Sigonio demum mutatam, contextui reddidissim. Nunc *ἐπί. Χω*, et rem arbitrio eruditi lectoris committo. Ceterum quamvis excerpta habeam codd. Ves-

5 runt. Quod ubi est Capuam nunciatum, evicit mi-
 seratio iusta sociorum superbiam ingenitam Cam-
 6 panis. : confestim insignia sua consulibus, fasces,
 lictores, arma, equos, vestimenta, commeatus mi-
 7 litibus benigne mittunt: et venientibus Capuam cun-
 ctus senatus populusque, obviam egressi, iustis

sianorum cum editione *ogeni* praeferente conlatorum, ex neutro tamen aliquid notatur.

§. 5. Quod ubi est Capuam nunciatum, evicit miseratio iusta] Capua nunciatum in Oxon. L. 2. esse, Hearne notavit. Sed finalis littera m a vocis sequentis initiali n intercepta est; vel potius librarius notam, qua littera m vulgo indicatur, perperam omisit. Vox *iusta* non adparet in contextu Lovel. 4. *evincis* etiam legit Florent.

§. 6. Confestim insignia sua consulibus] et confestim insignia unus meorum Leid. 2.

§. 7. Cunctus senatus populusque obviam egressus etc. fungitur officii] Pall. duo, primus ac tertius, obviam egressi. et mox iidem publicis funguntur officii. GEBH. MSS. ex melioribus egressi funguntur, ut dictum ad 7, 19, 2. J. FB. GRON. egressi funguntur apud me soli tantum Voss. 2. et Lovel 3. et apud Hearnium non nisi unus L. 1. egressi fungitur Leid. 1. Lovel. 2. et 4. a m. 1. Harlej. Portug. Gaerta. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. egressus fungitur Florent. Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. a m. 2. Portug. Klock. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et N. [Veith.] Praeterea venientibus Capuam cunctis Lovel. 3. Vox *Capuam* deficit in Voss. 2. Hinc *senatus populus*, omissa vocula *que*, Haverk.

Iustis omnibus hospitalibus pri-

vatisque et publicis fungitur officii; iustis omnibus deest in MS. *Legobviam egressus omnibus hospitalibus, privatisque iuxta et publicis fungitur officii.* KLOCK. Codices mei nihil mutant, nisi quod *iustis omnibus hospitalibus* sit in Haverk. *iustis omnibus hospitalibus* in Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. et Haverk. Librario prioris codicis displicuisse videntur tot adjectiva *iustis omnibus hospitalibus privatis publicis* uni nomini *officiis* juncta. Sed haec vel in duo dispescenda sunt *iustis omnibus hospitalibus*, et deinde *privatisque et publicis officii*, ut posterius sit ulterior explicatio prioris, eo nempe indicari officia privata et publica. Eo ducit distinctio minor, qua in ed. Cl. Gronovii, Hearnii aliorumque *publicisque et privatis officii* a prioribus dirimuntur. Et tum *iusta omnia hospitalia* eodem modo dictum erit, quo *iusta militaria, iusta funebria*, ac similia, de quibus agit Gronov. 4. Observ. 6. Vel *privatisque et publicis*, minori distinctione non tantum a praecedentibus, sed etiam a sequentibus, dividenda sunt, ut sit in quibusdam edd. ut ita indicetur, per *iusta omnia hospitalia officia* intelligi partim publica, partim privata officia. Hoc si placet *publicisque et privatis* ita dictum erit, ut multa alia, de quibus infra ago. ad 10, 30, 2. Posteriorum autem codicum scribae sollemni lapsu *iusta* et *iusta* confuderunt. De eo v. viros doctos ad Sereu. Sammon.

omnibus hospitalibus, privatisque et publicis funguntur officiis: neque illis sociorum comitas, vultusque benigni, et adloquia non modo sermonem elicere, sed ne, ut oculos quidem adtollerent, aut consolantes amicos contra intuerentur, efficere poterant. Adeo super moerorem pudor quidam fugere conlo-

v. 1015. et quae olim notavi ad Sillii 13, 379. Certe ex his patet, eundem Klockii emendatione ac verborum traiectione opus non esse. Quod autem ad codicem, quo usus est, adtinet, adparet, ejus quoque scribae tot adjectiva cumulata displicuisse, ideoque duo priora eorum omisisse.

§. 8. *Adloquia non modo sermonem elicere, sed ne, ut oculos quidem adtollerens*] colloquia Voff. 2. eloquia Lovel. 2. et Gaertn. Male. Vox *adloquium* etiam supra apud Livium occurrit 1, 34, 11. Et ipse fortunam benigno adloquio, comitate invitandi, beneficiisque, quos poterat, sibi conciliando, adjuvabat. Verum hoc loco speciali magis significatione *adloquium* pro consolatione ponitur, ut ex sequentibus colligitur. De ea significatione v. viros doctos ad Valer. Max. 2, 7, 6. et quos ibi laudarunt. Praeterea ne deest in Lovel. 2. sequens ut in Lovel. 3.

Consolantes amicos contra intuerentur] amicos circa intuerentur Leid. 2. Alibi ita variasse librarios, infra videbimus ad 37, 15, 7. amicos intuerentur media voce omissa Lovel. 2. Male. Supra 1, 16, 6. *Potens precibus, ut contra intuerifas esset.* ubi quaedam video, et ad 3, 60, 9. Eodem sensu Silius dixit 6, 368. *fert lamina contra Patrus frontem.* At alios contra intuerentur, id est animos, Gaertn. Exemplum, librarios variasse haec vocabula, supra habuimus 8, 19, 11.

§. 9. *Adeo super moerorem pudor quoque effugere conloquia et coetus hominum cogebant*] pudor quidam habent manuscripta volumina. GELEN. Vet. lib. cogebat. SIG. Pall. pr. ac tert. super morem pudor quidam fugere colloquia. Andreas pudor quoque effugere. Campanus, cui consonat Pal. sec. adeo eos super moerorem pudor quidam fugere. GEBH. Scripti omnes fugere colloquia. Nam illud eventus, hoc voluntatis, de qua voluit exponere. J. FR. GRON. Pro adeo, est ut eos in Lovel. 4. ad eos in Leid. 1. adeo eos Harlej. et Hearnii Oxon. L. 2. Verum illud eos, quod commode abesse poterat, et abest etiam ab optimis codd. vel ex eo natum est, quod duplicem lectionem adeo et ad eos, ut in aliis existat, simul exprimere librarii voluerint, vel repetitum est ex ultimis literis vocis praecedentis, et prima sequentis. V. ad 5, 50, 5. Deinde super morem Voff. 2. et Lov. 3. Patet, per compendium morem olim scriptum fuisse; librarios vero, ut saepissime alibi, notam compendiariae scripturae neglexisse. Hinc pudor quidam Voff. 2. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 4. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. B. pudor quidam Florent. Voff. 1. Lovel. 3. Haverk. Portug. Klock. Fragm. Hav. a m. 2. et Haverk. quod recte Gelenius restituit. Solent autem saepe quidem et quidam commutari. V. ad 39, 17, 5. Insuper coetus hominum, pro coetus, Haverk. quod ex compendio coetus, pro coetus, profuxisse

10 quia et coetus hominum cogebat. Postero die quum
 juvenes nobiles, missi a Capua, ut proficiscentes ad
 11 finem Campanum prosequerentur, revertissent; voca-
 tique in curiam percunctantibus majoribus natu, mul-

videtur. *coetus annuum* Florent. a m. 1. V. ad 3, 54, 6. Tandem *cogebant* primum adparuit in Froben. anni 1535. et ita praeferunt Florent. ap. Leid. 1. Videri posset, *super moerorem pudor cogebant* eodem modo dictum esse, quo *dux cum principibus capiuntur*; de quo infra v. ad 21, 60, 7. Praefero tamen vulgatum.

§. 10. *Ut proficiscentes ad finem Campanum prosequerentur* Vet. lib. *ad finem usque Campani agri*, Dixit tamen alibi (34, 56, 2.) *finem Pisanum*. SIG. Pal. sec. *ad finem usque Campani agri prosequerentur*. GEBH. Ita et Portug. Hav. et Fragm. Hav. a m. 2. quod perperam Sigonius in contextum recepit, quamvis ipse vulgatum apud Livium, obscurrere observasset. Recte itaque sequentium nemo ei obediens fuit. Non modo enim optimi codices alterum tuentur, verum etiam saepissime Livius ita locutus est. 2, 49, 9. *Sua tuta omnia, infesto hostium, vagantes per utrumque finem, facere*. 4, 58, 1. *Per legatos facialesque res repeti coeptas; quibus ventientibus ad finem legatio Vejentium obvia fuit*. 39, 37, 10. *Q. Fabium Labeonem, quum in regione ea fuisset, direxisse finem Philippo veterem viam regiam*. Ita Colum. 9, 10. *Fugas destitutus praesidio finem regni non audeat excedere*. Eo sensu defendi posset apud Sallust. in Jug. 19. *Philonem aras, quum Aegyptum versus finem habuisset Karthaginianses*. modo certiores codd. eam lectionem praeferrerent. Plura v. apud Gronov. ad Livii 85, 27, 9. et ad 38, 15, 10. *ad finem Capuanum* habet Lovel. 1. Mala

V. ad 7, 30, 21. *Tò ut deerat in Lovel. 3. Paulo ante Postera die, pro Postero, est in Lovel. 4. Sed neque hoc probandum*. V. supra ad 1, 19, 1.

§. 11. *Percunctantibus majoribus natu*] Pall. duo *percunctantibus*. GEBH. Ea Pall. codd. lectio errori acribarum tribuenda est. V. infra hoc libro c. 10, 7. *percunctantibusque majoribus natu* Voss. v. Leid. 2. et Lovel. 1. *majoribus percunctantibus natu* Gaertn. *percunctantibus* deest in Lovel. 4.

Multo sibi moestiores et abjectiores animi visos] Vet. lib. *moestioris et abjectioris animi*. SIG. Pall. duo *moestiores et abjectioris animi*. Campan. *moestiores et abjectioris animi*. Andr. *moestiores et abjectiores animi*. Vulgatam lectionem *moestioris et abjectioris animi* sustinet Pal. sec. GEBH. Corruptum vidit Sigonius: sed nimis mutat, *moestioris et abjectioris animi*. Fuerat enim, ut est. In plerisque nostris, *moestiores et abjectioris animi visos*. Prima forma *moestum et abjecti animi hominem* diceret: sit igitur secunda collatione *moestorem et abjectioris animi*. J. FR. GRON. Libri admodum variant. Sigonio consentiunt Harlej. Portug. a m. 1. (in quo *animos emendatum est a m. 2.*) Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Gronovio favent Voss. duo, Lovel. 2. 3. et Haverk. nisi quod *altimas hic legat abjectioris*. Sed lectionem, quam ante Sigonium obtinuit, tuentur Florent. Leid. duo, Lovel. 1. Gaertn. Klock. et Fragm. Hav. a m. 3. Si integerrimorum codd. fide et auctoritate

to sibi moestiores et abjectioris animi visos, referrent; adeo silens, ac prope mutum agmen incessisse: tacere indolem illam Romanam, ablatosque cum armis animos. non reddere salutem, non salutantibus dare responsum, non

standum erit, praeferenda est ultima haec lectio: sed si Livii, orationem omni modo variare captantis, morem sequi velimus, recipienda erit scriptura Gronovii. V. ad Livii 38, 39, 10. illa vero Sigonii reliquis inferior aestimari debet. Eligat lector, quid quid placeat. Ego ab eo, quod Gronovius recepit, non recedo. Praeterea multos sibi Harlej. et Haverk. Sed voci multo adcreverat litera initialis vocis sequentis, quod ex codd. Leid. 2. et Lovel. 1. multos ibi legentibus colligi potest. Alia ejus erroris exempla v. ad 28, 25, 2. De multo comparativis addito v. supra ad 1, 48, 3. Adde Cel. Burm. ad Ovid. Ep. 13. Her. 83.

§. 12. *Tacere indolem illam Romanam, ablatosque cum armis animos* Vix mihi dubium est, quin scripserit Livius *jacere*. GRUT. Usurpant interdum illo sensu, quo ignorari, non apparere, non nosci. Seneca ad Marciam 1. *At illorum carnificum cito scelera quoque, quibus solis memoriam merventur, tacebunt.* Ita MSS. ubi Erasmus *jacobunt*, Pincianus et Muretus *tacobuntur*. Cicero 2. de Offic. [1.] *Quum autem res publica nulla esset omnino, illae scilicet literae conticuerunt forenses et senatoriae.* id est, celebratae et frequentatae non sunt. Noster hoc libro inferius (c. 19, 15.) *Absit invidiam verbo, et civilia bella silent.* Sic *mutum* et *surdum* nomen dicunt poetae pro ignobili et obscuro. Sic potest defendi omnium librorum lectio: caeterum non incommode Gruterus *jacere*; ut *rectam indolem* alioqui dicimus;

et *alta indoles* Hasdrubalis apud nostrum 21, [2, 4.] 10, [35, 6.] *Se quidem omnia expertos, [1. facturos.] sed militum jacere animos.* Quintilianus Instit. 6, 4. *Nam est res animi jacentis, et mollis supra modum frontis, fallitque plerumque, quod probitas vocatur, quas est imbecillitas.* Placet tamen *tacere*, propter viciniam *abjectioris*. J. FR. GRON. Codices nihil mutant, nisi quod unus Leid. 1. unica litera omissa, obferat *acere indolem*, pro quo cum Grutero et, qui conjecturam ejus laudat, N. Heinsio ad Vellej. Paterc. 2, 112, 3. malo *jacere*, quam, ut vulgo editur, et reliqui codd. servant, *tacere*. Juvenes enim nobiles Campani majoribus natu non tantum referebant, indolem Romanam *tacere*, id est, non nosci, ignorari, non adparere, sed eam *jacere*, id est, plane victam ac prostratam esse. Cic. in Pison. 26. *Diffidens ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctuque jacuisti.* 10. ad Att. Ep. 9. *Jacet in mocrora meus frater.* Orat. de Arusp. resp. 24. *Videtis igitur hominem per se ipsum jam pridem afflictum ac jam contem perniciosis optimatum discordiis excitari.* de Amic. 16. *Saepe enim in quibusdam aut unum abjectior est, aut spes amplificandae fortunae fractior. Non est igitur amici, talem esse in eum, qualem ille in se est: sed potius eum et efficere, ut amici jacentem antimum exalter. Quem locum paulo plenius laudavi, ut adpareat, causam non habuisse Gronov. praeferendi *tacere* ob viciniam *abjectioris*; quum Cic. ibi etiam *jacentem antimum* et *antimum* ab-*

biscere quemquam prae metu potuisse, tamquam ferentibus adhuc cervicibus jugum, sub quo emissi essent.
 13 *Habere Samnites victoriam, non praeclaram solum, sed etiam perpetuam. cepisse enim eos non Romam, sicut ante Gallos, sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem ferociamque.*

jectior subieciat: praeterquam quod non videam, quemadmodum *abjectior* et *jacere* vel propius juncta displicere possint. Solent autem verba *jacere* et *tacere* saepissime commutari. V. N. Heinsium ad Nason. 15. Met. 189. Broekh. ad Prop. 2. El. 21, 36. Bentlej. ad Horat. 1. od. 37, 25. Davis. ad Cic. 1. Tuscul. 3. Burmann. ad Valer. Flacci 3, 73a. et Markl. ad Statii 1. silv. 3, 40. Et ita variant codices etiam infra 37, 47, 7. Ceterum voces *Romanam*, *ablatisque cum armis animos* non adparent in Florent. Voss. a. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Harlej. sola tantum vox *Romanam* in Gaertn.

Non hiscere quemquam prae metu potuisse] hiscere quicumque Harlej. Tum promotu, exulante voce potuisse, Gaertn.

Sub quod emissi essent] Pall. duo sub quo demissi essent. In sec. vero a m. 2. sub quod demissi. Camp. autem sub quod missi essent. GEBHARD. Potius sub quo. 3, [28, 21.] Sub quo jugo dictator Aequos emisit. J. FR. GRON. sub quod emissi Florent. Lovel. 1. Portug. Haverk. Klock. et Fragm. Hav. a m. 1. sub quo demissi Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 2. sub quo dimissi Lovel. 4. Harlej. et Gaertn. [Veith.] sub quo emissi Voss. 1. et Leid. 2. V. supra ad 3, 28, 11.

§. 13. *Cepisse enim non Romam] Pall. tres cepisse enim eos non Romanam. GEBH. Rott. Flor. Voss.*

uterque, et editi *cepisse enim eos non Romam*. J. FR. GRON. Pronomen *eos* exstat etiam non tantum in Hearnii Oxoniensibus, sed praeterea in omnibus meis, nisi quod ejus loco *nos* perperam sit in Haverk. Mutato autem ordine *cepisse eos enim non Romam* legit Gaertn. Pronomen primum omissum vidi in Paris. anni 1573. Paulo ante *Samnites habere victoriam*, aliter digestis vocabulis, Lovel. 2. Voces *sicut ante Gallos, sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanam* deficiunt in Gaertn. quem errorem ut librarius committeret, causa fuit repetitio vocum *Romam* et *Romanam*. V. ad 9, 11, 11. Ceterum *Romanas virtutem et ferociam* habet Haverk.

§. 1. *In concilio sociorum fidelium] Ita primus edidit Modius, et plerique servant codd. Antea typis descripti legerunt in consilio, quae scriptura etiam superfluit in Lovel. 2. et Gaertn. Quum autem Gronov. infra 44, 2, 5. docuerit, senatum esse publicum consilium, non concilium, atque ex praecedentibus et sequentibus pateat, respici ad id, quod fecerint senatores Campani, quum retulissent in curiam vocati juvenes nobiles, quae viderant; eo inclinatus animus, ut in consilio v. iorem lectionem esse credam. Optimis tamen libris in vitis in contextum admittere ausus non fui. Deinde *fidelium sociorum* Leid. 2. et Lovel. 1. Paulo ante *ro haec**

VII. Quam haec dicerentur audirenturque, et 1
deploratum pene Romanum nomen in concilio so- 2
ciorum fidelium esset; dicitur Ofilius Calavius, O- 3
vii filius, clarus genere factisque, tum etiam aetate
verendus, longe aliter se habere rem dixisse: *Silen- 3*
tium illud obstinatum, fixosque in terram oculos, et

deficit in Leid. 2. *audirentur* in Florent. a m. 1. Insuper *nomen Romanum* habet Gaertn.

§. 2. Dicitur *Ofilius Acalavius* (Ovi filius) Sunt, qui contendant, aut *Ofi*, pro *Ovi*, legendum esse, aut *Ovilinus*, et non *Ofilius*. Id egelectoris iudicio relinquo. Caeteram *Calavius*, non *Acalavius*, legendum. GLAR. Vet. lib. *Ovi*. SIG. Pall. pr. actert. *Calvius Ovi*. sec. *Calvius Ovi*. Andreas edidit *Ofillius Acalavius Ovi*. Camp. *Orphinius Calvius Ovi filius*. GEBH. Prius nomen scribitur *Ofillius* in Hearnii Oxon. L. 2. et C. *Ofillius* in Florent. pro quo literis transpositis *Filolius* est in Klock. *Ofilius* in Leid. 2. et Haverk. Sed editi *Ofillius* vel *Ofilius* usque ad Gruter. cujus postrema *Endocis* *Ofilius* substituit, ut habent plerique scripti. Secundum est *Acilavius* in Klock. *Aalanus* in Voss. 1. pro quo in margine legitur *Calvius*. Et hoc postremum servant Lovel. 1. 2. 3. et Fragm. Hav. *Alanus* Harlej. et Oxon. L. 2. apud Hearnium, qui *Alanus* in C. *Callus* in L. 1. scribi, at in N. deesse notat. *Calanus* habent Portug. et Haverk. Deinde *Ofilius filius* Leid. 1. *cui filius* Gaertn. *Ovi filius* Voss. duo; Leid. 2. Lovel. 2. 3. Port. Klock. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. qui duas has voces in L. 1. deesse auctor est. At *Calavius Ovi filius* omittit Florent. pro quibus *Calanuffoni filius* legit Lovel. 4. Quamvis ratio nominum apud

alios, quam Romanos, Italiae populos obscurior sit, et praenominum vicem apud eos saepe obtinuisse inveniantur, quae alibi nomina gentium sunt; verisimile tamen est, patrem *Ovium Calavium*, filium *Ofillum Calavium*, dictos esse, adeoque vulgatam lectionem servandam esse. Certe *Ovius* Campanorum nonnumquam praenomen, *Calavius* nomen gentile esse, inde probabile redditur, quod *Calavio Ovium Novium* quo Campano Livius infra memoret hoc lib. c. 26, 7. *Pacvium Calavium*, summum Capuae magistratum, quo anno, tempore belli Punici secundi, res male gesta ad Trasimenum est, 23, 2, 2. *Campano Calavio* 26, 27, 7. *Ovius* etiam Samnitium praenomen fuisse, indicat eorum sacerdos *Ovius Pactius*, cujus infra mentio fit 10, 38, 6. Si autem *Ovius* in patre Calavio praenominis loco fuit, consequens est, *Ofilius* in filio eodem loco habendum esse.

Clavus genere factisque, tum etiam aetate verendus] *genere clarus factisque* Harlej. *claro genere factisque* Lovel. 2. *clarus genere, clarus factis, etiam aetate* Leid. 2. et Lovel. 1. Praeterea *aetate gerendus* Voss. 2. et Lovel. 3. Mox alio ordine *rem se habere* Lov. 2.

§. 3. *Ingentem molem irarum ex alto animi clementis indicia esse*] Habent manuscripta volumina *ex alto animo*, etsi parum interest. GELEN. Pall. tres *molem min-*

niosæ pacis magis, quam periculi, nuncius fuit.
 7 Ad famam obsidionis delectus haberi coeptus erat: dimissus deinde auxiliorum adparatus, postquam de-
 ditionem tam foede factam acceperunt: extemplo-
 que sine ulla publica auctoritate consensum in om-
 8 nem formam luctus est. Tabernæ circa forum
 clausæ, justitiumque in foro sua sponte coeptum
 prius, quam indictum: lati clavi, annuli aurei posi-

§. 7. *Ad famam obsidionis delectus haberi coeptus erat*] *Ob famam obsidionis Portug. sollemni scribarum errore. V. ad 37, 27, 6. Deinde dilectus Florent. Leid. 1. et Fragm. Hav. V. ad 37, 51, 7. Sequentia ita interpungit ac legit Klockian. coeptus erat dimissus; deinde auxilia, tum apparatus. Pro deinde est inde in Haverk.*

Extemploque sine ulla publica auctoritate concessum in omnem formam luctus est] *Vet. lib. sine ulla publica auctoritate consensu in omnem formam luctus populus versus est. Ego tamen nihil muto. SIG. Sigonius ait, habere vet. codices sine ulla publica auctoritate consensu in omnem formam luctus populus versus est. Quæ scriptura diversius longe abit ab aliis libris antiquis, quam ut recipienda videatur. Nofrae Fuldenæ membranæ referunt simpliciter: sine ulla publica auctoritate consensum in omnem formam luctus est. MOD. Sigonii cod. ut et Pal. sec. extemplo sine ulla publica auctoritate consensu in omnem formam luctus populus versus est. Quæ sunt interpretamenta alscujus socioli. Campanus quoque temeritatis se obstrinxit, dum venustum dicendi genus interpolavit, odens consensum in omnem formam luctus est. GEBH. Thuan. duo Pall. Voss. [pr.] Helm. et Campanus consensum. Adde ad*

1. 4, 34. Sed ultione ac sectione dignus ob incredibilem audaciam Sigoniani codicis corrector, qui exhibuit: *auctoritate consensu in omnem formam luctus populus versus est. Cogites licet, quid adeam periculi, qui ex hujusmodi libris emendare tentat editos. J. FR GRON. Si in melioribus libris non esset consensum, facile et ipso Livio defendi posset concessum. 2, 33, 1. Agi deinde de concordia coeptum, concessumque in conditiones. 32, 23, 12. In Attali sententiam concessit. c. 36, 8. In hæc sententiam et ceteri sociorum principes concesserunt. Justinus 24, 2. In matrimonium fratris concedit DUK. Vet. lib. Sigonii consentiunt Harlej. Gaertner. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. [Veith. nisi quod omittat formam] et Hearnii Oxon. B. qui in codice N. pejor adhuc auctoritate consensu in omnem formam luctus populus Romanus factus est invenit. Sed lectio nem, quam Modius ex membranis Fuld. protulit, ac plurius testimonio Gronov. firmavit, tuentur etiam Leid. uterque, Lo vel. 1. 2. 4. Klock. et Hearnii Ox. L. 1. 2. et C. Neque inde in diversa abeunt Voss. 2. et Lov. 3. quæ quod consulum, pro consensum præferant; aut Portug. et Fragm. Hav. nisi quod consensu exhibeant. Unus tantum Florent. s. excerptis meis fides habenda si servat concessum. Sed solent con-*

ti; pene moestior exercitu ipso civitas esse: nec du-
cibus solum atque auctoribus sponsoribusque pacis
irasci, sed innoxios etiam milites odisse, et negare
urbe tectisve accipiendos. Quam concitationem a-
nimorum fregit adventus exercitus, etiam iratis
miserabilis. non enim tamquam in patriam reverten-
tes ex insperato incolumes, sed captorum habitu
vultuque ingressi sero in urbem, ita se in suis quis-

*cessus et consensus in Mitis commu-
tari. V. supra ad 3, 26, 6. 4, 6, 3.
c. 47, 4. 6, 42, 11. 9, 46, 9. (*34,
59, 7.) et viros doctos ad Suet.
Aug. 57. Similiter discessisse et
discessisse. V. infra ad 22, 3, 14.
Praeterea extemplo, omisa par-
ticula copulante que, Lovel. 3. 4.
Harlej. Portug. Gaertn. Haverk.
et Fragm. Hav. [Veith.]*

§. 8. *Lasi clavi, annuli aurei po-
siti] Plinius 33, 1. Romae longo
tempore inter privatos nullos
fuisse annulos scribit aureos. pu-
blice quidem legatis datos: trium-
phantem autem ferreis usos, at-
que ita triumphatum a C. Mario,
nec ab eo sumptum aureum an-
nulum ante tertium consulatum.
GLAR. Hunc Plinii locum Glareo-
nus laudasse videtur, ut fidem Li-
vii, usum aureorum annulorum
hoc tempore notum fuisse innu-
entis, convellat. Verum, circa
haec tempora senatores annulos
aureos gestasse, ex aedilitate C.
Flavii, qui hunc honorem sede-
im admodum annis postea ade-
ptus est, constat. Refert enim Li-
vius hoc lib. cap. ult. §. 12. tan-
tum Flavii comitia indignitatis
habuisse, ut plerique nobilium an-
nulos aureos ac phaleras deponerent.
Sequoque idem in annalibus anti-
quissimis reperisse, refert etiam
Plinius 33. H. N. 1. Additum Fla-
vio, ut simul et tribunus plebis esset.
Quo facto tamen senatus indignatione*

*exarsit, ut annulos ab eo abjectos
fuisse, in antiquissimis reperiat
annalibus. annulos aureos
ibi intelligi, praecedentia docent.
Hinc patet, non opus esse, ut cum
Doujatio statuamus, annulos au-
reos praeis his temporibus ma-
trouarum ornatui servatos esse,
a quibus nunc positi sunt. Cete-
rum jam clavi Lovel. 4. laticlavium
Harlej. Deinde aurei annuli Por-
tug. et Haverk. Vox annuli deficit
in Voff. 2. et Lovel. 3. Paulo an-
te institutumque, pro institutum-
que, Gaertn. iustitium, sine par-
ticula que, Haverk. Mox verbis
sequentibus moestior exercitus ipsa
civitas, pro ipso, Fragm. Hav.*

§. 9. *Nec ducibus solum atque au-
ctoribus sponsoribusque pacis tra-
sci] Pal. sec. nec ducibus solum au-
ctoribus, GEBH. Ita et Portug. at-
que Haverk. Sed atque auctoribus
sponsoribusque pacis Voff. 2. et Lo-
vel. 3.*

*Milites odisse, et negare urbe te-
ctisve accipiendos] Pal. sec. urbe
tectisve recipiendos. GEBH. Con-
sentiant etiam hic Portug. et Ha-
verk. Male. V. ad 5, 21, 3. urbe
tectisque accipiendos Voff. 2. et Lo-
vel. 3. Praeterea milites odire
Klock.*

§. 10. *Etiam iratis miserabilis]
et iratis Voff. 2. V. ad 22, 47, 9.
etiam iratus miserabilis Leid. 2. et
Haverk. V. ad 6, 3, 8. Tum colu-*

que tectis abdiderunt, ut postero atque insequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum adspicere vellet. Consules, in privato abditi, nihil pro magistratu agere, nisi quod expressum senatusconsulto est, ut dictatorem dicerent comitiorum causa.

13 Q. Fabium Ambustum dixerunt, et P. Aelium Pa-

mes, pro incolumes, Portug. foro, pro sero, Leid. 1. a m. 1.

§. 11. Ita se in suis quisque tectis abdiderunt, ut postero atque insequentibus diebus] Itaque se in suis quisque tectis Leid. 2. V. ad 21, 53, 7. Ita suis se quisque tectis Lov. 4. Hinc addiderunt Leid. 1. V. ad 2, 45, 7. Deinde ut postremo atque insequentibus diebus Leid. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. quae vocum earum commutatio in Mssis frequens est. V. supra 3, 55, 4. ubi quaedam notavi. 4, 51, 8. 7, 39, 11. 8, 8, 8. et 10, 25, 9. (* 22, 51, 5. 32, 10, 9. 34, 25, 4. 35, 30, 5.) ut postero die atque insequentibus diebus edd. vet. quod eadem forma dietum esse videri posset, atque illa, de quibus agit Cel. Jac. Gronov. ad Liv. 6, 1, 1. Verum Aldus vocem *die* omisit, ejusque exemplo plerique recentiores editores. Neque in ullo apud me codice superest.

§. 12. Consules in privato abditi] Pal. pr. et tert. in privato abducti. GEBH. Iisdem consentiant Voff. 2. et Lovel. 3. Sed vocem *abditi* non agnoscit Florent. Mox pro magistratibus Hearnii Oxon. L. 1.

Nisi quod expressum senatusconsulto est] expressum senatusconsultum est edd. Rom. anni 1472. et Parm. Sed v. ad 3, 62, 2. Hinc factum videtur, ut praeferant expressum senatusconsultum est Voff. duo, Lovel. 3. et Gaertn. nisi error ex eo

natus sit, quod brevissime scriptum fuerit *expressum S. C. est.* et librarii nesciverint, quo casu vox proferenda foret; ad quem lapidem plurimis locis offenderunt. V. ad 38, 60, 1. *expressum populi jussu tum est* Harloj. et Haverk. *expressum tum est* Leid. 1. Lovel. 2. et Portug. *expressum tum est senatusconsulto* Hearnii Oxon. B. et L. 2. *expressum factum est* Leid. 2. et Lovel. 1. *expressum sanctum tum est* Lovel. 4. quomodo aberravit librarius, quod scriptum invenisset *expressum Sen Ctum est.* Certe *expressum SENŒ* est etiamnum exhibit Florent. Praesertim in hac voce ac variis, quibus scribi solet, compendiis reddendis peccasse librarios, infra videbimus ad 22, 10, 1.

§. 13. Q. Fabium Ambustum dixerunt, et P. Aelium Pactum magistrum equitum] Hoc tempore duo M. Fabii, Ambustus et Dorsae fuerunt. Duo item Q. Fabii, Ambustus et Rutilianus, ut priore libro [c. 29, 9. et c. 33, 4.] admonuimus. Utri autem utrorum filii fuerint, mihi non liquet. certe nemo *Maximi* adhuc habuit cognomen. Rutilianum video a Livio *Maximum* vocatum κατά τὴν πρόληψιν, ut antea [ad 8, 18, 4.] diximus, ut, quae hic mox de interregibus, probant. GLAR. Pal. sec. *Ambustum dixerunt. Is P. Aemilium Pactum magistrum equitum dixit.* Pall. duo dixerunt, P. *Aemilium Pactum.* Editiones vetustissimae quoque nominant P. *Emi-*

tum magistrum equitum. quibus vitio creatis, sub-¹⁴
 cti M. Aemilius Pappus dictator, L. Valerius Flac-
 cus magister equitum. Nec per eos comitia habitā:
 et, quia taedebat populum omnium magistratum
 ejus anni, res ad interregnum rediit. Interreges Q.¹⁵
 Fabius Maximus, M. Valerius Corvus. is consules

lium Petum. GEBH. dixerunt, P. Aemilium Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. dixerunt, et P. Aemilium Florent. Klock. et Hearnii Oxon. B. et L. 2. in cujus L. 1. dixerunt, et A. Aemilium superest. dixerunt, et P. Aemilium magistrum equitum dixit in Harlej. dixerunt. Is P. Aemilium Pactum magistrum equitum dixit in Haverk. Aelius et Aemilius etiam alibi commutantur. V. ad 10, 23, 13. Praeterea Pactum, pro Pappum, est in Voss. 2. et Lovel. 3. Pappum in Lovel. 2. cognomen hoc omittitur in Hearnii Oxon. L. 1. Ceterum Fabiorum stemma, quantum indagari potuit, contexit Sigonius ad Liv. 4, 58, 6.

§. 14. Quibus vitio creatis sus-
 fecit M. Aemilius Pappus] Scribe
 M. Aemilius Pappus, auctoribus
 Capitolinis lapidibus et libris
 vet. SIG. Pappus Lovel. 4. Harlej.
 et Portug. a m. 2. Papius Gaert-
 ner. Reliqui Pappus praeferunt,
 quemadmodum recte Sigonius re-
 sultit: quem etiam v. ad 27, 6,
 16, 28, 38, 11. et viros doctos ad
 Suet. Aug. 2. Tum quibus vitio
 creati subfecti Gaertn. Ceterum
 tota periodus quibus vitio etc. ma-
 gister equitum non est in Hearnii
 Oxon. L. 1. Mox taedebat populum
 ejus anni magistratum omnium
 Portug. Neque aliter Haverk. ni-
 si quod tradebat praeferat, pro
 taedebat, et ignoret vocem om-
 nium.

§. 15. Interreges Q. Fabius Maxi-

mus, M. Valerius Corvus] Interre-
 gesque Fabius Maximus Voss. 2. Lo-
 vel. 2. 3. Gaertn. et edd. Rom. an-
 ni 1472. ac Parm. V. infra ad 22,
 31, 7. Deinde L. Valerius Corvus
 Harlej. et Hearnii Oxon. L. 2. in cu-
 jus C. deficit praenomen, quem-
 admodum cognomen in Leid. 2.
 et Lovel. 1. Perperam Corvius
 vocatur in edd. Sigonio priori-
 bus. Reliqui Msi hic recte Corvus
 exhibent. V. ad 7, 26, 12.

Is consules creavit Q. Publum
 Philonem et L. Papium Cursorem]
 Publilium legendum, non Publi-
 um, ut saepius, quam oportuit,
 nunc admonuimus; ac addendum
 tertium. Fuit enim iterum anno
 ab urbe condita cxxxvii. ut ipse
 Livius fatetur [8, 22, 8.] Idem Pa-
 pyrio Cursori hic addit iterum,
 quum anno cxxxviii. [8, 23, 17.]
 Mugillanum posuerit, de Cursore
 dubitaverit, quemadmodum et
 postea dubitat de Papyriorum co-
 gnominibus anno cxxxv. [hoc
 lib. c. 15, 11.] GLAR. Quemad-
 modum alibi, ita hic iterum pec-
 cant codd. scripti. Nam Q. Pu-
 blium Philonem est in Voss. 1. Leid.
 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. L. 2.
 P. vel Publum Philonem Voss. 2.
 Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Portug.
 Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et
 apud Hearnium Oxon. B. et C. Pu-
 blium Philonem Leid. 1. Recte ve-
 ro Q. Publilium Philonem Florent.
 et Klock. V. ad 8, 12, 4. Eidem
 vero numerum tertium adjungend-
 um esse, existimat etiam Pighius
 in Annal. ad Ann. cxxxiii. p. 349.

creavit Q. Publilium Philonem et L. Papirium Cursorem iterum, haud dubio consensu civitatis, quod nulli ea tempestate duces clariores essent.

1 VIII. Quo creati sunt die, eo (sic enim placuerat Patribus) magistratum inierunt, sollemnibusque
senatus-

Sed v. quae notantur ad 2, 16, 7. Praeterea particula *et* deficit in Harlej. uno. V. ad 2, 17, 1. Ceterum quemadmodum Livius, qui supræ 8, 23, 17. ejus anni consulem *L. Papirium Mugillanum* adpellarat, addens se in aliis annalibus *Cursorem* invenisse, hic tamen *iterum* consulem dicat, ad eum ipsum locum videndum est. Mox *duces* deficit in Leid. 1.

§. 1. Quo creati sunt die, eo etc.] Ante solennem ineundi consulatus diem inisse significat, qui per bellum Punicum secundum et reliqua insequentia fuit Idus Mart. His autem x. primis libris res haec tota inconstantissima est. Nam modo K. Sept. modo K. Sext. modo Idibus Majis, modo Idibus Decembribus, modo K. Octob. modo K. Quintilis iniisse consules a Dionysio Livioque traduntur. SIG. Sententia haec Sigonii difficultate non caret. Si enim novi consules ante sollemnem ineundi magistratus diem honorem auspicati sunt, quomodo creati esse potuerunt per interreges? qui tum demum prodi solebant, si nulli ordinarii magistratus essent. Exemplum habemus supra l. 5, 9. ubi Patres censuere, non exspectandum esse iustum tempus comitorum, sed tribunos militum ante sollemnem ineundis magistratibus diem honore abituros esse: antequam tamen abirent, comitia tribunorum militum habuerunt. Ut itaque, quod Sigonius statuit, obtinere possit, sta-

tuendum erit, senatum, consulibus post pacem Caudinam domum reversis, decrevisse, ut, quum dictatorem dixissent, honorem sibi abrogarent, novique consules, quo die renunciati forent, honorem acciperent. Verum huic etiam sententiae obstare video, si jam tum honore abierunt, non existisse magistratum, qui priori dictatori Fabio vitio creato novum M. Aemilium subficeret. Cui difficultati ut satisfiat, dicendum erit, prioris anni consulibus tum demum honorem abrogatum fuisse, quum, M. Aemilio jam suffecto, populum omnium hujus anni magistratum taedere inciperet. Aliter rem conficere conatur Dodwell. in notis ad Chronol. Graeco-Rom. post Dion. Halic. editam p. 102. qui existimat, consules illos infelices magistratum ante idus Septembres, quod tum auspiciandis honoribus legitimum tempus erat, non deposuisse. Primum autem interregem obtinuisse ad Septembris veteris diem xviii. a secundo autem interrege creatos esse novos consules, qui proinde inter diem illius Septembris xviii. et xxiii. inierunt. Et quidem verba *Quo creati sunt die* etc. quibus Sigonius opinionem suam firmabat, ejus sententiae non obstant; existimat enim consules ordinario magistratum non occipisse nisi alicujus mensis vel Kalendis vel Idibus. Jam autem, quum hujus anni consules inter diem xviii. et xxiii. Septembris

senatusconsultis perfectis, de pace Caudina retulerunt. et Publilius, penes quem fascos erant, *Dic a Sp. Postumi*, inquit. Qui ubi surrexit, eodem illo vultu, quo sub jugum missus erat, *Haud sum ignarus*, inquit, *consules, ignominiae, non honoris causa me primum excitatum jussimque dicere, non tamquam*

creati sint, noluisse senatum, ut usque ad Kalendas Octobres proximas expectarent, sed singulari privilegio iis concessisse per senatusconsultum, ut, quo creati essent die, magistratum iarent. Quid huic sententiae objici possit, non video. Certe ex illis, quae Sigonius ad hunc locum notat, non alio tempore, quam Kalendis vel Idibus, consules honorem auspiciatos esse patet: si autem paucis locis alius dies datus inveniatur, id pariter, atque hoc loco, extraordinarium fuisse dicendum erit. Ceterum *Quo evasisti tunc, eo die est* in Harlej. Deinde sic enim placuit Patribus in Gaertn. sic enim placuerat magistris, inorunt Leid. 1. inorunt etiam habet Lovel. 1. a m. 1.

Sollemnibusque senatusconsultis perfectis de pace Caudina retulerunt Vet. lib. *sollemnibusque sacris*. Probo tamen magis *senatusconsultis*. Erant enim quaedam solennia *senatusconsulta*, quae ad religionem et caerimonias pertinebant. Nam, quemadmodum scriptum est apud Gellium [14, 7.] ante de rebus divinis, quam de humanis, referebatur. Ita, quae Cicero ait ad Quirites post reditum [5.] *P. Lentulus consul, simul atque de solenni religione retulit, nihil humanarum rerum sibi prius, quam de me, agendum existimavit*. SIG. Pall. pr. ac sec. *sollemnibusque sacris*. Tert. vero Andreaeque editio *sollemnibusque sacris*. Campanus *sollemnibusque* Liv. Tom. V. P. 1.

sacris perfectis GEBH. *sollemnibusque factis perfectis* Gaertn. *sollemnibusque sacris perfectis* Haverk. *sollemnibusque sanctis perfectis* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 3. 4. Hearnii Oxon. B. et edd. ante Frobenianam anni 1535. Non dubito ex eo errorem hunc natum esse, quod compendium *SCtis*, quo nomen hoc scribi solet, et hoc loco scriptum exstat in Voss. 1. vel *SCis*, quomodo praeferunt Florent. et Leid. 1. non intellexerint librarii. V. ad 29, 10, 1.

§. 2. *Publilius, penes quem fascos erant*] Perperam *Publius* omnes codd. scripti et editi ante Sigonium. idemque de Oxon. B. C. et L. 2. Hearne fatetur. V. ad cap. praec. §. 15. *Vox penes male aberat* a Gaertn. Mox *eadem illo vultu* Voss. 2. *eo illo vultu* Lovel. 2. V. ad 10, 10, 6. *eadem ipso vultu* Lovel. 4. V. quae quondam notavi ad Siliii Ital. 6, 309. Deinde *quod sub jugum missus erat*, pro quo, Voss. 1. Leid. ambo, et Lovel. 1. V. ad Livii 36, 33, 3.

§. 3. *Haud sum ignarus, inquit, consules*] *Sum non ignarus* Voss. 2. et Lovel. 3. *Haud ignarus sum* Haverk. Tum *vox inquit deficit* in Haverk. at *consules* in Voss. 2. cujus loco *consul* obferunt Lov. 3. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. Totus hic §. 3. *Haud sum ignarus* etc. *ignominiosae pactis* deficit in Leid. 1.

Non honoris causa me primum excitatum] *non honoris tam me* Lo-

senatorem, sed tamquam reum qua infelicis belli, qua ignominiosae pacis. Ego tamen, quando neque de noxa nostra neque de poena retulistis, ommissa defensione, quae non difficillima esset apud haud ignaros fortunarum humanarum necessitatumque, sententiam de eo, de quo retulistis, paucis peragam. quae sententia testis erit, mihi ne, an legionibus vestris pepercerim, quum me seu tur-

vel. 3. sollemni scribarum errore. Ita infra hoc lib. c. 31, 9. Similiter honorare et onerare inter se commutantur 36, 40, 9. ubi plura vide. etiam *cā*, sive *caussa*, et *sā*, sive *tam*. V. ad 8, 14, 1. Hinc primum omittitur a m. 1. in Fragm. Hav. Tum exciitum Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Haec quoque vocabula saepius in Mssis confunduntur. V. infra ad 28, 24, 4. Hic nihil mutandum puto. Mox et *jussum dicere*, pro *jussumque*, Gaertn.

Tamquam reum tam infelicis belli, quam ignominiosae pacis] Quid offendeat castigatorem in hac lectione, *qua infelicis belli, qua ignominiosae pacis*? An sic Latini scriptores, aut ipse Livius, numquam loquuntur? GELEN. *non tam infelicis belli, quam* Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. N. L. 1. B. ac C. [Veith.] *tam infelicis belli, quam* Lovel. 4. *quum infelicis belli, quam* Voss. 2. Lovel. 1. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed recte Gelenius *qua infelicis belli, qua ignominiosae pacis* substituit. Et ita erat in Florent. Voss. 1. et Leid. 2. V. infra ad 10, 38, 1. Praeterea rerum Gaertn. V. ad 5, 47, 10.

§. 4. *Quando neque de noxa nostra, neque de poena retulistis*] Pal. sec. *de nostra noxia*. GEBH. *de nostra noxia* Portug. et Haverk. V. supra ad 2, 54, 10. Omnium

aliorum codd. *noxa tuentium* consensus eam etiam lectionem veriolem esse docet. *de noxa, omissa rō nostra*, Leid. 2. Praeterea *quia nec de noxa nostra, nec de poena* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed illud *quia* ex glossa *rōi quae* inrepsit. Nam pro *quia*, quoniam Livio frequens est. V. ad 40, 9, 1. (* 38, 12, 9.) *quoniam neque de noxa* Harlej. V. mox ad §. seq.

Apud haud ignaros fortunarum humanarum necessitatumque] apud *gnaros fortunarum* Lov. 2. *ignaros* Gaertn. V. ad 21, 44, 8. Deinde *necessitatum* Florent. a m. 1. V. quae supra notavi ad 7, 38, 5.

Sententiam de eo, de quo retulistis, paucis peragam] *de eo* dis, *de quo retulistis* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *de eo, quod retulistis* Harlej. [Veith.] Tum *paucis peragam* Leid. 2. V. ad 10, 33, 5. Quid autem sit *peragere sententiam*, infra v. ad 34, 31, 19.

Quum me seu turpi seu necessaria sponione obstrinxit] Deliravit exscriptor Pal. sec. *cum me seu cura pia, seu necessaria sponione obstrinxit*. GEBH. *quum me seu cura pia seu necessaria sponione obstrinxit* Portug. et Hearnii Oxon. N. et B. [Veith.] *quum me seu cura pii Appii seu necessaria sponione obstrinxit* magis delirantes praefecerunt librarii Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *obstrinxit* est in Haverk.

pi seu necessaria sponsione obstrinxi. Qua tamen, quan- 5
do injussu populi facta est, non tenetur populus Roma-
nus; nec quidquam ex ea, praeterquam corpora nostra
debentur Samnitibus. Dedamur per feciales nudi vincti- 6
que: exsolvamus religione populum, si qua obligavimus;
ne quid divini humanive obstat, quo minus justum pium-
que de integro ineatur bellum. Interea consules exerci- 7

qui idem cum Portug. et Harlej. paulo ante praeferebant legionibus nostris, pro vestris. V. ad 34, 2, 2.

§. 5. Qua tamen, quando injussu populi facta est, non tenetur populus Romanus] quae tamen quando Voss. 2. et Lovel. 3. [Veith.] Utraque lectio ferri potest: et quidem haec, si intelligatur non tenetur ea; vulgata, si suppleatur Quae tamen, quando ea injussu etc. V. supra ad 4, 3, 15. Verum plurimum codd. vulgatum tuentium consensum praeferebantur iudico. Deinde quoniam injussu populi Lovel. 2. Harlej. et Hearnii Oxon. N. in margine. Alibi ita variant saepius codd. V. ad 4, 36, 4, 5, 13, 5. c. 44, 2. 7, 33, 8. c. 36, 3. 24, 22, 15. 29, 1, 7. et Epit. Liv. 57. ubi alia exempla vide. quia injussu populi Lovel. 4. Quomodo etiam variasse scribas in codd. exaratis, modo vidimus ad §. praec. ubi quando pro quia, quoniam Livium saepius adhibuisse dictum est; unde patet, utramque hanc lectionem verisimiliter ex glossa marginali contextum invasisse. Nisi forte priorem lectionem inde profuxisse aliquis contendere vellet, quod librarii non recte distinxerint compendia qm, id est quando, et qm, id est quoniam. Praeterea non tenetur senatus populusque Romanus Lovel. 2. Harlej. et Oxon. L. 2. apud Hearnium; qui in C. se invenisse tenetur non tenetur senatus populus

Romanus, in B. non tenere populum Romanum.

Nec quidquam ex ea, praeterquam corpora nostra debentur Samnitibus] Pall. pr. et tert. debentur. Samnitibus dedamur per feciales. Et ita distinguit Pall. sec. Campanus edidit debetur. GEBH. Praeter corpora nostra, debetur Samnitibus Lovel. 4. Saepius praeter et praeterquam in Mftis commutari, vidimus ad 5, 52, 13. debetur etiam Lovel. 2. debentur. Samnitibus dedamur, mutata distinctione, similiter Portug. Haverk. et Fragm. Hav.

§. 6. Ne quid divini aut humani obstat, quo minus justum piumque de integro ineatur bellum] Malim veterem scripturam ne quid divini humanive obstat. GELEN. Omnes mei et Oxonienses Hearnii Gelenio humanive emendanti favent, nisi quod humanive sit in Lovel. 2. et Gaertn. sollemni scribarum lapsu, qui vuculas ve et que passim confuderunt. Etiam in ipsis his verbis piumque idem Gaertn. exhibet. V. ad 24, 10, 2. Tum quo minus piumque de integro Lovel. 2. quo minus justum quandoque de integro Lovel. 4. Male. justum piumque bellum, ut infra 42, 23, 6. Adversus injusta arma pio justoque se tutarentur bello. Eodem modo jus et fas jungi solent. V. infra ad 40, 15, 5. Paulo ante religione aberat primo a Fragm.

tum scribere, armare, educere placet; nec prius ingredi
 hostium fines, quam omnia iusta in deditioem nostram
 8 perfecta erunt. Vos, Dii immortales, precor quaesoque,
 si vobis non fuit cordi, Sp. Postumium, T. Veturium
 9 consules cum Samnitibus prospere bellum gerere; at vos
 satis habeatis, vidisse nos sub jugum missos, vidisse spon-

Hav. sed recte mox eadem manus
 adscripsit. De locutione *solvere*
 vel *exsolvere religione* v. ad Livii
 7, 3, 9.

§. 7. *Exercitum scribere, armare, educere placet*] Pal. sec. *exercitum scribere, armatos educere placet*. GEBH. Ita et Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *exercitum scribere, arma reducere placet* Lovel. 2. et 4. ubi primo litera initialis *zov* educere ab ultima praecedentis elisa est. V. ad 2, 44, 6. *educere* tamen in hac re proprium est. V. hoc lib. ad c. 12, 11. Deinde pessimo distinctae fuerunt literae, et syllaba *re*, voci *ducere* adcrevit. *exercitus scribere* habet Harlej. ut intelligatur suus cuique consuli. Verum, quamvis postea quidem provincias inter se partiti dicantur consules c. 12, 9. priusquam tamen id fieret, unius tantum exercitus meminit Liv. c. 10, 6. *Rescriptae ex eodem milite novae legiones, ductusque ad Caudium exercitus*. Nihil itaque a vulgato recedere necesse est. Ceterum vir doctus ad marginem ed. Curion. scribendum conjicit *placat*; forte ut conveniret praecedenti *dedamur*. Verum illud *placet*, quod omnes codd. firmant, hic considerari debet tamquam sit senatoris sententiam dicentis.

Quam omnia iusta in deditioem nostram perfecta erunt] Pal. sec. et Camp. editio, *quam omnia iusta in deditioem nostram perfecta erunt*. Pal. tert. pro *iusta*, repraesentat

vasta. GEBH. Illud *vasta* est ex librarii aberratione ortum: alibi enim similiter peccatur. Ita *vasta gloria*, pro *iusta*, N. Heinsius in tribus Mstis invenit apud Lucan. 4, 595. V. etiam viros doctos ad eum locum. *quam omnia contrarium, pro iusta*, hic praefert Voss. 1. cuius margini tamen *iusta* adscriptum est. *quam omnia vasta contrarium*, utraque lectione simul exhibita, est in Leid. 2. Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Deinde in *deditioem nostram* Leid. 1. Lovel. 4. et ed. Mediol. anni 1505. Sed vulgatum verius est. Denique *perfecterunt* Florent.

§. 8. *Vos, Dii immortales, precor quaesoque*] Voculam connectentem *que* nesciunt Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Mox cum *Samnitibus* exsulat a Portug. et; trajectis dictionibus, *bellum prospere gerere* legunt idem Portug. cum Haverk.

§. 9. *At vos satis habeatis, vidisse nos sub jugum missos, vidisse] ac vos satis habeatis* Voss. 2. Lov. 3. et Haverk. *ad vos satis habeatis* Florent. ac Leid. 1. V. ad 6, 24, 8. Tum verba *vidisse nos sub jugum missos* deficiunt in Voss. 2. et Lovel. 3. Sed alio ordine *missos sub jugum* offerunt Leid. 2. et Lovel. 1. Mox *sponsioni infami obligatos* Portug. Ita placuit inepto librario, ut ita duae illae voces termino finali non differrent, unde in eodem etiam mox

sione infami obligatos, videre nudos vinctosque hostibus deditos, omnem iram hostium nostris capitibus excipientes. Novos consules legionesque Romanas ita cum Samnitate gerere bellum velitis, ut omnia ante nos consules bella gesta sunt. Quae ubi dixit, tanta simul admiratio miseratioque viri incessit omnes, ut modo vix

datum est nostris capitibus, pro capitibus.

Videre nudos vinctosque hostibus deditos] victosque Harlej. et Gaertner. V. ad 30, 12, 7. Sed hic servandum vulgatum. Pacis enim sponsores hostibus nudi ac vincti dedebantur. Paulo ante hoc cap. Dedamur per faciales nudi vinctique. Infra c. 10, 7. Vestem detrahi pacis sponsoribus jubent, manus post tergum vinciri. Deinde perperam etiam traditos Harlej. Mox omnem iram vestram, pro iram hostium, Neap. Latinii.

§. 10. *Novos consules legionesque Romanas ita cum Samnitate gerere bellum velitis, ut omnia ante nos consules bella gesta sunt] Pall. duo ita cum Samnitate geri bellum velitis, ut omnia ante nos consules bella gesserunt. Paulo alio ordine sec. ita gerere bellum cum Samnitate velitis. GEBH. Ne vos consulesque Romanos ita gerere bellum cum Samnitate velitis Leid. 2. et Lov. 1. gerere bellum cum Samnitate etiam Voss. 1. Portug. et Haverk. cum Samnitate geri bellum Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Tum omnia deficit in Leid. 1. a m. 1. Deinde ante nos per consules bella gesta sint Harlej. ante nos per consules bella gesta sunt Voss. 1. in marg. Leid. 2. et Lovel. 1. ante nos consules bella gesserunt Leid. 1. et Lovel. 2. ac 4. eodem errore, atque huius generis multa similia, de quibus v. ad 23, 29, 16. pro eo postea magis corruptum, et ante nos consules bella gesserunt*

datum est in Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Insuper ut omnes ante nos consules bella gesserunt Hearnii Oxon. B.

§. 11. *Quae ubi dixit, tanta simul admiratio miseratioque viri incessit homines] Scribo, in incessit omnes. Cujus rei causa intelligi magis potest, quam explicari. Non erat ibi, nisi unum genus hominum vel civium, qui nempe senatui interesse poterant. Similis corruptio 5, 38, 5. Tanta hominum oblivio, ut multo major pars Vejos, etc. quam Romam, fugerent. Lege, omnium: nempe rerum. 23, 23, 7. Ita centum septuaginta septem cum ingenti approbatione omnium in senatum lectis. Put. Petav. melior, Men. tres Pall. hominum. cujusvis quippe generis aut ordinis. Sed haec crudita auris, ut dixi, magis sibi potest probare, quam non cruditae approbare. J. FR. GRON. Quod ubi dixit Voss. 1. et Leid. 2. Quae ubi dixerunt Gaertn. Tum tanta simul admiratioque viri Leid. 2. Sed vocem miseratio intercepta praecedens ob similitudinem. Deinde incessit omnes, ut Gronov. scribendum conjicit, exhibent ex meis Lovel. 4. Fragm. Hav. a m. 2. et Neap. Latinii. Innumeris locis librariorum eas voces commiscuisse, supra dictum est ad 3, 54, 6. [homines Veith.] Mox actor tam foedae pacis, pro auctor, Voss. 1. Leid. 2. et Gaertn. Harum etiam vocum confusionem in Mltis frequentissimam esse, supra vidimus ad 1, 26, 5.*

crederent, illum eundem esse Sp. Postumium, qui
 12 auctor tam foedae pacis fuisset: modo miserarentur, quod vir talis etiam praecipuum apud hostes supplicium passurus esset ob iram diremptae pacis.

§. 12. *Ob iram diremptae pacis]* *ob iram directae pacis* Leid. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Ita etiam supra peccabatur in uno cod. 7, 14, 5. (* 32, 10, 8.) *ob iram direptae pacis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Harlej. Portug. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. L. a. B. ac C. Varietas lectionis inde nata est, quod non animadverterint librarii, scriptum fuisse per compendium *dirēptae*. Alia exempla infra v. ad 37, 32, 7. *ob iram dejectae pacis* Lovel. 4. qui forte voluit *disjectae*. Ita Silius 2, 204.

*Oppida quassantur, longoque in
 moenia nostra
 Anandum adtractas mentes, dis-
 jectaque pax est.*

Vel etiam *rejectae pacis*. nam *D.* et *R.* saepe commutantur. *V.* infra hoc lib. c. 10, 6. Causa tamen non est, cur vulgatum, aliorum codicum testimonio probatum, displiceat. *dirempta pax* est irrita reddita. *V. Cl.* Corte ad Sallust. Catil. 18, 8. Paulo ante et *praecipuum*, pro etiam *praecipuum*, Voss. 2. et Haverk. *V.* infra ad 22, 47, 9.

§. 13. *Laudibus modo prosequentes virum]* Dele istud modo. Huc enim translatum ex superiori periodo, in qua bis, uti debuit, positum fuit. Utcumque sit, tolli hinc debet. T. FABER. Illud modo in omnibus scriptis et editis constanter superest, praeterquam in minimae auctoritatis codd. Portug. et Haverk. qui ignorant. Sed omnino non tollendum est. Indicat enim illa vo-

cula, senatores, dicere jussos sententiam, ab ipso Postumio propositam tacitos adprobasse, nisi quod tantum quaedam ejus laudandi causa dixerint. *Modo* hic est tantum, tantummodo. Supra 7, 2, 3. *Circi modo spectaculum fuerat.* 3, 53, 5. *De decemvirorum modo supplicio atrox postulatam fuit.* ubi plura vide. Recte etiam Doujatius conjecturam Fabrisibi displicere testatus est.

Tentata paullisper intercessio est] Pall. pr. et sec. *tentata paullisper intercessione ab L. Livio.* GEBH. Ita etiam Voss. 2. et Lovel. 3. Origo erroris est, quod librarii confuderint compendia *intercessio ē*, sive *intercessio est*, et *intercessioē*, sive *intercessione*; qui facilius committi potuit, quo tempore omnia continua serie, nullo inter voces interstitio relicto, scribebantur. Pari modo codd. variant supra 8, 13, 13. et infra hoc lib. c. 41, 20. *V.* etiam ad 10, 37, 13. (* 28, 30, 4.) Ejusdem generis est, quod *jussis* et *jussi ē*, sive *jussi sunt*, aliaque similia passim commutantur. *V.* ad 45, 17, 5. *Tō est* omittitur in Lovel. 2. *V.* ad 2, 53, 5. *intercessio est* exulat ab Haverk.

Ab L. Livio et Q. Melio, tribumis plebis] Cicero 3. Offic. (30.) hos tribunos aliter nominat *T. Numicium ac Q. Aemilium*, si codices non fallunt, ut saepe solent. GLAR. *Maelio* scribe. Mendose autem sunt apud Ciceronem haec nomina *Numicio* et *Aemilio* in Catoe [immo 3. de Off. 30.] Ceterum tribunatum plebis ceperunt, postquam sub jugum ad Caudium

Quum omnes, laudibus modo prosequentes virum, 13
in sententiam ejus pedibus irent; tentata paullisper
intercessio est ab L. Livio et Q. Maelio, tribunis ple-
bis: qui, *neque exsolvi religione populum, aiebant*, 14

missi fuerant. Neque enim, tri-
bunos plebis in castris fuisse,
consentaneum est; et, si fuissent,
et sponderissent, eorum supra
meminisset Livius [c. 5, 4.] cum
dixit, *Sponderant consules, le-
gati, quaestores, tribuni militum.*
SIGON. Pighius ad ann. Urb.
ecccxxxiii. designatos fuisse sus-
picatur, antequam ad bellum
proficiscerentur. Praefero sen-
tentiam Sigonii. Post reditum
Veturii et Postumii non solum
consules, sed etiam omnes alios
magistratus, novos creatos fuisse
indicat Livius c. 7, 14. *Quia taedo-
bat populum omnium magistratum
ejus anni, res ad interregnum rediit.*
Hoc etiam ad magistratus designa-
tos pertinere potest; quos non
soltos ab urbe discedere ex eo
colligo, quod Sueton in Tib. 31.
scribit, Tiberium negasse, *desti-
natos magistratus abesse oportere,
ut praesentes honori adquiescerent.*
quo loco quid sit *adquiescerent*,
fateor me non intelligere, et malim
adsuascere. DUK. Recte Si-
gonius Q. Maelio. V. ad 4, 13, 1.
ab Livio et Q. Maelio tribunis plebis
Haverk. Sed praenomen Lucius
sive ejus compendium L. inter-
ceptum est a vocis sequentis li-
tera initiali. V. ad 5, 20, 2. *ab L.*
Livio atque Maelio tribunis plebis
Leid. 1. *ab L. Junio et Q. Aemilio*
tribunis plebis Lovel. 2. *Aemilio*
etiam est in Lovel. 4. et Oxon. C.
apud Hearnium, qui in L. 1. Q.
Fabio Maelio invenit. *ab L. Livio*
tr. pl. reliquis omisis, Harlej.
In loco autem Cic. a viris doctis
laudato, ubi tribuni illi T. Numi-
cius, Q. Aemilius adpellantur, po-
sterior Aemilius, ex gente patri-
cia ortus, ferri nequit, licet om-

nes codd. ita praeferant; quia
aditus ad tribunatum plebis pa-
triciis non patuit, et gentis Ae-
miliae familiam aliquam plebe-
jam fuisse non constat. Non ma-
le itaque viri docti pro eo Q.
Maelius substituerunt. Nomen
autem prioris in Mssis varie scri-
bitur. Modo enim vocatur T. Mi-
nucius, modo T. Minucius, modo
T. Mutius, modo Ti. Minucius.
Hinc Langius, Minucios etiam
patricios fuisse, eorumque non-
nullos quidem aliquando ad ple-
bem transisse, id tamen hac tem-
pestate tam vulgo non factum esse
existimans, legendum censet Ti.
Numicius, et Livium in hac histo-
ria alios auctores, quam Cicero-
nem, secutum esse credit. Certe,
passim Numicius et Minucius com-
mutari, supra vidimus ad 2, 63,
1. Langio adsensus est Fabricius,
ita tamen ut Minucius retineat,
quum, quosdam hujus gentis ple-
bejos fuisse, ex Minuciiis Thermis
pateat. Pighius denique in Annal.
ad ann. cxxxiii. p. 351. statue-
re videtur, tres illos L. Livium,
T. Numicium, et Q. Maelium si-
mul eo anno tribunatum plebis
gessisse, ex quibus Cicero primum,
Livius secundum silentio trans-
misit. Praeterea Cel. Perizon. in
Animadv. Hist. c. 4. p. 164. secu-
tus Pighium loco laudato docet,
tribunos illos, jam antea, et for-
sitan cum adhuc in castris ad Ca-
latiam degerent, tribunos plebis
designatos esse: sed demum, quum
post infelicem pacem Caudinam
domum reversi forent, solito mo-
re mense Decembri honorem in-
iisse.

§. 14. *Qui, neque exsolvi reli-
gione populum, aiebant, deditio*

deditione sua, nisi omnia Samnitibus, qualia apud Ca-
 15 *dium fuissent, restituerentur; neque se pro eo, quod,*
spondendo pacem, servassent exercitum populi Romani,
poenam ullam meritos esse; neque ad extremum, quoniam
sacrosancti essent, dedi hostibus violari posse.

1 IX. Tum Postumius, *Interea dedite, inquit, pro-*

sua, nisi omnia] qui nec exsolvi Portug. et Haverk. Saepe quidem *nec* et *neque* in vicem sibi subjungi solere, mox ad cap. seq. §. 14. videbimus; hic tamen *tò neque* vindicant consentientes reliqui. Tum *exsolvi populum religione agebant* Lovel. 2. *exsolvi religione populum agebant* Leid. 2. Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. V. supra ad 8, 33, 23. Deinde *deditione, ubi omnia* Gaertn.

§. 15. *Servassent exercitum populi Romani, poenam ullam meritos esse] Vox Romani* exsulat a Leid. 2. *populi Romani* a Lovel. 4. qui idem *pacem ullam* praefert. Sed vocabulum illud ex praecedentibus librario adhuc obversatum est. Mox *esse meritos* Gaertn.

Dedi hostibus violari posse] Pal. sec. *immolari posse.* GEBH. *immolari posse* Haverk. *possent* etiam Voff. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Fragm. Hav.

§. 1. *Tum Postumius, Interea dedite, inquit, profanos nos] Mirifice* placet, quod in Rottendorff. legitur, *Dedite interea, dedite, inquit; repetitione ista constantiam* Postumii in adhortanda deditione impense exprimente. Nec videtur aliena a Livio. 2, 40, 5. mater Coriolano, *Sine, sine, priusquam complexum accipio, sciam, inquit.* ut video illic ex secundo MS. Pal. adnotatum. 30, 14, 6. *Non est, non, mihi crede, tantum ab hostibus*

armatis aetati nostrae periculum. 5, 4, 8. *Inventus in hac parte orationis, inventus, Quirites, moror.* ut ex quibusdam libris illic admonuit pater. JAC. GRON. Mihi quoque cod. illius lectio admodum placet, quam etiam praefert Klock. Hoc modo unus cod. supra legebat 7, 40, 16. *Cujus auspicia pro vobis experti nolite, nolite adversus vos velle experiri.* unus item 8, 4, 10. *Unde, unde haec illis tanta modestia, nisi a conscientia virium et nostrarum et suarum.* Unus denique 9, 3, 12. *Ea, ea Romana gens, quae victa quiescere nesciat.* Suet. in Calig. 49. *Veniam, inquit, veniam, et hic mecum.* Avienus in ora marit. v. 24.

Multa ergo, multa complere me, Probe, Efflagitatum rem tibi ut persolverem.

V. quae supra notantur ad 2, 40, 5. et 5, 4, 8. Adde Cortium ad Sall. Catil. 20, 14. et ad Plin. 1. ep. 12, 12. *Tum nos profanos* trajectis dictionibus Haverk. Praeterea *Tum agebant.* Postumius Florent. cujus librarius scribere voluisse videtur *agebant*, et verba *Tum agebant.* referenda existimasse ad cap. praec. Verum *ibi agebant*, jam praecesserat; neque hic etiam ferri potest, licet *Tum agebat* mutes, quia mox *inquit* sequitur. *Tum Postumianus* Voff. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1.

fanos nos, quos salva religione potestis: dedetis deinde et istos sacrosanctos, quam primum magistratu abierint; sed, si me audiat, prius, quam dedantur, hic in comitio virgis caesos, hanc jam ut intercalatae poenae usuram habeant. Nam quod deditioe nostra negant exsolvi religione populum, id istos magis, ne dedantur, quam

Dedetis deinde et istos sacrosanctos] Pall. pr. ac tert. *dedistis. sec. dederitis. GEBH. dedistis Lovel. 3. dederitis Haverk. dedistis Portug.*

Quam primum magistratu abierint] Pall. duo *obierint.* Forte magistratu obire erit, quasi per mortem subtrahi magistratu, quod hic quodam respectu dicitur. GEBH. *magistratu obierint* etiam Voff. 2. et Lovel. 3. quod venia Gebhardi errori librarium tribuo, qui saepius haec verba commutarunt. V. exempla supra ad 2, 46, 4. 7, 35, 9. et infra hoc lib. c. 17, 12. Passim autem omnia verba cum *ab* et *ob* composita eorum inertia confundi, supra dictum est ad 2, 37, 9. *abierint* habent Haverk. Deinde *quum primo* edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 2. *Si me audistis]* *si me audistis* Harlej. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. (Veith.) Mox *virgis caesi*, pro *caesos*, Voff. 2. et Lovel. 3. Tum *interca latae* Leid. 2. *intercalatae* Lovel. 3. *intercalatae* Gaertn.

§. 3. *Id istos magis, ne dedantur, quam quia ita se res habeat]* at *istos magis* Voff. 2. et Lovel. 3. *ad istos magis* Lovel. 4. a m. 1. Deinde *ne dedantur* Lovel. 3. Praeterea *quia ita res se habeat* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *quia ita res habeat*, omisso pronomine, reliqui editi ante Aldum. Utroque

modo locutio efferri solet. V. supra ad 5, 5, 9. et infra ad 22, 39, 9. Vulgatum igitur, quod tuentur omnes scripti, praefendum est. Paulo ante *Nam quid deditioe* Voff. 2. et Lovel. 3. Deinde *exsolvi religionem* Florent. et Leid. 1. Forte voluerunt *exsolvi religionem populi.* Sed nihil mutuo. V. ad 7, 3, 9.

Quis adeo juris facialium expers est, qui nesciat] Per *ius facialium* intelligitur *ius, quod faciales habent*, ut circumscribitur 1, 32, 5. vel *ius, quod faciales gentibus dicunt*, hoc lib. c. 11, 9. *ius facialium* itaque, ut *ius augurum, pontificum* apud Cic. de Senect. 11. *Ius augurum, pontificum, civile tracto.* Ejus loco *ius pontificum, augurium* dixit Gellius in praefat. *Quaeque erunt item paucula remotiora super augurio jure et pontificio, non oportet ea defugere.* ubi v. J. Fr. Gronovium. Eadem forma *ius faciale* dixit Cic. 1. de Offic. 11. *Belli quidem aequis sanctissimo faciali populi Romani jure perscripta est.* et 3, 29. *Adversus quem totum ius faciale, et multa sunt jura communia.* Servius ad Virg. 7. Aen. 695. *Populus Romanus, missis decemviris, ab ipsis jura facialia et nonnulla supplementa duodecim tabularum accepit.* et ad 10. Aen. 14. *Misit ad gentem Aequiculanam, et accepit jura facialia.* Aur. Vict. de Vir. Inlufr. 5. *Ius faciale, quo legati ad res repetendas uterentur, ab Aequiculis transtulit.* Val. Max. Epit. 1. 10.

obligari populus possit, in omnia potest. et ne illud quidem, quod quosdam forsitan moveat, refert, consul, 8 an dictator, an praetor sponderit. Et hoc ipsi etiam Samnites judicaverunt, quibus non fuit satis consules spondere, sed legatos, quaestores, tribunos militum spondere coegerunt. Nec a me nunt quisquam quaesiverit,

nov. infra docuit ad Liv. 34, 3, 9. quamvis tamen exempla, quae laudat, non per omnia huic loco convenient.

Atqui non indignitas rerum sponsionis vinculum levat] In archetypis legitur hoc modo: *atqui non indignitas rerum sponsionis vinculum levat.* GELEN. sponsionis non modo est in Mssis omnibus, quos adhibui, sed etiam in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Praeterea atque Florent. solito lapsu scribarum. V. ad 3, 52, 8. *non dignitas rerum* Harlej. *non indignitas rerum* Klock. Male. *indignitas rerum*, quod reliqui tuentur, Livio familiare est. Supra hoc lib. c. 6, 2. *Si vultus eorum, indignitate rerum acrior, victorem offendisset.* ubi alia vide. Tum *vinculum levat* Haverk. quae aberratio librariorum etiam alibi in Mssis occurrit. V. viros doctos ad Val. Flacci 2, 570. et Cel. Burm. ad 5, 547. *levat* hic est laxat. Serv. ad Virg. 1. Aen. 145. *Levat, laxat. ut* [2. Aen. 146.] *atque arta levare Vincla jubet Priamus.* ad quem posteriorem locum videndus est Emmen.

Si quid est, in quo obligari populus possit, in omnibus potest] In Archetypis legitur hoc modo: *Si quid est, in quo obligari populus possit, in omnia potest.* GELEN. Omnes libri in quo obligari. GEBH. in quod ediderat Vascos. eumque secuti recentiores, concinentibus meis Voff. 1. Leid. duobus, et Lovel. 4. Hinc nata est occasio

Gebhardo notandi, omnes libros, quibus usus est, praeferre in quo; quemadmodum similiter legunt Florent. Voff. 2. Lovel. 1. 2. 3. Harlej. Portug. Klock. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. et B. Cic. pro Caecina 3. *Si quis, quod sponderit, qua in re verbo se uno obligavit, id non facit.* Praeterea *populus obligari possit, aliter digestis vocabulis*, Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Denique in omnia potest non tantum omnes codd. sed et edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Ne illud quidem, quod quosdam forsitan moveat, refert] *To quidem* non adparet in Haverk. neque sequens quod in Lovel. 4. Sed excidisse videntur ob similitudinem sequentium vel praecedentium. Deinde *forsitan movet* Voff. 2. et Lovel. 3. Verum, praeterquam quod potentialis modus hic magis conveniat, solet insuper *forsitan* cum subjunctivo saepissime construi. V. supra ad 5, 52, 5. Hinc *refert* Harlej. Mox iterum *sponderit* Gaertn. V. ad §. praec.

§. 8. *Et hoc ipsi etiam Samnites judicaverunt*] *Et hoc etiam ipsi etiam Samnites* Leid. 2. *Et hoc ipsi et Samnites* Gaertn. et Haverk. *Et hoc ipsi Samnites* Lovel. 2. Tum *indicaverunt* Portug. Lovel. 2. et Haverk. V. ad Epit. Liv. 63. *judicarunt* Harlej. *judicaverunt* Gaertn. Mox *consulem spondere, pro consules*, Hearnii Oxon. N. Male. Su-

deditum populum Romanum vos tribuni diceretis, et banc urbem, templa, delubra, fines, aquas, Samnitium esse? Omitto deditioem, quoniam de sponsione agitur. 6 quid tandem, si spondidissemus, urbem banc relicturum populum Romanum? si incensurum? si magistratus, si senatum, si leges non habiturum? si sub regibus futurum? Dii meliora, inquis! atqui non indignitas rerum sponsionis vinculum levat. Si quid est, in quo 7

et Lovel. 3. Paulo ante *Mansi*, pro *An si*, Florent.

Deditum populum Romanum vos, tribuni, diceretis] populum Romanum, o tribuni, diceretis Pall. pr. et tert. GEBH. Ita et Voff. 2. et Lovel. 3. *nos tribuni Harlej. deditum senatum populumque Romanum vobis tribuni diceretis* Lovel. 4. sed, pro *vobis*, emendatum *vos* in margine. *deditum populi Romani* Gaertn. *deditum P.S.R.* id est, *populus Romanus*, Leid. 1. Per notas scriptae voces quo casu efferri deberent, adsequi non potuit librarius. V. supra ad 8, 38, 10. et infra ad 39, 47, 10. Paulo ante *ac demum*, pro *dedentium*, Lovel. 2. Tum *urbem* Lovel. 2. Portug. et Gaertn. Deinde vox *nuncupare* exulat ab Harlej. ejus loco est *nuncupari* in Florent. a m. 2.

§. 6. *Si spondidissemus, urbem hanc relicturum populum Romanum] spondidissemus* Florent. Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. contra *spondidissemus* Gaertn. V. supra hoc lib. ad c. 5, 4. et mox §. seq. ac §. 13. et 14. Hinc *urbem hanc relicturam populum Romanum* Leid. 1. Vox *Romanum* exulat a Leid. 2. In verbis praecedentibus *quae de sponsione agitur*, pro *quoniam*, Lovel. 2. *qui de sponsione* Gaertn. cuius librarius forte dare voluit *quia de sponsione agitur*. Sed nihil mutandum.

Si incensurum, si magistratus, si senatum, si leges non habiturum? si sub regibus futurum?] si incensurum Leid. 1. et Lovel. 3. V. ad 8, 20, 5. *si incensuram* Voff. 1. *si censuram* Leid. 2. Lovel. 1. Fragm. Hav. et ed. Mediol. anni 1505. *si censurum* Gaertn. *si censum* Lovel. 2. *si inconsi...* Harlej. Tum *si senatum, si magistratum* Portug. et Haverk. *si magistratum, si senatum* Gaertn. Deinde *si legem non habiturum* Lovel. 3. Denique *si sub legibus futurum* Gaertner. et Haverk. V. ad Epit. Liv. 89. Vox *futurum*, a contextu Fragm. Hav. exulans, eadem manu adscripta erat margini.

Dii meliora, inquis] Pall. pr. et tert. *Si meliora mihi quis*. GEBH. Ita et Voff. 2. ac Lovel. 3. *Si meliora inquis* Leid. 1. et Lovel. 2. *Dii si meliora inquis*, juncta utraque lectione, Gaertn. *Dii meliora inquis* Leid. 2. *To inquis* ac sequens *atqui* desunt in Lovel. 4. relicta tamen lacuna. *DI meliora, inquis* Florent. V. ad 5, 14, 4. *Dii meliora, inquis* Oxon. C. apud Hearnium, qui similiter etiam a viro docto ad marginem ed. Rom. principis, qua usus est, emendatum fuisse monet. Id factum videtur, quia, quum praecesserit *vos, tribuni, diceretis*, *to inquis* minus convenire posse credebatur. *inquis* autem adhiberi, licet de pluribus sermo sit, Gro-

illi male partam victoriam male perdiderunt, dum vix locis, quibus vicerant, credunt, dum quacumque conditione arma vivis in arma natis auferre festinant. An, si sana mens fuisset, difficile illis fuit, dum senes ab domo

Fortunam citius reperias, quam retineas.

Cicero Philipp. 2, 27. *Sed, ut eff apud postam nescio quem, male parta male dilabuntur.* Plautus Poenulo 4, 2, 22.

Sed ad postremum nihil apparet: male partum male disperit.

Infra c. 34. *Obruerunt eum male parta, male gessa, male retenta imperia.* Ideo non probp Pal. tertii male paratam victoriam. GEBH. Vox male priori loco deficit in Leid. 2. Sed respicere videtur Livius dictum Naevii apud Festum in v. *Portus.* Male parta male dilabuntur. V. Erasm. Adagia tit. Ultio malefacti, p. 86a. Insuper prodiderunt Leid. 2. V. ad 26, 36, 9. *perdidere* Gaertn.

Dum quacumque conditione arma vivis in arma natis auferre festinant] Pall. duo *viris inarmatis.* *Inarmati viri,* qui arma induti. Sic emendabat e Posthii libro Propert. 1. El. 6. Palmerius:

Semper inarmatae cura fuit patriae.

GEBH. *de quacumque conditione* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *dum de quacumque conditione,* duplici lectione simul recepta, Harlej. Portug. et Haverk. [Veith.] *Deinde viris inarmatis auferre* Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. quod probet, cui a Palmerio prolata in Propertio emendatio placere potest: mihi certum est, utramque lectionem errore scribarum ortam esse. *natus in aliquo, ad aliquid, vel alicui rei,* locutiones sunt apud Livium admodum frequentes. V. quae notantur ad Silii I-

tal. 3, 335. *Paullo ante voces dum vix locis, quibus vicerant, credunt a m. 1. desunt in Fragm. Hav. ob repetitionem voculae dum. sola vox vix omittitur in Harlej. Praeterea vicerunt est in ed. Mediol. anni 1505.*

§. 12. *An, si sana mens fuisset*] Pall. duo *pernegant illis omnino mentem fuisse: an, si mens fuisset.* GEBH. Similiter etiam Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. ac 4. Quae lectio illustrari potest ex verbis praecedentibus hujus cap. *Dii immortales et vestris et hostium imperatoribus mentem ademerunt. An, si sa mens fuisset* Florent. a m. 1. sed altera syllaba na a m. 2. adjecta est. Livius 8, 27, 9. *Tumultu quoque etiam sanos confervante animos decernitur.* Juven. Sat. 10, 346.

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

Cic. 3. de Legib. 10. *Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo a decem sana mente sit.* 3. de Offic. 25. *Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens.* Livius 8, 19, 6. *Nec, ut vallo se teneret adversus validiorem hostem, sana constare mens.* ubi v. Gronov. 23, 7, 4. *Cui ad summam auctoritatem nihil, praeter sanam civium mentem, defuit.* (* 28, 29, 8.) Virgil. Ecl. 1, 16.

Saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisset,

De coelo tactas memini praedicere quercus.

Dum senes ab domo ad consultandum accerserunt] Pall. duo *accerserunt.* Campanus *accersierunt.* Legendum plane *accerserunt.* Infra

ad consultandum arcessunt, mittere Romam legatos? cum senatu, cum populo, de pace ac foedere agere? Tridui iter expeditis erat. interea in induciis res fuisset, donec ab Roma legati aut victoriam illis certam, aut pacem

l. 9, 25. e duobus MSS. legendum *ne arcessant bellum* l. 10, 18. *litteras ad collegam arcessendum missas* exhibet vetustissima Andreae editio. l. 22, 50. *Cur enim illos, qui se arcessant, ipsos non venire.* ut habet Pal. pr. l. 23, 44. *Dedituris se Annibali non fuisse arcessendum praesidium Romanum.* ut habet Pal. tert. Male autem sec. sonum. Nam de industria in contemptum Samnitium multitudinis numero utitur Postumius. GEBH. *accerserunt Flor. accefferunt Gaertner. et Haverk. accefferunt Lov. 2. accerserunt Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. Harl. Port. et Fragm. Hav. [arcesserunt Veith.] accefferunt Lovel. 3. et 4. quomodo legendum monuit Gebhard. Sed manus ejus hic aberrasse videtur, quum dare voluerit arcesserunt, vel potius arcessunt, ut Gronov. deinde edidit. Eodem enim errore adnotationi huic etiam inter verba Livii praescripsit accerserunt, quae lectio in nulla est ed. pro accerserunt, ut est in omnibus impressis. Rectum itaque est dum arcessunt. V. ad 1, 40, 7. De verbo arcessere v. supra ad 2, 19, 10. et Casaub. ad Sueton. Caes. 2. dum senem ab domo etiam Lovel. 2. Harlej. Portug. et Haverk. Sed recte senes, quod est in aliis, Gebhardus probavit. *Tò dum deera* in Lovel. 1. *a domo* legunt Gaertn. et Fragm. Hav. *senes ab domo ad consulem dum arcesserunt* dedit librarius Leid. 2. Paulo ante *difficile illis fuisset, profuit*, Lovel. 2. et Portug. in margine. *Cum senatu, cum populo de pace, foedere agere* Rott. Flor. Voss. duo, et editt. *pace ac foedere.* Infra iidem ignorant copulativam*

in illis *quam ut et illi.* J. FR. GRON. Copulam a Gronovio relictam non tantum agnoscunt omnes codices mei et Hearnii Oxonienses, sed etiam typis descripti plerique; nisi quod in eorum antiquissimis usque ad Aldum et foedere sit. Modius demum, forte operarum culpa, particulam omisit. Praeterea *cum senatu populoque* Hearnii Oxon. L. 1. Male. Id enim Livio sollemne est, non modo eandem praepositionem repetere, verum etiam id facere nulla intercedente copula. V. ad 38, 18, 12. Ita mox habebimus hoc cap. *In haec saeviant, in haec ferunt, in haec iras acuunt.* ubi etiam unus codicum male hanc elegantiam adimit.

§. 13. *Interea in induciis res fuisset* inter eam induciis Florent. Verum, praeterquam quod litterae, olim una serie scribi solitae, inperite in voces distinctae sint, etiam vocula *in* in unam litteram *m* ob ductum in scriptura Longobardica similitudinem coaluit. V. infra ad 36, 6, 4. *interim in induciis* Harlej. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Eaedem voces et supra commutantur 6, 28, 5. *interea in induciis* Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Gaertn. Sed praepositio *in* intercepta est a prima syllaba vocis sequentis. V. ad 8, 33, 6. De locutione *esse in induciis* supra v. ad 7, 38, 1. ubi in multis codd. eodem modo peccabatur. In verbis praecedentibus *tò iter* exsulat in Leid. 2. Sed id intercidit partim elisum ab ultima litera vocis praecedentis, partim quod per compendium *it'* scriptum fuerit.

Ab Roma legati aut victoriam il-

adferrent. ea demum sponsio esset, quam populi jussu
 14 *spondidissimus. Sed neque vos tulissetis, nec nos spon-*
dissimus: nec fas fuit alium rerum exitum esse, quam ut
illi, velut somnio laetiore, quam quod mentes eorum capere
 15 *possent, nequidquam eluderentur: et nostrum exercitum ea-*
dem, quae impedierat, fortuna expediret: vanam victoriam
vanior irritam faceret pax: sponsio interponeretur, quae
nemi-

his certam, aut pacem adferrent] a Roma Gaertn. et Fragm. Hav. Tum *pacem afferunt* Leid. 2. et Lovel. 1. *pacem ferrent* Harlej. Portug. Haverk. et apud Hearnium Oxon. N. et B. [Veith.] Mox *sponsio erat, pro esset*, Gaertn. Tum *spondidissimus* Leid. 2. et Gaertn. *spondidissimus* Florent. Leid. 1. Lovel. 4. et Fragm. Hav. V. supra hoc cap. ad §. 6.

§. 14. *Sed neque vos tulissetis, nec nos spondidissimus]* Omnia haec verba desunt in Lov. 4. Harlej. Portug. Gaertn. et Haverk. quae a librariis omissa sunt ob repetitionem vocis *spondidissimus*, in qua eadem etiam hoc loco observantur varietates, quae §. praec. Solum pronomem *vos* deficit in Lovel. 3. *neque nos*, pro *nec*, praeferunt Voss. 2. et Lovel. 3. Male. Videntur enim auctores ejus lectionis credidisse, post *neque* haud recte inferri *nec*, ut et post *nec* haud recte *neque*. Sunt tamen plura apud Livium, ex quibus, si animum advertissent, contrarium discere potuissent; quae si omnia enumerarem, lectori taedio forem, quum facile a quovis observari possint. Sunt et plura loca, ubi ita in quibusdam Mssis obcurrit; quum tamen alii, quibus inprimis fidere soleo, dissentiant, eorum lectionem recipere non ausus sum. Ita 8, 29, 14. 9, 3, 12. 24, 8, 7. 25,

36, 10. 35, 17, 2. c. 48, 6. 39, 52, 1. 40, 20, 5. Verum ita restitui, aut ab aliis restitutum servavi 2, 48, 6. 7, 19, 5. et 21, 10, 12. Simili modo ex optimo cod. Sangerm. lego apud Colum. 7, 12. *Mores autem neque nitissimi, nec rursus truces atque crudelos. et ex bonae notae cod. apud Censor. de die Nat. c. 1. Quum dona pretiosa neque tibi per animi virtutem desint, nec mihi per rei tenuitatem supervsint.* V. etiam Cel. Jac. Gronov. ad Cic. 1. de Invent. 10. et 2, 30.

Quam ut illi, velut somnio laetiore] Ita J. FR. Gronov. supra ad §. 12. legendum ex codd. suis monuit. Consentient non modo omnes mei et Hearnii Oxonienses codd. sed et edd. ante Frobenium, qui anno 1531. primus dedit *quam ut et illi*. Praeterea *quam quod illi est* in Lovel. 4. Deinde *somnio laetiore* Haverk. V. ad 8, 6, 11. *somnio laetiores* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Neque aliter dare voluisse videtur Harlej. qui tamen per errorem scripsit *somnio lictores*.

Quam quod mentes eorum capere possent] Pal. sec. *quam quod mentes eorum vel capere possent.* GEBH. Ita et Haverk. reliquis invitis. *mentes eorum eripere possent* Portug. in contextu. Male. *capere est* continere. Supra 5, 40, 5. *Turba, quam nec capere tam exiguus collis,*

neminem, praeter sponsorem, obligaret. Quid enim vo- 16
biscum, Patres conscripti, quid cum populo Romano
actum est? quis vos adpellare potest? quis se a vobis di-
cere deceptum? hostis? an civis? Hosti nihil sponendi-
stis: civem neminem spondere pro vobis iussistis. Nihil 17
ergo vobis nec nobiscum est, quibus nihil mandastis; nec
cum Samnitibus, cum quibus nihil egistis. Samnitibus 18
sponsores nos sumus, rei satis locupletes. in id, quod no-

nec alere poterat. 10, 21, 12. Quia
 unus locus capere tantam multitu-
 dinem non possit. et alibi saepe.
 Mox nec quicquam Voss. 2. et Lo-
 vel. 3. nequiquam Florent. V. ad
 40, 49, 7.

§. 15. *Vanam victoriam vanior*
irritam faceret pax] Pall. duo,
vanam victoriam rumor irritam fa-
ceret: pax sponsa. GEBH. Ita et
 Voss. 1. ac Lovel. 3. *vanam victori-*
am rumor irritam faceret: pax,
sponsio interponeretur Lovel. 4. et
 Fragn. Hav. a m. 1. *victoriam va-*
nam vanior rumor irritam faceret:
pax, sponsio interponeretur Leid.
 2. Lovel. 1. *vanior rumor etiam*
 Voss. 1. in margine. *fortuna va-*
nam victoriam expediret: inter ir-
rita facerens pax sponsio interpo-
neretur Harlej. *irrita, pro irritam,*
 etiam Haverk. *vanam victoriam va-*
niorum irrita faceret pax Klock.
 Paulo autem *vestrum exercitum*
 Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 3. et Gaert-
 ner. *Tum quas impediebat, pro*
impedierat, Leid. 2. In verbis se-
 quentibus autem *obligaret,* pro
obligaret, Voss. 1. a m. 2.

§. 16. *Quid enim vobiscum, Pa-*
tres conscripti] Vos enim vobis-
 cum Portug. *Quod enim vobiscum*
 Lovel. 3. *Tum o Patres conscripti*
 Leid. 2. et Lovel. 3. *Mox qui se a*
 vobis Fragn. Hav. Sed ultimam
 litteram *totū* quis intercepit prima
 vocis sequentis. V. ad 37, 29, 5.

Liv. Tom. V. P. 1.

quis se ab vobis Portug. Deinde
ancius, pro an civis, una littera
 omissa, Leid. 1.

Hosti nihil spondestis: civem
neminem spondere pro vobis iussis-
stis] in *hosti nihil spondestis* Voss.
 2. et Lovel. 3. Praeterea *civi ne-*
minem Harlej. Gaertn. Haverk. et
 Fragn. Hav. a m. 2. *quum neminem*
 Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 1. 2.
 3. et Portug. quomodo etiam in
 Fragn. Hav. a m. 1. fuisse vide-
 tur. *quoniam neminem* Lovel. 4. et
 Hearnii Oxon. C. [Veith.] quae
 lectio sensui Livii adversatur.
 His verbis enim ostendere vole-
 bat, cives Romanos, qui sponde-
 rant, se a suis deceptos esse,
 calumniari non posse, eamque
 causam reddit, quod *civem nemi-*
nem spondere pro se iussorint.
 Insuper *pro vobis spondere* Haverk.
spondestis pro vobis Gaertn.

§. 17. *Nec nobiscum est, quibus*
nihil mandastis; nec cum Samni-
tibus, cum quibus nihil egistis] *Tō*
est deficit in Harlej. et Fragn.
 Hav. a m. 1. At sex priores voces
 in Lovel. 2. propter repetitionem
totū nec. septem posteriores in
 Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. et
 Fragn. Hav. a m. 1. ob similitu-
 dinem syllabarum finalium in vo-
 cibus *mandastis* et *egistis*.

§. 18. *In id, quod praeflare pos-*
sumus, corpora nostra et animos]
quod non adparet in Voss. 2. Lov.

F

strum est; in id, quod praestare possumus, corpora nostra et animos; in haec saeviant, in haec ferrum, in
 19 haec iras acuunt. Quod ad tribunos adinet, consulite, utrum praesens deditio eorum fieri possit, an in diem differatur. nos interim, T. Veturi, vosque ceteri, vi-

2. 3. 4. Harlej. et Fragm. Hav. Hinc animas Neapol. Latini, quod forte monachi glossema est, qui corpori non animum, sed animam, obponi existimabat. At aliter antiqui. Liv. 1, 58, 7. Corpus est tantum violatum, animus insons. 7. 12, 11. His animis corporibusque, quorum omnis in impetu vis esset. Sall. in Jug. 2. Uii genus hominum compositum ex anima et corpore; ita res cunctae studique omnia nostra corporis alia, alia animi naturam sequuntur. Ingens cumulus similium exemplorum ex Cic. proferri posset. Per periphrasin autem in corpora nostra et animos accipio pro in nos. Ceterum post vocem locupletes distinxit. Quid enim est locupletes in id, quod nostrum est?

In haec saeviant, in haec ferrum, in haec iras acuunt] in his se viviant Florent. Sed ter hoc, pro haec, Hearnii Oxon. B. et C. priori loco tantum hoc praeferunt Voss. 2. et Lovel. 3. secundo loco edd. Aldo antiquiores. Praeterea in haec nihil ferrum nihil iras acuunt Leid. 2. in haec ferrum et iras acuunt Lovel. 4. a m. 2. Male. Praepositionis enim repetitionem sine copula Livio frequentem esse, supra vidimus hoc cap. §. 12. exacuunt habuit Lovel. 4. a manu pr. Sed simplici acuere in his locutionibus Livius uti solitus est. Infra 40, 27, 8. Quibuscumque irritamentis poterat, iras militum acuebat. Ita acuere curam, studia, et similia, apud eum passim obcurrunt. Deinde iram acuunt Florent. quem nunc audien-

dum non arbitror. Magis enim hic convenit numerus multitudinis, qui in reliquis omnibus codd. superest. Nam, vel de uno homine irae usurpari, infra videbimus ad 29, 22, 8. hic autem de Samnitibus in genere dicitur.

§. 19. Quod ad tribunos adinet] Ita edidit Cel. Jac. Gronovius, eumque secutus Clericus; quum priores omnes vulgassent ad tribunos plebis adinet. Cl. Hearne, qui pristinam lectionem servavit, de codicibus suis nihil addit, licet vulgatum a Gronovio mutatum memoret. Nostri omnes Gronovio favent. Mox alio ordine praesens eorum deditio Haverk. Deinde deseratur, pro differatur, Lovel. 2.

T. Veturi, vosque ceteri, vilia haec capita luendae sponsonis feramus] Lego offeramus. KLOCK. Praenomen T. deficit in Leid. 1. Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. Venturi Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. Veturii Harlej. Vesurii Leid. 2. no nura Lovel. 2. Tum et vos ceteri vilia et haec capita Leid. 1. et vos ceterique vilia et haec capita Lov. 4. vosque ceteri servilia haec capita Hearnii Ox. C. nosque servilia haec capita Lovel. 2. vosque ceteri vilia et haec capita Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. vosque ceteri vilia et haec capita Gaertn. Deinde luendae sponsoni edd. Ascensii anni 1513. 1516. et quaedam aliae: quod postea mutatum esse indignatur Glarean. ad cap. seq. §. 3. Et tamen sponsonis constanter superest non modo in edd. prioribus, sed et in

lia haec capita luendae sponsonis feramus, et nostro supplicio liberemus Romana arma.

X. Movit Patres conscriptos tum caussa, tum auctor; nec ceteros solum, sed tribunos etiam plebei, ut se in senatus dicerent fore potestate. Magi-

omnibus scriptis. *feramus* deficit in Portug. ejus loco *feram*, ut et mox *liberem*, pro *liberemus*, obsert Klock. Nihil muto. *feramus* nempe ad Pontium ac Samnites. Non opus itaque, ut cum Klockio legatur *offeramus*. Tandem *liberemur Romana arma* Lov. 3. *libertur Romana arma* Voff. 2. Sed praefat vulgatum; quo non tantum indicat, arma Romana liberanda, sed insuper a se, sua opera, et quidem sponte, liberanda esse.

§. 1. *Tum caussa, tum auctor*) cum *caussa*, tum *auctor* Florent. a m. 1. Lovel. 4. et Hearnii Oxon. B. cum *caussa*, cum *auctor* Gaertner. V. ad 6, 23, 3. Deinde in verbis sequentibus *ne ceteros*, pro *neq.*, Fragm. Hav. et *tribunos etiam plebis* Voff. duo, Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et editio Parm. quod deinde Ascensius anno 1513. et multi postea receperunt. In quibusdam codd. ultima vox breviter *pl.* [vel *pleb.* notatur, *plebi* in ed. Rom. anni 1472. in reliquis scriptis et antt. inpressis *plebei*, a Cl. Jac. Gronovio iterum admissum. Et ita praesertim hic praeserunt optimi. V. ad 2, 33, 2.

Ut se in senatus fore dicerent potestate Flor. Helm. Voff. Rott. *potestatem*. J. FR. GRON. *potestate* mei omnes, nisi quod in Voff. 1. a Gronovio laudato sit *potestatem* a m. 1. At Florent. legit *ut senatus dicerent fore potestatem*. De locutione tamen *esse in potestatem* v. ad 2, 14, 4. *Tò se* deficit in Por-

tug. *in senatum* praefert Voff. 2. et Lovel. 3. *in senatu* Fragm. Hav. a m. 1. ubi litera sibilans excidit ob similitudinem initialis vocis sequentis. V. ad 4, 33, 11. *ferms*, pro *fore*, Harlej.

§. 2. *Magistratu inde se exemplo abdicaverunt*) *Magistratu deinde se* Lovel. 4. *Inde et Deinde* saepe in Mssis permutantur. V. ad 36, 24, 10. At *inde* ob aliorum codicum auctoritatem hic verius est. Id autem saepissime pro *deinde* poni solet. V. ad 42, 56, 6. *Magistratu in se* Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 10, 20, 6. *adicaerunt* Florent. *abdicantur* Fragm. Hav. a m. 1. *abdicavere* Harlej. *Magistratu inde exemplo abdicaverunt se* Portug. et Haverk.

Traditisque feccalibus cum ceteris Caudium ducondi) Pal. sec. et Camp. ed. cum *ceteris Caudium ducondis*. GEBH. Ita et Florent. a manu recenti, Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Praeterea *traditisque feccalibus* Harlej. V. ad 6, 3, 8.

Hoc facto senatusconsulto lux quaedam adfulxisse civitati visa est) Pall. tres *Hoc senatusconsulto facto lux quaedam affluxisse civitati visa est*. Campan. *ducondis* hos. *Senatusconsulta facto, lux quaedam civitati affluxisse visa est*. GEBH. *Hoc senatusconsulto facto etiam* Voff. 2. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *adfulxisse* Lov. 1. Portug. Klock. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed ita passim & et

stratu inde se extemplo abdicaverunt, traditique
 fecialibus cum ceteris Gaudium ducendi. Hoc facto
 senatusconsulto, lux quaedam adfulsisse civitati vi-
 3 sa est. Postumius in ore erat; eum laudibus ad
 coelum ferebant: devotioni P. Decii consulis, aliis
 4 claris facinoribus aequabant. *Emeruisse civitatem ex*

s in Mſis commutantur. V. ad 26, 19, 4. Ex ea tamen scriptura, transpositis literis, postea factum est *adfluxisse*; quod inveni in Voss. 2. Lovel. 3. et Haverk. V. infra ad 21, 62, 4. *adfulsisse* datum est in Leid. 1. unde *adfulsisse* factum fuit in Lovel. 4. *lux quaedam adfulsisse civitatis* legit Florent. Male. Nihil mutandum. *adfulgere* translata significatione, et quidem cum dativo, Livio frequens est. Infra 27, 28, 14. *Magoni jam haud fermo fidensi prima spes, morte nunciata Marcelli, adfulsit.* 30, 30, 15. *Et mihi talis aliquando fertur: adfulsit.* 32, 19, 1. *Elatiam obsidenti consuli rei majoris spes adfulsit.* 42, 65, 11. *Obstinatis mori spes adfulsit.* (* 23, 32, 7.)

(§. 3. *Postumius in ore erat*] Vet. lib. *in ore omnium erat.* SIG. Vetus editio Campani *in ore omnium erat.* quam lectionem esuo indicavit Sigonius. GEBH. Illud omnium nullus meorum, vel scriptorū, vel editorum, nullus etiam Hearnii Oxoniensis agnoscit. Neque addi necesse est. Ita simpliciter Propert. 2. El. 1, 1.

*Quaeritis, unde mihi toties scribantur amores,
 Unde meus veniat mollis in ora
 liber?*

et 3. El. 1, 25.

*Omnia post obitum fingit majora
 vetustas;
 Majus ab exequiis nomen in ora
 venit.*

Virgil. 12. Aen. 234.

*Ille quidem ad superos, quorum
 se devovet aris,
 Succedet fama, vivusque per ora
 feretur.*

Eum laudibus ad coelum ferebant] cum laudibus Gaertn. Ita saepe variant scripti. V. supra ad 4, 19, 2. Vulgata lectio, pro qua stant reliqui scripti, hic vera est. Supra 2, 49, 1. *Fabios ad coelum laudibus ferunt.* 5, 7, 10. *Laudare equites, laudare plebem, diem ipsum laudibus ferre.* 7, 10, 14. *Mirisque pro concione eam pugnam laudibus tulit.* 9, 33, 6. *Auctoremque ejus Mam. Aemilium laudibus ferret.* De locutione *ferre* et *verbo* aliquem laudibus v. Cl. Corſe ad Plinii 4. Ep. 27, 2.

fert Harlej. qui solam tantum vocem non insuper omittit. *Samnitum civibus Postulium; non civibus Romanum h's violatum* Florent. At duobus Pall. ejusdem Gebhardi adsentiantur Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. in quo a m. 2. pro *violatum* emendatur *violasse*: quomodo etiam praeserunt Gaertn. atque Hearnii Oxon. N. ac B. Ita autem datum est; ut sensus, qui cetero quia nullus erat, aliquo modo constaret. Verum librariis errandi causa exstitit repetitio vocis *Romanum*. Inde enim factum est, ut ab una ad alteram transilientes omnia media ipsamque illam semel transierint. Hujus erroris exempla tot supersunt in Mssis Livii, superius a me indicata, totque infra adhuc obcurrent, ut, si recensere vellem, taedio forem. Eundem errorem in aliorum a scriptorum manu exaratis libris obvium notarunt Cel. Burm. ad Calpurn. Eel. 4, 56. Corte ad Plinii 5. Ep. 7, 2. et Ep. 20, 5. V. etiam, quae notavi ad Silii 15, 703. et ad 16, 567. Quin et interdum hic error non in uno vel altero cod. sed etiam in tantum non omnibus Mssis committitur. Memorabile exemplum supra habuimus hoc lib. c. 5, 10. ubi nisi superstites fuissent membranae, quibus Gelenius usus est, quatuor voces in Livio periissent. (* Aliud est 36, 19, 13. ubi vide.) Ex his colligendum est, multas adhuc hodie lacunas non animadversas superesse posse in monumentis illorum auctorum, quarum unus tantum vel alter ad nos

Liv. Tom. V. P. I.

codex scriptus pervenit. Certe similes indicarunt quasdam viri docti in ultimis libris Livii ex tunc cod. Lauristeno vulgatis. V. Sigonius ad Livii 44, 27, 6. Ursinus ad 45, 41, 11. et Gronov. ad 44, 25, 6. et 45, 24, 9. Ceterum *Ita Dii crederent* Gaertn. V. ad 2, 56, 7. Deinde et *Samnite*, pro *et a Samnite*, Leid. 2. et Lovel. 1. *Mox factum est bellum* Leid. 1. *factum bellum esse* Port. et Haverk. *bellum esse factum* Lov. 4.

§. 12. *Haec ludibria religionum non pudere in lucem proferre*] Menda typographica: quippe Pall. pr. et tert. ut et Andreae recensio *non pudere*. Sed Camp. et Pal. sec. *non pudet in lucem proferre*. GEBH. Mendam typographicam, quam in prioribus edd. suis operae commiserant, Gruterus jam in postuma emendavit. *non pudet* legunt etiam Lovel. 2. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. C. et N. cujus tamen margo ostentat *pudere*. V. ad 1, 50, 5. Tum *Haec ludibria legionum* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. et Fragm. Hav. a m. 1. quomodo et alibi peccarunt librarii. V. ad 10, 40, 11. *Haec ludibria legionum* Voss. 1. *Hic ludibria legionum* Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *in lucem perferre* Voss. 2. V. ad 5, 4, 12.

Vix pueris dignas ambages senes ac consulares fallendae fidei exquirere] *ambages dignas* Lovel. 2. Tum *senes et consulares* Lovel. 4. Deinde *fidei fallendae* Gaertn. Ceterum Gebhardus ad Liv. 8, 15, 3. haec per ellipsin exponit, pro

ratus sit nemo, quo minus, ubi visum fuerit, abeant.
Et illi quidem, forsitan et publica, sua certe liberata fide, ab Caudio in castra Romana inviolati redierunt.

XII. Samnitibus, pro superba pace infestissimum cernentibus renatum bellum, omnia, quae

fallendae fidei causa. Potest tamen *fallendae fidei* sine ellipsi casu tertio accipi.

§. 13. *I, lictor, demo vincla Romanis: moratus sit nemo*] Pal. sec. *de ne vincula. Romanus moratus sit nemo.* GEBH. Vox *i* deficit in Voss. 2. Lovel. 3. 4. Haverk. et Fragg. Hav. a m. 1. V. ad 8, 7, 19. Ejus loco *ii* praerunt Florent. et Leid. 2. Tum *victor* Lov. 2. Mox *vincula* Lovel. 2. Haverk. et editiones Frobeniana anni 1535. priores. V. ad 3, 56, 4. Mox *habeant*, pro *abeant*, Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. et quaedam ex antt. edd. V. ad 22, 59, 19.

Sua certe liberata fide] Pal. pr. *sua cetera liberata fide.* tert. *sua cetera liberata fide.* Camp. ed. *sua certe liberati fide.* GEBH. *sua certa liberata fide* Lovel. 3. Male. *certe* est dumtaxat, minimum. V. ad 2, 1, 2. *sua certe liberati fide* Portug. Neque id rectum. Cic. pro Flaacco 20. *Ipse tamen Fusiis satisfacit absentibus, et fidem suam liberat.*

Inviolati redierunt] Pal. pr. *rediere.* tert. *reductat.* GEBH. *rediere* etiam Voss. 2. et Lovel. 3. Praeterea a Caudio Gaertn.

§. 1. *Omnia, quae deinde venerunt*] Pal. sec. *evenerunt.* GEBH. Sic et 10, 45, 3. *Quonam modo tolerabilis Etruria fuisset, si quid in Samnio adversi venisset.* Vide tamen, an non hic scribendum sit *evenisset*, et illic quae dein *evenerunt.*

J. FR. GRON. Tamen Liv. 2, 7, 1. *Priori Romae augurium venisse fertur, sex vulturis.* et 24, 40, 15. *Si quando similis fortuna venisset.* Tacit. 12. Ann. 32. *Id quo praeveniret.* id est, ut Freinshemius, eveniret. Sic commodum et malum *alicui venire* dicitur. Sallust. Jug. 4. et Phaedr. 1. fab. 2. ubi v. Burm. et Waff. ad Sall. Jug. 110. Sed in nonnullis eorum, quae ibi adnotentur, variat scriptura, ut et in Terent. Hee. 2, 1, 31. ubi pro vulgato *Non me opera neque pot culpa evenit*, Rivii libri, cum quibus consentit Traject. habebant *venit*, quod pro composito dicitur. n. putat Rivius. DUK. deinde *evenerunt* Lovel. 4. Harlej. Portug. et Haverk. deinceps *evenerunt* Klock. Potuit sane facili errore prima litera *v* intercepti ab ultima praecedentis *deinde*; quod in hoc verbo etiam alibi factum est. V. supra ad 7, 6, 8. infra ad 10, 11, 1. ad 22, 40, 3. et ad 29, 20, 4. Adde Cortium ad Plinii 2. Ep. 11, 6. Ita apud Colum. in optimo Mito Sangerm. legitur 4, 2. *Us saepe evenit, vel nigri est generis, vel parum fertilis.* ubi vulgo editur *saepe venit*. Contra apud Valer. Max. 3, 4. in princ. recte nunc circumfertur, *Saepe evenit, ut et humilli loco nati ad summam dignitatem consurgant.* ubi alter cod. Traj. legit *saepe venit*. Quin etiam *saepe venire* abicit *invenire*, quod ultima litera vocis praecedentis in principio hujus a librariis repetita sit. V. ad 2, 38, 1. Multa etiam loca obcur-

deinde venerunt, non in animis solum, sed prope in oculis esse: et sero ac nequidquam laudare sen-
 nis Pontii utraque consilia; inter quae se media lapsos victoriae possessionem pace incerta mutasse, et, beneficii et maleficii occasione amissa, pugna-
 turos cum eis, quos potuerint in perpetuum vel

runt, ubi *venire* et *evenire* inter se commutantur, in quibus tamen eadem erroris istius causa dari nequit. V. ad 3, 40, 14. c. 48, 5. 3, 4, 7. 4, 8, 5, 21, 17, 1. 39, 41, 6. c. 45. 5. et N. Heinsium ad Ovid. Epist. 7. Her. 21. Quum tamen illud *evenire* fere non, nisi in suspectae fidei codicibus, obcurrat, potius esse existimo, ut alterum *venerunt* servetur. Nam, *venire* non nunquam pro *evenire* poni, infra videbimus ad 44, 17, 7. Ceterum *omninoque*, quae deinde Florent. Leid. 1. Lovel. 4. Harleij. et Pragm. Hav. *omnia quoque deinde*, quae lectio eodem ducit, Voss. 2. Lovel. 3. Portug. et Haverk. Paulo ante *seminatum bellum*, pro *renatum*, Klock.

Non in animis modo, sed prope in oculis esse) in animo Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Tum in oculis prope esse Lovel. 2.

§. 2. *Inter quae se media lapsos*) Cl. Ant. Perizon. ad marginem Livii legendum conjicit *media lapsos*. Doujatius exponit media via lapsos. Ita Pontius rogabat supra c. 3, 11. *Quid si media via consilii caperetur?* V. ad 3, 46, 5. Quom tamen ellipsis illa in hac voce insolentior sit, vide, annon potius iungendum sit *inter quae media*. Id quidem Doujatius displicet; qui Samnites non *inter media*, sed *inter duo extrema* omnes liberandi, aut omnes necandi consilia lapsos dicit; causam tamen non video, cur non *inter*

media consilia, pro inter medium consiliorum eodem modo dici possit, quo *medii Thracas, hostes*, infra 38, 41, 10. *Hoc omne per Graecorum colonias pacatum iter fuit. reliquum inde per medios Thracas dies noctesque suspectum.* Et mox, *Mutinus filium per medios hostes perripisse.* Ceterum *ante quae esse media lapsos* legit Lov. 4. *inter quorum se media lapsos* Lovel. 2. Verba autem *utraque consilia* etc. *mutasse* inertia scribae non exstant in Haverk.

Et beneficii et maleficii occasione amissa) et *beneficiis* Gaertn. sed ita etiam legendum foret *et maleficiis*: atque *ocasio beneficiis* eodem modo dictum foret, quo *locus seditioni*, et similia plura, de quibus dictum est ad 3, 46, 2. Quum tamen nullus praeterea cod. hanc lectionem firmet, et unum tantum beneficium liberandi Romanos in potestatem redactos, unumque maleficium eos interficiendi indicetur, nihil etiam mutandum puto. Voces *et maleficii* desunt in Florent. Deinde *occasione admissa* Pragm. Hav. a m. 1. V. ad 4, 12, 11. et mox §. 10. *occasione omissa* Leid. 2. et Lovel. 4. V. ad 3, 38, 11. Nihil mutandum est. Non tantum enim *omiserant* occasionem, sed omittendo insuper *amiserant*. Supra 7, 34, 9. *Utriusque rei amissa occasio*. ubi plura vide. Mox *potuerunt*, pro *potuerint*, Voss. 2. Leid. 2. et Portug. Voces autem *vel amicos* exsulant a Lovel. 4.

3 inimicos tollere, vel amicos facere. adeoque, nul-
 lodum certamine inclinatis viribus, post Caudinam
 pacem animi mutaverant, ut clariorem inter Ro-
 manos deditio Postumium, quam Pontium in-
 4 cruenta victoria inter Samnites, faceret: et geri
 posse bellum Romani pro victoria certa haberent,
 Samnites simul rebellasse et vicisse crederent Ro-
 5 manum. Inter haec Satricani ad Samnites defece-
 runt, et Fregellae colonia necopinato adventu Sam-
 nitium (fuisse et Satricanos cum iis satis constat)

§. 3. *Nullo dum certamine incli-
 natis viribus] in illo dum certami-
 ne* Voss. 1. et Leid. 2. qui errore ex
 similitudine literarum ini ac nu
 ortus est. (* v. ad 40, 40, 12.)
 Contrario errore nullo pro in illo
 supra in Mssis obvium fuit 5, 10,
 4. in illo certamine Portug. nullo
 certamine Haverk. Male. V. ad 29,
 11, 1.

*Animi mutaverant, ut clariorem
 inter Romanos deditio Postumium]*
animi se mutaverant Portug. et Ha-
 verk. [Veith.] quod sine dubio
 ex nasuti interpolatione natum
 est. V. ad 3, 10, 6. Deinde *et cla-
 riorum* Fragn. Hav. a m. 1. V. ad
 21, 28, 8. *aut clariorem* Haverk. V.
 ad 4, 12, 8. *ut clariore inter Roma-
 nos deditio* Lovel. 4. a m. 1. in quo
deditio emendatur a m. 2. *cla-
 riorum intra Romanos* Voss. 2. et
 Lovel. 3. V. ad 5, 27, 2.

*Faceret: et geri posse bellum Ro-
 mani pro victoria certa haberent,
 Samnites]* Omnia haec vocabula
 librorum culpa omittuntur in
 Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 4. 5. et
 Fragn. Hav. Desunt etiam in o-
 ptimo Florent. in quo eorum lo-
 co adscriptum erat *h. d.* Causa
 erroris fuit repetitio vocis *Sam-*

nitus. V. ad cap. praec. §. 11.
 Ceterum *geri posse* omittit Lovel.
 2. Tum *pro certa victoria* alio or-
 dine habet Leid. 2.

§. 5. *Defecerunt, et Fregellas co-
 lonia] defecerunt* Harlej. Haverk.
 et edd. antiq. Sed vulgatum,
 quod Frobenius primus anno
 1535. recepit, servo: non quasi
 displicerent *defecerant et capta est*:
 eadem enim tempora interdum
 jungi, supra vidimus ad 4, 33, 8.
 Sed quia eam lectionem veriore
 esse persuadet reliquorum codi-
 cum consensus. Tum copula *et*
 deficit in Voss. 2. et Lovel. 3. Hinc
flagella Lovel. 4. *Mox et fuisse Sa-
 tricanos,* trajectis vocibus, Por-
 tug. et Haverk. *fuisse Satricanos*
 Gaertn. fuit, sed *Satricanos* Lo-
 vel. 2.

*Occupata est. timor inde mutans
 utrosque usque ad lucem] occupatos
 esse* Lovel. 2. *occupata. cum timor*
 Voss. 2. et Lovel. 3. Hinc *utroque*
 Leid. 1. et Florent. Tum vocula
usque exulat a Portug. et Ha-
 verk. [Veith.]

§. 6. *Quam aliquamdiu aequam,
 et quia pro aris ac focis dimicaba-
 tur, et quia] quam diu aequa et
 pro aris* Voss. 2. et Lovel. 3. *quam
 diu aequam, et quia pro aris* Leid.

nocte occupata est. timor inde mutuus utrosque usque ad lucem quietos tenuit; lux pugnae initium 6 fuit; quam aliquamdiu aequam, et quia pro aris ac focis dimicabatur, et quia ex tectis adjuvabat inbellis multitudo, tamen Fregellani sustinuerunt. Fraus deinde rem inclinavit, quod vocem audiri 7 praekonis passim sunt; *Incolumentum abiturum, qui arma posuisset.* ea spes remisit a certamine animos; et passim arma jactari coepta. Pertinacior pars ar- 8 mata per aversam portam erupit; tutiorque eis au-

1. et Lovel. 2. ac 4. Tum pro aris et focis Leid. 2. Lovel. 2. Harlej. Gaertn. et edd. Frobeniana anni 1535. priores. Praeterea dimicabant Harlej. V. ad 38, 40, 1. dimicabantur Pragm. Hav. a m. 1. Tandem et qualem Lovel. 2.

Tamen Fregellani sustinuerunt] Pall. pr. et tert. Fregellas. sec. vim Fregellani sustinuerunt. GEBH. vim Fregellani sustinuerunt Portug. Gaertn. et Haverk. Sed librarii confuderunt compendia *tā* et *ut*, quibus utraque vocabula notantur. tantum Fregellas sustinuerunt Lovel. 3. tantum Fregellani sustinuerunt Voff. 2. Solent etiam haec compendia *tā*, sive *tantum*, et *tā*, sive *tamen*, saepissime commutari. V. ad 7, 30, 17. 8, 10, 3. c. 29, 18. c. 36, 3. 9, 23, 14. c. 29, 21, 10, 6, 10. c. 37, 15, 24, 26, 9, 29, 35, 12. (* 31, 39, 2.) 37, 11, 13. c. 32, 12. c. 38, 7. 38, 14, 13. c. 17, 19, 39, 37, 21. Adde Duker. ad Flori 3, 5, 25. Corte ad Plinii 1. ep. 22, 8. 2. ep. 3. 5. et 3. ep. 21, 4.

§. 7. Quod vocem audiri praekonis passim sunt] audire Gaertn. videtur Harlej. quod vocem audire praekonis passim Lovel. 2. Mox incolumem habiturum, pro abitu-

rum, Voff. 1. Lovel. 1. Fragm. Hav. a m. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. infra ad 22, 59, 19.

§. 8. Per aversam portam erupit] per aversam portam Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. et Fragm. Hav. Male. V. ad 4, 46, 6. per aversam partem portae Portug. et Haverk. per aversam partem portae Hearli Oxon. B. quae in secula lectio nata videtur ex superstitiosa librarii diligentia, qui dupli- cem lectionem portam et partem hoc modo servare voluit. Praeterea erupit, sive erumpit, Portug. a m. 2. V. infra hoc lib. c. 37, 9. Adde, quae notantur ad 1, 56, 12.

Tutiorque eis audacia fuit] Probo, quod habet Pal. sec. tutiorque audacia fuit. GEBH. Ita et Portug. et Haverk. Nescio vero, quae causa Gebhardum impulerit, ut eam lectionem alteri praeferreret, nisi displicuerit constructio pars, eis: quam ob causam etiam tutiorque ejus audacia fuit dedisse videtur Curio, quem inprovidae secuti sunt Lugdunens. anno 1563. et Basileens. anno 1554. Nam vel tironibus notum est, *eo pars tamquam collectivum saepe cum plur.*

dacia fuit, quam incautus ad credendum ceteris pavor: quos circumdatos igni, nequidquam Deos fidemque invocantes, Samnites concremaverunt. 9 Consules, inter se partiti provincias, Papirius in

rali construi. V. ad 5, 38, 5. Praestat igitur fidem habere optimis omnibusque aliis codicibus, vulgatum hoc loco tuentibus.

§. 9. *Consules inter se partiti provincias. Papirius*] Legebam, *Consules inter se partiti provincias, Papirius in Apuliam*, etc. Et sic uterque Vossianus. Sic et c. 31, 1. *Consulibus inter se provincias partitis. Junio Samnites, Aemilio nequam bellum Etruria sorte obvenit. non consules partiti.* et c. 41, 2. *Consulibus partitis provincias Etruria Docto, Sampnium Fabio venit.* Begredere, ad quae 8, 16, 12. J. FR. GRON. Quemadmodum Gronovius legendum docuit, non modo praefertur omnes Msi, quibus naus sum, sed et edd. antiquae usque ad Francofurt. anno 1578. quae prima *partiri*, pro *partiti*, dedit errore, ut puto, operarum; quod inde patet, quia post vocem *provincias* minorem distinctionem servarunt, cujus loco demum Gruteri postrema *επιμην τελειαν* recepit. *partiri* iterum admisit nupera Amstelaed. Clerici.

.. *Papirius in Apuliam ad Lucerianam*] Ab initio hujus libri haec urbs ita amica erat Romanis, ut eorum exercitus propter illam in periculum venerit: quanquam nusquam antea narraverit, quando aut quomodo in Romanorum amicitiam venisset. Nunc hoc loco ita amica est Samnitibus, ut non dubitarint, Romanorum ob-sides illic deponere, cum tamen ne uno quidem verbo innuerit Livius, quomodo et quando a Romanis defecerit, etiamsi intelli-

gimus, post Caudinam pacem id forte factum. GLAR. Plura apud Livium aliosque accuratissimos scriptores, praesertim rerum Romanarum, reperiri suo loco et tempore praeterita, quae deinde tamen, quasi jam ante tradita, per occasionem verbo tantum referuntur, sive memoriam eorum fugerint, quum justior de illis agendi erat locus, sive ipsi de industria ac brevitate studio praetermiserint, et ex narratione posteriorum intelligi voluerint priora ejusdem negotii; eoque etiam hoc referendum esse, quod nusquam a Livio proditum sit, quomodo Luceria in Samnitium potestatem devenerit, suane voluntate dedita, an vi subacta, observat Cl. Jac. Perizon. in *Animadv. hist. c. 4. p. 164.* Ceterum voces *in Apuliam* deerant in Gaertner. Tum ad *Lucertiam* legit Voss. 1. ad *Lucertiam* Level. 1.

Publilius in Samnio sufficit adversus Caudinas legiones] Codex Moguntinus habebat *adducens Caudinas legiones*: ut intelligamus eas, quae ad Caudium inclusae fuerant. Alioqui, Samniticas intelligamus, necesse est. GLAR. Si *adversus* legas, *Caudinas legiones* Samnitium exercitum ad Caudium victorem intelligas: si (ut malim, et est in quibusdam libris vet.) *adducens Caudinas*, Romanorum exercitum ad Caudium sub jugum missum accipias, necesse est. Ita vero accipiendum esse, docet Livius 25, [6, 12.] *Caudinas legiones, quas sine armis redierant Romam, armatas remisit in Samnium, eundem illum hostem sub jugum miserunt, qui haec*

Apuliam ad Luceriam pergit, ubi equites Romani obsides ad Caudium dati custodiebantur: Publilius in Samnio substitit adversus Caudinas legiones. Dissendit ea res Samnitium animos; quod nec ad 10

rus ignominia lactatus fuerat. Idem autem tradit hoc loco Livius. Ex quo intelligi debet, Publili-um Caudino exercitu in Samnium esse profectum, Papirium cum novo in Apuliam. SIG. Non aliter omnes libri. Miror itaque Sigonium probare nescio cujus vet. lib. lectionem adducens: quod verissime statuo esse ignari alicujus commentatoris interjectum interpretamentum. GEBH. ad Caudinas legiones Lovel. 4. in contextu. Sed ipse ille in margine, et omnes alii eodd. scripti, *adversus Caudinas legiones* verius esse, testantur: neque aliter etiam ullae edd. a me visae, praeter unam Mogunt. quam Glareanus laudavit. Videat igitur Sigonius, et, qui eum secure nimis secutus est, antecessor ille Parisiensis Doujatius, quos *quorundam librorum vet.* nomine indicarint. Caudinas quidem legiones eo sensu, quo Sigonius voluit, usurpari posse, non nego; id enim non tantum probat locus Livii ab eo laudatus, verum etiam *milites Cannenses* infra memorati 26, 28, 11. et *Cannenses legiones* 27, 11, 14. Aliter tamen hic Livium locutum esse, evincit eodd. consentientium testimonium. Praeterea suo etiam gladio Sigonius jugulari potest. Livius enim loco, quem ipse laudat, refert, legiones, quae ad Caudium a Samnitibus sub jugum missae erant, vicissim Samnites sub jugum misisse. Jam autem, id non legiones Publilii, sed Papirii fecisse, constat ex Livio infra c. 15. Ejus igitur legiones per *legiones Caudinas* Livius dicto loco intelligit. Non nego tamen, etiam Publilii legiones ad Caudium sub

jugum missas esse. Ambo enim consules T. Veturius et Sp. Postumius ad Caudium rem gesserunt, quisque igitur duabus legionibus. Anno sequenti *rescriptas ex eodem milite novas legiones*, quas Papirius et Publilius acceperunt. Ratio itaque non est, cur potius *Caudinas legiones* dicerentur, quae Publilio, quam quae Papirio paruerunt. Displicet insuper locutio in Samnio substitit, adducens. Si enim substitit, ergo jam antea erat in Samnio. Et sane supra c. 10, 6. Livius dixit, exercitum ad Caudium ductum fuisse. Caudium autem oppidum erat Samnii. Si ergo jam antea in Samnio fuerit, quomodo nunc adducens legiones, quae antea in Samnio cum legionibus Papirii adductae fuerant? Ceterum *Publilii* plerique scripti, ut et Hearni Oxon. L. a. B. et C. sollemni errore scribarum; qui similiter etiam infra hoc cap. et postea lapsi sunt. V. supra ad 8, 13, 4.

§. 10. *Dissendit ea res Samnitium animos] distennis Neap. Latini. discens. Lovel. 3. Gaertn. et Haverk. Male. Supra 3, 23, 1. Haud procul moribus Tusculi considunt, ut distenderent hostium copias. ubi vide, quae notantur.*

Quod nec ad Luceriam ire, ne ad tergo instare hostis] Hoc loco Luceria Samnitium est, quod forte ad eos, ut dixi [ad c. 2, 3.] post Caudinam eladem defecerit, quemadmodum tacite intelligit vult Livius. SIG. V. ad §. praeced. quod nec ad Luceriam, ubi equites Romani obsides, ire Voss. 2. et Lovel. 3. quae voces ex §. praeced.

rem fraus superbe vicisset; sed Romanam virtutem, quam nec vallum, nec fossae arcerent, memorantes, 11 caedunt pariter resistentes fusosque, inermes atque armatos, servos, liberos, puberes, inpuberes, ho- 12 mines, jumentaque. nec ullum superfuisset animal, ni consules receptui signum dedissent, avidosque caedis milites e castris hostium imperio ac minis 13 expulissent. Itaque apud infensos ob interpellatam

et Haverk. non hoc ad furculas Portug. et Hearnii B. non haec ad furculas ejusdem C. et N. in margine. [Veith.] non haec furculas Caudinas Harlej. addita voce. Deinde et Caudium Portug. et Haverk. non Caudium Leid. 2. a m. 1. Tum saltus esse invidios Lovel. 2. Tandem vocem errorem omittit Leid. 1. Mox monentes, pro memorantes, Voff. 2. et Lovel. 3.

§. 11. Servos, liberos, puberes, inpuberos, homines, jumentaque] In expugnatione urbium saepe memorantur exempla similis irae et crudelitatis victorum. Hic quaeri potest, cur Samnites impuberes, aetatem minime bello aptam, secum in castra ducere voluerint? DUK. suos liberos Leid. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Scriptum fuerat suos, liberos; mox notam, compendii indicem, omiserunt librarii. Ita et alibi peccari, infra videbimus ad Livii 41, 8, 12. Tum inpuberes exulat ab Hearnii Oxon. L. 2. Verum ita puberes vacat, nisi et ea vox delenda sit. puberes, inpuberes omnes, jumentaque Lovel. 3. Ita passim variant Mfi. V. supra ad 3, 54, 6. [liberosque puberes inpuberesque Veith.]

§. 12. Nec ullum superfuisset animal) nec unum superfuisset Portug. et Haverk. Eas voces alibi etiam confuderunt librarii. V.

N. Heinsium ad Claud. 1. de laud. Stilic. 26. et Broekhus. ad Propert. 3. Eleg. 7, 8. Utraque lectione juncta nec ullum unum superfuisset praefert Gaertn. Hic tamen ob aliorum consensum vulgatam lectionem praefendam puto.

Milites e castris hostium imperio ac minis expulissent) a castris hostium Voff. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. ex castris hostium Lovel. 2. et 4. idque dare voluisse videtur librarius Leid. 1. qui tamen ea castris hostium per errorem scripsit. Passim autem a et x in Mfiis commutari solent. V. ad 40, 59, 8. Deinde imperio agminis Voff. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. et Klock. Saepius etiam scribas commiscendis literis C et G lapsos esse, supra vidimus ad 6, 25, 6.

§. 13. Ob interpolatam dulcedinem irae) Revertimus ex fide veterum codicum ob interpolatam dulcedinem, non interpolatam. quae vox, Latina quidem, hic tamen locum non habet. GELEN. interpolatam mihi obvium fuit in Lovel. 2. et Harlej. Quae autem editionum prima ita exhibuerit, nescio. Earum tamen, quas ita legentes vidi, antiquissima fuit Mediol. anni 1480. pro quo deinde Ascens. interpolatam, (interpellatam in marginem rejecto) Al-

miniae adhortator aderat. Vadunt igitur in proelium urgentes signiferos: et, ne mora in concursu pilis emittendis stringendisque inde gladiis esset, pila, velut dato ad id signo, abjiciunt, strictisque gladiis cursu in hostem feruntur. Nihil illic imperatoriae artis ordinibus aut subsidiis locandis fuit: omnia ira militaris prope vesano inpetu egit. Itaque non fusi modo hostes sunt; sed, ne castris quidem suis fugam impedire ausi, Apuliam dissipati petiere: Luceriam tamen, coacto rursus in unum agmine, est perventum. Romanos ira eadem, quae

cursu Leid. 2. et Haverk. Tum *omittendis*, *stringendis inde* Harlej. *emittendisque inde* Haverk. Deinde *gladii se etiam pila* Klock. unde, aliter distinctis literis et in voces divisio, legendum videtur *gladiis ses* (id est *esset*;) *jam pila*. Sed, quum illud *jam* in nullo alio libro occurrat, librarium Klockiani potius *et*, vel *etiam*, pro *et* dedisse existimo; quae voces etiam alibi saepe commutari solent. V. ad 22, 47, 9. Mox *strictique gladiis* male Portug. a m. 1.

§. 3. *Nihil illic imperatorius artis* illis Lovel. 2. §. 4. Portug. et Haverk. *illi* Gaertn. Sed tota vox exsulat a Voss. 2. Praeterea *imperatoris*, sequenti voce omis- sa, Leid. 2. et Lovel. 1.

Omnia ira militaris prope vesano ordine egit Ridiculum errorem. Restituimus ex fide veterum codicum *prope vesano impetu egit*. GELEN. *omnia ira militis* Leid. 2. et Lovel. 3. *omnia militaris vis* Hearnii Oxon. C. [*omnia vis militaris* Veith.] Tum *vesano imperato* Leid. 1. Reliqui codices Gelenio consentiunt, nisi quod unus Harlej. cum primis edd. le-

gat *vesano ordine*. Sed vox *ordi-* ne ex praecedenti huc inrepsit.

§. 4. *Luceriam tamen coacto rursus in unum agmine* Pal. sec. *Luceriam tum coacto rursus*. GEBH. Similiter peccant Gaertn. et Portug. errore passim in Mssis obvio. V. ad 22, 17, 5. Hinc *rursus* deficit in Lovel. 2. et Gaertn. *coacto rursus in uno agmine* legit Haverk. Sed *in unum cogere* saepius apud Livium occurrit. Exempla v. 30, 11, 4. 35, 48, 4. 40, 16, 10. et alibi. Similiter *in unum colligere*; de quo v. ad 28, 3, 9. Librarius tamen *in uno* dedit, ut conveniret cum sequenti *agmine*. V. ad 6, 3, 8. Paullo ante *ausi impedire* alio ordine Lovel. 2.

§. 5. *Quae per mediam aciem hostium tulerat, et in castra pertulit* hostium aciem, trajectis dictionibus, editiones Frobeniana anni 1535. priores. Hinc vocula *et* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. [Veith.] neque sequens *in* in Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *perculit* legunt Florent. et Leid. 1. sollemni scribarum aberratione. V. ad 35, 27, 16.

8 grates depopulabantur. quae regio si fida Samnitibus fuisset, aut pervenire Arpos exercitus Romanus nequisset, aut interjecta inter Romam et Arpos, penuriâ rerum omnium, exclusos a com-

a Gronovio restitutam, quae ex nullo codice alio laudatur, in omnibus Oxoniensibus superesse. Id tamen verum vellem, quo magis firmaretur Gronovii conjectura, quam verissimam puto. *cultores* pro incolis poni, infra v. ad 28, 28, 6.

Loci simili genere; Pall. pr. tert. et Camp. *loci simili*. Verissimum autem hoc axioma est. Florus 3, 4. *Silvarum et montium situs cum ingenio consentiebant. Eodem lib. c. 2. Nihil hos plaga infestius: atrox coalum, proinde ingenia.* GEBH. *loci simili* etiam Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Utrum eligatur, haud multum interesse puto. V. supra ad 6, 13, 3. Quum tamen plerique, et inter eos optimi, codices *locis* servent, id etiam verius esse exerceo, atque in Mssis *loci* legentibus ultimam litteram *s* a sequentis vocis initiali elisam esse existimo. V. ad 27, 29, 5. Quod ad ipsam rem attinet, cultorum ingenia locis similia esse, Manlius exemplo Gallorum, qui in Asia consederunt, milites suos docet infra l. 28, 17. Alia v. apud Bernecc. ad Iuliani 1, 1, 13. Ceterum *montani agricolae*, ejecta conjunctione media, Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Tum *depopulabuntur* Voss. 2. et Lovel. 3. *depopulantur* Portug.

§. 8. *Aut interjecta inter Romam et Arpos penuria rerum omnium exclusos a comitatibus absumpsisset* Vide, quid hic dicere velit. Quomodo enim penuria interjacet Romae ac Arpis? Sit

sane figura, ut in priore annotatione, sed mihi in hoc annotata, ut exemplaria vetusta diligentius inspiciantur. GLAR. Haeret hic aqua Glareano; neque hic scrupulum dubitationis ei eximit aemulus Sigonius. Ego consultis accurate Pall. Mssis codicibus parum expeditas redeo. *Palat. pr. injecta inter Romam et Arpos penuria rerum omnium exclusos a coëctibus absumpsisset.* et ita fere Pal. tert. Dixi fere, quia *injectam penuriam* exhibet. GEBH. *Idem Romam vitiosum reor: sed quid substituendum sit, non video. Arbitror fluvii alicujus aut urbis nomen. T. FABER.* Miratur Glareanus penuriam interjacentem Romae et Arpis. Immo *regio interjecta penuria*: Vel, quod malo, legendum est *absumpsisset*. Sic apparet *interjecta* non applicandum esse voci *penuria*. sed $\pi\lambda\eta\sigma\upsilon\tau\iota\kappa\epsilon\iota\varsigma$ accipiendum, subauditio *loca*, pro interjectis regionibus. 21, [54, 7.] *In locis Alpibus Apenninoque interjectis, propinquitata etiam summum ac paludum praegelidis.* 34, [28, 12.] *Perpopulatus omnia circumjecta urbi frequentis et amoeni agri loca.* J. FR. GRON. *injecta intra Romam* Voss. 2. et Lovel. 3. Videtur olim breviter *infecta inter Romam* scriptum fuisse. *in* autem et *inter* sive *inter*, saepe commutantur. V. ad 38, 57, 6. Commutantur etiam *intra*, sive *inter*, et *inter*, sive *intra*. V. ad 5, 27, 2. Solitum autem fuisse Livium praepositionem, cum qua verbum componitur, eidem in regimine addere, dictum est ad praefat. §. 11. Tum *exclusos a comitatibus* Harlej. *exclusos ab com-*

grandam profectus Apuliam, aliquot expeditione una populos aut vi subegit, aut conditionibus in societatem accepit. Papirio quoque, qui obseffor 3 Luceriae restiterat, brevi ad spem eventus respondit nam, insessis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio subvehebantur, fame domiti Samnites, qui Luceriae in praesidio erant, legatos mi-

adhaerere vellet: ut infra 33, 25, 5. *Pacem simulatam ac fallaciam dicendo, dubios sententiae Patres fecerat.* Insuper tentaretur quaedam ex antiquioribus edd. [Veith.] quasi referendum foret ad proximum genus. Utrumque ferri potest. V. viros doctos ad Nason. 14. Met. 396. Hic tamen priscam lectionem ob codd. auctoritatem malo.

§. 2. *Ad peragrandam profectus Apuliam] ad peragrandum profectus Apuliam.* Portug. et Haverk. a m. 2. V. ad 40, 49, 1. *ad peragrandum profectus Apuliam* Leid. 1. Lovel. 4. et Haverk. a m. 1. *ad peragrandam profectus Apuliam* Leid. 1. Lovel. 1. a m. 1. et ed. Mediol. anni 1505. Ita etiam peccabatur supra 4, 42, 6. Saepè has voces in Mssis confundi, docet etiam Cel. Berm. ad Suet. Cal. 37. *ad peragrandum profectus Apuliam* Fragm. Hav. a m. 1. *ad peragrandam profectus Apuliam* Voff. 2. et Lovel. 3. *ad rem agendam profectus Apuliam* Lovel. 2. quod accipi posset, pro *in Apuliam*. Sed omnino vulgatum verius est. Infra de Alexandro Magno 45, 9, 6. *Arabes hinc Indiamque peragravit.* Mox *exditione*, vel *exditione sua* Voff. 2. et Lovel. 3.

§. 3. *Papirio quoque, qui obseffor Luceriae restiterat* To quoque deficit in Leid. 1. *perflitatus* autem est in Hearnii Oxon.

C. Male. *restiterat* enim est, remanserat. V. Salmas. ad Solin. p. 21. Cic. 3. de Offic. 30. *Ita incoelum in patria Regulus resistisset.* Pro Ligar. 2. *Post adventum Vari in Africa restitit.* (*V. ad Liv. 22, 29, 5.)

Insessis omnibus viis] Pal. pr. *obsessis*. tert. *in obsessis omnibus viis.* GEBH. *obsessis* etiam Voff. 2. et Lovel. 3. Utramque lectionem *insessis* et *obsessis* librarius Pal. 3. apud Gebhardum servare conatus est. V. supra ad 3, 44, 4. Verum *insessis* genuinum est. Infra cap. seq. §. 9. *Praesidium Samnitium, insessis circa viam stibvestribus locis, nec opinato oppressum est.* c. 31, 8. *Ibi ingens hostium exercitus itinera occultis insederat.* 21, 34, 9. *Per rupto medio agmine viam insedere.* 25, 21, 4. *Omnia itinera insidere jubet.* 27, 18, 10. *Alteram cohortem jubet viam insidere, quae ab urbe per tumuli obliqua in agros ferret.* 38, 2, 10. *Quidam, per novos callos brevior viam praegrassi, transitus insedere.* *insessos omnibus istis viis* est in Gaertn.

Commeatus ex Samnio subvehebatur] Pal. tert. praefert *commeatus ex Samnio subvehebantur*. quid hoc monstrum verbi sit, non prodigialii facio ideo Jovi. Prim. sec. et Camp. est: pro eo *subvehebantur*. GEBH. Mutarunt numerum sine causa: nam scri-

sere ad consulem Romanum, ut, receptis equitibus, qui caussa belli essent, absisteret obsidione.

4 His Papirius ita respondit: *Debuisset eos Pontium, Herennii filium, quo auctore Romanos sub jugum mi-*

pti subvehebantur. Ut frequenter Livius. Vel hoc libro [c. 23, 10.] *Unde subvehi comaeatus poterant. Et inferius [c. 32, 2.] Sutriini comaeatus benigne in castra advexere.* Sic 23, 12, 14. *comaeatum editur, pro comaeatum.* Sic 1, 4, 9. *ediderunt: In latrones praeda onustos impetum facere.* Quasi non sit Livii *impetus facere*, quod est in vet. libris. 3, 10, 7. *No qui in loca summa urbis impetus caedoque inde fierent.* Ubi frustra Rhenanus *fieres*. Eodem libro [c. 5, 1.] *Multi per eos dies motus, multique impetus hinc atque illinc facti.* Alibi [34, 39, 12.] *Tum maxime impetus facientes recessere a muro.* J. FR. GRON. *comaeatus subvehebantur* etiam omnes mei; nisi quod soli Harlej. Gaerta. et Haverk. [Veith.] habeant *subvehebatur*. Voss. 2. et Lovel. 3. *subiciebantur*. Supra hoc lib. c. 6, 6. *Vestimenta, comaeatus militibus benigne mittunt.* c. 13, 8. *Exclusos a comaeatibus absumsissent.* Eodem cap. *Comaeatus ex montibus Samnitium invecti erant.* Eodem adhuc cap. *Cuncta infesta comaeatibus hostium feceras.* Infra c. 17, 15. *Comaeatus expediret, ab insidiis praecaveret.* c. 19, 16. *Avia comaeatibus loca gravis armis miles timere potest.* c. 43, 8. *No qua subvehi comaeatus possent.* Quam in hoc uno libro tanta exemplorum copia sit; maximam etiam in reliquis reperiri, nullo est dubium. Verum ne inmenso cumulo taedio sim, pauca tantum in medium proferam, in quibus tota locutio *subvehere comaeatus*, ne de ea dubitari possit, reperitur: Infra 22, 16, 4. *Quum tantum ab tergo divitum*

sociorum Romanis comaeatus subveheret. 28, 4, 7. *Magni comaeatus frumenti Romam subvecti.* 42, 31, 8. *Comaeatus classi legionibusque ut ex Sicilia Sardiniaque subveherentur.* 44, 9, 11. *Vias comaeatibus subvehendis ex Thessalia muniri jubet.*

Qui Luceria in praesidio erant, legatos misere ad consulem Romanum] qui Luceria praesidio erant, omissa praepositione, Lovel. 4. Ita 31, 8, 8. Id praesidio Siciliae provinciae esset. 37, 21, 5. *Aliis terrori, aliis praesidio erat.* (* 34, 11, 2. ubi vide.) Verum et alterum apud Livium obvium. 44, 44, 4. *Thracas, quorum duo milia in praesidio erant. In praesidio impositum caeso habes 24, 37, 8. Quum itaque reliqui codd. stent pro vulgato, id etiam mutandi nulla caussa est. Praeterea miserunt ad consulem Romanum Gaertn. misere ad consules Romanos Leid. 2. et Lovel. 1. Sed unus tantum erat Papirius consul, qui Luceriam obsidebat. Compendium autem scribendi Cas. Ro. in hunc errorem induxit librarios. V. ad 10, 10, 2. Et sane iidem codd. qui hic ad consules Romanos praefereunt, mox tamen servant absisteret, quum legendum fuisset absisterent, si hic numerus pluralis recipiendus foret. misere ad consulem rogatum habet Lovel. 4. Verum haec lectio ex interpretis glossa marginali in contextum inrepeisse videtur; ubi, ellipsin hanc, misere legatos, ut absisteret, ita supplendam esse, forte notatam fuerat. De hac ellipsi v. supra ad 4, 20, 7. et c. 45, 6. etiam infra*

gata in curam collegae, vacuus per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat. Itaque quum spes nulla esset, diutius obsessos inopiam laturos, coacti Samnites, qui ad Luceriam castra habebant, undique contractis viribus, signa cum Papirio conferre.

XIV. Per id tempus, parantibus utrisque se ad

cis sequentis. V. ad 23, 8, 9. *vi-*
storie exercitu Voff. 2. et Lovel. 3.

Ex montibus Samnitium invecti]
Samnium Leid. duo, Lovel. 1.
2. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. *ex*
montibus Samnitibus Hari. Port. et
Klock. [Veith.] quod non displi-
ceret, si fide digniores eodd. ad-
sentirentur. Nunc ita a librariis
datam existimo, ut *Samnitibus*
conveniret praecedenti *montibus*.
V. ad 6, 3, 8. Tum *injecti*. V. ad
9, 40, 14. Sequens *erat* exulat ab
Lovel. 4.

§. 11. *Arctiora omnia adventus*
Publii fecit] *Arctiora* Florent.
Voff. duo, Leid. 2. Lovel. 1. et
Haverk. V. ad 2, 50, 8. *Arctiora*
Lovel. 2. Portug. et Gaertn. *Al-*
tiora Lovel. 3. Solent saepe *Altus*
et *Artus* commutari. Ita supra
errabatur hoc lib. c. 2, 8. Adde *Cel.*
Burm. ad *Suet. Ner.* 46. et quae
notavi ad *Sillii Ital.* 6, 104. *Mox de-*
lata, pro *delegata*, Voff. 2. *Male.*
V. 10, 19, 3.

Vacuus per agros] Nempe va-
cuus a cura obsidionis, quam
in curam collegae delegaverat.
Ita hoc exponi potest. Sed tamen
videndum puto, an melius sit *va-*
gus. 2, 49, 9. *Sua tuta omnia, infes-*
ta hostium, vagantes per utrum-
que suum fecere. 5, 44, 5. *Vagi per*
agros palantur. 6, 31, 6. *Popula-*
lis non illi vagae similis. 27, 43, 2.
A vagis per agros populatoribus ad
Q. Claudium praetorem dedu-

cuntur. 26, 39, 22. *Vage effusos per*
agros palatosque adortus. DUK.
Doujatius vel *vagus* legendum
conjectit, vel *vacuus* exponit sc.
omni alia cura. Quod posterius,
quum omnes libri in vulgatum
conspirent, omnino praeferen-
dum est. Eo sensu *vacuus* est a-
pud *Tacit.* 1. *Hist.* 80. *Quo ma-*
gis vacuus jussa exsequeretur. a-
pud *Ovid.* 2. *Trist.* 239.

At si (quod malle) vacuus for-
tasse fuisses,
Nullum legisses crimen in Arte
mea.

4. *El.* 8, 27.

Sed modo, quos habui, vacuum se-
cedere in hortos.

Cic. in *Bruto* 5. *Hunc elegi-*
mus diem, quum te scirem esse
vacuum. et 1. de *Leg.* 4. *Quoniam*
vacui sumus, dicam.

§. 12. *Itaque quum spes nulla es-*
set] Ita quum Gaertn. Alibi saepe
ita et itaque commutantur in scri-
ptis. V. ad 21, 53, 7. Hic vero in-
super syllaba finalis quae interce-
pta esse potest a voce proxima.
V. ad 38, 40, 7. [obsessis Veith.]
Deinde *tractis viribus*, pro *con-*
tractis, Leid. 2. *contactis* Gaertn.
V. ad 6, 28, 6.

§. 1. *Parantibus utrisque se ad*
proelium, legati Tarentini interve-
niunt] se utrisque Lovel. 2. 4. et
Haverk. Tum *Tarentini veniunt*
Lovel. 2. *Tarentini intervererunt*
Hearnii Oxon. B. *Mox bellum*
committerent Lovel. 3. a m. 1.

proelium, legati Tarentini interveniunt, denunciantes Samnitibus Romanisque, ut bellum omitterent. per utros stetit; quo minus discederetur ab armis, adversus eos se pro alteris pugnaturos. Ea legatione Papirius audita, perinde ac motus dictis eorum, cum collega se communicaturum respondit: adcitoque eo, quum tempus omne in adparatu consumsisset, conlocutus de re haud dubia, signum pugnae proposuit.

Agen-

Per utros stetit, quo minus discederetur ab armis] per utros stetit Lovel. 3. *to stetit deficit in Haverk. Tum quomodo discederetur* Voff. 2. et Lovel. 3. *quo minus discederent ab armis* Lovel. 4. *Mox adversus eos pro alteris pugnaturos, sine pronomine se,* Lovel. 3. V. ad 1, 23, 5. Reliqui omnes vocem illam constanter retinent.

§. 2. *Perinde ac motus dictis eorum, cum collega se communicaturum respondit] MS. Fuld. perinde ac motus edictis eorum. Me iudice, melius. Sunt enim Edicta magistratum et superiorum in inferiores, quales se, si Diis placet, gerebant in Romanos Tarentini, denunciantes, sit ante Livius, Samnitibus Romanisque, ut bellum omitterent. MOD. Probat Modius motus edictis. GEBHARD. proinde ac motus* Leid. 2. Lovel. 1. et Fragm. Hav. errore scribarum. V. ad 27, 8, 18. Deinde omnes mei *dictis eorum* tuentur, quare *edictis*, quod Modius in Fuld. invenit, erranti librario adscribo. Solent autem hae voces commutari. V. ad 8, 7, 15. 21, 57, 13. et 22, 11, 6. (* Ita dicere et edicere v. ad 33, 14, 11.) Immo dictum eodem modo usurpari solet, quo edictum accipiendum existimat. Ita supra 8, 34, 4. *Qui adversus dictum suum, (scil. dictatoris) turbatis religionibus ac dubiis an-*

spiciis, pugnasset. Deinde collata cum collega Leid. 2. et Lov. 1. Sed vox *collata* a monachis addita est, qua indicantur ea, quae secum locuti essent. Tum *commutaturum* Klock. Tandem *respondet* Lovel. 1. Ceterum proxime praecedens vox *audita* omissa erat in contextu Florent. quae deinde alia manu ad oram adscripta est. Verum inde ingens in eodem cod. erat lacuna usque ad finem c. 22. cujus tantum quatuor extremae voces in eo supersunt.

Adcitoque eo, quum tempus omne in adparatu consumsisset] MS. Fuld. in apparatu pugnae consumpsisset. me iudice, melius. MOD. Pall. pr. et tert. et Camp. recensio in apparatu pugnae, ut Fr. Modii quoque libri. At Pal. sec. in apparatu consumpsisset pugnae. GEBH. in adparatu pugnae consumpsisset Voff. 2. Leid. 1. Lov. 1. Harlej. Gaertn. Klock. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. *in adparatu consumpsisset pugnae* Leid. 2. Lovel. 2. 4. Portug. et Haverk. Gronovius in pr. ed. notarum lectionem Modii probavit; sed postea recte omisit. Vox enim *pugnae* mox sequitur, unde facile huc revocari potest. Quamvis enim Livium saepius easdem voces repetiisse docuerim supra ad 1, 3, 9. non tamen sine necessi-

Agentibus divina humanaque, quae adsolent, quum 3
acie dimicandum est, consulibus, Tarentini legati
obcursare, responsum expectantes, quibus Papi-
rius ait: *Auspicia secunda esse, Tarentini, pullarius 4*
nunciat. litatum praeterea est egregie. auctoribus Diis,
ut videtis, ad rem gerendam proficiscimur. Signa inde 5
ferri jussit, et copias eduxit, vanissimam increpans
gentem, quae, suarum inpotens rerum prae do-
mesticis seditionibus discordiisque, aliis modum

tate similia multiplicari debent. Ut autem hic *adparatus* pro adpa-
ratu pugnae, ita *comparare* sim-
pliciter pro comparare exerci-
tum classem, copias, Livio usitata
esse, docuit Gronov. ad 36, 3,
4. Mox tamen vocem *pugnae* omi-
sit Leid. 2. et Lovel. 1. Praeterea
collocatus res haud dubia, pro *de res*
haud dubia, Voss. 2. et Lovel. 3.
Tum *reporuit* male Haverk.

§. 3. *Quae adsolent, quum acie*
dimicandum est] quae adsolent esse
acie Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3.
quae adsolent esse, cum acie Lovel.
2. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. Tum
legati Tarentini, trajectis vocabu-
lis, Harlej. et Haverk. At vox *le-*
gati deficit in Fragm. Hav. a m. 1.

§. 4. *Litatum praeterea est egro-*
gie. auctoribus Diis, ut videtis] li-
tatam praeterea est, auctoribus
Diis, egregie. ut videtis Lovel. 4.
Paullo ante *auspicia esse secunda*
Lovel. 2. At voces *ait: auspicia*
secunda esse, Tarentini, pullarius
deficiunt in Voss. 2. Leid. 1. Lo-
vel. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1.

Ad rem agendam proficiscimur]
Vet. lib. *rem gerendam*. SIG. *ad*
rem gerendam etiam omnes codd.
mei, nisi quod ex uno in excer-
ptis nihil notatum video. Utrum-
Liv. Tom. V. P. I.

que *gerere et agere rem* hoc sen-
su in usu est. Certe *agere bellum*,
non minus quam *gerere*, dici, infra
videbimus ad Auct. Epit. Liv. 49.
Hic itaque praeferenda videtur
lectio, quae auctoritate codd. de-
fenditur, *gerendam*. De locatione
rem gerere, quae Livio fami-
liarissima est, v. Cl. Bentlej. ad
Horat. 1. od. 6, 3. aliosque passim.
Saepius autem haec vocabula in
Mssis commutari solent. V. ad
22, 28, 1.

§. 5. *Signum inde ferri jussit]*
Restituimus ex fide veterum co-
dicum *Signa inde ferri jussit*. GE-
LEN. Bene *Signa inde ferri jus-*
sit emendatum e Pall. Campani
enim editio *Signa idem ferri jus-*
sit. GEBH. *Signa inde ferri jus-*
sit Voss. duo, Leid. duo, Lo-
vel. 1. 3. Harlej. Gaertn. Haverk.
et Fragm. Hav. Reliqui *Signa*
inde ferri jussit: quomodo etiam
Gronov. anno 1665. vulgari cu-
ravit: quam deinde scripturam
recentiores servarunt. V. infra
ad 42, 24, 5. *idem* autem pro *inde*
in ed. Camp. est eo, quod *ide*
et *idē* in Mssis fuerant permutata.
V. ad 1, 19, 7. Mox copula *et* non
comparebat in Leid. 2. Praeter-
ea *ignavissimam*, pro *vanissimam*,
Lovel. 2. errore librarii.

Aliis modum pacis ac belli fa-
H

piaret consulum ignominiam, sub jugum cum ce-
9 teris est missus. Ceterum id minus miror, obscu-
rum esse de hostium duce dedito milloque sub ju-
gum: id magis mirabile est, ambigi, Luciusne Cor-
nelius dictator cum L. Papirio Cursore, magistro e-
quitum, eas res ad Caudium, atque inde Luceriam

no foenerare liceret. hoc lib. c. 23, 5. Invenio apud quosdam, adversam eam pugnam Romanis fuisse. ubi in quibusdam codd. similiter peccatur. c. 42, 3. Comittaque ejus ab L. Furio tribuno plebis interpellata, in quibusdam annalibus invenio. c. 46, 2. Invenio in quibusdam annalibus, quum adpareret aedilibus, tabulam possuisse. 10, 2, 3. Junium Bubulcum dictatorem missum in Salentinos, in quibusdam annalibus invenio. c. 26, 5. Invenio apud quosdam, exemplo, consulatu inito, prefectos in Etruriam Fabium Deciumque. [si quidem et quod Veith.]

Pontius, Herennii filius, Samnitium imperator] Pontius Heremi Samnitium imperator Leid. 1. *Pontius Herennii Samnitium imperator* Lovel. 1. *Pontius Herennius Samnitium imperator* Voff. 2. Lovel. 2. 3. et Fragn. Hav. a m. 1. *Pontius Herennius*, reliquis omisis, Lovel. 4. Sed supra v. hoc lib. ad c. 1, 2.

§. 9. *De hostium duce dedito missoque sub jugum] Pal. tert. de hostium caede omissoque id quod magis mirabile. In sec. et Camp. ed. quoque disparet rō sub jugum. GEBH. de hostium caede omisso, reliquis deficientibus, Voff. 2. de hostium caede omissoque Lovel. 3. de hostium caede omissoque Lovel. 2. de hostium decodis omissoque Leid. 1. de hostium deditone omissoque Lovel. 4. de hostium duce dedito omissoque Voff.*

1. Leid. 2. et Lovel. 1. Sed in illis prima litera voci *omissoque* adcrevit ex ultima praecedentis. Neque in his omnibus tantum desunt ultimae voces *sub jugum*, verum etiam in Portug. Gaertn. Haverk. Fragn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. Paulo ante *Ceterum eo minus miror, pro id minus*, Lovel. 2.

Id magis mirabile est, ambigi] id quod magis mirabile est Voff. 2. et Lovel. 3. *id magis est mirabile* Leid. 1. *id magis mirabile est, tantum ambigi*, auctore Hearnio, Oxon. B.

Lucturne Cornelius dictator cum L. Papirio Cursore] Duorum L. Corneliorum antea meminit Livius, Scipionis ac Lentuli. Scipionis anno cdxv. [7, 23, 1.] et cdxvii. [8, 17, 5.] Lentuli autem anno cdxvii. [8, 22, 8.] Dubium igitur hic, de utro loquatur. GLAR. Scriptores Capitolini, L. Cornelium dictatorem cum L. Papirio magistro equitum ascribentes, has res ab eo gestas esse, sentire videntur. Puto autem hunc esse L. Cornelium Lentulum, qui ante consul fuit, qui ob res bene gestas ad Caudium Caudinus appellatus sit: siquidem Caudinus post fuit Lentulorum cognomen. SIG. Quisnam hic L. Cornelius dictator esse potuerit, quando cognomen a Livio non additur, necdum satis liquet; etsi quidam Lentulum existiment, consulem anno cdxvi. fortassis,

*deantur. Accipere se omen, consules ajunt, et eam 8
 precari mentem hostibus, ut ne vallum quidem defendant.
 Ipsi, inter se partitis copiis, succedunt hostium 9
 munimentis, et, simul undique adorti, quum pars
 fossas explerent, pars vellerent vallum, atque in
 fossas proruere, nec virtus modo insita, sed ira
 etiam, exulceratos ignominia stimulare animos,
 castra invasere: et pro se quisque, non haec fur- 10
 culas, nec Caudium, nec saltus invios esse, ubi erro-*

supra est 3. 27. 6. Mox videren-
 tur, pro videantur, Lovel. 4.

§. 8. *Accipere se omen, consu-
 les ajunt* Accipere se omen Voss.
 1. Leid. duo, et Lovel. 1. ac 2.
Accipientes se omen Lovel. 4. Tum
consules advenit Voss. 2. Leid. 1.
 et Lovel. 2. 3. et 4. An voluerunt,
consules addunt? Sed reliquorum
 vulgatum tuentiam auctoritas le-
 ctioni illi firmandae subficit.

§. 9. *Atque in fossas proruere*
atque inde in fossas Lovel. 2. et
 Haverk. Illud *in*, sive *inde*, ex
 sequentis praepositionis varia
 lectione natum videtur, et dein-
 de simul cum illa in contextum
 receptum esse. Tum *proruere*
 Voss. 2. et Lovel. 3. *Proruere* in
 haec proprium verbum est. Su-
 pra 4, 29, 3. *Dictator, prorupto*
vallu, jam in castra proelium in-
tulerat. ubi v. quae notantur.
 Error ortus est ex similitudine,
 quam habent ductus literarum
ru et *m* in scriptura Longobar-
 dica. Hoc modo *deruere*ntur, pro
demerentur, datum erat supra 7,
 41, 8. V. alia ad 4, 21, 5.

Ira etiam exulceratos ignominia
stimularet animos To etiam deest
 in Lovel. 2. et 3. Ita tamen, ut in
 eorum posteriori ejus loco a m.
 2. adscriptum sit *et*. Tum *ulcera-*

tes ignominia Portug. Cic. pro
 Dejot. 3. *Fore putabant, ut in ex-*
ulcerato animo facile fictum cri-
men insideret. Deinde *animos sti-*
mularet Portug. et Haverk. [*igno-*
minia omittit Veith.] Paulo ante
nec virtus modo insinata Gaertn.
 Quam lectionem inde profuxisse
 existimo, quod librarius dupli-
 cem scripturam *insita* et *innata*
 in cod. suo repererit; quam u-
 tramque hoc modo servare co-
 nobatur. V. ad 3, 44, 4. Poste-
 rior prioris interpretatio esse
 videtur. Altera enim in omnibus
 codd. superest. Libenter etiam
 Livius ea voce usus est. 42, 46,
 9. *Favore quodam insito in reges,*
legatos in Macedoniam miserunt.
 c. 62, 7. *Quod si Romani tum quo-*
que insita pertinacia aequa adper-
narentur. 28, 24, 1. *Insita homi-*
num libidine alendi de industria
rumoros. Ad quem locum plura
 notantur.

§. 10. *Non haec furculas, nec*
Caudium, nec saltus invios esse,
ubi errorum Baedem, quae su-
 pra hoc lib. c. 2; 6. memorantur,
 edd. iterum hic vel *furcas*, vel
furculas ediderant, quod poste-
 rius similiter in omnibus est scri-
 ptis. Praeterea non hic *furculas*
 Voss. 2. Hloek. Fragm. Hav. a
 m. 2. Neap. Latini, et Hearnii
 Oxon. N. non hic *furculas* Gaertn.

rem fraus superbe vicisset; sed Romanam virtutem, quam nec vallum, nec fossae arcerent, memorantes, 11 caedunt pariter resistentes fusosque, inermes atque armatos, servos, liberos, puberes, inpuberes, ho- 12 mines, jumentaue. nec ullum superfuisset animal, ni consules receptui signum dedissent, avidosque caedis milites e castris hostium imperio ac minis 13 expulissent. Itaque apud infensos ob interpellatam

et Haverk. non hoc ad furculas Portug. et Hearnii B. non haec ad furculas ejusdem C. et N. in margine. [Veith.] non haec furculas Caudinas Harlej. addita voce. Deinde et Caudium Portug. et Haverk. non Caudium Leid. 2. a m. 1. Tum saltus esse invios Lovel. 2. Tandem vocem errorem omittit Leid. 1. Mox monentes, pro memorantes, Voff. 2. et Lovel. 3.

§. 11. Servos, liberos, puberes, inpuberet, homines, jumentaue] In expugnatione urbium saepe memorantur exempla similis irae et crudelitatis victorum. Hic quaeri potest, cur Samnites impuberes, aetatem minime bello aptam, secum in castra ducere voluerint? DUK. suos liberos Leid. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Scriptum fuerat *s'uos, liberos*; mox notam, compendii indicem, omiserunt librarii. Ita et alibi peccari, infra videbimus ad Livii 41, 8, 12. Tum *inpuberet* exsulat ab Hearnii Oxon. L. 2. Verum ita *puberes* vacat, nisi et ea vox delenda sit. *puberes, inpuberet omnes, jumentaue* Lovel. 3. Ita passim variant Mfti. V. supra ad 3, 54, 6. [*liberosque puberes impuberetque* Veith.]

§. 12. Nec ullum superfuisset animal] nec unum superfuisset Portug. et Haverk. Eas voces alibi etiam confuderunt librarii. V.

N. Heinsium ad Claud. 1. de laud. Stilic. 26. et Broekhus. ad Propert. 3. Eleg. 7, 8. Utraque lectione juncta nec ullum unum superfuisset praefert Gaertn. Hic tamen ob aliorum consensum vulgatam lectionem praefendam puto.

Milites e castris hostium imperio ac minis expulissent] a castris hostium Voff. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. ex castris hostium Lovel. 2. et 4. idque dare voluisse videtur librarius Leid. 1. qui tamen ea castris hostium per errorem scripsit. Passim autem a et x in Mftis commutari solent. V. ad 40, 59, 8. Deinde imperio agminis Voff. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. et Klock. Saepius etiam scribas commiscendis litteris C et G lapsos esse, supra vidimus ad 6, 25, 6.

§. 13. Ob interpellatam dulcedinem irae] Restituimus ex fide veterum codicum ob interpellatam dulcedinem, non interpolatam. quae vox, Latina quidem, hic tamen locum non habet. GELEN. interpolatam mihi obvium fuit in Lovel. 2. et Harlej. Quae autem editionum prima ita exhibuerit, nescio. Earum tamen, quas ita legentes vidi, antiquissima fuit Mediol. anni 1480. pro quo deinde Ascens. *interpellatam*, (*interpellatam* in marginem rejecto) Al-

dulcedinem irae confestim oratio habita est, ut doceretur miles, *minimo cuiquam militum consules odio in hostes cecidisse, aut cessuros: quin duces, sicut belli, ita insatiabilis supplicii, futuros fuisse, ni respectus equitum sexcentorum, qui Luceriae obsides tenerentur, praepedisset animos: ne desperata venia hostes caecos in supplicia eorum ageret; perdere prius, quam perire, optantes.* Laudare ea milites, laetarique obviam i-

das iterum *interpolatam* dederunt. Reliqui codd. et edd. antiquiores Gelenio favent. Recte. Supra 3, 57, 4. *Stupro interpollato magis, quam caede, motus.* ubi alia exempla vide. Mox vocula *as* deficit in Lovel. 3.

§. 14. *Minimo cuiquam militum consules odio in hostes cecidisse* Pal. sec. *cuiquam militum vel consules.* GEBH. Ita et Portug. atque Haverk. Praeterea *nemini cuiquam militum* Voff. 2. et Lovel. 3. unde conjiici posset, legendum esse *namini cuiquam militum.* Illud autem *nemo quisquam* dictum foret ea forma, qua *nemo unus* supra habuimus 3, 12, 4. Quum tamen optimi nihil mutant, vulgatam potius scripturam praefendam puto. Praeterea voces *in hostes*, quae a quibusdam antiquioribus edd. aberant, recte in aliis supersunt, quum in omnibus extant scriptis. Mox etiam voces *sicut belli* perperam exsulant a Voff. 2.

Ni respectus equitum sexcentorum, qui Luceriae obsides tenerentur, praepedisset animos tenerentur Lovel. 2. et 4. V. ad 40, 14, 3. *tenerent* Portug. a m. 2. V. ad 10, 10, 1. Tum *perpendisset* Harlej. De verbo *praepedire* v. ad 18, 1. *praepedissent* Voff. 1. Leid. 1. Lovel. 1. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii

Oxon. N. L. 2. ac B. Sed vulgatum unice verum est.

§. 15. *In supplicia eorum ageret, perdere prius, quam perire, optantes* Forte *perirent.* J. FR. GRON. *agerent* Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] Nimirum ipsi consules: ut ita *desperata venia* casu sexto accipiatur. Sed potius adhaereo reliquis scriptis, vulgatum probantibus. [*no desperantes venia hostes coeptos in Veith.*] Deinde *perderes, priusquam perire optantes* Leid. 1. *perdereque perire optantes* Lovel. 2. *perdere priusquam parve optantes* Fragm. Hav. a m. 1. Gronovii conjectura *perirent* vera videtur.

§. 16. *Laudare ea milites, laetarique obviam itum iras suas esse; fateri, omnia* Pall. pr. ac tert. ut et Camp. ed. *obvium itum iras suas esse, ac fateri.* At Pal. sec. *obviam itum iras suas esse, ac perfateri.* GEBH. Illud ac in uno meorum Harlej. deest. Ex Klockiano etiam nihil in excerptis monetur. Reliqui omnes constanter servant. Quare recte Cl. Jac. Gronovius. et, qui eum etiam hic secutus est, J. Clericus in contextum receperant. *ac perfateri* est in Portug. et Haverk. Praeterea *Laudare ea milites* Haverk. quomodo modo dixerat Livius, *ut doceretur miles.* Alii tamen constanter numerum multitudinis

rem fraus superbe vicisset; sed Romanam virtutem, quam nec vallum, nec fossae arcerent, memorantes,
 11 caedunt pariter resistentes fusosque, inermes atque
 armatos, servos, liberos, puberes, inpuberes, ho-
 12 mines, jumentaque. nec ullum superfuisset animal,
 ni consules receptui signum dedissent, avidosque
 caedis milites e castris hostium imperio ac minis
 13 expulissent. Itaque apud infensos ob interpellatam

et Haverk. *non hoc ad furculas* Portug. et Hearnii B. *non haec ad furculas* ejusdem C. et N. in margine. [Veith.] *non haec furculas* Caudinas Harlej. addita voce. Deinde *et Caudium* Portug. et Haverk. *non Caudium* Leid. 2. a m. 1. Tum *saltus esse in vios* Lovel. 2. Tandem vocem *errorem* omittit Leid. 1. Mox *monentes*, pro *memorantes*, Voff. 2. et Lovel. 3.

§. 11. *Servos, liberos, puberes, inpuberat, homines, jumentaque*] In expugnatione urbium saepe memorantur exempla similis irae et crudelitatis victorum. Hic quaeri potest, cur Samnites *inpuberes*, aetatem minime bello aptam, secum in castra ducere voluerint? DUK. *suos liberos* Leid. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Scriptum fuerat *s'uos, liberos*; mox notam, compendii indicem, omiserunt librarii. Ita et alibi peccari, infra videbimus ad Livii 41, 8, 12. Tum *inpuberes* exsulat ab Hearnii Oxon. L. 2. Verum ita *puberes* vacat, nisi et ea vox delenda sit. *puberes, inpuberes omnes, jumentaque* Lovel. 3. Ita passim variant Mfi. V. supra ad 3, 54, 6. [*liberosque puberes inpuberesque* Veith.]

§. 12. *Nec ullum superfuisset animal nec unum superfuisset* Portug. et Haverk. Eas voces alibi etiam confuderunt librarii. V.

N. Heinsium ad Claud. 1. de laud. Stilic. 26. et Broekhus. ad Propert. 3. Eleg. 7, 8. Utraque lectione juncta *nec ullum unum superfuisset* praefert Gaertn. Hic tamen ob aliorum consensum vulgatam lectionem praefendam puto.

Milites e castris hostium imperio ac minis expulissent] a castris hostium Voff. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. *ex castris hostium* Lovel. 2. et 4. idque dare voluisse videtur librarius Leid. 1. qui tamen *ea castris hostium* per errorem scripsit. Passim autem a et x in Mfiis commutari solent. V. ad 40, 59, 8. Deinde *imperio agminis* Voff. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. et Klock. Saepius etiam scribas commiscendis litteris C et G lapsos esse, supra vidimus ad 6, 25, 6.

§. 13. *Ob interpolatam dulcedinem irae*] Restituimus ex fide veterum codicum *ob interpolatam dulcedinem, non interpolatam*. quae vox, Latina quidem, hic tamen locum non habet. GELEN. *interpolatam* mihi obvium fuit in Lovel. 2. et Harlej. Quae autem editionum prima ita exhibuerit, nescio. Earum tamen, quas ita legentes vidi, antiquissima fuit Mediol. anni 1480. pro quo deinde Ascens. *interpollatam*, (*interpellatam* in marginem rejecto) Al-

dulcedinem irae confestim oratio habita est, ut doceretur miles, *minimo cuiquam militum consules odio in hostes cessisse, aut cessuros: quin duces, sicut belli, ita insatiabilis supplicii, futuros fuisse, ni respectus equitum sexcentorum, qui Luceriae obsides tenerentur, praepedisset animos: ne desperata venia hostes caecos in supplicia eorum ageret; perdere prius, quam perire, optantes.* Laudare ea milites, laetarique obviam i-

14
15
16

dus iterum *interpolatam* dederunt. Reliqui codd. et edd. antiquiores Gelenio favent. Recte. Supra 3, 57, 4. *Stupro interpollato magis, quam corde, motus.* ubi alia exempla vide. Mox vocula ut deficit in Lovel. 3.

§. 14. *Minimo cuiquam militum consules odio in hostes cessisse* Pal. sec. *cuiquam militum vel consules.* GEBH. Ita et Portug. atque Haverk. Praeterea *nemini cuiquam militum* Voss. 2. et Lovel. 3. unde conijci posset, legendum esse *nemini cuiquam militum.* Illud autem *nemo quisquam* dictum foret ea forma, qua *nemo unus* supra habuimus-3, 12, 4. Quum tamen optimi nihil mutant, vulgatam potius scripturam praeferebam puto. Praeterea voces in *hostes*, quae a quibusdam antiquioribus edd. aberant, recte in aliis supersunt, quum in omnibus existant scriptis. Mox etiam voces *sicut belli* perperam exsulant a Voss. 2.

Oxon. N. L. 2. ac B. Sed vulgatum unice verum est.

§. 15. *In supplicia eorum ageret, perdere prius, quam perire, optantes* Forte *perirent.* J. PR. GRON. *agerent* Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] Nimirum ipsi consules: ut ita *desperata venia* casu sexto accipiatur. Sed potius adhaereo reliquis scriptis, vulgatum probantibus. [*no desperantes venia hostes coeptos in Veith.*] Deinde *perderet, priusquam perire optantes* Leid. 1. *perdereque perire optantes* Lovel. 2. *perdere priusquam parve optantes* Fragm. Hav. a m. 1. Gronovii conjectura *perirent* vera videtur.

§. 16. *Laudare ea milites, laetarique obviam itum iras suas esse; fateri, omnia* Pall. pr. ac tert. ut et Camp. ed. *obvium itum iras suas esse, ac fateri.* At Pal. sec. *obviam itum iras suas esse, ac perfateri.* GEBH. Illud ac in uno eorum Harlej. deest. Ex Klockiano etiam nihil in excerptis monetur. Reliqui omnes constanter servant. Quare recte Cl. Jac. Gronovius, et, qui eum etiam hic secutus est, J. Clericus in contextum receperant. *ac perfateri* est in Portug. et Haverk. Praeterea *Laudare ea milites* Haverk. quomodo modo dixerat Livius, *ut doceretur miles.* Alii tamen constanter numerum multitudinis

Ni respectus equitum sexcentorum, qui Luceriae obsides tenerentur, praepedisset animos Lovel. 2. et 4. V. ad 40, 14, 3. *tenentur* Portug. a m. 2. V. ad 10, 10, 1. Tum *perpendisset* Harlej. De verbo *praepedire* v. ad 28, 1, 6. *praepedissent* Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii

tum irae suae esse, ac fateri, omnia patienda potius, quam proderetur salus tot principum Romanae juventutis.

1. XV. Dimissa concione, consilium habitum, omnibusne copiis Luceriam premerent, an altero exercitu et duce Apuli circa, gens dubiae ad id voluntatis, tentarentur. Publilius consul, ad pera-

tentur. Illud suae autem non adparet in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Omnia patienda prius, quam perderetur salus tot principum] proderetur haud dubie legendum. Nam prius legat, an potius, non ita multum refert. GELEN. Verum est, non multum referre, quantum ad sensum, potius, an prius, legas. Attamen potius superest in omnibus scriptis; quare haud male Frobenius id anno 1535. alteri, quod in prioribus erat excusis, substituit. Potior et Prior etiam sibi in Mssis commutantur. V. ad 5, 25, 4. 21, 13, 9. et c. 41, 2. (* 28, 3, 4.) Praeterea, uno iterum excepto Harlej. omnes etiam mei proderetur: quod fere idem notat, ac perdere, periculo exponere. quare priorum editionum lectio perderetur vel ex eo nata est, quod librarii indocti non adsecuti sunt notas vocularum per et pro, ruidiori manu exaratas: v. supra notata hoc libro c. 10, 7. vel in contextum inrepsit ex alterius interpretatione olim margini adscripta. V. ad 26, 36, 9. ubi etiam de eius significatione agam. Mox principum Romanae juventutis Leid. 2. quod et ipsum ex compendiaris scriptura profluxit, quomodo Roma urbs et Romana urbs commutari solent. V. infra ad Epit. Liv. 49. juventutis Romanas inmutato ordine legit Haverk.

§. 1. *Dimissa concione, consilium habitum]* Ita praefertur omnes scripti et priscae edd. usque ad Modium, qui concilium habitum substituit. Verum priscam lectionem iterum revocavit Gronovius, eamque veram esse multis infra docuit ad 44, 2, 5.

An altero exercitu et duce Apuli circa, gens dubiae ad id voluntatis, tentarentur] Pall. duo, pr. ac tert. an altero exercitu et duce Apuliae circa gentes dubias ad id voluntatis temptarentur. GEBH. Eadem etiam mihi lectio occurrit in Voss. 2. et Lovel. 3. Neque multum differt Lovel. 2. nisi quod Apuliae gentes praeferat, media voce omissa. Sed Apulia gens dubia ad id voluntatis tentaretur est in Haverk. Apuli circa, gens dubia ad id voluntatis Gaertn. Apuli, gens dubia ad id voluntatis, tentarentur in Portug. Apuli, gens dubia ad id astatis, tentarentur in Hearnii Oxon. B. Tò circa etiam deficit in ejusdem L. 2. [Veith.] sed culpa librariorum, qui nesciebant, Livium tò circa absolute sine casu usurpare solitum fuisse. V. supra hoc libro c. 2, 7. Idem error supra quoque commissus erat 1, 4, 8. Praefero etiam dubiae ad id voluntatis, Nam dubia ad id voluntatis foret, quae nondum aliquid certi decreverat, quae adhuc dubitabat, utri, Samniti, an Romano,

grandam profectus Apuliam, aliquot expeditione una populos aut vi subegit, aut conditionibus in societatem accepit. Papirio quoque, qui obsessor 3 Luceriae restiterat, brevi ad spem eventus respondit. nam, incessis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio subvehbantur, fame domiti Samnites, qui Luceriae in praesidio erant, legatos mi-

adhaerere vellet: ut infra 33, 25, 5. *Pacem simulatam ac fallacem dicendo, dubios sententiae Patres fecerat. Insuper tentaretur quaedam ex antiquioribus edd.* (Veith.) quasi referendum foret ad proximum *gens*. Utrumque ferri potest. V. viros doctos ad Nason. 14. Met. 396. Hic tamen priscam lectionem ob codd. auctoritatem malo.

§. 1. *Ad peragrandam profectus Apuliam] ad peragrandum profectus Apuliam* Portug. et Haverk. a m. 2. V. ad 40, 49, 1. *ad peragendum profectus Apuliam* Leid. 2. Lovel. 4. et Haverk. a m. 1. *ad peragendam profectus Apuliam* Leid. 1. Lovel. 1. a m. 1. et ed. Mediol. anni 1505. Ita etiam peccabatur supra 4, 42, 6. Saepe has voces in Miiis confundi, docet etiam Cel. Berrn. ad Suet. Cal. 37. *ad peragendum profectus Apuliae* Fragm. Hav. a m. 1. *ad peragenda profectus Apuliae* Voss. 2. et Lovel. 3. *ad rem agendam profectus Apuliam* Lovel. 2. quod accipi posset, pro *in Apuliam*. Sed omnino vulgatum verius est. Infra de Alexandro Magno 45, 9, 6. *Arabas hinc Indiamque peragravit. Mox ex ditione, vel ex ditione una* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 3. *Papirio quoque, qui obsessor Luceriae restiterat* To quoque defuit in Leid. 1. *persistens* autem est in. Hearnii Oxon.

C. Male. *restiterat* enim est, remanserat. V. Salmas. ad Solin. p. 21. Cic. 3. de Offic. 30. *Ita incoluntis in patria Regulus restitisset.* Pro Ligar. 2. *Post adventum Vari in Africa restitit.* (*v. ad Liv. 22, 29, 5.)

Incessis omnibus viis] Pal. pr. *obsessis*. tert. *in obsessis omnibus viis*. GEBH. *obsessis* etiam Voss. 2. et Lovel. 3. Utramque lectionem *incessis* et *obsessis* librarius Pal. 3. apud Gebhardum servare conatus est. V. supra ad 3, 44, 4. Verum *incessis* genuinum est. Infra cap. seq. §. 9. *Praesidium Samnitium, incessis circa viam struere locis, nec opinato oppressum est.* c. 31, 8. *Ibi ingens hostium exercitus itinera occultis insederat.* 21, 34, 9. *Per rupto medio agmine viam insedere.* 25, 21, 4. *Omnia itinera insidere jubet.* 27, 18, 10. *Alteram cohortem jubet viam insidere, quae ab urbe per turri obliqua in agros ferret.* 38, 2, 10. *Quidam, per novos calles brevior viam praegrassi, transitus insedere. incessos omnibus istis viis est in Gaertn.*

Commeatus ex Samnio subvehbatur] Pal. tert. praefert *commeatus ex Samnio subvehbantur*. quid hoc monstrum verbi sit, non prodigiali facio ideo Jovi. Prim. sec. et Camp. ed. pro eo *subvehbantur*. GEBH. Mutarunt numerum sine causa: nam scri-

sere ad consulem Romanum, ut, receptis equibus, qui causa belli essent, absisteret obsidione.
 4 His Papirius ita respondit: *Debuisse eos Pontium, Herennii filium, quo auctore Romanos sub jugum mi-*

pti subvehantur. Ut frequenter Livius. Vel hoc libro [c. 23, 10.] *Unde subvehi commentus poterant. Et inferius [c. 32, 2.] Sutrii commentus benigne in castra advexere. Sic 23, 12, 14. commentum editur, pro commentum. Sic 1, 4, 9. e-diderunt: In latrones praeda onustos impetum facere. Quasi non sit Livii impetus facere, quod est in vett. libris. 3, 10, 7. No qui in loca summa urbis impetus caedesque inde fierent. Ubi frustra Rhenanus fiveret. Eodem libro [c. 5, 1.] Multi per eos dies motus, multique impetus hinc atque illinc facti. Alibi [34, 39, 12.] Tum maxime impetus facientes recessore a muro. J. FR. GRON. commentus subvehantur etiam omnes mei; nisi quod soli Harlej. Gaertn. et Haverk. [Veith.] habeant subvehatur. Voss. 2. et Lovel. 3. subiciebantur. Supra hoc lib. c. 6, 6. Vestimenta, commentus militibus benigne mittunt. c. 13, 8. Exclusiones a commentibus absumsissent. Eodem cap. Commentus ex montibus Samnitium invecti erant. Eodem adhuc cap. Cuncta infesta commentibus hostium fecerat. Infra c. 17, 15. Commentus expediret, ab insidiis praecaveret. c. 19, 16. Avia commentibus loca gravis armis miles tinere potest. c. 43, 8. No qua subvehi commentus possent. Quum in hoc uno libro tanta exemplorum copia sit; maximam etiam in reliquis reperiri, nullum est dubium. Verum ne inmenso cumulo taedio sim, pauca tantum in medium proferam, in quibus tota locutio subvehere commentus, ne de ea dubitari possit, reperitur. Infra 22, 16, 4. Quum tantum ab targo divitum*

sociorum Romanis commentus subveheret. 28, 4, 7. Magni commentus frumenti Romam subvehi. 4, 31, 8. Commentus classi legionibusque ut ex Sicilia Sardiniaque subveherentur. 44, 9, 11. Vias commentibus subvehendis ex Thessalia muniri jubet.

Qui Lucrinus in praesidio erat, legatos misere ad consulem Romanum] qui Lucrinus praesidio erant, omissa praepositione, Lovel. 4. Ita 31, 8, 8. Id praesidio Siciliae provinciae esset. 37, 21, 5. Aliis terrori, aliis praesidio erat. (* 34, 11, 2. ubi vide.) Verum et alterum apud Livium obvium. 44, 44, 4. Thracas, quorum du millia in praesidio erant. In praesidio impositum esse habes 24, 37, 8. Quum itaque reliqui codd. stent pro vulgato, id etiam mutandi nulla causa est. Praeterea miserunt ad consulem Romanum Gaertn. misere ad consules Romanos Leid. 2. et Lovel. 1. Sed unus tantum erat Papirius consul, qui Lucriniam obsidebat. Compendium autem scribendi Cos. Ro. in hunc errorem induxit librarios. V. ad 10, 10, 1. Et sane iidem codd. qui hic ad consules Romanos praeferrunt, non tamen servant absisteret, quum legendum fuisset absisteret, si hic numerus pluralis recipiendus foret. misere ad consulem rogatum habet Lovel. 4. Verum haec lectio ex interpretis glossa marginali in contextum inreposita videtur; ubi, ellipsin hanc, misere legatos, ut absisteret, ita suppleendam esse, forte notatum fuerat. De hac ellipsi v. supra ad 4, 20, 7. et c. 45, 6. etiam infra

sissent, consulere, quid victis patiendum censeret. ceterum, quoniam ab hostibus in se aequum statui, quam in se ipsi ferre, maluerint, nunciare Luceriam iussit, arma, sarcinas, iumenta, multitudinem omnem inbellem

ad 31, 14, 3. (* 38, 13, 2.) Mox vocabulum *obsidione* non adparet in Lovel. 2. ut verbum *absisteret* hic absolute ponatur, quemadmodum infra 36. 45, 3. *Postquam celeritate navium suas cludi viderant, tandem abstiterunt.* et apud Sil. Ital. 2, 281.

Haec tamen abstiterim, mortem licet arma propinquent.

Verum non tantum eodd. reliqui vulgatum servant, sed etiam *absistere obsidione, obpugnatione*, Livio frequens locutio est. Infra 24, 34, 16. *Quum omnis conatus frustra esset, absistere obpugnatione placuit.* 36, 25, 7. *Ab Horacina capta nunciis venit, ut obpugnatione absisteret.* 37, 17, 7. *Periclitantur, ut obpugnatione absisteretur.* 44, 12, 7. *Hujus novi praefatii fama absistere obpugnatione simul Romanos regemque cogit.* Ita *absistere spe* 24, 20, 15. ubi plura vide. [*obsidione desisteret* Veith.]

§. 4. *Debuisset eos Pontium, Herenni filium* Forte *Decuisset*, quia Pall. duo *Docuisset*. GEBH. Pall. duo *Docuisset*. ut fortasse verum sit, *Decuisset* eos. Sed parum interest. J. FR. GRON. *Docuisset* etiam Lovel. 3. Alibi quidem *docere* et *docere*, quod ejus loco viri docti restituendum existimarunt, inter se commutari solent a librariis. V. Cel. Burmann. ad Nason. 3. Am. Eleg. 10, 48. et 1. Triâ. Eleg. 6, 26. etiam var. lect. Tibulli, quae editioni Broekhuusii subjiuntur. 1. Eleg. 2, 23. Adde, quae infra notantur hoc lib. ad c. 45, 7. Quum tamen reliqui eodd. vulgatum tueantur,

nihilque obset, quo minus servari posset, id etiam mutari displicet. Praeterea vox *Pontium* deficit in Leid. 1. qui etiam *Herenni* praefert. Sed *Pontium Herenni filium* habent Voss. 1. et Lovel. 1. *Pontium Herenni filium* Lovel. 2. et 3. *Pontium Herenti filium* Gaertn. et Fragm. Hav. *Pontium Herenii filium* Haverk. *Pontium Hennum filium* Lovel. 4. Mox quo auctore Romano sub iugo mississent legit Leid. 1.

Consulere, quid victis patiendum censeret] Vet. lib. *paciscendum*. Probe agitur enim de conditionibus pacis. SIG. *paciendum* Pall. duo, atque totidem vett. edd. Sed Pal. sec. *paciscendum*, quod apprime blanditur Sigonio. Mihi non incongrue hic stare videtur vulgatum. GEBH. Ego etiam vulgatum praefereendum censeo. Sigoniam enim *paciscendum* eo suspectius est, quod non nisi in dubiae fidei eodd. meis Portug. et Haverk. invenerim. Invenit tamen et Hearne in Oxon. N. et B. Ceterum *conservent* Lovel. 3. in quo eodem etiam culpa librarii desit vox *consulere*.

§. 5. *Quum in se ipsi ferre maluerint*] in se ipsi *facere* Neapol. Latini. Similiter *ferunt* et *fecerunt* supra commutantur 7, 3, 6. [*statui, quae in se* Veith.] Tum *maluerunt* Portug. a m. 1. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Supra 5, 36, 3. *Quoniam legatione adversus se maluerint, quam armis, tueri socios.* ubi etiam male unus et alter eodex *maluerunt*. Mox *nunciato Luceriam*, pro *nunciare*, Gaertn. *nunciare*

6 *intra moenia relinquerent: militem se cum singulis vestimentis sub jugum missurum, ulcipientem inlatam,*
 7 *non novam inferentem ignominiam. Nihil recusatum. septem millia militum sub jugum missa, praedaque ingens Luceriae capta, receptis omnibus signis armisque, quae ad Caudium amiserant; et, quod*

Luceriae, pro Luceriam, Haverk. Male. V. ad 25, 22, 1. Praeterea in bellum, pro inbellem, idem Haverk. Simili modo etiam alibi peccant librarii. V. supra ad 4, 20, 9. et 5, 40, 4.

§. 6. *Non novam inferentem ignominiam] injuriam Harlej. et editi Aldo antiquiores, qui primus ignominiam substituit. Et hanc lectionem ejus probant uno ore reliqui omnes scripti.*

§. 7. *Nihil recusatum. septem millia militum sub jugum missa] Pal. sec. unde septem millia. Cui scripturae numerus originem dedit. GEBH. Ita et Portug. atque Haverk. Sed recte monuit Gebhardus, numerum notis expressum huic scripturae originem dedisse. Scriptum fuerat olim VII millia, ex quo factum est Un̄, sive Unde millia. Utramque deinde lectionem Un̄ VII millia alius junxit. [Undecim millia Veith.] Praeterea Nihil recusarunt Haverk. Mox Luceria capta, pro Luceriae, Voss. 2. et Lovel. 3.*

Receptis omnibus signis armisque, quae ad Caudium amiserant] Manuscriptus Fuldensis, quae ad Caudium amissa erant. MOD. Pal. sec. Modii retinens lectionem prodit, quae ad Caudium amissa erant. GEBH. Potius, quod in Flor. Voss. Mureti amissa erant. Nam qui amiserant, erant cum Publilio digresso in Apuliam. is acceperat Caudinas legiones. J.

FR. GRON. Non aliter etiam Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. N. ac B. Hujusmodi variationes in Mltis passim obcurrunt. V. ad 23, 29, 16. Neutra lectio sensum turbat. Quam itaque vulgata non tantum in optimis, sed etiam plurimis Mltis, supersit, eam etiam mutandi necessitatem non video. Quod autem Gronov. pro lectione amissa erant laudet Florent. vereor, ne manus aberrarit, et vel Fuldens. Modii, vel Pal. 2. Gebhardo e-cussum scribere voluerit. Certe Florent. illo, quem optimum omnium partis hujus in praefat. vocat, hic mutilus est, et magnam satis aliquot capitum habet lacunam, ut ad c. 14, 2. dictum est. Si autem alium innuat Florent. (se enim praeter hunc aliquot Florentinos obiter et vellicatim consuluisse profitetur) ejus auctoritatem haud magni faciam. Quod insuper vir maximus ideo, amissa erant, probet, quia legiones Caudinas Publilius acceperat, isque in Apuliam digressus aberat; in eo aliquid humani passus est. Id enim ex superioribus non adparet. De exercitu post cladem Caudinam scripto nihil aliud invenio, quam haec verba supra c. 10, 6. *In civitate, ira odioque ardente, delictus prope omnium voluntariorum fuit. rescriptae ex eodem milite novae legiones, ductusque ad Caudium exercitus. ubi ex eodem milite illum accipio, qui ad furcu-*

omnia superabat gaudia, equitibus recuperatis, quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant. Haud ferme alia mutatione subita rerum clarior victoria populi Romani est: siquidem etiam (quod quibusdam in annalibus invenio) Pontius, Herennii filius, Samnitium imperator, ut ex-

las Caudinas sub jugum missus erat. *Caudinas* enim legiones, quae sine armis redierant Romam, armatae remissae in Samnium, eundem illum hostem sub jugum miserunt, qui hac sua ignominia lactatus fuerat, teste Livio 25, 6, 12. Non tantum igitur legiones Publilii, sed et Papirii, antea sub jugum missae, signa armaque ad Caudium amiserant. Utriusque enim exercitum anno proxime elapso hanc ignominiam subiisse supra probavi ad c. 12, 9. Praeterea omnibus non adparet in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. quod eandem ob causam servandum censeo.

Et, quod omnia superabat gaudia, equitibus recuperatis, quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant] Diversitas mira Pal. sec. scripturae non mihi indigna visa est annotata: et quidem omnia superabat gaudia equitibus recuperatis, quos pignora pacis recuperandae, Lucernae custodiendis Lucernis, Samnites dederant. Orae tamen adjectum: custodiendos Lucernis Samnites dederant. GEBH. quos pignora, vel pignora, pacis custodiendos Lucernis Samnites dederant Harlej. et editi ante Aldum, qui pignora recte substituit. Nam equitibus pignora pacis nota est epexegetis: ut infra 36, 40, 3. A quibus obsides abduxeris, pacis futurae pignus. V. alia exempla ad 25, 34, 10. quos pignora pacis recuperandae Lucernae custodiendos Lucernis

Samnites dederant Gaertn. Neque aliter Portug. et Haverk. nisi quod eorum prior pignora a m. 1. pignora inter versus adscriptum habeat, alter Lucernis praeferat. At, codd. hos, ut et Pal. 2. Gebhardi interpolatos esse, nemini dubium esse potest. De duplici ratione scribendi pignora et pignora v. supra ad 3, 38, 12.

§. 8. Haud ferme alia mutatione subita rerum clarior victoria populi Romani est] subita exsulat a Leid. 2. mutatione subita rerum facta praefert Fragm. Hav. a.m. 1. addita ultima voce, quam postea librarius recte expunxit: in nullo enim alio cod. obvia fuit. mutatione subita rerum clariore Lovel. 2. Praeterea victoria populo Romano fuit Gaertn. quam lectionem ex compendio scribendi po. Ro. natam censeo. V. ad 39, 47, 10.

Quod quibusdam in annalibus invenio] Sic MSS. non invenitur. J. FR. GRON. Gronovio, pro invenitur, quod erat in prioribus excusis, invenio reponenti favent, praeter unum Harlej. omnes mei reliqui. invenitur etiam ex uno tantum Oxon. L. 1. Hearnius profert; ut reliquos similiter invenio servasse sit verisimile. Et ita loqui solet Livius. ut 2, 54, 3. *Popiscum Julium in quibusdam pro Virginio annalibus consulem invenio.* 7, 42, 1. Praeter haec invenio apud quosdam, L. Genucium tribunum plebis tulisse ad populum,

piaret consulum ignominiam, sub jugum cum ce-
9 teris est missus. Ceterum id minus miror, obscu-
rum esse de hostium duce dedito missoque sub ju-
gum: id magis mirabile est, ambigi, Luciusne Cor-
nelius dictator cum L. Papirio Cursore, magistro e-
quitum, eas res ad Caudium, atque inde Luceriam

no foenerare liceret. hoc lib. c. 23, 5. Invenio apud quosdam, adversam eam pugnam Romanis fuisse. ubi in quibusdam codd. similiter peccatur. c. 42, 3. Comitatus ejus ab L. Furio tribuno plebis interpellata, in quibusdam annalibus invenio. c. 46, 2. Invenio in quibusdam annalibus, quum adpareret aedilibus, tabulam posuisse. 10, 2, 3. Junium Bubulcum dictatorem missum in Salentinos, in quibusdam annalibus invenio. c. 26, 5. Invenio apud quosdam, ex templo, consulatu inito, profectos in Etruriam Fabium Deciumque. [si quidem et quod Veith.]

Pontius, Herennii filius, Samnitium imperator] Pontius Heremi Samnitium imperator Leid. 1. Pontius Herennii Samnitium imperator Lovel. 1. Pontius Herennius Samnitium imperator Voff. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Pontius Herennius, reliquis omisis, Lovel. 4. Sed supra v. hoc lib. ad c. 1, 2.

§. 9. *De hostium duce dedito missoque sub jugum] Pal. tert. de hostium cauda missoque id quod magis mirabile. In sec. et Camp. ed. quoque disparet rō sub jugum. GEBH. de hostium cauda omissa, reliquis deficientibus, Voff. 2. de hostium cauda missoque Lovel. 3. de hostium cauda omissumque Lovel. 2. de hostium decedit omissoque Leid. 1. de hostium deditione omissoque Lovel. 4. de hostium duce dedito missoque Voff.*

1. Leid. 2. et Lovel. 1. Sed in illis prima litera voci *omissoque* adcrevit ex ultima praecedentis. Neque in his omnibus tantum desunt ultimae voces *sub jugum*, verum etiam in Portug. Gaerta. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. Paulo ante *Cetsuum eo minus miror, pro id minus*, Lovel. 2.

Id magis mirabile est, ambigi] id quod magis mirabile est Voff. 2. et Lovel. 3. id magis est mirabile Leid. 1. id magis mirabile est, tantum ambigi, auctore Hearnio, Oxon. B.

Luciusne Cornelius dictator cum L. Papirio Cursore] Duorum L. Corneliorum antea meminit Livius, Scipionis ac Lentuli. Scipionis anno cdxv. [7, 23, 1.] et cdxvii. [8, 17, 5.] Lentuli autem anno cdxvii. [8, 22, 8.] Dubium igitur hic, de utro loquatur. GLAR. Scriptores Capitolini, L. Cornelium dictatorem cum L. Papirio magistro equitum ascribentes, has res ab eo gestas esse, sentire videntur. Puto autem hunc esse L. Cornelium Lentulum, qui ante consul fuit, qui ob res bene gestas ad Caudium Caudinus appellatus sit: siquidem Caudinus post fuit Lentulorum cognomen. SIG. Quisnam hic L. Cornelius dictator esse potuerit, quando cognomen a Livio non additur, necdum satis liquet; etsi quidam Lentulum existiment, consulem anno cdxvi. fortassis,

gesserit, ultorque unicus Romanae ignominiae, 10
 hand sciam an iustissimo triumpho ad eam aetatem
 secundum Furium Camillum, triumphaverit, an con-
 sulum Papiriique praecipuum id decus sit. Sequi- 11
 tur hunc errorem alius error, Cursorne Papirius
 proximis comitiis cum Q. Aulio Cerretano iterum,

quia *Caudini* cognomen in eadem familia postmodum reperiunt, et ex hac victoria originem habuisse suspicantur. Et auctor est Livius [c. 4, 7.] superiore anno L. Lentulum, quem legatorum principem virtute et honoribus obgestum consulatum appellat, in obsidione Caudina, ut pacis necessariae conditiones ab hostibus oblatae acceptarent, consules adhortatum esse. Itaque simul cum aliis hoc anno deditum fuisse ex eodem constat, atque mox, deditione a Samnitibus non accepta, rediisse eum aliis in castra Romana. Sed, an confestim dictator dictus ignominiam ipse sit ultus, adhuc sub iudice lis est. FIGH. in Annal. ad ann. cxxxiii. p. 351. Non video, quid obstat, ne L. Cornelius Lentulus a suadenda pace Caudina cognomen accipere potuerit. Quo admissio, argumentum Sigonii, ex hoc cognomine pro L. Cornelio Lentulo ductum, corrumpit, et vere, ut Pighius inquit, adhuc sub iudice lis est, utrum L. Cornelius, quem quidam hoc anno dictatorem fuisse volunt, ex Scipionum, an ex Lentulorum familia ortus sit. Ceterum L. Cornelius cum L. Papirio, duabus vocibus neglectis, Leid. 1. *Lacinius Cornelius dictator cum L. Cornelio* praefert Gaertn. Insuper *Cursor* exulat a Lovel. 2. ut mox *to inde* a Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

[10. *Utorque unicus Romanae ignominiae*] *ultor unicus* Gaertn.

utroque unicus, transpositis litteris, Leid. 1. et Lovel. 4. *utroque unicus* Lovel. 2. *victorque unicus* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Alibi scribae has voces in Mâis confundere soliti fuerant, V. quae notavi ad Sili Ital. 13, 730. Mox *hand spetiam*, pro *hand sciam*, Klock. *acceptis* sine ullo sensu Lovel. 2. qui etiam *secundum Furium Camillus triumphaverit* praefert. *triumphavit* est in Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 40, 14, 11.

An consulis Papirit praecipuum id decus sit] Omnes Pall. *an consulum Papiritque praecipuum id decus sit*. quibus respondet Campani editio. GERH. Scribendum *an consulum Papiritque praecipuum id decus sit*. monuimus ad l. 3, [25, 4.] J. FR. GRON. Eadem lectio mihi quoque in omnibus meis, et Hearnio in Oxoniensibus codd. obvia fuit. [*decus fuit*. Veith.]

§. 11. *Sequitur hunc errorem alius error*] *To error* in exilium mittunt meliores duo Pall. GERH. Abest eadem vox a Voss. 2. Leid. 2. et Lovel. 3. Sed male. V. supra ad 6, 1, 2.

Cursorne Papirius proximis comitiis cum Q. Aulio Ceretano iterum etc. consul tertium] Anno ab urbe condita cxxxii. (8, 37, 1.) Q. Aemilium vocare videtur, et in quibusdam annalibus *Aulum* dictum: quod ego errore codicum ita

ob rem bene gestam Luceriae continuato magistratu, consul tertium creatus sit; an L. Papius Mugillanus, et in cognomine erratum sit.

legi puto, pro *Asio*, aut *Aulio*: et item anno cdxl. [9, 23, 5.] Et illud *iterum* referendum ad consulem Ceretanum, quippe qui ante etiam consul fuit, tametsi Papyrius ante quoque rem bene gesserit, ut illud *iterum* ad eum referri posse quibusdam appareat, sed mihi non probatur. GLAR. *L. Papium Cursorem consulem III.* et Capitolini triumphieus scriptores, et Livius ipse, qui post hunc eundem *IV. consulem* nominat, sentiunt. Quod autem ad *Q. Aemilium Caeretanum* attinet, cum ne de hoc quidem nomine inter auctores conveniat, an *Aemilius*, an *Aulius* sit, ut ait Livius [8, 37, 1.] intelligendum est, *Aulium* a Livio et scriptoribus Capitolinis magis probari, nam in vet. lib. apud Livium et hoc loco, et infra [c. 23, 5.] *Aulius* est, non *Aemilius*. Caeterum *Cerretano* ex Capitolinis lapidibus et veteribus aliquot libris legendum est, non *Caeretano*. SIG. Meliores duo Pall. *cum Aulio Cerretano*. sec. cum Camp. ed. *cum Q. Aulio Cerretano*. Andreae ed. alludens paululum *cum Q. Aurelio Cerretano*. Vides ex tam concordii consensu, quae sit vera lectio. GEBH. *primis comitiis* Oxoniensis Hearnii L. 1. Sed saepe hae voces a librariis commutatae sunt. V. ad 5, 47, 5. Tum *cum Q. Aurelio Cerretano* Harlej. *cum Aulo Cerretano* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Klock. *cum Aulio Cerretano* Voss. 2. et Lov. 3. *cumque Aulio Cerretano* Fragn. Hav. *cumque Aulo Cerretano* Lovel. 2. *cumque A. Cerretano* Lovel. 4. *cum Q. Aulio Cerretano* Leid. 1. *cum Quintio Aulio Cerretano* Gaertn. Deinde *ob rem bene gestam Luceria* Lovel. 2. *ob rem bene gestam Luceriam*

Leid. 1. Lovel. 4. et Fragn. Hav. a m. 1. *ob rem bene gestam ad Luceriam* Voss. 2. Leid. 3. et Fragn. Hav. a m. 2. Tum *consul tertius* Voss. 2. et Lovel. 3. *consul tertius* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. Gaertn. Portug. et Haverk. V. ad 5, 16, 1. Voces *iterum*, *ob rem bene gestam Luceriae*, *continuato* desunt in Haverk. Ceterum contra Signonium observandum est, Livium Papii quartum consulis numquam meminisse. Sed existimant viri docti, nomen ejus ut et collegae excidisse in initio c. 22. quintum vero consulis meminit c. 28, 2.

Mugillanus; et in cognomine erratum sit] *Muglanus* Lovel. 4. *Mugillanus* Voss. duo, Leid. 1. Lovel. 2. 3. Portug. Haverk. et Fragn. Hav. Sed, *Mugillanus* verius scribi, supra dictum est ad 4, 7, 10. Tum *et in eo cognomine* Leid. 2. In verbis proxime praecedentibus ante *L. Papius* Gaertn.

§. 1. *Aulius cum Ferentanis* *uo secundo proelio debellavit, urbemque*] Oppidum intelligit nomine *Ferentum*: de quo Horatius oda 4. l. 3.

— — *et arvom*
Pingue tenent humillis Ferenti.

quo loco ait Acro: *Ferentum oppidum est Apuliae, Fensinae civitati vicinum, in valle situm.* Itaque Diodorus l. 19. [p. 707.] *Ρωμαίοι δὲ διαπολεμούντες Σαρνίταις Φερέντην πόλιν τῆς Ἀπουλίας κατὰ κράτος εἴλον.* Fuit autem Ferentium, quod et Ferentinum est dictum, in Samnitibus, de quo sic Stephanus: *Φερέντιος, λέγεται καὶ Φερτι-*

XVI. Convenit, jam inde per consules reliqua belli perfecta. Aulius cum Ferentanis uno secundo proelio debellavit; urbemque ipsam, quo se fu-

τινος πόλις Σαμνιτών ἐν Ἰτα-
 λία τὸ Ἐθνικὸν Φερεντινός. Hu-
 jus meminit Livius 10, (17, 9.)
 idque oppugnatum esse una cum
 Romulea scribit anno urb. cond.
 cdlvi. Porro autem, Ferentinum
 alterum in Volscis, sive in La-
 tio, fuisse, satis constat. Quod
 ipsum, Volscis ademptum, Her-
 niciis donatum esse a Romanis,
 Livius scribit 4, (51, 7.) Itaque
 7, (9, 1.) Ferentinum Hernico-
 rum urbem vi captam esse ab iis-
 dem ait, et Ptolemaeus Ferenti-
 num inter mediterraneas urbes
 Latinorum statuit (3, 1.) Ab hoc
 cives *Ferentinas* appellati sunt,
 ut hoc libro Livius (c. 42, 11.)
Praeter Aletrinatem, Ferentina-
temque et Verulanum, omnes Her-
nici nominis populi populo Roma-
no bellum indixerunt. Et Plinius
 4, 5. *Ex agro Falerno Ferentina-*
tes. Hinc, concilia Latinorum
 ad huc Ferentinae habita esse,
 scribit Livius 1, (50, 1.) et 7,
 (25, 5.) Quod, ut supra dixi, con-
 ciliium Dionysius (l. 4. p. 247.)
 τῆς ἐν Φερεντινῷ ἀγορᾶν vocat.
 Hinc etiam idem Livius 1, (51,
 9.) meminit *aquas Ferentinas*, et
 2, (38, 1.) *capitis Ferentini*. Po-
 stremo Ferentiam oppidum col-
 locat in Tuscis Ptolemaeus (3,
 1.) quam Ferentinum etiam no-
 minat Plinius 3, 5. cum ait: *Fer-*
sulae, Ferentinum. Praeter haec
 sunt etiam populi quidam nomi-
 ne Ferentani, Apulis finitimi. De
 quibus Mela (2, 4.) *Picentes, Fren-*
tani, Apuli. Et Plin. (3, 5.) *Peli-*
gini, Ferentani, Marrucini, Ve-
ntini. et post (3, 12.) *In ora Fren-*
tanorum. Item, *Anxani, Fren-*
ni. Ptolemaeus item (3, 1.) post
 Apulos statuit Ferentanos, Peli-
 gnos, et Marrucinos. Et Polybius
 2, 38.) *Μαροντινήν, καὶ Φρεντά-*

νήν Χαίραν. Quae cum ita sint, non
 est dubium, quia hoc libro ex-
 tremo (c. 45, 18.) sit legendum
Ferentani, ubi vulgo legitur *Marr-*
rucini, Marsi, Peligni, Ferentini.
 Haec dixi, ut intelligerent om-
 nes, quanto cum studio atque
 iudicio in veterum auctorum le-
 ctione versandum esset. SIG.
 Multa quidem hic Sigonius, sed
 parum ad Dionysum. *Ferentinum*
 oppidum novimus, et *Ferentans*
 gentem Italiae: *Ferentanos* nullos.
 Scribendum, *Ferentanos*. Step-
 hanus *Φόρεντον, πόλις Ἰταλίας.*
τὸ Ἐθνικὸν Φορεντανός. Στρά-
βων πέμπτη. Adde Cluverium
 4. Ital. Ant. 12. (p. 1225.) J. FR.
 GRON. In loco Stephani nihil
 praesidii est. Strabo, quem au-
 ctorem laudat Stephanus, l. 5.
 nusquam memorat *Φόρεντον*,
 sed *Φερεντανόν* Etruriae p. 226.
Φερέντιον Latii p. 237. et *Φρε-*
τανούς, Samniticam gentem, p.
 241. seq. Itaque non sine causa
 suspicatur Holtenius, hic vel
 Stephani, vel Epitomatoris il-
 lius errorem esse. Cluverius o-
 rrendit locum Plinii 3. H. N. 11.
 qui *Ferentanos* in Apulia, in qua
 tum Aulius rem gessisse videtur,
 locat. DUK. *cum frequentariis*
 Voss. 2. et Lovel. 3. *cum Terren-*
tanis Gaertn. *cum Ferrentanis*
 Lovel. 1. a m. 1. *cum Frontanis*
 Leid. 1. *Ferenti* urbis nomen etiam
 infra restituendum censuit Gro-
 novius hoc lib. c. 20, 9. Ceterum
Aulus, pro *Aulius*, Voss. 1. Leid.
 2. Lovel. 1. 4. Portug. Haverk. et
 apud Hearnium Oxon. B. et C.
Aurelius Harlej. V. ad esp. praec.
 §. 11. Paulo ante *videt*, pro *ludo*,
 Lovel. 4. In verbis sequentibus
in deditione accepit Leid. 1. Male.
 V. ad 33, 20, 5. (in *distinctionem*
 Veith.)

sa contulerat acies, obsidibus imperatis, in dedicationem accepit. Pari fortuna consulum alter cum Satricanis, qui cives Romani post Gaudinam cladem ad-Samnites defecerant, praesidiumque eorum in urbem acceperant, rem gessit. nam quum ad moenia Satrici admotus esset exercitus, legatisque, missis ad pacem cum precibus petendam, triste respon-

§. 2. *Pari fortuna consul alter*] Pall. pr. ac tert. *consulum alter*. GEBH. Ita etiam Gronov. anno 1665. in contextum recepit. Interim tamen *consul alter* superesse partim in excerptis notatur, partim ipse vidi in Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensibus. Ex reliquis nihil notatum video, qui propterea vel, ut Gebhardus invenit, *consulum*, vel vocem hanc per compendium scriptam exhibuisse censendi sunt. V. ad 9, 3a, 2. In his similibusque compendiis exponendis saepissime librarios errasse, infra videbimus ad 10, 10, 2. Mox cum *Satricariis* Leid. 2. Perperam litera *n* ob ductuum similitudinem dissoluta est in literas *ri*. V. ad 3, 30, 3.

Praesidiumque eorum in urbem acceperant] *receperant* Lovel. 4. Ita supra 8, 26, 3. *Ex composito ab sociis in urbem receptus*. ubi vide. Unius tamen auctoritas non persuadet, ut vulgatum mutem. Nam et ita Livius loqui solet. Supra 1, 11, 6. *Hujus filiam virginem auro corruptis Tattius; ut armatos in arcem accipiat*. 2, 3, 7. *De accipiendis clam nocte in urbem regibus colloquantur*. 3, 18, 4. *Accepti in urbem agmine in forum descendunt*. hoc cap. infra: *Ab iisdem consilium petere jussi*,

quibus auctoribus praesidium in urbem accepissent. Et iterum: *Armatos clam hostes in urbem acceperunt*. ubi unus etiam *receperunt*. 25, 25, 4. *Si in arcem accepisset eos*. c. 26, 1. *Ne qua vis hostium in arcem accepta inpositos moenibus suis turbaret*. 26, 40, 8, *Romanos ad id ipsum missos in urbem acceperunt*. 43, 7, 9. *Tutius fuisse, claudere portas, quam in urbem eos accipere*.

§. 3. *Nam quum ad moenia Satricae*] Hic *Satricae* genere foemino no dicit, cum supra libris duobus 6. ac 7. neutro genere protulerit: nisi quis dicat, diversa oppida Latinorum *Satricum*, *Samnitium* vero *Satricam*; aut, pro *Satrica*, *Satricula* legendum: unde tamen paulo post, ubi *Satricula* ab L. Aemylio oppugnatur, *Satricanus* dixit Livius: nisi codices in his quoque errent, ut plane suspicor. Unde quidam hic *Satricilegunt*, non *Satricae*. GLAREAN. Vet. lib. *Satricae* per mendum. Intelligit enim *Satricum*, coloniam Romanam in Latio, quippe quum subjiciat: *Plus ea voce, quam armis illatis, terroris colonis injectum*. SIG. *Satricae* etiam Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Gaertn. Fragm. Hav. et, quos Hearnii Oxonii consuluit, N. L. 2. ac C. *Satricii* primus editorum Froben. anno 1535. recepit.

Ad pacem cum precibus peten-

sponsum ab consule redditum esset, nisi praesidio Samnitium interfecto aut tradito, ne ad se remearent; plus ea voce, quam armis inlatis, terroris colonis injectum. Itaque subinde exsequentes quaerendo a consule legati, quoniam se pacto paucos et infirmos crederet praesidio tam valido et armato vim adlaturos, ab iisdem consilium petere iussi, quibus auctoribus praesidium in urbem accepissent,

dam] Sine praepositione *precibus pacem exposcere* supra habuimus 1, 16, 3. ubi plura vide. Paulo post a consule Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. et edd. antiquae, Aldina priores.

Ne ad se remearent] ne ad se remitterent Portug. et apud Hearnium Oxon. B. quod accipi posset pro iterum legatos mitterent. Simplex enim *mittere* pro mittere legatos saepissime poni, notum est. V. viros doctos ad Phaedri 1. fab. 2, 22. Potiustamen reliquorum codd. vulgatum servantium consensui fidem habeo. Mox *illatum*, pro *illatis*, Harlej. Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 4. Itaque subinde quum exsequerentur quaerendo a consule legati] Pall. pr. ac tert. Itaque subinde exsequuntur. aec. Itaque subinde exiguntur, exsequuntur quaerendo ad consules legati. GEBH. Tb. duo Pall. uterque Voss. Helmy subinde exsequuntur. tertius subinde exiguntur, exsequuntur. Lege, Itaque subinde exsequentes quaerendo. Sed et *zō crederet* mire mihi suspectum ob dicta ad 6, 37, 6. J. FR. GRON. Lectio, quae ante Gronov. vulgo in edd. exstitit, in nullo Mssō mihi obvia fuit. Nam subinde exsequuntur, omisso medio quum, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. Portug. Haverk. Fragm. Hav. & m. 1. Klock. et Liv. Tom. V. P. 1.

plures Hearnii Oxonienses. subinde exsequerentur Lovel. 2. subinde quum exsequuntur Fragm. Hav. a m. 2. subinde exsequuntur Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Gaertn. subinde exsequentes, plane ut Gronov. conjecit, Lovel. 4. et Hearnii Oxon. B. quare recte eam lectionem ab illo in contextum admissam esse arbitror. De locutione autem *exsequi quaerendo* supra dictum est hoc lib. c. 3, 11. Praeterea a Coss. Lovel. 4. ad Coss. Voss. 1. ad cons. Harlej. ad consules Lovel. 1. a m. 1. Portug. et Haverk. ad consulem legati Leid. 2. et Lovel. 1. a m. 2. Verum ex praecedentibus jam patuit, ad quem legati emant, aut, si id exprimendum Livius consuisset, jam supra factum oportuerat.

Paucos et infirmos crederet praesidio tam valido et armato vim adlaturos] paucos infirmos Haverk. paucos et inermes Hearnii Oxon. L. 1. quod requiri existimavit librarius ob sequens valido et armato. Sed aliud Livio visum fuisse, reliquorum codd. in vulgatum conspirantium auctoritas docet. Tum crederent Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. quomodo legisse eos librariorum, qui supra consules numero plurali memorarunt, mirum non est. Verum eundem errorem et illos commisisse, quia

5 discedunt: aegreque inpetrato, ut de ea re consuli
senatum, responsaque ad se referri sineret, ad suos
6 redeunt. Duae factiones senatum distinebant; una,
cujus principes erant defectionis a populo Roma-
no auctores; altera, fidelium civium. certatum ab

consule servarunt, stuporis vix credendi indicium est. Insuper vim ablaturus Fragm. Hav. a m. 1. *vim illaturus* Harlej. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Male. V. quae infra notantur ad 42, 29, 9. Mox auctoribus deficit in Lovel. 2.

§. 5. *Ut de ea re consuli senatum, responsaque ad se ferri sineret, ad suos redeunt.* In Pall. tribus, ut et antiquioribus edd. apparet, *responsaque ad se referri sineret. Et ad suos redeunt.* GEBH. *responsaque adserere ferri* Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *responsaque a se referri* Lovel. 2. *responsaque ad se referri* reliqui codd. et editi usque ad Froben. qui anno 1535. *ad se ferri* substituit. Id autem recentiores servarunt usque ad Gronov. qui *referri* vocavit. Livius 37, 28, 3. *Hoc tam triste responsum quum retulissent legati.* Cic. in Fragm. apud Non. Marc. in v. *Relatum.* Sed haec videmus, quum legati *responsa retulerint.* Tum et *ad suos redeunt* Voss. ambo, Leid. 1. Lovel. 3. 4. Gaertn. Portug. et Haverk. Verum illud et natum est ex praecedentis vocis literis finalibus. V. infra ad 39, 18, 8. Vocula ut deficit in Harlej. [*aegre inpetrato* Veith.]

§. 6. *Duae factiones senatum distinebant*] Integra restitit haec lectio in sola Campani recensione. Nam Pal. pr. *Duae haec (lege haec) factiones senatum distinebant.* sec. et Andreae ed. *senatum distrahebant* ex putidissima

glossa. tert. denique *Dum haec factiones senatu distinebant.* GEBH. *Dum haec factiones* Leid. 2. et Lovel. 3. ac 4. *Dum haec factiones* Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *Duae haec factiones* Gaertn. *Duae haec factiones* Lovel. 2. Deinde *distinebant* Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 37, 12, 2. *distinebant* Leid. 1. et Lovel. 4. *distrahebant* Gaertn. *distrahebant* Harlej. Portug. a m. 2. Haverk. et apud Hearnium Oxon. B. *distrahebant* edd. principes, quod Aldus recte in *distinebant* mutavit. V. supra ad 5, 20, 4. Mox *ab populo Romano* Portug. et Haverk. Tum vox *fidelium* deficit in Leid. 2.

Certatum ab utrisque tamen est, ut ad reconciliandam pacem] certatum tamen ab utrisque est Harlej. et Lovel. 4. *certatum ab utrisque tamen est* Gaertn. V. ad 22, 17, 5. *ad urbem reconciliandam pacem* Haverk. *ad reconciliandam pacem* Lovel. 2. a m. 1. Harlej. Portug. et Gaertn. a m. 1. V. ad 40, 49, 2. *ad reconciliandam pacem* Leid. 2. et edd. Rom. anni 1472. *ad conciliandam pacem* Lovel. 3. Male. Livius 42, 46, 3. *Omni opo onitendum fore Rhodiis, ut reconcilient pacem.* 2, 32, 7. *Concordiam per aequa, per iniqua reconciliandam civitati esset.* V. ad 2, 42, 8.

Consuli opera navaretur] Opera daretur Klock. V. ad 7, 16, 4. *opera navaretur* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Harlej. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 2, 43, 9. ubi locutionem inlustravi. Adde Liv. 25, 6, 15. *Quae tamen, semel na-*

utrisque tamen est, ut ad reconciliandam pacem consuli opera navaretur. Pars altera (quum praesidium Samnitium, quia nihil satis praeparati erat ad obsidionem tolerandam, excessurum proxima nocte esset) enunciare consuli satis habuit, qua noctis

vata rei publicae opera et uno felici proelio recuperarunt.

§. 7. *Quum praesidium Samnitium, quia nihil satis praeparati erat ad obsidionem tolerandam] tum praesidium Lovel. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad Epit. Liv. 48. prope finem. Sed tota illa vox deficit in Klock. Hinc Samnitiumque nihil satis praeparatum Lovel. 3. Samnitium, quia non satis praeparata Lovel. 4. Videntur dare voluisse satis praeparatum. Sed male. nihil praeparati, ut nihil integri 36, 7, 6. ubi plura vide. que autem et quia saepissime in membranis vett. confunduntur. V. ad 5, 29, 3. [praeparati erant Veith.] Tum praepositio ad exsulat a Leid. 1. et Lovel. 2. ac 4. Sed, quum saepe et pro ad scribi solet, facile excidere potuit ob vocis praecedentis literas finales. V. ad 10, 28, 13. Tandem tollendam Lovel. 2. Qui error facile committi potuit, si per epitomen tollendam scriptum fuit.*

Excessurum proxima nocte esset] Perperam Pall. duo, et Camp. excursurum. sec. recessurum esset proxima nocte, enuntiare consuli. Dispicite, quid lateat in lectione, quam vulgavit Andreas, excursurum proxima nocte, nuntiare consuli. GEBH. recessurum esset proxima nocte Portug. et Haverk. recessurum proxima nocte esse Harlej. excursurum proxima nocte esse Lovel. 2. Leid. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. incursurum; proxima nocte, omisso et

esset, Voss. 1. a m. 1. altera autem manus inter versus emendavit excursurum. quod etiam praefert Lovel. 4. Eodem vocabulo omisso excursurum proxima nocte est in Lovel. 1. excursurum proxima nocte esset legunt Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. Fragm. Hav. et reliquae edd. vett. usque ad Froben. anni 1535. Soli hic Leid. 2. et Klock. vulgatum servant, nisi quod verbum esset etiam neglexerint. Similes varietates etiam in Oxoniensibus Hearne invenit incursum in N. excursurum et recessurum in C. et N. in margine. excursurum in L. 2. recessurum in B. Sed nihil muto. excessurum, hic absolute positum, librariis displicuisse videtur, ideoque haec monstra lectionum dederunt. Cic. Catil. 2, 1. Abiit, excessit, evasit, erupit. Ubi, quemadmodum etiam hoc loco, subintelligendum est ex urbe.

Nuntiare consuli satis habuit] Maluimus e Thuan. et Chifflet. enuntiare. Quod est signatum verbum de iis, qui arcana produnt. 23, [35, 16.] Custodibus ad portas positus, ne quis enuntiare posset coepta. 39, [10, 5.] Veniam procaeta Doorum, si silenda enuntiasset. Cic. pro Roscio [Amer. 38.] Ceterorum legatorum consilia et voluntatem Chrysogono enuntiavit. Tusc. 2, [13.] Ab homine propter vim doloris enunciante commissa, prodente conscios. J. FR. GRON. enuntiare consuli etiam Leid. 1. Lovel. 2. 4. Harlej. Haverk. et Pal. 2. apud Gebhardum ad verba praecedentia. Idem etiam se

nato obpressum est, et ab urbe plena hostium clamor sublatus; momentoque unius horae caesus Samnis, Satricanus captus, et omnia in potestate
 10 consulis erant. Qui, quaestione habita, quorum opera defectio esset facta, quos sontes comperit, virgis caesos securi percussit: praesidioque valido
 11 inposito, arma Satricanis ademit. Inde ad triumphum decessisse Romam Papirium Cursorem scribunt, qui eo duce Luceriam receptam, Samnites-

stribus locis] Pal. tert. *insestis arva via silvestribus locis*. GEBH. *infensis* Neap. Latini. Male. V. ad cap. praec. §. 3 *arva via* in Pal. tert. apud Gebhard. ex litterarum similitudine natum est. Mox *nec opinatum oppressum est*, pro *nec opinato*, Neap. Latini. Nostri nihil mutant, nisi quod *ne opinato* sit in Harlej. V. ad 4, 27, 8.

Samnis caesus, Satricanus captus, et omnia in potestate consulis erant] *caesus Samnis* Voff. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quod recepi. Tum *in potestatem consulis erant* Portug. Sed v. ad 2, 14, 4.

§. 10. *Quaestione habita, quorum opera*] *concione habita* Haverk. Tum *quorum opem* Gaertn. Mox *quos sontes reperit*, pro *comperit*, Fragm. Hav. a m. 1.

§. 11. *Qui eo duce Luceriam receptam*] *qui eo die* Harlej. Tum *Luceriam captam* Voff. 2. et Lovel. 3. Sed reliqui recte vulgatum defendunt. Paulo ante *Papirium consortem*, pro *Cursorem*, Hlockian. [*Samnites sub jugum* Veith.]

§. 12. *Non animi solum vigore, sed etiam corporis viribus excellens*] *sed in corporis viribus* Voff. 2. et Lovel. 3. *sed etiam viribus corpo-*

ris Lovel. 2. Vox *etiam* deficit in Voff. 1. et Lovel. 1. V. supra ad 2, 6, 1. Similiter *excellens* exsulat a Portug. et Hearnii Oxon. B. Paulo ante *dignus omnium laude bellica*, pro *omni*, Harlej. V. infra ad 45, 19, 15.

§. 13. *Praeceps pedum pernicitas inerat*] *praeceps* Portug. et Hearnii Oxon. B. contra mentem Livii; qui non indicat, praecipuam hanc Papirii laudem bellicam fuisse, quod pedum pernicitate valuerit, sed simpliciter tantum narrat, eum hac corporis dote omnibus aetatis suae praecelluisse. Insuper *perditum pernicitas* Portug. a m. 1. Tum *erat*, pro *inerat*, Harlej.

Quae cognomen etiam dedit: victoremque cursu] Haec ita a Livio scribuntur, quasi Papyrius hic primus id cognominis meruerit, cum multi ante Papyrii *Cursoris* nomen habuerint, nempe primum, quem Livius commemoret, puto anno ab urbe condita cccclxx. [6, 11, 1.] et Censoris nomen anno cccclxiii. quod etsi ibidem omisum, tamen a Livio postea in oratione Sempronii tribuni plebis, Appium incusantis, ponitur anno cclxv. [9, 34, 20.] GLAR. Vet. lib. alii *quae cognomen via dederat*, alii *quae cognomini viam dedit*. Hinc

que sub jugum missos auctores sunt. Et fuit vir ¹² haud dubie dignus omni bellica laude, non animi solum vigore, sed etiam corporis viribus excellens. Praecipua pedum pernicitas inerat, quae cognomen ¹³ etiam dedit: victoremque cursu omnium aetatis suae fuisse ferunt: et seu virium vi, seu exercitatione multa, cibi vinique eundem capacissimum: nec cum ullo asperiores (quia ipse invicti ad labo- ¹⁴ rem corporis esset) fuisse militiam pediti pariter

ego suspicor legendum, quae cognomen avo jam dedit. † „Livius „hunc cursu laudat, non avum: „nihil igitur hic agit Sigonius. „†. Ut intelligamus, quemadmodum necessario intelligendum est, non hunc primum invenisse hoc *Cursoris* cognomen, sed avum ejus ante. Avus autem ejus fuit L. Papirius Cursor, qui Censor fuit anno urbis conditae cccclxi. et post etiam tribunus militum consulari potestate. Hic enim, de quo nunc loquitur Livius, in lapidibus Capitolinis L. PAPIRIUS. SP. F. L. N. CURSOR dicitur. SIG. Quid fuerit initio in Pal. sec. ex rasura nimum alte descendente erui non potest. Pal. pr. et tert. quae cognomen etiam victori dedit. Alii libri, referente Sigonio, quae cognomen via dederat. alii, quae cognomini viam dedit, unde fecit ipse, quae cognomen avo jam dedit. Quae omnino conjectura ridicula est, nullisque rationibus mixta. GEBH. quae cognomen viam dedit Portug. quae cognomen via dedit Haverk. quae cognomen in victori dedit Lovel. 3. Reliqui nihil mutant. Sigonii conjectura refelli videtur testimonio Zonarae, qui similiter L. Papirium dictatorem a Livio 8, 29, 9. memoratum, eundem, cujus Livius hic meminit, *Cursoris* cog-

nomen a pedum pernicitate habuisse tradit 7. Ann. 26. Ὡν εἰς ἡν καὶ Λουκίος Παπίριος, ὁ καὶ Κούρσωρ ὀνομαζόμενος διὰ τε τὴν ἔξιν (ἦν γὰρ δρομικώτατος) καὶ διὰ τὴν ἀσκήσιν τὴν τοῦ δρόμου. An igitur Livius, ante hunc Papirium referens alium *Cursorem* cognominatum, qui censor fuit 9, 34, 20. et tribunus militum consularis 6, 11, 2. aliquid humani passus esse censeri debet? vel an dicendum est, *Cursoris* cognomen, quod majores jam obtinuerant, pedum pernicitatem huic L. Papirio confirmasse? quale quid in gentis Manliae cognomine *Capitolinus* accidisse, supra vidimus ad 5, 31, 2. in gentis Licinia cognomine *Stolo* ad 6, 39, 3. Insuper *victorisque cursu* Leid. duo, et Lovel. 1. *victorque cursu omnium aetatis suae fuisse feri*, id est *fertur*, Fragm. Hav. a m. 1. in quo deinceps *victoremque* a m. 2. interpolatum est.

Cibi vinique eundem capacissimum] ergo vini cibique eundem capacissimum habet Pal. tert. GEBH. *vini cibique capacissimum eundem* Port. *vini cibique eundem capacissimum* Haverk. Vox *eundem* sufficit in Lovel. 4. supra autem *de vi* in Harlej. et Fragm. Hav. a m. 1. seu secundo loco in Voss. 2.

§. 24. *Asperiores (quia ipse in-*

15 equitique. Equites etiam aliquando ausos ab eo
 petere, ut sibi pro re bene gesta laxaret aliquid la-
 16 boris: quibus ille, *Ne nihil remissum dicatis, remitto,*
inquit, ne utique dorsum demulceatis, quum ex equis de-
scendatis. et vis erat in viro imperii ingens pariter in so-
 17 cios civesque. Praenestinus praetor per timorem segni-

victi ad laborem corporis esset) fuisse militiam] aptiorem Voss. 1. a m. 2. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. *nec tum illi asperiores* Lovel. 2. *nec cum ullo asperiore* Voss. 2. et Lovel. 3. Hinc *tiucti ad laborem corporis*, id est *inuncti*, Haverk. Ita supra peccabatur 8, 34, 2. Eodem errore etiam *inictus et inunctus* commutari in *Mis*, infra videbimus ad Epit. Liv. 68. *inictus ad laborem*, ut apud Ovid. 12. Metam. 166.

Quod juveni corpus nullo penetrabile telo

Invictumque ad vulnera erat, ferrumque terabat.

ubi v. N. Heins. *ad labores* Portug. a m. 1. *ad labores* a m. 2. Deinde *militiam fuisse* Portug. et Haverk. *militiam suis* Fragm. Hav. *Tò fuisse* exsulat a Leid. 2.

§. 16. *Quum ex equis descendatis] quum sitis. ex equis descendentes* Oxon. L. 1. unde Hearnus legendum conjicit, *quum sitis ex equis descensuri*. Mox *vocula et decrat* in Lovel. 2. *tò erat* in Leid. 2. Deinde *in sociosque civesque* praefert Portug.

§. 17. *Praenestinus praetor] Sic etiam* Plinius 17. H. N. 11. et Aurelius Victor de Vir. Ill. 31. Vir Cl. in libro de Aedilib. Coloniar. et Municip. c. 2. 7. *Praetorem Praenestinum intelligit magistratum municipii Praenestini*, eodemque trahit locum Livii 23, 19, 17. de praefecto cohortis Praenestinae, quae in praesidio Casilini

fuerat: *Ceteri incolomes Praeneste cum praetore suo Manicio (scriba is antea fuerat) redierunt.* Hoc non nimis certum est. Primum enim non constat, Praeneste jam tum municipium fuisse; et proprius vero est, non fuisse. Deinde adparet et verbis Livii, Praenestinos hos inter socios militasse: municipia autem habebant jus legionis. V. Spanhem. Orb. Rom. 1, 9. Denique, non probabile est, Romanos militibus, quos coloniis imperabant, vel ex municipiis scribebant, magistratus urbium illarum a cura reipublicae abstractos praeposuisse. Malo igitur cum Sigonio 2. de Ant. Jur. Ital. 14. Lipsio 1. de Milit. Rom. dial. 7. et l. 2. dial. 10. et Perizon. in dissert. de Praetor. §. 10. utroque loco Livii *praetorem* interpretari *praefectum cohortis socialis*. Certe Manicium, quem *praetorem* Praenestinum vocat Livius, non fuisse magistratum urbis Praenestinae argumento est, quod eum antea *scribam* fuisse dicit. Et sic apud Livium 8, 11, 4. *praetorem* Lavinientium, qui Latinis auxilio mittebantur, *praefectum* eorum esse puto. DUK. Vox *praetor* saepissime per compendium *pr.* in *Mis* notatur. Id non intelligentes librarii hic in varios errores inciderunt. Omittitur enim in Lov. 4. ejus loco *tr.* legitur in Klock. *pariter* in Fragm. Hav. a m. 1. *praefectus* in margine Portug. P. R. divisio literis in Leid. 2. et Lovel. 1. unde *populi Romani* factum est

us ex subsidiis suos duxerat in primam aciem. quem
 quum inambulans ante tabernaculum vocari jussisset,
 lictorem expedire securim jussit. ad quam vocem 18
 exanimi stante Praenestino, *Agedum, lictor, excide
 radicem hanc, inquit, incommodam ambulantis:*
perfusumque ultimi supplicii metu, multa dicta,

in Lovel. 3. qui error frequens
 est. V. infra ad 31, 10, 4. utra-
 que vero *Praenestinus praetor*
populi Romani servatur in Gaertn.
Mox eduxerat ex subsidiis suos,
pro ex subsidiis suos duxerat,
 Lovel. 4.

Inambulans ante tabernaculum]
ambians Voss. 1. Leid. 2. Lovel.
 1. 4. Portug. et Fragm. Hav. a
 m. 1. Male. Non tantum enim
 plures codd. vulgatum tuentur,
 verum etiam *in ambulare* sae-
 pius apud Livium occurrit. Ita
 1, 54, 6. *Ibi inambulans tacitus*
summa papaverum capita dicitur
baculo decussisse. 23, 7, 10. *In*
foro cum filio clientibusque paucis
otioso inambulavit. c. 43, 8. *Per*
viros inambulare senatores Nola-
nos jussit. 40, 8, 5. *Solus, filio*
procul stante, multa secum animo
volvens inambulavit.

Expedire securim jussit] Pall.
 tres. et Camp. editio *securem.*
 GEBH. *securem* etiam Voss. uter-
 que, Leid. uterque, Lovel. 1. 2.
 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et
 Fragm. Hav. Similiter varii codd.
 exhibent supra 8, 7, 20. Verum,
securem se legere non meminisse,
 monuit Vossius 4. Gramm. 10.
 Praeterea *jubes* Lovel. 2. et Hear-
 nii Oxon. C.

§. 18. *Agedum, lictor, excide
 radicem hanc, inquit, incommodam
 ambulantis]* *Agedum* Leid.
 1. Haverk. et Fragm. Hav. quo-
 modo librariorum peccare solitos

fuisse, infra videbimus ad h. lib.
 c. 33, 7. *Agedum* Voss. 1. *Ago* Leid.
 2. et Lovel. 1. Male. V. ad 3,
 62, 4. Vox *lictor* deficit in Haverk.
 Tum *incommodam, inquit, ambu-*
lantis Lovel. 2.

Perfusumque ultimi supplicii me-
tu, multa dicta, dimisit] Pall.
 pr. et tert. *sum post multa dicta*
dimisit. sec. perfusum ultimi sup-
plicii metu multa indicta dimisit.
 GEBH. *perfusum ultimi supplicii*
metu Haverk. *perfusumque vultum*
supplicii metu Klock. Leid. 2. et
 Lovel. 1. *perfusumque ultimi sup-*
plicii metri Voss. 2. et Lovel. 3.
 Sed de locutione *perfundero metu,*
 gaudio supra dictum est ad 2,
 63, 4. *ultimum supplicium* autem
 est poena mortis. *ultimam poe-*
nam vocat supra 3, 58, 10. *Die*
dicta damnatus, ipso remittente
Virginio ultimam poenam, dimis-
sus. Sueton. Caes. 14. *Senatu u-*
niverso in socios facinoris ultimam
statuente poenam. Plin. 2. Ep. 11.
Septemque amicorum ejus ultimam
poenam arguebatur emissa. ubi v.
 Cortium. *Hinc eum post multa dicta*
dimisit, insertis duabus vocibus,
 Voss. 2. et Lovel. 3. Adparet, pro
multa in membranjs scriptum
 reperisse librariorum *multa,* quo-
 modo exaratur etiam in Leid. 1.
 Lovel. 4. Gaertn. et edd. Rom.
 anni 1472. ac Parm. de qua or-
 thographia dictum est ad 2, 52,
 5. Id autem non intelligentes lo-
 cum adscitis vocibus interpolave-
 se, et existimasse *post multa di-*
cta hic notare postquam multis

19 dimisit. Haud dubie illa aetate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo magis innisa res Romana staret. quin eum parem destinant animis Magno Alexandro ducem, si arma, Asia perdomita, in Europam vertisset.

1 XVII. Nihil minus quaesitum a principio hujus operis videri potest, quam ut plus iusto ab rerum

verbis eum increpuisset. *multa indicta* est in Harlej. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a manu altera, et Hearnii Oxon. N. et B. quomodo *indicta exsilium* supra 1, 60, 2. *Tarquinio clausae portae, exsiliumque indictum*. Praefero tamen *multa dicta*, quam lectionem et plures et meliores codd. tuentur. Ipsa autem locutio in hac res sollemnis ac propria est. Supra 2, 52, 5. *Duo millia aeris damnato multam dixerunt*. ubi plura vide. 42, 9, 4. *Itaque multam ei se dicere*. 43, 16, 5. *Multamque pro concione privato dixerunt*. Epit. Liv. 47. *Cn. Tremellio tribuno plebis multa dicta est*.

§. 19. *Quo magis innixa res Romana staret*] in quo *innixa* Gaertn. Verum alibi hanc constructionem me apud Livium legere non memini, qui vel *innisi alicui*, aut *innisi aliquo* dixit, ut vidimus supra ad 4, 19, 4. quamvis ceteroquin Livius praepositionem *in*, cum qua verbum compositum est, in regimine repetere consueverit. V. ad praefat. §. 11. Vulgatum itaque *quo magis innixa*, quod probant reliqui omnes codd. servo. *quo innixa magis* habent Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk.

Quin eum parem destinant animis Magno Alexandro ducem] Ogerunt codd. scripti et libri editi *destinans*. GEBII. Repugnat

his verbis, quod c. 18, 6. *Quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse*. Si namque incognitus Romanis, dum viveret, Alexander, quomodo destinare potuerunt ei parem e suis ducem? Non ita immemor sui Livius, ut existimat, Muretus 15. Var. 14. Scribebam, *destinavunt*. Scilicet iudicia scriptorum et hominum, qui postea fuere, et nunc sunt. 28, [24, 3.]. *Quia regnum sibi Hispaniae, pulsus inde Carthaginiensibus, destinant animis*. Sed Voff. duo, et Helm. et omnes editi veteres ab Andrea ad Gryphium, *destinant*. Quo magis etiam apparet, quod dixi. Coelius Curio primus mutavit. J. FR. GRON. Non Coelius Curio mutatae lectionis auctor est, sed potius Vascos, qui ita septennio antea edidit. Ceterum *destinant* etiam omnes mei. Praeterea *qui eum parem* Leid. 2. et Gaertn. Vox autem *animis* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Male. *destinare animo* Livio in usu fuisse, non tantum probat locus a Gronov. modo laudatus, verum et alius 7, 33, 13. *Adeo morte sola vinci destinaverant animis. in animo destinare* supra dixit 6, 6, 7. *Sibi quo destinatum in animo esse, Camillo submittere imperium*. et 21, 44, 9. *Si hoc bene fixum omnibus, destinatumque in animo est*.

§. 1. *Nihil minus quaesitum*] Ob hanc digressionem Livii in

ordine declinarem; varietatibusque distinguendo opere, et legentibus velut deverticula amoena, et requiem animo meo quaererem: tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus saepe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium: ut quaerere libeat, quinam eventus Romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit.

doctrina temporum inperitiam multis exagitat Dodwell. de Cyclis disert. 10, 73. cui responderi conatus est Clericus ad h. l. dicens, licuisse Livio agere de eventu belli, si id Alexander Romanis intulisset, ubicumque sermo fuit de magistratu viri fortis, qui Alexandri aequalis fuit. Immo ipse Livius mox dicit, Alexandri Magni tanti regis ac ducis mentionem effecisse, ut quaerere libuerit, quinam eventus Romanis rebus futurus fuerit, si cum Alexandro foret bellatum: non autem addit, se id fecisse eo anno, quo Alexandrum mortuum crederet; quod tamen tamquam verum ponit Dodwellus, et quo uno ejus censura in Livium innititur, quum Alexander jam sexennio ante obierit.

Varietatibusque distinguendo opera] Pall. pr. actert. *distinguendo opere*. Reliqui quoque libri *operi*. GEBH. *distinguendo opera* primum edidit Frobenius anno 1535. et deinde servarunt recentiores usque ad Gruter. qui in ed. postrema *opere* revocavit. Et recte. Ita enim omnes priores excusi omnesque omnino codd. Passim etiam Livius historiam Romanorum a se conscriptam *opus*, non *opera* numero plurali, vocat. Supra in praef. *Us orsis tanti operis successus prosperos darent*. Hoc cap. *Nihil minus quaesitum a principio hujus operis videri potest*. 21,

1, 1. *In parte operis mei sicut mihi praefari*. 31, 1, 2. *In partibus singulis tanti operis fatigari minime conveniat*. Ceterum *varietatibus quibus distinguendo* Haverk. Paulo ante *ab verum ordine inclinarem, pro declinarem*, Haverk. Livius 21, 52, 7. *Ab auctoribus injuriae ad vindictas futuros declinant*. 25, 18, 7. *Se ab eo, etiam si in acie occurrat, declinaturum*.

Devverticula amoena, et requiem animo meo quaererem] *devverticula* Leid. 1. et *Fragm. Hav. a m. 1*. Et ita legendum esse, supra monui ad 1, 51, 8. Praeterea *animo meo quaererem*, id est *animo modo*, Lovel. 3. et Gaertn. *animo meo quaerentem* Portug.

§. 2. *Quibus saepe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium*] *cum saepe tacitis* Lovel. 2. *quae saepe tacitis* Portug. et *Fragm. Hav. a m. 2*. Tum *volutavi animum* Haverk. Deinde, male in voces contributis literis, *ea sevocat in medium* *Fragm. Hav. a m. 2*. et edd. principes. Pro eo quidem Mediol. anno 1505. recte ediderunt *eas evocat*, quos Aldus secutus est; verum Ascens. anno 1513. et postea ipse atque alii ejus loco substituerunt *eas sevocat*, donec Froben. anno 1531. *eas evocat* reduceret. *Evocare in medium* autem, scilicet ex animo, dictum est eodem modo, quo *emittere in ho-*

3 Plurimum in bello pollere videntur militum copia
 et virtus, ingenia imperatorum, fortuna per omnia
 4 humana, maxime in res bellicas, potens. Ea, et
 singula intuenti et universa, sicut ab aliis regibus
 gentibusque, ita ab hoc quoque, facile praestant
 5 invictum Romanum imperium. Jam primum, ut
 ordiar ab ducibus comparandis, haud equidem ab-

stos. V. infra ad 28, 14, 11. Paulo ante tum tanti regis, pro tamen tanti, Portug. V. ad 22, 17, 5.

Ut quaerere libeat, quoniam eventus] Prima vocula deficit in Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde quisnam eventus Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. [Veith.] V. ad 6, 32, 5. Mox humanis rebus, pro Romanis, Leid. 2. Tum debellatum, pro bellatum Haverk. V. infra ad Epit. Liv. 37. Insuper futurum fuit, pro fu'it vel fuerit, Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. V. ad 40, 14, 11.

§. 3. *Pollere videntur militum copia et virtus, ingenia imperatorum, fortuna] Palat. sec. addita particula connexiva, militum copia et virtus, ingeniaque imperatorum. GEBH. Similiter etiam Lovel. 2. Harlej. Portug. Haverk. et Fragg. Hav. a m. 2. Sed militum copia et virtus, imperatorum ingenia, et fortuna Lovel. 4. Adparet, librarios ita edidisse, quod tria haec sine copula jungi displiceret, quomodo tamen Livius saepissime loqui amavit, quod ipsi passim corruerunt. V. ad 4, 3, 12. et ad 38, 18, 12. Insuper pollere videtur militum copia Portug. Sed librarius existimasse videtur, verbo plurali locum esse non posse, quod omnia nomina sint singularia, quam ob causam etiam forte*

pollere videntur militum corpora dedit librarius Harlej. Sed, Livium verbum plurale duobus pluribusve substantivis singularibus junxisse, saepius supra dictum est. V. ad 1, 31, 7. videtur est in Haverk. Sed hic scriba voces per compendium scriptas videtur et videtur confudit. copia militum et virtus, transpositis dictionibus, est in Leid. 1. militum copia et virtus ingenia, imperatorum fortuna in Klock.

§. 4. *Ea, et singula intuenti et universa, sicut ab aliis regibus gentibusque, ita ab hoc quoque, facile praestant] Prima vox non adparet in Lovel. 4. qui etiam ab aliis rebus praefert. Deinde etiam vox ita exsulat a Leid. 1. Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. et Fragg. Hav. a m. 1. In quam lectionem quum tot codd. consentiant, ea etiam displicere nequit; praesertim quia verisimilius videtur, illud ita, quod plerumque τὸς sicut respondere solet, a librariis additum, quam omissum fuisse; idque hominum genus ita et alibi peccavit. Sic infra 34, 9, 10. Romanam amicitiam, sicut minoribus viribus, quam Massilienses, pari colebant fide. ubi ante Gronov. vulgo etiam edebatur ita pari. V. quae ad eum locum notantur. Tum praestare facile Lovel. 4. facile praestari Harlej. Portug. Gaertn. et Haverk.*

§. 5. *Jam primum, ut ordiar*

nuo, egregium ducem fuisse Alexandrum; sed clariorem tamen eum facit, quod unus fuit, quod adolescens in incremento rerum, nondum alteram fortunam expertus, decessit. Ut alios reges claros 6 ducesque omittam, magna exempla casuum humanorum; Cyrum, quem maxime Graeci laudibus celebrant, quid, nisi longa vita, sicut Magnum

ab ducibus] Nam primum Voss. 1. Leid. 2. Harlej. Portug. et Haverk. Atque, ita se in Oxon. N. L. 2. B. ac C. reperisse, Cl. Hearnias testatur. Sed nihil mutandum. Eleganter enim particula *Jam* inservit transitioni ac connectendis orationis periodis. V. Cel. Duker. ad Flori Praefat. §. 2. Ita mox hoc lib. c. 19, 9. *Jam in opere quis par Romano miles.* Praesertim autem ita adhibentur voces *jam primum*. Infra 21, 62, 7. *Prodigiis procurandis prope tota civitas operata fuit. Jam primum omnium urbs lustrata est.* Ab his vocibus Livius etiam incipit historiam, iis eam connectens praefationi, 1, 1, 1. V. etiam 5, 51, 6. Solent autem *jam* et *nam* passim in Mâis confundi. V. viros doct. Burmann. ad Suet. Caes. 44. Corte ad Plinii 1. Ep. 6. Torren. ad Val. Max. 2, 6, 16, et 3, 5, 4. et quae notavi ad Silii Ital. 9, 242. Adde, quae dicuntur ad Liv. 2, 29, 11. 3, 34, 8. 4, 26, 11. c. 49, 16. 5, 36, 6. 6, 15, 10. c. 27, 7. 9, 3, 5. c. 29, 8. 26, 7, 3. 32, 16, 10. 34, 4, 4. c. 31, 15. 39, 52, 8. et alibi. Similiter commutantur *ubi jam* et *ubinam*. V. supra ad 6, 25, 10. Praeterea *exordiar* Lovel. 2. Tum *a ducibus* Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. Paulo post *ab uno*, transpositis literis, pro *ab uno*, Leid. 2. Lovel. 3. Portug. et Gaertn. Hinc, alio ordine vocum, *Alexandrum fuisse* Portug. et Haverk.

at verbum *fuisse* exsulat a Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

Quod adolescens, in incremento rerum] Scribe ex vet. lib. *quod adolescens, quod in incremento rerum*, ut tertia esse causa videatur. SIG. Pall. duo codd. vetustique editi, *quod adolescens in incremento rerum*. GEBH. Hoc postremum quod est solius Sigoniani. nec necesse est, gravitatem Livii in minutias concidi. J. FR. GRON. Sigoniano consentiunt tantum ex meis Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. codices admodum suspectae fidei. Unde sit, ut credam, recte Gronovium vulgatum huic lectioni praetulisse. Praeterea praepositio *in* deest in Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. Harlej. Portug. et Gaertn. Sed intercepta est a syllaba initiali proximae vocis. V. ad 8, 33, 6. Tum *adulescens* Lovel. 4. V. ad 6, 34, 11. Paulo ante *clariorem eum tum facit* Gaertn. *clariorem eum tamen facit* Harlej. et edd. antt. usque ad Froben. anni 1535.

§. 6. *Ut alios reges claros ducesque omittam*] *reges clarosque duces* Harlej. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. *reges claros duces* Leid. 2. et Lovel. 1. ut per adpositionem dicatur, reges qui clari duces fuerunt. Deinde *dimittam* Hearnii Oxon. L. 2. Cicero pro Quinct. 22. *Ut alia omittam, hoc satis est.* (* Liv. 27, 33, 9.)

7 modo Pompejum, vertenti praeuit fortunae? Recenseam duces Romanos, nec omnes omnium aetatum, sed ipsos eos, cum quibus consulibus aut 8 dictatoribus Alexandro fuit bellandum; M. Valerium Corvum, C. Marcium Rutilum, C. Sulpicium, T.

Cyrum, quem maxime Graeci laudibus celebrant] Pyrrhum Harlej. Portug. Haverk. [Veith.] et Oxon. B. apud Hearnium, qui se Pyrum invenisse testatur in L. 2. C. et N. pro quo tamen in posteriori margine Cyrum emendatum erat.

Vertenti praeuit fortunae] vertenti praeuit fortunae Portug. venienti praeuit fortunae Lovel. 4. V. ad 5, 49, 5. vertenti fortunae praeuit, transpositis dictionibus, Lovel. 2. praeuit vertenti fortunam Gaertn. Non animadvertit librarius, vertens hic neutraliter, sive sensu passivo, usurpari, pro vertenti se fortunae, vel versae fortunae. V. ad 2, 62, 2.

§. 7. *Recenseam duces Romanos, nec omnes omnium aetatum, sed ipsos eos, cum quibus] Ne censeam duces Lovel. 4. Ne recenseam duces, utraque lectione juncta, editi ante Aldum, qui primus Ne expunxit. Tum omnium aetatum Leid. 1. Quam scripturam supra ex tribus codd. recepi 1, 43, 5. quibus nunc duos optimaee etiam notae Florent. et Klock. quorum excerpta postea demum accepi, accedere moneo. Eamdem itaque lectionem etiam hic in contum admisi. (*Ita et Florent. 26, 9, 13. 24, 1, 4.) Similiter quoque cod. Memmian. Sueton. exhibere in Aug. 31. ad eum locum observavit, atque inlustravit Cel. Burmann. Deinde eos ipsos, trajectis dictionibus, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk.*

V. ad 2, 5, 5. Ordinem tamen, qui vulgo obtinet, veriore esse, reliquorum codicum auctoritas persuadet. Et ita infra 42, 21, 8. *Patres ipsum cum quaerere jusserunt.* Praeterea vox cum deficit in Fragg. Hav. a m. 1. Mox Alexandro fuit bellum, pro bellandum, Portug.

§. 8. *M. Valerium Corvum] Ita omnes praeferunt codd. nisi quod ultima vox desit in Hearnii Oxon. L. 1. et Corvum legant Harlej. et Haverk. cum omnibus edd. ante Sigonium: cui bis hoc capite Corvum restituenti nemo dicto audiens fuit ante Gruterum, qui ita in postuma ed. vulgari curavit. Unde Gebhardus, qui ante eam in lucem emissam notas ad primam Gruteri ed. conscripsit, supra ad 7, 26, 12. monere necesse habuit, Corvi cognomen bis hoc cap. restituendum esse. V. quae ibi dicta sunt.*

C. Marcium Rutilum] C. Marcium Ruptilium Voss. 1. C. Marcium Rutilum Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Fragg. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. qui C. Rutilum, media voce ommissa, in L. 1. invenit. C. Marcum Rutilum Haverk. C. Claudium Marcium Rutilum Harlej. C. Claudium, M. Rutilum edd. Aldo priores. V. ad 7, 17, 6.

C. Sulpicium, T. Mantium Terquatum, Q. Publilium Philonem] C. Sulpicium, literis transpositis, Fragg. Hav. C. Sulpicium Leid.

Manlium Torquatam, Q. Publilium Philonem, L. Papirium Cursorem, Q. Fabium Maximum, duos Decios, L. Volumnium, M. Curium. Deinceps ingentes sequuntur viri, si Punicum Romano praevertisset bellum, seniorque in Italiam trajecisset.

2. et Lovel. 1. V. ad 3, 10, 5. Ejus praenomen deesse monuit Hearne in Oxon. L. 1. Tum *Ti. Manlium Torquatam* Portug. *T. Torquatam*, omissa media voce, Hearnii Oxon. L. 1. *Mallium* habet Lovel. 1. *Mallium* Gaertn. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad 34, 53, 2. Deinde *Q. Publilium Philonem* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Fragm. Hav. Klock. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. *Q. P. Philonem* Haverk. *Quintum P. Philonem* Lovel. 2. V. supra ad 2, 55, 4.

L. Volumnium, M. Curium] *M. Curium* Capitolini lapides: item alii. SIG. *M.* legunt omnes codd. Sed solent passim librarii minus notum praenomen *Manium* in *Matrum*, sive notam ejus *M.* in alterius notam *M.* mutare. V. ad 27, 25, 2. *Curium* est in Leid. 1. *Curcium* in Gaertn. Praeterea *Volumnium* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 3. *Volumnium* Voss. 2. Lovel. 2. et Fragm. Hav. *Volumnium* Haverk. V. ad 3, 10, 5. *L. Valerium* vocat Oxon. L. 1. ut Hearne testatur.

§. 9. *Si Punicum Romano praevertisset bellum*] Non admodum hoc clarum: praesertim illud *Romano*. GLAB. Sensus, Si Alexander ante intulisset Romano bellum, quam Poeni: quod futurum erat, si senior in Italiam trajecisset. nisi malimus legere, pro *Punicum*, *Indicum*; nam sequitur: *Longe alius Italiae, quam Indiae, visus illi habitus fuisset.*

†., Hinc inscitiam historiae Alexandri Sigonius prodit. Alexander enim cum ex India Babylonem rediisset, jam classem destinarat in Carthaginenses, non in Romanos: et situm rebus humanis ereptus non esset, ac in Africam venisset, alii, quot annis ibi bellandum erat, ponito x. jamque Alexander erat XLIII. annorum, sic senex, non tamen valde, venisset in Italiam. Sensus igitur est: Si Alexander praevertisset bellum Africanum, quam Romanum, hoc est, prius Africam aggressus, quam Italiam, id enim in ejus senectute futurum erat. †. SIG. Pall. pr. ac tert. *sed si Punicum Romano praevertisset bellum.* GEBH. Non admodum clarum, praesertim illud *Romano*, inquit Glareanus. At Sigonius: si Alexander ante intulisset Romano bellum, quam Poeni; quod futurum erat, si senior in Italiam trajecisset. Nihil minus sensit auctor. Et senior potius venisset in Italiam, si Poeni prius bellum cum Romanis habuissent, quam ipse Alexander: ita enim necessario tempora quaedam intercedere oportuisset: sin prior Alexander, cur senior? potuisset enim proxime illa tempora, quibus juvenis fatis cecidit. Prorsus hic caecutivit vir doctissimus. Alexander paullo ante mortem agitabat animo Punicum bellum, adversus Tyri ab se divictae colonos Carthaginenses, mari tum potentes. Justinus 21, [6.] Ideo Livius, si Africam, inquit, bello subjugare maluisset, antequam

- 12 Alexandro dimicandum erat, senem viderant. Militaria opera pugnando obeunti Alexandro (nam ea quoque haud minus clarum eum faciunt) cessisset videlicet in acie oblatuŒ par Manlius Torquatus, aut Valerius
- 13 Corvus, insignes ante milites, quam duces? cessissent Decii, devotis corporibus in hostem ruentes? cessisset Pa-

lerium indicasset Livius? qui eadem periodo illis jungit Decios et Papirium. Ex hoc enim argumentum peti nequit, quod eos primo loco memoravit. Nam id tempore dedisse videtur, quo ad honores summos evecti sunt, aut florere inceperunt. Tum *senem viderunt* Lovel. 2. Paulo ante *gesserunt bella*, pro *gesserant*, Gaertn. et Portug. inter versus. [Veith.] at vox *bella* deficit in Lovel. 4. Hinc *ita demum exactores*, pro *ita deinde*, Portug. V. ad 40, 22, 1. *ita inde exactores* Gaertn. V. ad 36, 24, 10. Insuper *Quintii, Corneliique* Oxon. Hearnii C. [Veith.] Sed particulam copulativam, quam omnes reliqui ignorant, Livius saepissime omittere consuevit, ut antea pluribus locis dictum est.

§. 12. *Militaria opera pugnando obeunti Alexandro*] Duæ posteriores voces non adparent in Gaertn. *obeunti Alexandro* legunt Lovel. 2. 3. et Voff. 2. V. supra hoc lib. ad c. 9, 1. *obeuntem Alexandro* Portug. et Haverk. Mox *non ea quoque*, pro *nam ea quoque*, Harlej. V. ad 8, 27, 2. Deinde *haud minus durum*, pro *clarum*, Klock. Sed, voces has et alibi scribas in membris antiquis confudisse, constat ex illis, quæ viri docti notarunt ad Seren. Samm. v. 497.

Cessisset videlicet in acie oblatuŒ par Manlius Torquatus] Pall. pr. et tort. *cessisset videlicet oblatuŒ*

Manlius, secundus quoque caret *etŒ par*. GEBH. *gessisso videlicet* Leid. 1. Saepius librarios *gessi* et *cessi* commutasse, infra videbimus ad 37, 52, 3. *cessissent videlicet* Lovel. 1. et 2. ut referatur ad utrumque, Manlium Torquatum et Valerium Corvum. Alii tamen omnes, qui receptum tuentur, id etiam verius esse evincunt. Tum voces *in acie* deficient in Lovel. 3. Hinc *oblatuŒ Manlius Torquatus* Lovel. 3. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. ac B. *oblatuŒ Marcus Torquatus* Gaertn. *oblatuŒ P. Manlius Torquatus* Leid. 2. Lovel. 1. et Voff. 1. in margine, qui in contexta *p*, pro *par*, habebat. Sed nihil mutandum. De voce *par* v. Gronov. ad Livii 22, 27, 3. Mox *Corvus* Voff. 1. *Corvinus* Lovel. 4. Harlej. et editi usque ad postremam Gruteri, nisi quod interim Sigonius *Corvus* recte restituerit. V. supra hoc cap. ad §. 8. [*in acie Manlius* Veith.]

§. 13. *Devotis corporibus in hostem ruentes*] *corporibus hostium in hostem* Voff. 2. additis tamen stigmatibus, quibus vocem *hostium* delendam esse indicatur. *in hostes* Portug. Mox *ille corporis robore*, *illi animo* Gaertn. quasi *iste* ad Papirium, *illi* ad Decios referendum foret. *ille* Papirius cessisset *corporis robore*, *illi* Decii cessissent *animo*. Sed male. utrumque enim ad solum Papirium pertinet; quem non *animi solam* vigore, sed etiam *corporis viribus*

pirius Cursor, illo corporis robore, illo animi? victus 14
esset consiliis juvenis unius, ne singulos nominem,
senatus ille, quem qui *ex regibus constare* dixit, u-
nus veram speciem Romani senatus cepit? Id vero 15
erat periculum, ne solertius, quam quilibet unus
ex iis, quos nominavi, castris locum caperet, com-

excellisse, Livius supra dixit
c. 16, 12. Locutionem illustrant,
quae dicta sunt ad 3, 35, 3.

§. 14. *Victus esset consiliis ju-
venis unius, ne singulos nominem,
senatus ille] victus esset consilio
juvenis unius, ne singulos nominem
senatum, ille Lovel. 2. rō unius
deest in Haverk. quod tamen hic
emphasin habet, oppositum voci
senatus, qui ex pluribus constat
membris. nomine, pro nominem,
legit Lovel. 3.*

*Quem qui ex regibus constare di-
xit, unus veram] Cyneas hic fuit
legatus Pyrrhi bello Tarentino.
Plut. in Pyrrho [p. 305.] SIG.
Florus 1, 18. Quis autem ille so-
natus fuit? quum perorando Ap.
Caeco pulsus cum minoribus suis
ab urbe legati inserroganti regisuo,
quid de hostium sede sentirent? ur-
bem templum sibi visum, senatum
regum esse, confiterentur. Ubi a-
lios scriptores, idem testantes,
laudavit Cel. Dukerus. Ceterum
quod qui ex regibus Leid. 2. quem
quidem ex regibus Lovel. 2. Tum
constare dixi, unus veram Lovel.
2. constare diximus veram Gaertn.*

§. 15. *Ne solertius, quam qui-
vis unus ex iis] Pall. tres, et Camp.
ed. quam quilibet unus. At An-
dreae quam quis unus. GEBH.
Tres Pall. Thuan. Voss. Helm.
quibet unus. ut 42, 42, 3. Que-
ratur unusquibet militis mei in-
juriam. Plinius 2. epist. 4. Si plu-
ribus pater tuus vel unicuilibet a-*

*lli, quam mihi, debulset. V. ad
M. Senecam. [4. controv. 26.]
J. FR. GRON. Lectio, quae vul-
go existat, in nullo cod. super-
est; prima autem edd. in qua
mihi obcurrit, fuit Mediol. an-
ni 1480. priores, ut Rom. an-
ni 1472. et Parm. habebant quam
quis unus ex iis. Ex scriptis au-
tem quam quibus unus oberunt
Leid. 2. et Lovel. 1. quam unus
Harlej. Reliqui mei et apud
Hearnium Oxonienses quilibet u-
nus recte praeferunt. Livius 6,
40, 6. Si Claudiae familiae non
sim, nec ex patricio sanguine or-
tus, sed unus Quiritium quilibet.
(* 37, 54, 12.) Abesse poterat u-
nus; sed vox illa emphasis causata
additur, ut in nemo unus, quis-
quam unus; de quo supra v. ad
3, 12, 4.*

*Commeatus expediret, ab insi-
diis praecaveret] Pal. sec. commea-
tus pararet. GEBH. pararet etiam
Portug. et Haverk. Sed Gaertn.
utraque lectione simul recepta,
commeatus pararet, expediret. Non
dubito, quin expediret vera lectio
sit, ex cuius interpretatione na-
tum est pararet. Solitum autem
fuisse librariam Gaertn. veram
lectionem ejusque glossam simul
recipere, supra vidimus ad 4,
55, 5. Similiter expedire commea-
tus 44, 26, 5. Denunciare coepit,
ut commeatus expedirent. Ita illi-
cui vicarium expedire hoc sensu
dixit Liv. 19, 1, 8. Quoniam igitur,
adolescens, quid sentires,
non dissimulasti, vicarium tibi*

meatus expediret, ab insidiis praecaveret, tempus pugnae deligeret, aciem instrueret, subsidiis firmaret. Non cum Dario rem esse dixisset: quem, mulierum ac spadonum agmen trahentem, inter purpuram atque aurum, oneratum fortunae adparati-

expediam, expedire naves 42, 27, 2. *Eas, quas in Sicilia naves essent, reficeret, atque expediret.* Praeterea ab insidiis praecaveretur Leid. 1. V. ad 39, 22, 8.

Tempus pugnae eligeret] Pall. pr. tert. et Camp. *deligerat.* Placet, quod principio scriptum exstitit in sec. *Tempus pugnae diligeret.* V. notas nostras criticas ad Epist. Cic. Infral. 23, 17. Pall. duo habent, *Hi nam confecto Praeneste ad diem dilectus.* l. 25, 5. Pall. tres, *Consules dilectum cum agro conficerent.* GEBH. *diligeret* etiam Klock. *delegeret* Leid. 2. et Lovel. 1. *deligent* Voss. 2. *deliget* Gaertn. cujus librarius additam notam *delig'es* perperam neglexit, ut saepe factum. V. ad 2, 56, 7. Reliqui omnes legunt *deligeret*, quomodo Gronov. jam edidit. Infral. 9, 26, 14. *Dictator deligendus exercendis quaestionibus fuit.* 24, 8, 18. *Deligendi duo imperatores essent.* c. 46, 2. *Centurionum robora ex toto exercitu delegit.* 40, 22, 1. *Unum moratus diem ad deligendos, quos duceret secum.* 42, 27, 4. *A. Attilius Serranus, qui priore anno praetor fuerat, deligitur.* 45, 21, 2. *Ex magistratibus ejus anni deligerent, qui ad id bellum cum classe mitteretur.* Cic. de Amic. 22. *Quum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis et deligendis et colendis.* Verba autem *deligere* et *eligere* saepe in Mris commutantur. V. ad 34, 29, 10. De vocibus autem *diligere* et *dilectus* eodem sensu usurpatis v. ad 37, 51, 7.

§. 16. *Non jam cum Dario rem*

esse dixisset] Omnes Pall. et Camp. *Nec cum Dario.* Rectius vero Andreas cum Dario. Est enim *Adpeos.* GEBH. *Dele tō jam.* Sic voluit Flor. Rott. Helm. Thuan. Vossiani duo. J. FR. GRON. Particulam *jam* ignorant etiam omnes mei, et Hearnii Oxonienses. Nescio autem, quid sit, quod Gronov. inter codd. qui eam deleant, etiam numeret Florent. quem hic mutilum esse, supra vidimus ad c. 14, 2. nisi forte alium Florent. ab optimo illo diversum, innuat. Ceterum *Nec cum Dario* est in Lovel. 2. et 4. V. ad 38, 38, 10. *Nec cum Dario* in Voss. 2. Harlej. et Gaertn. V. ad 3, 47, 7. *Necdum cum Dario* in Haverk. *Non cum Dario* in Voss. 1. a m. 1. et Leid. 1. quomodo eorum codd. prior etiam mox scribit cap. seq. §. 3. De qua orthographia v. viros doctos ad Curtii 3, 1, 8. et ad Ovid. lb. 317. Ita; nomina urbium, quae Graecis in *ετα* exeunt, Latinia in *ia*, vel *ea* formari, infra videbimus ad 31, 43, 5.

Inter purpuram atque aurum e-neruatam fortunae suae adparatibus] Vet. lib. *oneratum.* Quod placet: subdit enim *praedam varius, quam hostem;* et praecessit, *mulierum ac spadonum agmen trahentem.* SIG. Pall. pr. et sec. *oneratum fortunae apparatusibus suae.* tert. *honoratum fortunae apparatusibus suae.* Campanus quoque retentavit *oneratum*, Andreas *ornatum*, collineans eodem. Mihi autem vulgata lectio satisfacit. Infral. 1. 23, 18. *Somnus enim*

bus suae, praedam verius, quam hostem, nihil aliud quam bene ausus vana contemnere, incruentus devicit. Longe alius Italiae, quam Indiae, per 17 quam temulento agmine comissabundus incessit, visus illi habitus esset, saltus Apuliae ac montes

et vicium et opulac et scorta balsaque et ocium consuetudine blandius ita enervaverunt corpora animasque. GEBH. Sigoniani, uterque Voss. Helm. tres Pall. Thuan. Campanus *oneratum*. et alludens eodem Andreas *ornatum*. Terentius Haentent. [3, 1, 42.]

— *jam ancillas secum adduxis plus decem,*
Omnatas vestro atque auro.

Auctor ad Herennium 4, [49.] *Sicut Gallus e Phrygia, aut ariolus quispiam, depressus et oneratus auro.* Quodque maxime huc facit, Seneca de Benef. 6, 31. *Demaratus Lacedaemonius solus (Xerxi) dixit, ipsam illam, qua sibi placeret, multitudinem, indignam et gravem, metuendam esse ducenti: non enim vires, sed pondus habere.* Tacitus 15. Ann. [52.] de Nerone ventitante ad villam Pisonis, *omissis excubiis et fortunae mole.* sic et aliae vett. edd. *enervatum* in primo inventio Ascensio. J. FR. GRON. *enervatum* in nullo Mssō obvium habui. Nam *ornatum* est in Portug. Haverk. et edd. ante Ascensianam anni 1513. *enervatum* exhibentem, perisque. *honoratum* in Leid. 2. et Lovel. 1. ex quibus vestigiis lectio a viris doctis reposita *oneratum*, quae in reliquis eodd. exstat, confirmatur. Passim enim *onerrare* in *honorare* vel *ornare* culpa scribarum in eodd. antt. abiit. V. ad 36, 40. 9. *oneratum* etiam vulgavit ante Sigonium ed. Mediol. anni 1505. unde verisimile sit, eam lectionem Jani Parrhasii

vel codici vel ingenio deberi. Ita fere supra 3, 68, 6. *Nunc oneratum vestris fortunis hostem abire sinitis.* Ceterum *purpuram et aurum* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Tum alio ordine *fortunae adparatibus suae* omnes eodd. mei, quibus auscultandum censui. Mox etiam *verius praedam*, trajectis dictionibus, Leid. 1.

Nihil aliud quam bene ausus vana contemnere] nihil aliud Lovel. 1. 20 aliud deest in Leid. 2. Locutio nihil aliud quam infra inlustratur 31, 24, 3.

§. 17. *Temulento agmine comissabundus incessit*] *temulento agmine* Haverk. Deinde *comes abundo* Lovel. 3. *comes habundo* Gaertn. *comessabunde* Voss. 3. Reliqui in orthographia tantum variant, ac praeferunt vel *comesabundus*, vel *commessabundus*, vel *commesabundus*; quales varietates etiam sunt in edd. antiquioribus. V. infra ad 40, 7, 5. Insuper verbum *inaccessit* non adparet in Harl.

Visus illi habitus esset, saltus Apuliae ac montes Lucanos cernenti] Livius Apuliae saltus Tauri montis verticibus comparat, et Italiae quartam partem tot regionibus, quas vicit Alexander. Non mirum, si doctissimo illi saeculo risum moverit, cum nostra aetate quibusdam hoc displiceat. Certe affectui suo aliquid dedit, sed judicent doctiores. GLAR. Cl. Ant. Perizonius, cjecta voce *illi*, ut et distinctione post vocem *esset*, legendum censebat,

etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus; et foeda supplicia, et inter vinum et epulas caedes amicorum, et vanitatem ementiendae stirpis.

et hic consensu omnes scripti et editi, nobisque mutare quicquam religioni est. Salmasius ad Solinum [p. 38.] *adorata et adoratum*. Sed hoc ex mera conjectura et sine ullo alio auctore recipere non ausim. Tertullianus de Jejuniis [c. 16.] *Unde et qui in idolis comendis et in aris ornandis, et ad singulas horas salutandis adulantur, curationem facere dicuntur*. Similiter de superstitioso cultu Xenophon a *Κυρου παιδ.* [p. 25.] *ὅτι εἰκότως ἔν καὶ παρὰ τῶν θεῶν πρακτικώτερος εἴη, ὅστις μὴ, ὅποτε ἐν ἀποροῖς εἴη, τότε κολακτικοί, ἀλλ' ὅτε ἀρίστα πράττοι, τότε μάλιστα τῶν θεῶν μεμνῆστο*. J. FR. GRON. Iis, quae viri docti, praesertim vero Gronovius, monuerunt, ut vulgatam lectionem *adulationes* adversus Rubenii conjecturam tueantur, nihil habeo, quod addam; nisi unum hoc, omnes, quos consului, codd. quosque Cl. Hearnius Oxonii inspexit, uno ore *adulationes* probare. Excipio tamen unum Hearnii N. qui in margine tantum *adulationes* exhibet. Accedit, haec voce *adulationis* etiam, ubi de eadem re verba facit, usum esse Curtium 8, 5. *Itaque more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare proferentes humi corpora. Non deerat talia concupiscenti perniciose adulatio, perpetuum malum regum. Insuper mutationem vestibus, desideratas Lovel. 3. mutationem vestium, desideratas Voff. 2. a m. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. mutationem vestium, et desideratas Fragm. Hav. a m. 1.*

Etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus] Parum hic vidit Rubenius, qui criticum fer-

rum adhibet loco sano. hoc enim vult Livius, ea fuisse mentis erectitudine Macedones, ut ne Alexandrum quidem adoraturi fuerint aequo animo victi, nedum victores. GRUT. Hoc est, etiamsi victi fuissent, et ab externo hoste domiti, ut ad Senecam notavimus de Benefic. 1, 10. Nec mutandum etiam *victis graves, nedum Macedonibus victoribus*. Sic 5, [36, 10.] *Itaque ne penes ipsos culpa esset cladis forte Gallico bello acceptae, cogitationes de postulatis Gallorum ad populum rejiciunt*. id est, si acciperetur, vel si accepta fuisset. Cicero pro Quinctio 23. *Contenderet, ut per se afflictum atque eversum propinquum suum, non modo honesto parvis bonis, verum etiam communi luce privaret*. Ubi laborat Manutius, quomodo jam tum dicitur *afflictus atque eversus*: diu, inquit, vexatum litibus: et potest etiam referri ad fundum Gallicanum, in quem nondum videtur Quinctius fuisse restitutus. Immo ad futurum respicit, si mala Naevii conata processissent: *afflictum atque eversum, si potuisset*. Justinus 8, [2.] *Adversus quem Thebani Thessalique non ex civibus suis, ne victoris potentiam ferro non possent, sed Philippum Macedoniae regem ducem eligunt*. id est, si victor is fuisset. J. FR. GRON. Eodem ordine, in quem verba haec Rubenius digessit, ita etiam exhibent edd. Mediol. anni 1480. ac multae aliae usque ad Aldum, qui quidem, ut nunc vulgo exstat, in contextum recepit, sed tamen inter errata priorem lectionem revocavit: unde iterum perfitit in reliquis usque ad Froben. anni 1535. in qua tandem, ut nunc

Quid, si vini amor in dies fieret acrior? quid, si trux ac praefervida ira? (nec quidquam dubium inter scriptores refero) nullane haec damna impera-

fit, editum est. Turbat etiam Lovel. 4. qui, omissa voce *etiam*, *victoribus Macedonibus graves, nudum victis*, praefert. Sed reliqui eum ordinem servant, qui vulgo nunc in editis superest. Et recte. Ut enim viri docti docent, *victis Macedonibus* est, si Macedones victi fuissent. Eo sensu multa apud Livium occurrunt. Ita 5, 2, 9. *Quidnam illi consules dictatoresque facturi essent, qui praeconsularem imaginem tam saevam ac tyroem fecerint?* ubi vide. Hoc libro c. 43, 11. *Qui ne alteri quidem exercitus se ad certamen credidissent pares, conjungi utique passi duo consulares exercitus, nihil crederent superesse spei.* id est, si passi essent conjungi. 23, 4, 3. *Eas causas suscipere, ei semper parti adesse, secundum eam litem iudices dare, quae magis popularis esset.* Id est, si iudices essent, litem dabant secundum eam partem. 29, 14, 9. *Sicut traditum a proximis memoriae temporum istorum scriptoribus libens posteris traderem, ita meas opiniones non interponam.* id est, sicut libens traderem, si traditum esset. V. Gronov. d. l. 31, 42, 8. *Per calles ignotos sequentibus eos hostibus in Aetoliam perduxerunt.* id est, si forte sequerentur, ut Gronov. ibi monuit, qui iterum consulendus est. Haec ratione *me non audente* apud Statium 1. silv. 1, 82. *Crucis* exposuit, si non ausus essem. V. etiam quaedam apud Cel. Jae. Gronov. ad Livii 31, 7, 1. Similiter etiam Preinsb. hunc Livii locum intelligebat ad Curtii 8, 5, 6. *Ceterum et jam victis* est in Lovel. 3. Ita et supra in Mitis peccabatur 8, 5, 3. *Laudationes invictis Macedonibus*

Veith.] Voces *graves nudum victoribus* desunt in Leid. 2.

Inter vinum et opulas caedes amicorum] *inter opulas*, duabus mediis vocibus neglectis, Voff. 2. et Lovel. 3. quomodo fere infra 32, 21, 23. *Hospitem Cyparissiae Gartienem, contra fas omnia ac fas, inter opulas prope ipsas occisum.* et de Alexandro ipso inquit Curtius 3, 12. *Abstinnisset inter opulas caedibus amicorum.* Videri etiam posset, id, quod per cibum et vinum indicari solet, commode una voce *opulae* indicari. V. supra ad 4, 37, 2. Saepae tamen etiam *vinum et opulas* simul memorantur. 8, 16, 10. *Perpulit imperatorem, ut vino epulisque sopitos hostes adgrederetur.* 23, 18, 12. *Somnus enim, et vinum, et opulae, et scorta, balneoque, et otium, consuetudine in dies blandius, ita enervaverunt corpora animosque.* 39, 42, 10. *Forte epulantibus iis, quum jam vino incaluisent, nunciatum in convivio esse.* Indicat igitur Livius, Alexandrum in amicos saeviusse non tantum inter epulas, verum etiam, ut modo dicebat, quum jam vino incaluisset. Quum autem reliqui scripti vulgatum servant, hinc nihil etiam mutandum puto.

§. 5. *Quid, si trux ac praefervida ira]* *crux* est in Voff. 2. ob similitudinem literarum *t* et *c* in scriptura Longobardica. V. ad 6, 35, 2. at vocem illam omisit Lovel. 3. Tum *pervida ira* Haverk. et Portug. ambo a m. 1. quomodo errantes librarii pro *fervida* dedisse videntur: quae voces apud Claudian. confusas fuisse, existimat N. Heins. ad 2, de laud. Stilic. 269. In prioria-

6 toriis virtutibus ducimus? Id vero periculum erat, quod levissimi ex Graecis, qui Parthorum quoque contra nomen Romanum gloriae favent, dicitare solent, ne majestatem nominis Alexandri (quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse) sustinere

tem horum codd. a m. 2. emendatum est *praesperida*, in altero *perfervida*, quomodo etiam praefertunt Voss. 2. et Lovel. 3. Sed nihil mato. Alii enim vulgatum tuentur; et amat Livius composita cum praepositione *pro* hoc sensu, ut augeatur significatio simplicis. Ita *praeferox*, de quo vidimus ad 3, 38, 7. *praesaltus* ad Epit. Liv. 7. *praevalidus* obcurrit 7, 5, 6. et similia alibi. V. etiam Cel. Burm. ad Suet. Aug. 70. et ad Tib. 60. Erroris originem v. ad 9, 10, 7. Mox *nequicquam dubium*, pro *ne quicquam*, Voss. 2. Leid. 2. et Portug. Alibi saepe ita peccarunt scribae. V. ad 5, 43, 1. 6, 6, 7. 8, 36, 7. hoc lib. c. 36, 5. c. 43, 20. aliisque locis. Tum *refert*, pro *refero*, Fragm. Hav. a m. 1.

Nullam haec damna imperatoris virtutibus ducimus] Pal. sec. *virtutibus ducibusque*. GEBH. *imperatoris virtutibus ducimus* Leid. 1. quomodo etiam supra errabatur 2, 43, 7. V. infra ad 32, 6, 6. *imperatoris virtutibus ducibusque* Haverk. [*ducibusque* etiam Veith.] *imperatoris virtutibus ducimus* Lovel. 3. Sed ultima vox non conspicitur in Portug. et Hearnii Oxon. B.

§. 6. *Id vero periculum erat*] Pal. sec. excludit *to erat*. GEBH. Similiter etiam Portug. a m. 1. cuius postea margini alia manu adscriptum legitur. Mox *per thorum*, pro *Parthorum*, Lovel. 3. *par horum* Leid. 2. Deinde *fuert*, pro *fuert*, Portug. *favert* Lovel. 2.

Quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse] Miror Freinshemium, virum alioqui minime obesae naris, ad Curtium 10, 4, 15. scribere, *Livium studio extollendi Romanae temere prolapsam, ut hoc diceret*, et potuisse fidem habere levissimis Graeculis, qui apud Arrianum 7. de Exped. Alex. 15. a Romanis ad Alexandrum, ex India Babylonem redeuntem, legatos missos tradiderunt. Debuerat potius sequi Arrianum ipsum, multis, iisque non infirmis, rationibus hanc fabulam resellentem, et Casubonum, cui ad Lampridii Alex. Sev. 63. hoc Livium persuasisse nollet. Adde ibid. Salmasium. *DUK. illis arbitror notum* alio ordine Lov. 2. *vel notum arbitror* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Paulo ante *dicitare*, pro *dicitare*, Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 3, 20, 8. [*quem nec fama* Veith.] In sequentibus vox non perpetim abest a Voss. 1. et Leid. 2.

§. 7. *Cernente tum maxime prope fumantes Thobarum ruinas*] Pall. pr. et tert. *cernente tum maxime prope firmantes Thobarum ruinas*. Illud *ruinas* apparet esse *ἐμβλημα* quoddam paedagogorum: malim *prope fumantes Thobarum parietinas*. Cicero Sulpicio [4. ad fam Ep. 3.] *Dicas, quid me ista res consolatur in tantis tenebris et quasi parietinis reipublicae?* ubi v. nostras notas. GEBH. Ut Gebhardus in Pall. invenit, mihi etiam obvium fuit in Lovel. 3. *cernente tum maxime prope* fu-

non potuerit populus Romanus, et, adversus quem Athenis, in civitate fracta Macedonum armis, cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas, concionari libere ausi sint homines, (id quod ex monumentis orationum patet) adversus eum ne-

naves Thebarum ruinas Gaertn. Lov. 4. et Port. a. m. 2. qui *cernentes* ad sequens *homines* retulerunt. Sed utraque lectione juncta *cernente tum maxime prope cernentes fumantes Thebarum ruinas* Voss. 1. et Leid. 2. *cernente tum maxime firmantes Thebarum ruinas* Haverk. *cernente, tum maxime firmantes Thebarum ruinas* Voss. 2. Omnino probari nequit, Gebhardum, levissima conjectura ductum, quoniam *ruinas*, pro *ruinas*, in duobus scriptis reperisset, inde *parietinas* effingere voluisse. Potius cogitatum oportuisset, literas *ru* coalescentes abuisse in *m*, atque ita pro *ruinas* scriptum esse *minas*. Eiusdem erroris alia exempla v. ad 4, 21, 5. (*38, 43, 5.) Paulo ante *civitate fracta*, pro *fracta*, Fragm. Hav. a. m. 1. De hoc errore v. ad 6, 17, 6.

Ausi sint homines (id quod ex monumentis orationum patet) Pal. pr. *id quod monumentis orationum patet*. Tert. solemnii lapsu *quod monumentis*. GEBH. Unicus Flor. orationum *meritis patet*. Scribe, *id quod ex monumentis orationum editis patet*. J. FR. GRON. *ausi sunt* Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Tum *vocula id deficit* in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. sed *id quod Livius amare solet*. V. supra ad 6, 17, 6. *idque monumentis orationum* Lovel. 2. *que et quod passim commutantur*. V. ad 2, 41, 8. *Vocula id deficit etiam* in Voss. 2. Lovel. 2. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. Dein-

*de pariet Fragm. Hav. a. m. 1. quod accipi posset pro adpariet, palam fit. Minus probare, aut solis poetis hoc sensu verbum illud concedere videtur Servius ad Virg. 1. Aen. 118. Aliud est parere, et aliud apparere. Parere enim est obedire. Apparere autem videri. Et haec observatio diligenter custodiri debet; licet eam auctores metri causa vel clausulae plerumque corrumpant. Ita tamen locutus est Suet. in Aug. 95. Inmolanti omnium victimarum foetura replicata intrinsecus ab ima fibra parnerunt. ubi alia exempla ex Suetonio et aliis scriptoribus laudarunt docti commentatores. Jctorum si pariet ex Cic. multis exemplis inlustrat Manut. ad Cic. Divin. in Caecil. 17. Adde Brisson. 5. de Form. p. 371. et de Verbor. quae ad jus pert. signif. in v. *Parere*: etiam quos laudat Erhard. ad Petron. 137. Verum ipsum Livium ita locutum fuisse, nondum inveni. Quum itaque non modo ipse ille cod. a manu altera, sed et reliqui omnes in vulgatam *patet* conspirent; *to pariet* librorum errori adscribendum esse, non dubito: praesertim etiam, quia verba haec saepissime a librariis confunduntur. V. supra ad 6, 36, 11. ad E-pit. Liv. 7. ad 7, 6, 4. (*Vir. doct. ad Cic. 13. ad fam. 29.) et apud Cel. Burm. ad Sueton. 1. 1. Causa erroris fuit similitudo literarum *r* et *t*. V. supra ad 5, 55, 3. Quid autem de lectione, quam ex unico Florent. Gronov. profert, dicam, non habeo; nisi in excerptis ejusdem cod. quibus*

mo ex tot proceribus Romanis vocem liberam mis-
 8 surus fuerit. Quantalibet magnitudo hominis con-
 cipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis
 erit, conlecta paullo plus decem annorum felicitate:
 9 quam qui eo extollunt, quod populus Romanus,

Inl. Lovelii beneficio utor, notatum esse, in hoc cod. a c. 14, 2. usque ad fin. c. 22. lacunam inveniri. Membras autem illas cum ed. contulerat Cl. Salvinus. Ceteroquin lectio, quam ex vestigiis ejus cod. eruit, non displicet. Mox *adversum eum nemo* Lovel. 2. V. infra ad Epit. Liv. 47. Hic vero eam lectionem non admittendam esse, non modo consensus reliquorum codd. in vulgatum, sed etiam similis terminatio vocis proximae persuadent. [nemo erat ex t. pr. R. qui vocem Veith.]

§. 8. Magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit] concipiatur, non unius tamen Leid. 2. Male. animo concipere, ut mente conciperet supra 1, 36, 4. Inaugura, fieri non possit, quod nunc ego mente concipio. et Flor. 1, 5. Fieri non possit, quod ipse mente conciperet. Cic. 1. de Legib. 22. Adumbratas intelligentias animo ac mente conciperit. Vox ea deficit in Portug. [Veith.] ejus loco est in Fragm. Hav. Sed septem priores voces exsulant ab Haverk. Causa exstitit vocis magnitudo repetitio. V. supra hoc lib. ad c. 11, 11. Insuper erat male est in Leid. 1. Portug. et Hearnii Oxon. C.

Paullo plus decem annorum] Immo plus XII, nam mox XIII ponet, quorum ultimo periit. T. FABER. Fabro consentit Doujatius. Male. Quamvis enim Alexander anno tertio decimo perierit, ut Faber monet, Livius

tamen, hic *decem annos* memorans, ne jure ab ullo censori reprehendatur, diligenter sibi cavet, addendo *paullo plus*. Ita ab anno CDXXI, quo incepit bellum Samniticum, usque ad annum CDXXXIII, quod clades ad furculas Caudinas contigit, eluxerunt tantum XXI. vel XXII. anni, et tamen Livius inquit 9, 3, 4. *Hossem per annos jam prope triginta vicinus*. Ubi etiam dicitur *prope* sibi prospexit. Accedit *decem* constanter superesse in scriptis et editis.

§. 9. *Eo extollunt, quod populus Romanus, etsi nullo bello, multis tamen proeliis victus sit*] Pal. pr. *proeliis motus*. tert. *prolii victus*. GEBH. *extollunt* Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 4. 5. et Gaert. Tum *que populo Romano* Fragm. Hav. a m. 1. in quo *populus Romanus* interpolatum est a m. 2 sed *populo Romano* etiam Voff. 2 et Lovel. 3. Hinc *et nullo bello* Lovel. 1. Voff. 1. et Leid. 2. a m. 2. nam a m. 1. ante fuerat *nullo bello*. Tandem *proeliis motus* Voff. 2. et Lovel. 3. Ceteros idem, quod hic Livius, de populo Romano praedicavit etiam Lucilius apud Non. Marc. v. *Bellum et proelium. Romanus populus victus vi et superatus proeliis saepe est multis; bello vero nunquam* V. quae Mercerus ad eum locum notavit. Contrarium vero de Alexandro M. ominatur Livius cap. seq. §. 9. *Proelio victus Alexander bello victus esset*. Mox *fortuna non secunda alio ordine* Lovel. 4.

etsi nullo bello, multis tamen proeliis victus sit, Alexandro nullius pugnae non secunda fortuna fuerit; non intelligunt, se hominis res gestas, et ejus juvenis, cum populi jam octingentesimum bellantis annum rebus conferre. Miremur, si, quum ex hac par-

Se hominis res gestas, et ejus juvenis] Scribe ex vet. lib. *se unus hominis*. Opponuntur haec inter se *unus homo*, idemque *juvenis*, et *populus*, idemque *jam octingentesimum annum bellans*. Paulo ante dixit: *quod unus fuit, quod adolescens*. Elatoris autem dixit *octingentesimum*. SIG. Non agnoscitur media vox [*unius*] a MSS. J. FR. GRON. *se unius hominis* Haverk. et Hearnii Oxon. R. B. et C. *se hominis unius* Port. et Gaertn. [Veith.] Reliqui vocem *unius* non agnoscunt: neque etiam eam requiro. Satis enim conspicitur obpositio inter *hominem* et *populum*. Insuper vox *juvenis* deficit in Voff. 2. et Lovel. 3. Paulo ante *non intelligit, pro intelligunt*, est in Harlej. et add. antt. usque ad Mediol. anni 1505.

Cum *populi jam octingentesimum bellantis annum rebus]* *octingentesimum* per auxesin dixit: neque enim ipse Livius tam diu vixit: et non caviller, interim sub Numae Pompilio non bellaſſe eos. GLAR. Lege *quingentesimum*. Numerus perfectus pro imperfecto est. Quod sequitur, *secula*, accipe non pro centum annis, ut Festus; sed pro hominis aetate, quam Graeci *γερασ* dicunt, quae xxxiii. annos efficit. Sic *secularis possessio* dicitur a Symmacho, et Nestor *τρισεκλις* a quodam poeta. H. VALES. Male. Respicit enim ad suam aetatem Livius, et respondet obiter levissimis illis Graecorum historicis. Hi certe ante cladem, Crassi parum com-

modam comparisonem inter virtutem Parthorum et Romanorum facere potuerunt, quandoquidem ante illud tempus parum aut nihil commercii inter illas gentes fuerit. Videri ergo possunt hi Graeculi circa Livii tempora historias suas edidisse, in quibus Parthorum gloriae contra Romanum nomen favebant. Quod autem ait auctor, *populi jam octingentesimum bellantis annum*, re vera per auxesin dictum, quod jam Glareanus vidit. Sed ego hanc Livii orationem, una adjecta vocula, libenter mitigarem, *populi jam ad octingentesimum bellantis annum* legendo. Claudit hoc opus suum Livius morte Drusi, quae in annum V. C. dccxli. incidit. Ipse mortuus est anno Tiberii iv, ut est apud Eusebium in Chronicis, qui annus est V. C. dccclxvii. vel, ut alii volunt, dccclxviii. Historiam tamen suam vivo Augusto edidit. *secula* jam interpretati sunt Valesius et Faber *γερασ*. COUTIER. Eodem modo locum acceperunt etiam Doujatius et Clericus. Sed Faber ad verba sequentia *quadringentesimum bellantis annum* scribendum conjicit. Scripti et editi *octingentesimum* constanter servant, nisi quod ejus loco *octingentissimum* sit in Voff. 2. *octingentes in unum* in Leid. 2. Ceterum, addita voce, *populi Romani* est in Lovel. 1. et Leid. 2. et jam autem non adparet in Lovel. 2.

§. 10. *Miremur, si, quum ex hac parte secula plura numerentur,*

te secula plura numerentur, quam ex illa anni, plus
 in tam longo spatio, quam in aetate tredecim an-
 11 norum, fortuna variaverit? Quin tu hominis cum
 homine, et ducis cum duce, fortunam cum fortuna-
 12 na confers? Quot Romanos duces nominem, quibus
 numquam adversa fortuna pugnae fuit? Paginae
 nas in annalibus magistratum fastisque percurreret
 licet, consulum, dictatorumque, quorum nec vis

quam ex illa anni] Videtur Livius accepisse *seculum* pro aetate. Nam pro centum annis non erit hoc verum, quod ait; sed aetates populi Romani sunt duplo plures, quam anni Alexandri Magni ab urbe condita, usque ad Livii tempora. GLAR. Quomodo? paulo plus decem annis (sic enim scripsisse concedo, quamquam XII. dicere debuerat) Alexandro tribuit. Mox *tredecim* numerat. tum a parte Romanorum *plura secula* esse ait: et tamen *octingentesimum annum*, etc. Quid? non sunt haec *advzata*? Hoc unum video, qui excusent, *secula* esse *peveds*. Sed tunc scribendum esset, non *octingentesimum annum*, sed *quadringentesimum annum*: ita ut populum Romanum cum Alexandro comparaverit, sed veterem illum populum Romanum, non qui sub Augusto sene, sed (quod in primis notandum) sub iis ducibus, quos superius nominat. T. FABER. *Miramur* Voss. 2. Lovel. 2. 4. et Gaertn. Tum *sicut ex hac parte* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Gaertn. *quum sicut ex hac parte* Lovel. 2. Deinde *plura secula numerentur*, trajectis vocibus, Voss. 1. *secunda prolia numerentur* Lovel. 2. in quo eodem, ut et Fragn. Hav. a m. 1. vox anni perperam a librariis neglecta est.

Plus in tam longo spatio, quam

in aetate tredecim annorum] plus vitam longo spatio Fragn. Hav. a m. 1. Postea *XII annorum* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 11. *Quin tu hominis cum homine, et ducis cum duce, fortunam cum fortuna] Quid tu hominis cum homine* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Verum librarii non intellexerunt vim voculae *Quin*, de qua supra v. ad 1, 57, 7. *Quin tu hominis causam cum homine* Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. [Veith.] Tum vocula *et* deficit in Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 2. et Portug. voces *fortunam cum in* Gaertn. At omnia praescripta vocabula una cum praecedente *variaverit* desiderantur in Haverk. omissa scribae negligentia ob vocis *fortuna* repetitionem. V. supra hoc lib. c. 11, 11.

§. 12. *Quot Romanos duces nominem, quibus numquam adversa fortuna pugnae fuit] Pall. pr. et tert. Quid Romanos duces nominem, quibus non unquam adversa fortuna pugnae fuit? GEBH. Quid Romanos duces nominem* Voss. 2. Lovel. 2. 4. Gaertn. Haverk. et Fragn. Hav. *Quid Romanos duces nomine* Lovel. 3. *Quo Romanos duces nomine* Leid. 2. *Quo Romanos duces nomine* Lovel. 1. *Quo Romanos duces nomine* Leid. 1. V. ad 44, 1, 1. *Quos Romanos duces nomine* Hearnii Oxon. L. 1

tutis, nec fortunae ullo die populum Romanum poe-
nituit. Et, quo sint mirabiliores, quam Alexan- 13
der aut quisquam rex, denos vicanosque dies qui-
dam dictaturam, nemo plus quam annum consula-
tum gessit: ab tribunis plebis delectus impediti sunt: 14
post tempus ad bella ierunt: ante tempus comitio-
rum causa revocati sunt: in ipso conatu rerum cir-
cumegit se annus: collegae nunc temeritas, nunc 15

Tum non usquam Lov. 3. et Gaert-
ner. Similis varietas infra ob-
currit hoc libro c. 37, 2. Eodem
modo etiam confundi in Mssis
non usquam et usquam, supra
vidimus ad 2, 51, 4. nullus et nec
ullus ibid. c. 60, 2. Deinde ad-
versa fortunae pugna fuit Voss.
1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. et Gaertn.
adversa fortunae pugnae fuit Leid.
1. adversa fortuna pugna fuit
Hearnii Oxon. L. 2. Nihil mu-
tandum.

Paginas in annalibus magistratuum fastisque percurrere licet) Pal. tert. habet paginas in annalibus magistratum fastosque percurrere. GEBH. pugnas in annalibus Haverk. Hinc factisque percurrere Lovel. 1. et Leid. 2. fastisque percurrere Fragm. Hav. a m. 1. fastisque percurrere Lovel. 3. Voces fasti et fascos saepius in Mssis confundi, olim docui ad Sillii Italici 2, 10. fascis percurrere Haverk. Mox dictio Romanum deficit in Lovel. 3.

§. 13. Et, quo sint mirabiliores, quam Alexander aut quisquam alius rex) Hinc quoque MSS. rō alius expellunt. J. FR. GRON. Expellunt etiam, praeter unum Harlej. qui servat, omnes mei: Suos quoque suffragari, testatur Hearnius. Praeterea Et sic mirabiliores Lovel. 2. Et quo sunt mirabiliores Fragm. Hav. a m. 1.

Mox denos vicanos dies, omissa copula, Haverk. Tum quam anni consulatum, pro annum, Lovel. 1. annuum ed. Tarvis. prior.

§. 14. Ab tribunis plebis delectus impediti sunt) a tribunis plebis Fragm. Hav. et edd. Aldo priores. Tum dilectus Leid. 1. Lovel. 1. et Fragm. Hav. V. ad 37, 51, 7.

Post tempus ad bella ierunt; ante tempus comitiorum causa revocati sunt) Pall. pr. et tert. renovati sunt. GEBH. Omnia haec verba perperam negligentia librarii omissa erant in Leid. 2. ad bella gerunt praeferunt Voss. 1. et Lovel. 2. Tum ante tempus comitiorum revocati sunt Lovel. 2. ante tempus comitiorum causa renovati sunt Voss. 2. et Lovel. 3. qui error in libris scriptis frequentissimus est. V. supra ad 3, 51, 7.

§. 15. Nunc temeritas, nunc prae-
vitas) puritas perperam Fragm. Hav. Mox etiam alternis, pro alterius, Lovel. 3. V. quae supra notata sunt ad 4, 53, 11. Exercitus tiro autem, ut infra 21, 39, 3. Exercitus a Manlio Attilioque accipio tirono. c. 43, 14. Pugnabit cum exercitu tirono. 42, 55, 3. Si, vexatis hominibus equisque, tironem exercitum ducenti acies instructa obstitisset rex. Gio. 7. ad fam. Ep. 3.

pravitas, impedimento aut damno fuit: male gestis rebus alterius successum est: tironem aut mala disciplina institutum exercitum acceperunt. At, Hercule, reges non liberi solum impedimentis omnibus, sed domini rerum temporumque, trahunt consiliis cuncta, non sequuntur. Invictus ergo Alexander cum invictis ducibus bella gessisset, et eadem fortunae pignora in discrimen detulisset. immo etiam

eo

Signa tironi et collectio exercitu cum legionibus robustissimis consulti. Frontin. 1. Strateg. 3, 2. *Quum veteranum exercitum haberes, hostium autem tironem esse sciret.* ubi videndus est Doct. Oudend. ut et Jensus 1. Lect. Lucian. 1, 8.

§. 16. *At, Hercule, reges*] Pall. duo *Atas, Hercules, reges.* GEBH. Ita et Voff. 2. et Lovel. 3. *Hercules* etiam Gaer. n. et Fragm. Hav. Ita quidem alibi Livium loqui, supra dictum est ad 5, 4, 10. hic tamen melioribus codd. vulgatum servantibus obedio. Videntur enim librarii pauci *Hercules* scripsisse, ut ita syllaba hujus et sequentis vocis finalis eodem modo iisdemque literis terminarentur. V. ad 6, 3, 8. Mox non solum liberi, transpositis vocabulis, Gaerta.

Domini rerum temporumque] Demosthenes Olynthiaca prima [p. 1.] *Τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον, ἔνα ὄντα, κύριον καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων. καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν καὶ πανταχοῦ αὐτῶν παρεῖναι τῷ στρατεύματι, πρὸς μὲν τὸ τοῦ πολέμου ταχύ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεισθαι πολλοῦ προέχει.* J. FR. GRON.

§. 17. *Invictus ergo Alexander cum invictis ducibus*] Ergo *Invictus Alexander* editi ante Aldum, qui vocabula in eum ordinem redegit, quem nunc obtinent: cui adsentiuntur omnes scripti praeter Harlej. qui editis antiquis favet, et Portug. *Invictus Alexander* praeferentem. Tum cum *victis ducibus* Voff. 2. et Lovel. 3.

Eadem fortunae pignora in discrimen detulisset] Pal. sec. *in discrimine detulissent.* GEBH. Xenophon *Κυρουπαιδ.* l. 2, 3. [p. 53.] *Ὅπουγε τὰ μὲν ἄλλα τῆς ἀρετῆς ἴσα πρόκειται, παραβαλλόμενοι δὲ οὐκ ἴσα εἰς τὸν κίνδυνον ἴσμεν.* J. FR. GRON. *eadem fortuna pignora* Voff. 2. et Lovel. 3. *pignora* Klock. V. ad 3, 38, 12. Tum *in discrimine detulissent* etiam Haverk.

§. 18. *Immo etiam eo plus periculi subsisset, quod Macedones*] immo etiam *periculi plus subsisset* Leid. 2. et Lovel. 1. immo etiam *eo plus pericula subsisset* Voff. 2. et Lovel. 3. [imo et plus Veith.] *plus periculi est majus periculum;* quod cadenti Latinitati crebro, raro integrae usurpari, pronunciat Barthius ad Rutilii Itin. 1, 505. quem exemplis ex Ovidio adlatis errasse, ad eum locum

eo plus periculi subisset, quod Macedones unum Alexandrum habuissent, multis casibus non solum obnoxium, sed etiam obferentem se: Romanis multi fuissent, Alexandro, vel gloria, vel rerum magnitudine, pares; quorum suo quisque fato, sine publico discrimine, viveret morereturque.

XIX. Restat, ut copiae copiis comparentur vel numero, vel militum genere, vel multitudine auxiliorum. Censebantur ejus aetatis lustris ducena

docuit Cel. Burmann. Apud Livium, quem nemo jure ad tempora cadentis Latinitatis retulerit, multa similia exempla obcurrunt. Ita 45, 36, 3. *Plus laboris, plus periculi, quam desiderasset res, inunctum*. 23, 17, 4. *Acerranis plus animi, quam virium erat*. 28, 4, 2. *Plus animi est inferenti periculum, quam propulsanti*. Eodem sensu *plurimum laboris* pro maximo labore 3, 70, 10. *In dextro coram plurimum laboris fuit*. 4, 38; 4. *Ubi suorum plurimum laborem vident*. 21, 4, 5. *Plurimum audaciae ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat*. Ceterum *subiisset* Gaertner. V. ad 36, 20, 3. *subiisset*; *si Macedones* Harlej.

§. 19. *Romani multi fuissent, Alexandro, vel gloria, vel rerum magnitudine, pares* Legerim libenter, postulante tantum non ita sententia, *Romanis multi fuissent, Alexandro vel gloria vel rerum magnitudine pares*. MOD. Probe Pal. sec. *Romanis multi fuissent*. Quod notavit quoque Modius, reticens, an ad ingenio, an ab libris. Campan. *Romani milites multi fuissent*. GEBH. *Romanis multi fuissent* Gronovius in contextum recepit, sed facti causam non reddidit. Puto tamen, ad id codd. suorum au-

Liv. Tom. V. P. I.

toritate permotum fuisse. Certe eam lectionem plurimi meorum et Hearnii Oxoniensium probant; siquidem altera *Romani multi* tantum memoratur in Lovel. 2. 3. Harlej. Gaertn. Fragm. Hav. et Oxon. L. 2. Praeterea *gratia*, pro *gloria*, Hearnii N. in contextu, in cujus margine *gloria* adscripta est. Solent haec voces saepe in Mssis commutari. V. Cortium ad Sall. Jugurth. 13. quae olim notavi ad Sillii Ital. 13, 664. et quae supra dicta sunt ad Liv. 6, 37, 11. Praeterea *mox suo quisque facto, si publico discrimine viveret* Leid. 2. *Fatum et Factum* saepissime confunduntur. V. ad Livii 3, 40, 9. *si publico discrimine, pro sine*, etiam Voss. 1. et Lovel. 1. Tum *moriturque* Voss. 2.

§. 2. *Censebantur ejus aetatis lustris ducena quinquagena millia capitum*] De hoc numero quid dicam, nescio. Ipse certe auctor aliquot libris nullum retulit nobis censum. Libro tertio bis retulit [c. 3, 9. et 24, 10.] sed numero haud quaquam conveniente cum L. Floro. GLAR. Verum est, post censum locis a Glareano laudatis memoratum, Livium ad hoc tempus usque census acti non meminisse. Verum ex censibus istius temporis de humero capitum, quae hujus ac-

quinquagena millia capitum. Itaque, in omni de-
 3 ctu decem scribebantur legiones. quaterni quinque
 exercitus saepe per eos annos in Etruria, in Umbria,
 Gallis hostibus adjunctis, in Samnio, in Lucanis ge-
 4 rebant bellum. Latium deinde omne cum Sabinis,

tatis lustris censebantur, con-
 flare non potest; ab anno e-
 nim, de cuius rebus nunc agit
 Livius, per centum quadraginta
 vel quinquaginta annos remoti
 sunt. Proximus igitur census,
 qui a Livio refertur, infra ob-
 currit 10, 47, 2. ubi *censa capitum*
millia ducenta sexaginta duo tre-
centa viginti duo haud longe ab-
 sunt a numero Liviano hujus loci.
 Et tamen inter hunc annum et
 censum ibi memoratum vix tan-
 tum viginti quatuor anni inter-
 sunt: unde fit, ne numerus hic
 editus mendae suspectus esse pos-
 sit. Ceterum *ducenta quinquage-*
na habent Haverk. et Portug. a
 m. 1. *ducenta quinquagena* Lovel.
 1. a m. 2. Lovel. 3. 4. 5. Voff. 2.
 Leid. ambo, Gaertn. et Port. a m.
 2. *ducenta quinquaginta* Fragm.
 Hav. a m. 1. [Veith.] Sed passim
 numeri cardinalis et distributivi
 nomina a librariis confundi so-
 lent. Ratio est, quod librarii
 numeros notis exprimere soliti
 fuerint, quos per cardinales,
 quam per distributivos, efferre
 deinde illis facilius erat. V. in-
 fra ad 32, 28, 11. Hic tamen dis-
 tributivus est necessarius. Indi-
 catur enim, quolibet lustro tot
 capita censa fuisse. Mox voces
capitum. Itaque etc. *urbano* negle-
 gentia scribae desunt in Voff. 2.

Urbano prope delectu decem scri-
bantur legiones] Decem legio-
 num ex urbano exercitu mentio
 est anno ab urbe condita CDVI.
 [7, 25, 8.] at l. 8, [8, 14.] ubi

ordo exercitus descriptus est,
 quatuor legionum urbani exer-
 citus meminit, quatuor item La-
 tinorum. Nec satis liquet, in ta-
 ta urbis necessitate cur non me-
 minerit etiam decem legionum:
 nisi ad urbis custodiam quis reli-
 quas detentas dicat. Praeterea
 L. Lentulus, quum duo consu-
 lares exercitus apud Caudium
 obsiderent, quas ego quatuor
 intelligo legiones, auctoribus Po-
 lybio, Dionysio Halicarn. ac Ve-
 getio, falsus est [9, 4, 11.] illic
 patriam esse, et quicquid Roma-
 narum legionum, et quae sequun-
 tur eo in loco reliqua. Et An-
 tiochum magnum quatuor legio-
 nes vicere. Et quanquam ea Rhe-
 torica arte excusationem accipi-
 unt, lectoris tamen animus sus-
 pensus manet. GLAR. Vox *prope*
 deest in Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1.
 Portug. et Hearnii Oxon. N. ac B.
 Tum *delectu* Leid. 1. et Lovel. 1.
 V. ad 37, 51, 7. Deinde *scribu-*
tur Voff. 2. *describebantur* Hear-
 nii C.

§. 3. *Quaterni quinque exerci-*
tus saepe per eos annos] et quaterni
quinque exercitus Voff. 2. *quaterni*
quinque exercitus Leid. 2. Gaertn.
 et Fragm. Hav. *quaterni quini ex-*
ercitus Harlej. *quaterni quoque ex-*
ercitus Lovel. 2. et Hearnii Oxon.
 C. [Veith.] Tum *in eos annos* Voff.
 1. Leid. 2. Lovel. 2. 4. Portug. et
 quos Hearnii Oxonii consuluit,
 B. et in margine N. *per eosdem*
annos Voff. 2. *in eosdem annos*
 Lovel. 3. V. ad Livii 10, 10, 6.

et Volscis, et Aequis, et omni Campania, et parte Umbriae Etruriaequae, et Picentibus, et Marsis, Pelignisque, ac Vestinis, atque Apulis, adjunctaque omni ora Graecorum inferi maris a Thuriis Neapolim et Cumas, et inde Antio atque Ostiis tenus Samnites, aut socios validos Romanis, aut

In Samnio; in Lucanis gerebant bellum] gerebatur bellum Harlej. et edd. vett. Verum referendum est ad praecedens quaterni quinquae exercitus. Recte itaque Alus gerebant restituit. Et ita reliqui scripti. V. ad 39, 22, 8. bellum gerebant est in Haverk.

§. 4. *Cum Sabinis, et Volscis, et Aequis, et omni Campania, et parte Umbriae] cum Faliscis, et Volscis Hearnii Oxon. L. 2. cum Sabinis, Volscis, et Aequis Gaertn. cum Sabinis, et Volscis, Aequis Portug. Deinde ex parte Umbriae Gaertn. Paulo post Etruriaequae, et Picentibus Leid. 2. Trinisque, et Picentibus Lovel. 3. et Puriaequae, et Picentibus Lovel. 4. Etruriaequae, Picentibus Haverk. Praeterea et Vestinis Lovel. 4.*

Adjunctaque omni ora Graecorum inferi maris a Thuriis Neapolim] Thuan. Helm. Voff. [sec.] adjuncta omni ora. Sed non placet tō Thuriis, Neque enim Thurii pertinent ad inferum mare, sed sinum Tarentinum; et inter Thuriis Graecosque inferi maris, Romanorum socios, multi erant tum populi interjecti, quibus nihil cum Romanis. Scribe a Bruttiis. Hic enim excipiuntur ab iis populis inferi maris, quos aut socios Romanis, aut armis eorum fractos inventurus erat Alexander: nondum enim perdomiti Bruttii. Neapolim et Cumas appellat, cum jam nominaverit Campaniam; quia etiam Neapolitani et Cumani Graeca

origine. Dein iidem scripti codices cum Chifl. et Buslid. Ostiis tenus. Sic enim usus ferebat, Ostia Ostias, et Ostia Ostiorum. Juvenalis Sat. 8, [172.] mitte Ostia Caesar. et Sat. 11, [44.] Bajas et ad Ostia currunt. Quare apud Dionem l. 36. [p. 10.] de piratis eis αὐτὰ τὰ Ἦστια ἐπέπλεον, frustra corrigit vir doctus ad Florum eis αὐτὴν τὴν Ἦστιαν. Sospiter [Inst. Gram. l. 1. p. 76.] Ostia, exitus fluminum in mare, neutro genere semper pluraliter dicuntur; sed si urbem significare velis, singularem potius numerum observabis, uti Sallustius; quamvis etiam frequenter plurali numero urbem significet. Sic Megara, Gadir, Clupea. Caesar 2. de Civil. 23. Hic locus abest a Clupeis passuum viginti duo millia. Ubi Ciacconius male sollicitat. Auctor de Africano bello [c. 3.] A Clupeis secundum oram maritimam Adrumeti Cn. Piso apparuit. Quum dicitur, et inde Antio atque Ostiis tenus: intellige, junctis, qui sunt, vel porriguntur inde a Cumis sine Antii et Ostias: ut erant Aurunci vel Ausones, Rutuli, aliquando a vetere Latio divisi. Non enim Samnites, quibus hic locus non est. Sic autem oratio procedit: Latium deinde omne cum Sabinis, etc. atque Appulis, et Samnites, adjuncta omni ora Graecorum, etc. Ostiis tenus, hos omnes aut socios validos Romanis, aut fractos bello invenisset hostes. J. FR. GRON. adjuncta omni ora Leid. duo, Lovel. 3. 4. Fragm.

5 fractos bello invenisset hostes. Ipse trajecisset mare cum veteranis Macedonibus, non plus triginta millibus hominum et quatuor millibus equitum, maxime Thessalorum. hoc enim roboris erat. Persas, Indos, aliasque si adjunxisset gentes, impedi-

Hav. et, teste Hearnio, Oxon. N. *adjunctaque omnis ora* Harlej. et edd. antt. usque ad Aldum, qui quidem eandem lectionem in contextum recepit, sed *adjunctaque omni ora* inter errata probavit. *adjuncta omni ora* Lovel. 1. 2. Portug. Havork. et Oxon. B. et C. quod Hearnius Gronovio placuisse scribens ad verba ejus non atdendit. Nam verba *adjunctaque omni ora* etc. *Samnites* resolvenda monet hoc modo *et Samnites adjuncta omni ora*. Non quod ita legendum esse censeat; sed tantum sic orationem procedere dicat. Tuma *Thuris* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. et Port. cum edd. antt. quod iterum Aldus inter errata emendavit. *aus Huris* Klock. *Athuris* Harlej. et Gaertn. *Athuris* Voss. 2. et Lovel. 3. *Athenis* Lovel. 2. Gronovii emendatio a *Bruttis* Doujatio non placuit, idque varias ob rationes: et quidem primo quod nullius codicis auctoritate firmatur: deinde quod Thurii in Bruttiorum Lucanorumque confinio positi, adeo exiguo intervallo remoti sunt ab infero mari; adeo pari cum extremis Bruttiorum spatio a Romanis finibus distant, ut, quae rationes ad Thuriorum urbem, eadem ad excludendam Bruttiorum gentem valeant: denique quod Thurii sunt Graecae nationis, de qua hic agitur, non Bruttii. Hinc *Neapolim et Cumas* Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 4. et Fragm. Hav. *Neapolimque Cumis* Haverk. *Neapolim et Cumis* Leid. 2. et Lovel. 1. *Neapolique et Cumas* Gaertn. *Neapolique et Cumis* Lovel. 2. *Neapoli*

et Cumis Voss. 2. Lovel. 3. Portug. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. *Neapolim et cum hasset inde Antio* Klock. Denique *Offia tenuis* apud me tantum superest in Lovel. 2. Harlej. et Haverk. apud Hearnium vero tantum in B. *Offiis* autem vel *Hostiis* in omnibus aliis meis, et reliquis quatuor Hearnii. V. etiam Cl. Jac. Gronov. ad 22, 37, 1. et 27, 23, 3. Vir doctus, qui, ut Gronov. monuit, *αὐτὴν τὴν Ὀστὰν* apud Dionem Cass. legendum censuit, est Freinshem. quem v. ad Flori 3, 6. in princ. ubi etiam consulendus Cl. Dukerus; qui Gronovio adsensus, sententiam ejus aliis exemplis firmat. Id autem nomen sine adspiratione scribendum esse, supra dictum est ad 1, 33, 9.

§. 5. *Non plus triginta millibus hominum et quatuor millibus equitum*] Pal. sec. V. *millibus equitum*. GEBH. *triginta millibus hominum peditum* Oxon. L. 1. apud Hearnium. Sed posteriorem vocem, quae in nullo alio cod. obvia fuit, ex interpretis glossa natam esse verisimile est, ut exponeret, quos *homines* equitibus obpositos Livius intelligeret. Videri posset, sensum Livii esse, universum exercitum Alexandri ex triginta millibus hominum constituisse, quorum quatuor erant millia equitum; nisi Alexandrum triginta millia peditum omnis generis praeter equites in exercitu, quo Asiam et Persas invasit, habuisse constaret ex Arrian. 1. de Exped. Alex. 11.

mentum majus, quam auxilium, traheret. Adde, 6 quod Romanis ad manum domi supplementum esset: Alexandro, (quod postea Hannibali accidit) alieno in agro bellanti, exercitus consenuisset. Arma, cli- 7 peus sarissaeque illis; Romano scutum, majus cor-

Αὐτοὶ δὲ ἄγων πεζοῦς μὲν δὴν φιλοσκεκαὶ τοξόταις, οὐ πολλὰς κλειούς τῶν τρισμυρίων, ἰκπέας δὲ ὑπὲρ τοὺς πεντακισχίλιους. Praeterea et VII. millibus equitum Klock. [et quinque millibus militum Veith.] et quinque millibus equitum Voss. 1. in contextu, (inter versus enim quatuor millibus adscriptum habet) Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. quod verum videri potest auctoritate Arriani modo laudati, qui eundem numerum equitum Alexandro tribuit; nisi forte Livius rhetorice numerum hunc non nihil minuisse dicendus sit, ut tanto minus Romanis parem futurum adpareret.

Hoc enim roboris erat] hoc ei roboris erat Hearnii Oxon. N. quae lectio ex non intellecto compendio et, quo enim saepissimo in Mltis notari solet, orta est. Similiter supra notavimus in membranarum antiquis peccari 7, 31, 3. V. etiam infra ad 21, 63, 12. (* 36, 12, 8.) Adde Gebhard. ad Cic. 1. ad famil. ep. 2. [Persas, Modos Veith.]

Impedimentum majus, quam auxilium, traheret] Vet. lib. impedimentum magis. SIG. Pal. sec. cum Camp. impedimentum magis. GEBH. Ita et Lovel. 1. Harlej. Gaertn. ac Portug. [Veith.] quae varietas in codd. frequens est. V. ad 26, 41, 16. et mox ad §. 7.

§. 6. Romanis ad manum domi supplementum esset: Alexandro, quod postea] Perperam Pal. sec. Romanis ad bellum malum domi sup-

plementum esset, et Alexandro etc. GEBH. Romanis ad mag^m Lovel. 2. Tum esset deficit in Leid. 1. Tandem et Alexandro, quod postea etiam Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Gaertn. Verum illud et repetitum est ex vocis praecedentis literis finalibus. V. ad 39, 18, 8. et mox ad §. 13. Alexandroque postea Lovel. 3. V. ad 2, 41, 8.

§. 7. Arma, clipeus sarissaeque illis] illi se in Oxon. L. 2. et C. invenisse, testis est Hearnius, quod in meorum nullo superest; quorum plerique pejus interpolati sunt. clipeus sarissaeque illis, id est hastae praeferunt Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed, tres posteriores voces ex interpretis expositione marginali in contextum verborum Livii inrepsisse, non est dubium. Et quidem hanc expositionem sumit ex ipso Livio; qui mox, huic telo pilum Romanum opponens ac praefrens, loco sarissae hastam vocat. clipeus sequitur illis, id est hastae corruptius Voss. 2. et Leid. 1. clipeus sequitur illis, idem hastae Lovel. 3. clipeus sarissaeque, idem hastae Haverk. In quibus lectionibus librarii compendium scribendi id est, sive id est, mutarunt ex inperitia in id est, sive idem: quomodo etiam alibi lapsi sunt. V. ad 5, 4, 5. clipeus sequitur illis hastae Lovel. 4. clipeus sarissae illis hastae Lovel. 2. in quibus librarii i. pro id est, omiserunt. sarissaeque verruti, id est hastae Fragn. Hav. a m. 1. clipeus sa-

pori tegumentum, et pilum, haud paullo, quam
 8 hasta, vehementius ictu missuque telum. Statarius
 uterque miles, ordines servans: sed illa phalanx
 immobilis, et unius generis: Romana acies distin-
 ctior, ex pluribus partibus constans: facilis par-
 9 tienti, quacumque opus esset, facilis jungenti. Jam

rissae sequo illis Gaertn. cujus scriba hac ratione duplicem lectionem *sarissaeque et sequo*, quam in exemplari suo forte invenerat, nobis servare voluit. Patet itaque, omnes varietates, quae hoc loco in scriptis obcurrunt, librorum somnia esse, et receptam lectionem genuinam habendam; quae in solis Harlej. Klock. et Portug. integra superfuisse videtur. Certe ex illis nihil in excerptis notatum video. [*illi hosti Romano sanctum* Veith.]

Majus corpori tegumentum] Pall. omnes corporis. Non invenit Camp. *majus corporo tegumentum*. ubi *to* *corpore* per antiptosis, usitatam bonis scriptoribus, positum pro *corpori*. Propert. 1. [Eleg. 11, 12.]

Alternas facilis cedere lympham manu.

GEBH. *magis corpori tegumentum* Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. modo ad §. 5. *majus corporis tegumentum* Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Port. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. L. 2. ac C. Ita quidem Livius locutus est supra 1, 43, 2. *Armata his imperata, galea, clipeum, ocreae, lorica, omnia ex aere. haec ut tegumenta corporis essent.* Hic tamen praefero, quod in aliis superest, *tegumentum corpori*. Est enim doctius, quam ut librariis tribui possit. Et apud Livium hoc quoque obvium. Ita 1, 20, 4. *Tunicaeque pictae insigne dedit, et*

super tunicam aeneum pectori tegumen. id autem eodem modo dictum est, quo *remedium timori, munimentum libertati*, hujusque generis alia, de quibus v. ad 3, 46, 2. *corporis* non tantum praefert Lovel. 4. sed insuper etiam *tegumentum*. V. infra ad 36, 32, 6. Verum *tegumentum* et *tegumen* apud Liv. passim obvium. Quod autem Gebhardus *corpore* in ed. Camp. venuste per antiptosis pro *corpori* positum putet, non adsentior. Neque convenit exemplum ex Propert. laudatum. *manu* enim non est ablativus, sed casus tertius, quem hoc modo antiqui saepe protulerunt. V. ad 24, 19, 6. Potius existimo, *corpore* in ed. Camp. tribuendum esse errori typographorum; vel, si ipsi ita in cod. suo invenerint, librarios ita scripsisse, quod vocem illam non ad sequentem, sed ad praecedentem referendam existimarent, ut foret *tegumentum majus corpori*, pro *majus* quam *corpore*. Eadem lectio est etiam in ed. Mediol. anni 1505. et in margine quarundam Ascensianarum.

Pilum, haud paullo, quam hasta. vehementius ictu missuque telum] Omnes Pall. *ictum missuque*. etiam pr. et tert. *hastae*. GEBH. *quam hastae* etiam Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *ictum missuque* Voas. amho. Leid. ambo. Lovel. 1. 3. 4. Haverk. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *ictum missuque* Lovel. 3.

in opere quis par Romano miles? quis ad tolerandum laborem melior? Uno proelio victus Alexander, bello victus esset. Romanum, quem Caudium, quem Cannae non fregerunt, quae fregisset acies? Nae ille saepe, etiamsi prima prospere evenissent, 10 Persas et Indos et inbellem Asiam quaesisset, et

ictu missumque Harlej. Gaertn. et editiones priores illas, quas modo recensui, secutae, usque ad Mogunt. qui *ictu missumque* substituerunt: quod in Portug. et Klöck. unde nihil notatum video, fuisse videtur. Nihil etiam ex suis protulit Hearnius.

§. 8. *Statarius uterque miles, ordines servans*] Livius 23, 18, 3. *Campestrum hostem, gravem armis statariumque, pugnae genere facile elusit.* Ann. Marc. 14, 2. *Quum se impares nostris fore congressione stataria documentis frequentibus scirent.* Loquitur de Isauris, quos in praecedentibus *hostem discursatorem* vocarat. V. ibidem Lindenbr. et Vales. Et ita Terent. in Prolog. Heaut. v. 36. *statariam comœdiam* obponit ei, in qua aguntur *servus currens, iratus senex, edax parasitus, sycophanta impudens, avarus leno.* Deinde *ordinem servans* Voss. 2.

Inmobilis et unius generis] *immobilis et nimis gravis* Hearnii Oxon. C. Voculam et omiserunt Harlej. et edd. usque ad Froben. qui anno 1535. eandem interposuit orationi, adsistentibus omnibus aliis scriptis. Ceterum Freinshem. ad Curtii 3, 9, 7. monuit, male hunc locum a quibusdam explicari, quasi dicendo *unius generis* Livius indicaret, phalangem constitisse ex aequalis ferme aetatis, roboris et staturae militibus. Quamquam enim id ab uno aut altero rege postea animi causa et per luxuriam ita observatum

sit, tamen neque Alexandri phalangem ad eam formam fuisse; neque Livium hoc loco id voluisse; quod quidem sequentia verba abunde declarant.

Facilis patienti, quacumque opus esset, facilis iungenti] Pall. pr. et tert. *facilis urgenti.* GEBH. *facilis patienti* Portug. a m. 1. et Haverk. Tum *quocumque* Harlej. *quascumque* Leid. 1. *qua cuique* Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *facilis urgenti* Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. Ita et alibi peccarunt librarii. V. quae notavi ad Sillii 6, 1. Error autem natus est ex similitudine ductuum in vocibus *iungens*, sive *iungens*, et *urgens*. Ex eadem causa perperam *facilis ingenti* dedit scriba Gaertn.

§. 9. *Uno proelio victus Alexander, bello victus esset*] Eodem modo sit ipse Alexander, milites contra Dariam dum adhortatur apud Curtium (4, 14, 15.) *Bello vincimus, si vincimus proelio.* MOD. Non Alexandri, sed Darii, milites contra Alexandrum hortantis, verba sunt, ut jam Freinshem. ad d. l. Curtii observavit. Ceterum *uno proelio Alexander bello victus esset* Port. *uno proelio victus Alexander bello esset* Gaertn. *uno proelio victus esset*, reliquis omissis, Leid. 2. et Lovel. 1. in contextu, cuius margini tria, quae deerant, vocabula adscripta sunt. *uno proelio victus Alexander esset*

- 11 cum feminis sibi bellum fuisse dixisset: quod Epiri regem Alexandrum, mortifero vulnere ictum, dixisse ferunt, sortem bellorum in Asia gestorum ab
- 12 hoc ipso juvene cum sua conferentem. Equidem, quum per annos quatuor et viginti primo Punico bello classibus certatum cum Poenis recorder, vix aetatem Alexandri subfecturam fuisse reor ad unum

Hearnii Oxon. L. 1. Paulo ante *Jamjam* in opere *Fragm.* Hav.

Quem Caudium, quem Cannas non progerunt, quae fregisset acies] quem *Caudium* Oxon. C. apud Hearnium. quem *audivit* Klock. Tum *quas fregissent acies* Harlej.

§. 10. *Nae illo saepe, etiamsi prima prospere evenissent*] *Nec ille saepe* Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. et Portug. a m. 1. *Nae illo spe* Harlej. V. ad Livii 7, 7, 6. Hinc *etiamsi prospera evenissent* Portug. *etiamsi prima prospera evenissent* Haverk. V. ad 21, 21, 9. Sed *prospere servant meliores*. Supra 5, 51, 5. *Invenietis omnia prospere evenisse sequentibus Deos.* (* 22, 40, 3.) 23. 27, 12. *Cui ut omnia prospere evenirent.* 44, 31, 6. *Quia prima successerant prospere.* V. etiam Cortium ad Sall. Catil. 26, 5. *etiamsi prima prospere non evenissent* Voss. 1. et Lovel. 3. [*Persas, Indos* Veith.]

Inbellem Asiam quaesisset] Vide, ut acceperit illud *quaesisset*, et num pro questus esset. Quod ipse tamen non memini legere. GLAR. Id est, vel repetisset, vel adeo optasset. Mire heic haeret Glareanus. GRUT. Livius 3, 34, 8. *Jam plebs ne tribunicium quidem auxilium, cedentibus invidiam adpellatione decumviris, quaerebat.* Ceterum *quaesivisset* Lov. 4. Mox si bellum fuisse dixisset, pro sibi bellum Leid. 1. ubi posterior syllaba *tot*

sibi a prima sequentis vocis tanto facilius intercipi potuit, si sibi Livium olim scribere solitum fuisse credamus Quinctil. 1. Instlt. 7. *sibi bellum dixisset fuisse* Gaertn.

§. 11. *Sortem bellorum in Asia gestorum ab hoc ipso juvene cum sua conferentem*] *mortem bellorum* Gaertn. Quomodo scribas interdum lapsos esse, dixi olim ad Sillii, 14, 630. (* v. ad Liv. 28, 27, 9.) Tum *ab hoc ipso juvenem cum sua conferentem* Lovel. 4. *ab hoc ipso juvene causa sua conferentem* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 4, 44, 10. Paulo ante *quod eum regem Alexandrum, pro quod Epiri regem* Lovel. 3.

§. 12. *Vix aetatem Alexandri subfecturam fuisse reor*] *Alexandro subfecturam* Portug. Gaertn. et *Fragm.* Hav. a m. 2. Vox autem fuisse non adparet in Gaertn. Paulo ante vox *quum* aberat ab ed. Rom. anni 1472.

§. 13. *Quum et foederibus vetustis juncta Punica res Romanae esset*] Foedera haec renovata iterum atque iterum, et quo tempore, late tradit Polybius 3, [29. et seqq.] SIG. A Polybio dissentit Livius. Polybius enim primum foedus cum Karthaginensibus ictum refert anno primo post reges exactos, tertium circa transitum Pyrrhi in Italiam. At Livius pri-

bellum. et forsitan, quum et foederibus vetustis 13
 juncta Punica res Romanae esset, et timor par ad-
 versus communem hostem duas potentissimas armis
 virisque urbes armaret, simul Punico Romanoque
 obrutus bello esset. Non quidem Alexandro duce, 14
 nec integris Macedonum rebus, sed experti tamen
 sunt Romani Macedonem hostem adversus Antio-

mi meminit 7, 27, 2. tertii diu
 ante Pyrrhi in Italiam adventum
 9, 43, 26. Ceterum τὸ ἐτ' deficit
 in Portug. et Haverk. [Veith.]
 Tum alio ordine *Punicarum* Voff.
 1. Leid. duo, Lovel. 2. 3. 4. Har-
 lej. Port. Gaertn. Haverk. Fragm.
 Hav. et editiones Frobeniana an-
 ni 1535. priores.

*Potentissimas armis virisque ur-
 bes armaret] armis utrisque* Lov. 4.
armis viribusque Haverk. V. supra
 ad 8, 13, 1. Tum *armasset* Por-
 tug. Haverk. et Hearnii Oxon. B.

*Simul Punico Romanoque obru-
 tus bello esset] et simul* Voff. 1.
 Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Por-
 tug. Gaertner. Haverk. Fragm.
 Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac
 Parm. Illud *et* insertum est ex
 vocis praecedentis syllaba finali.
 V. supra ad hujus cap. §. 6. Tum
esset deficit in Lovel. 4. sed eo
 transposito *obrutus esset bello* le-
 gunt Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.
bello obrutus esset Portug. et Ha-
 verk.

§. 14. *Sed experti tamen sunt
 Romani Macedonem hostem adver-
 sus Antiochum, Philippum, et Per-
 sem]* Florent. manus prima ne-
 scit τὸ *sed*: quod saepe inculca-
 tum invito auctore monuimus.
 Deinde omnes scripti relegant
 copulativam, quae Philippum
 conjungit cum Perse. Scriben-
 dum: *Non quidem Alexandro duce,*

*nec integris Macedonum rebus, ex-
 perti tamen sunt Romani Macedo-
 nem hostem adversus Antiochum,
 Philippum, Persem, non modo cum
 clade ulla, sed ne cum periculo
 quidem suo.* Possit etiam suspicari:
*adversis Antiocho, Philippo, Per-
 se.* J. FH. GRON. Interpolato-
 res saepe particulam *sed* ad-
 didisse, ut orationem Livianam,
 quam male cohaerere putabant,
 melius connecterent, supra vi-
 dimus ad 6, 32, 8. Hic tamen eam
 servant constanter omnes mei.
 Florent. autem a Gronovio mem-
 oratus, in quo particula illa
 a m. 1. aberat, non videtur esse,
 qui a praecipua bonitate in hac
 parte operis Liviani laudatur,
 (eum enim hic lacerum esse vi-
 dimus supra hoc lib. c. 14, 2.)
 sed alius minoris auctoritatis,
 cui, dissuadentibus reliquis,
 auscultandum non exifimo. [hoc
 pro *sed* Veith.] Tum *Macedo-
 num hostem* Gaertn. Deinde copu-
 lam, a Gronovio expunctam,
 abjiciunt omnes mei, excepto
 uno tantum Harlej. cujus testimo-
 nio fidem non habeo. Insuper *ad-
 versis Antiocho, Philippo, Perse,*
 quod Gronovio placuit; ut *ad-
 versa Patrum voluntate* supra 1,
 46, 2. ubi etiam olim *adversum vo-
 luntatem* ante Gronov. edebatur.
 Sed nihil muto. Omnes enim codd.
 vulgatum servant, nisi quod
Persem habeat Lovel. 4. V. ad 42,
 25, 2. *Adversus Antiochum* est bel-
 lo adversus Antiochum. Ita *cons*

- 11 cum feminis sibi bellum fuisse dixisset: quod Epiri regem Alexandrum, mortifero vulnere ictum, dixisse ferunt, sortem bellorum in Asia gestorum ab
 12 hoc ipso juvene cum sua conferentem. Equidem, quum per annos quatuor et viginti primo Punico bello classibus certatum cum Poenis recorder, vix aetatem Alexandri subfecturam fuisse reor ad unum

Hearnii Oxon. L. 1. Paulo ante *Jamjam* in opere Fragm. Hav.

Quem Caudium, quem Cannas non frögerunt, quae fregisset acies] quem Caudium Oxon. C. apud Hearnium. quem audivit Klock. Tum quae fregissent acies Harlej.

§. 10. *Nae ille saepe, etiamsi prima prospero evenissent] Nec ille saepe Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. et Portug. a m. 1. Nae ille spe Harlej. V. ad Livii 7, 7, 6. Hinc etiamsi prospera evenissent Portug. etiamsi prima prospera evenissent Haverk. V. ad 21, 21, 9. Sed prospero servant meliores. Supra 5, 51, 5. Invenietis omnia prospero evenisse sequentibus Deos. (* 22, 40, 3.) 23, 27, 12. Cui ut omnia prospero evenirent. 44, 31, 6. Quia prima successerant prospero. V. etiam Cortium ad Sall. Catil. 26, 5. etiamsi prima prospero non evenissent Voss. 2. et Lovel. 3. [Persas, Indos Veith.]*

Inbellem Asiam quassisset] Vide, ut acceperit illud quassisset, et num pro questus esset. Quod ipse tamen non memini legero. GLAR. Id est, vel repetisset, vel adeo optasset. Mire heic haeret Glareanus. GRUT. Livius 3, 34, 8. Jam plebs ne tribuniciam quidam auxilium, cedentibus invicem adpellatione decemviris, quaerabat. Ceterum quassivisset Lov. 4. Mox si bellum fuisse dixisset, pro sibi bellum Leid. 1. ubi posterior syllaba voc

sibi a prima sequentis vocis tanto facilius intercipi potuit, si sibe Livium olim scribere solitum fuisse credamus Quinctil. 1. Institt. 7. sibi bellum dixisset fuisse Gaertn.

§. 11. *Sortem bellorum in Asia gestorum ab hoc ipso juvene cum sua conferentem] mortem bellorum Gaertn. Quomodo scribas interdum lapsos esse, dixi olim ad Sillii 14, 630. (* v. ad Liv. 28, 27, 9.) Tum ab hoc ipso juvenem cum sua conferentem Lovel. 4. ab hoc ipso juvene causa sua conferentem Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 4, 44, 10. Paulo ante quod cum regem Alexandrum, pro quod Epiri regem Lovel. 3.*

§. 12. *Vix aetatem Alexandri subfecturam fuisse reor] Alexandro suffecturam Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. Vox autem fuisse non adparet in Gaertn. Paulo ante vox quum aberat ab ed. Rom. anni 1472.*

§. 13. *Quum et foederibus vetustis juncta Punica res Romanae esset] Foedera haec renovata iterum atque iterum, et quo tempore, late tradit Polybius 3, [22. et seqq.] SIG. A Polybio dissentit Livius. Polybius enim primum foedus cum Karthaginensibus ictum refert anno primo post reges exactos, tertium circa transitum Pyrrhi in Italiam. At Livius pri-*

bellum. et forsitan, quum et foederibus vetustis ¹³
 juncta Punica res Romanae esset, et timor per ad-
 versus communem hostem duas potentissimas armis
 virisque urbes armaret, simul Punico Romanoque
 obrutus bello esset. Non quidem Alexandro duce, ¹⁴
 nec integris Macedonum rebus, sed experti tamen
 sunt Romani Macedonem hostem adversus Antio-

mi meminit 7, 27, 2. tertii diu
 ante Pyrrhi in Italiam adventum
 9, 43, 26. Ceterum *zō et deficit*
 in Portug. et Haverk. (Veith.)
 Tum alio ordine *Punicarum* Voff.
 1. Leid. duo, Lovel. 2. 3. 4. Har-
 lej. Port. Gaertn. Haverk. Fragm.
 Hav. et editiones Frobeniana an-
 ni 1535. priores.

*Potentissimas armis virisque ur-
 bes armaret) armis utrisque* Lov. 4.
armis viribusque Haverk. V. supra
 ad 8, 13, 1. Tum *armasset* Por-
 tug. Haverk. et Hearnii Oxon. B.

*Simul Punico Romanoque obru-
 tus bello esset) et simul* Voff. 1.
 Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Por-
 tug. Gaertner. Haverk. Fragm.
 Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac
 Parm. Illud *et* insertum est ex
 vocis praecedentis syllaba finali.
 V. supra ad hujus cap. §. 6. Tum
esset deficit in Lovel. 4. sed eo
 transposito *obrutus esset bello* le-
 gunt Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.
bello obrutus esset Portug. et Ha-
 verk.

§. 14. *Sed experti tamen sunt
 Romani Macedonem hostem adver-
 sus Antiochum, Philippum, et Per-
 sem)* Florent. manus prima ne-
 scit *zō sed*: quod saepe inculca-
 tum invito auctore monuimus.
 Deinde omnes scripti relegant
 copulativam, quae Philippum
 conjungit cum Perse. Scriben-
 dum: *Non quidem Alexandro duce,*

*nec integris Macedonum rebus, ex-
 perti tamen sunt Romani Macedo-
 nem hostem adversus Antiochum,
 Philippum, Persem, non modo cum
 clade ulla, sed ne cum periculo
 quidem suo.* Possis etiam suspicari:
*adversis Antiocho, Philippo, Per-
 se.* J. FR. GRON. Interpolato-
 res saepe particulam *sed* ad-
 didisse, ut orationem Livianam,
 quam male cohaerere putabant,
 melius connecterent, supra vi-
 dimus ad 6, 32, 8. Hic tamen eam
 servant constanter omnes mei.
 Florent. autem a Gronovio mem-
 oratus, in quo particula illa
 a m. 1. aberat, non videtur esse,
 qui a praecipua bonitate in hac
 parte operis Liviani laudatur,
 (eum enim hic laecerum esse vi-
 dimus supra hoc lib. c. 14, 2.)
 sed alius minoris auctoritatis,
 cui, dissuadentibus reliquis, au-
 scultandum non existimo. [*hoc
 pro sed* Veith.] Tum *Macedo-
 num hostem* Gaertn. Deinde copu-
 lam, a Gronovio expunctam,
 abjiciunt omnes mei, excepto
 uno tantum Harlej. cujus testimo-
 nio fidem non habeo. Insuper *ad-
 versis Antiocho, Philippo, Perse,*
 quod Gronovio placuit; ut *ad-
 versa Patrum voluntate* supra 1,
 46, 2. ubi etiam olim *adversum vo-
 luntatem* ante Gronov. edebatur.
 Sed nihil muto. Omnes enim codd.
 vulgatum servant, nisi quod
Persem habeat Lovel. 4. V. ad 42,
 25, 2. *Adversus Antiochum* est bel-
 lo adversus Antiochum. Ita *cons*

- 11 cum feminis sibi bellum fuisse dixisset: quod Epiri regem Alexandrum, mortifero vulnere ictum, dixisse ferunt, sortem bellorum in Asia gestorum ab
 12 hoc ipso juvene cum sua conferentem. Equidem, quum per annos quatuor et viginti primo Punico bello classibus certatum cum Poenis recorder, vix aetatem Alexandri subfecturam fuisse reor ad unum

Hearnii Oxon. L. 1. Paulo ante *Jamjam in opere* Fragm. Hav.

Quem Caudium, quem Cannas non frogerunt, quae frogissat acies] quem *Caudium* Oxon. C. apud Hearnium. quem *audivit* Klock. Tum *quae frogissent acies* Harlej.

§. 10. *Nae ille saepe, etiamsi prima prospere evenissent*] *Nec ille saepe* Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 2. 3. et Portug. a m. 1. *Nae ille spe* Harlej. V. ad Livii 7, 7, 6. Hinc *etiamsi prospera evenissent* Portug. *etiamsi prima prospera evenissent* Haverk. V. ad 21, 21, 9. Sed *prospero* servant meliores. Supra 5, 51, 5. *Inyunctis omnia prospere evenisse sequentibus Deos.* (* 22, 40, 3.) 23, 27, 12. *Cui ut omnia prospere evenirent.* 44, 31, 6. *Quia prima successerant prospere.* V. etiam Cortium ad Sall. Catil. 26, 5. *etiamsi prima prospere non evenissent* Voss. 2. et Lovel. 3. [*Persas, Indos* Veith.]

Inbellum Asiam quasisset] Vide, ut acciperit illud *quasisset*, et num pro *questus* esset. Quod ipse tamen non memini legere. GLAR. Id est, vel repetisset, vel adeo optasset. Mire heic haeret Glaeranus. GRUT. Livius 3, 34, 8. *Sam plebs ne tribunicium quidem auxilium, cadentibus invicem adpellatione decemviris, quaerbat.* Ceterum *quasivisset* Lov. 4. *Mox si bellum fuisse dixisset, pro sibi bellum* Leid. 1. ubi posterior syllaba *tot*

sibi a prima sequentis vocis tanto facilius intercipi potuit, si sibe Livium olim scribere solitum fuisse credamus Quinctil. 1. Instit. 7. *sibi bellum dixisset fuisse* Gaertn.

§. 11. *Sortem bellorum in Asia gestorum ab hoc ipso juvene cum sua conferentem*] *mortem bellorum* Gaertn. Quomodo scribas interdum lapsos esse, dixi olim ad Sillii 14, 630. (* v. ad Liv. 28, 27, 9.) Tum *ab hoc ipso juvenem cum sua conferentem* Lovel. 4. *ab hoc ipso juvene causa sua conferentem* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 4, 44, 10. Paulo ante *quod cum regem Alexandrum, pro quod Epiri regem* Lovel. 3.

§. 12. *Vix aetatem Alexandri subfecturam fuisse reor*] *Alexandro subfecturam* Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. Vox autem *fuisse* non adparet in Gaertn. Paulo ante vox *quum* aberat ab ed. Rom. anni 1472.

§. 13. *Quum et foederibus vetustis juncta Punica res Romanae esset*] Foedera haec renovata iterum atque iterum, et quo tempore, late tradit Polybius 3, [22. et seqq.] SIG. A Polybio dissentit Livius. Polybius enim primum foedus cum Karthaginensibus ictum refert anno primo post reges exactos, tertium circa transitum Pyrrhi in Italiam. At Livius pri-

bellum. et forsitan, quum et foederibus vetustis 13
 juncta Punica res Romanae esset, et timor par ad-
 versus communem hostem duas potentissimas armis
 virisque urbes armaret, simul Punico Romanoque
 obrutus bello esset. Non quidem Alexandro duce, 14
 nec integris Macedonum rebus, sed experti tamen
 sunt Romani Macedonem hostem adversus Antio-

mi meminit 7, 27, 2. tertii diu
 ante Pyrrhi in Italiam adventum
 9, 43, 26. Ceterum *to et deficit*
 in Portug. et Haverk. [Veith.]
 Tum alio ordine *Punica res* Voss.
 1. Leid. duo, Lovel. 2. 3. 4. Har-
 lej. Port. Gaertn. Haverk. Fragm.
 Hav. et editiones Frobeniana an-
 ni 1535. priores.

*Potentissimas armis virisque ur-
 bes armaret] armis utrisque* Lov. 4.
armis viribusque Haverk. V. supra
 ad 8, 13, 1. Tum *armasset* Por-
 tug. Haverk. et Hearnii Oxon. B.

*Simul Punico Romanoque obru-
 tus bello esset] et simul* Voss. 1.
 Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Por-
 tug. Gaertner. Haverk. Fragm.
 Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac
 Parm. Illud *et* insertum est ex
 vocis praecedentis syllaba finali.
 V. supra ad hujus cap. §. 6. Tum
esset deficit in Lovel. 4. sed eo
 transposito *obrutus esset bello* le-
 gant Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.
bello obrutus esset Portug. et Ha-
 verk.

§. 14. *Sed experti tamen sunt
 Romani Macedonem hostem adver-
 sus Antiochum, Philippum, et Per-
 sem* Florent. manus prima ne-
 scit *to sed*: quod saepe inculca-
 tum invito auctore monuimus.
 Deinde omnes scripti relegant
 copulativam, quae Philippum
 conjungit cum Perse. Scriben-
 dum: *Non quidem Alexandro duce,*

*nec integris Macedonum rebus, ex-
 perti tamen sunt Romani Macedo-
 nem hostem adversus Antiochum,
 Philippum, Persem, non modo cum
 elado ulla, sed ne cum periculo
 quidem suo.* Possis etiam suspicari:
*adversis Antiocho, Philippo, Per-
 se.* J. FH. GRON. Interpolato-
 res saepe particulam *sed* ad-
 didisse, ut orationem Livianam,
 quam male cohaerere putabant,
 melius connecterent, supra vi-
 dimus ad 6, 32, 8. Hic tamen eam
 servant constanter omnes mei.
 Florent. autem a Gronovio me-
 moratus, in quo particula illa
 a m. 1. aberat, non videtur esse,
 qui a praecipua bonitate in hac
 parte operis Liviani laudatur,
 (eum enim hic lacerum esse vi-
 dimus supra hoc lib. c. 14, 2.)
 sed alius minoris auctoritatis,
 cui, dissuadentibus reliquis, au-
 scultandum non existimo. [*hoc
 pro sed* Veith.] Tum *Macedo-
 num hostem* Gaertn. Deinde copu-
 lam, a Gronovio expunctam,
 abjiciunt omnes mei, excepto
 uno tantum Harlej. cujus testimo-
 nio fidem non habeo. Iasuper *ad-
 versis Antiocho, Philippo, Perse,*
 quod Gronovio placuit; ut *ad-
 versa Patrum voluntate* supra 1,
 46, 2. ubi etiam olim *adversum vo-
 luntatem* ante Gronov. edebatur.
 Sed nihil muto. Omnes enim codd.
 vulgatum servant, nisi quod
Persem habeat Lovel. 4. V. ad 42,
 25, 2. *Adversus Antiochum* est bel-
 lo adversus Antiochum. Ita *cons*

chum, Philippum, Persen, non modo cum clade
 15 ulla, sed ne cum periculo quidem suo. Absit invidia
 verbo, et civilia bella sileant, numquam ab equite
 hoste, numquam a pedite, numquam aperta acie,
 numquam aequis, utique numquam nostris locis la-
 16 boravimus. Equitem, sagittas, saltus inpeditos, a-

Aequis est bello vel proelio cum Aequis, supra 2, 40, 14. Eo anno Hernici devicti: cum Volscis aequo Marte discessum est. Praeterea vox ulla exulata Lovel. 2. 3. 4. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. abesse etiam a Pall. duobus Gebhardus ad verba seqq. monet. Paulo ante Non equidem, pro Non quidem, Lovel. 4.

§. 15. Absit invidia verbo] Vet. lib. vero. SIG. Pall. duo Absit invidia, et civilia, extrito τῆς verbo: sicut paulo ante τῆς ulla post clade. sec. Absit invidia vero. Probo vulgatam lectionem. Livius l. 28, 39. Ita bello affixit, ut non modo nobis, (absit verbo invidia) sed ne posteris quidem timenda nostris essent. GEBH. Absit invidia, et civilia, media voce exclusa, Voss. 2. Absit invidia verbo, ut ante Sigonium legebatur, Voss. 1. in contextu, et Harlej. Absit invidia vero verbo, duplici lectione recepta, Leid. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. N. in margine. Reliqui omnes vero. Quamvis autem huic consensui haud facile adversari soleam, hic tamen diffiteri nequeo, priscam lectionem, quam etiam Gebhardus probavit, magis placere. Non modo enim Livius ita locutus est loco, quem is jam indicavit, verum etiam 36, 7, 7. Hoc ego ad-juncto (absit verbo invidia) qui dubitare de eventu possim? Et verbi invidiam memorat Cic. pro Sulla 8. Id potius proferens, quam verbi invidiam, consumeliamque maledicti.

Utique numquam iniquis locis laboravimus] Persaepe inmo. Sed scribendum, numquam nostris locis confirmavimus. 4. Observ. 17. Andreas Romae ediderat, numquam iniquis nostris locis. Proxima etiam ex ipso expressae, meliore omisso, pejus elegerunt. Dixerat Romanos pari loco nunquam cessisse hostibus: quod si, aut, hoc magnum est, illud certe concedetur, ubi loco praevaluisent, semper ejus commoditate usos. J. FR. GRON. numquam iniquis locis unus meorum praefert Harlej. numquam iniquis nostris locis etiam ed. Parm. duabus lectionibus junctis. V. ad 3, 44, 4. Reliqui omnes Mfti, quibus usus sum, ut et Hearnii Oxonienses, ac codex Memmii apud Doujatium numquam nostris locis, quod recte Gronov. probavit, et in contextum recepit. De voce unus hoc sensu v. ad 4, 7, 6. Tot itaque testibus hanc lectionem uno ore firmantibus, non opus est, ut vanis conjecturis locum tentemus cum Doujatio, et legamus vel numquam nisi iniquis locis, vel numquam nisi iniquis nostris locis, id est, locis, quae exercitibus nostris iniqua erant. Frugibus inventis, glandicus venci dedignor. Vox utique deest in Gaertn. pro aequis utique est victi in Haverk. Ceterum sensus Livii esse videtur, numquam Romanos aperta acie, numquam aequis, utique numquam suis locis laborasse, quoniam vel equites, vel pedites

via com meatibus loca gravis armis miles timere potest. Mille acies, graviora quam Macedonum atque Alexandri, avertit, avertetque; modo sit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor et civilis cura concordiae.

XX. M. Foslius Flaccinator inde et L. Plautius

hostium praefarent. Quum tamen saepius Romani victi sint, idque Livius fateatur cap. praec. adserit Cl. Dukero, adfirmanti numquam sibi persuasurum Livium, etiamsi Jovem lapidem jurare paratus sit, id semper iniquis locis, vel ex insidiis accidisse; huc igitur convenire, quae cap. praec. §. 6. porperam Feish. notarat. Paulo ante numquam ab equite hostis, pro equite hoste, Portug. in margine.

§. 16. *Equitem, sagittas, saltus impeditos, avia com meatibus loca* Equidem sagittas Voss. duo, Leid. 1. Lovel. 1. 3. edd. Gruterianae, Heinsii Elzev. et Gronovii prima. Eaedem voces et supra confundebantur 6, 12, 10. ubi vide. Equidem Samnites, saltus Lovel. 1. Haverk. et Fragm. Hav. Et quidem Samnites, saltus Portug. a m. 2. et codex Memmii apud Doujatium, cui id porperam placebat. Cur miles armis gravis, et per hoc pugnae tantum statariae aptus, timere possit equitem et sagittas, sive milites sagittarios eorumque discursus ac subitos impetus, causa adparet. Verum cur Samnites praecipue metuendi forent, ratio, quam nullam video, reddenda erat. Et quidem tanto minus hic emendationem Doujatii admittendam puto, quoniam persuasum est, Livium hic respicere ad infelix bellum, quod Crassus cum Parthis gessit. Conferantur cum hoc loco, quae de equitibus Parthorum, qui ut

et pedites sagittis pugnabant, tradunt Dio Cass. l. 40. p. 127. et 130. Plutarch. in Crasso p. 554. aliique. Quare neque illud probandum, quod in Gaertn. existat, *Equites Samnites*. Equites enim Samnitium praecorum pedibus magis metuendos esse, alibi me legere non memini. Tum *saltus, impetus* Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *in via com meatibus loca* male Lov. 2. et Hearnii Oxon. N. in margine. [Veith.] Indicantur loca, in quibus non nisi difficulter et longe petiti com meatus suppetere possunt; quod militi armis gravi non tantum molestum, verum etiam periculosum erat. *In via autem com meatibus loca* non his tantum, sed et levis armaturae militibus perniciose erant. Mox *miles neque timere potest*, inserta secunda voce, Fragm. Hav.

§. 17. *Modo sit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor et civilis cura concordiae* hujus, quo vivimus Gaertn. quam vivimus Leid. 1. et Lovel. 2. ac 4. Tum *civilis causa concordiae* Leid. 2. et Lovel. 1. Voces has saepe in Mssis commisceri, infra videbimus ad 9, 19, 4. *civilis cura concordiae. Amen* Lovel. 3. *civilis cura. Amen* Voss. 2.

§. 1. *M. Foslius Flaccinus* M. Foslius Flaccinator, ex consulatu Capitolino. SIG. M. Elius Flaccinus Voss. 1. M. Elius Flaccinus Leid. 2. et Lovel. 1. *Am. Foslius*

2 Venno consules facti. Eo anno ab frequentibus Samnitium populis de foedere renovando legati, quum senatum humi strati movissent, rejecti ad populum haudquaquam tam efficaces habebant preces.

Flaccina Leid. 1. *Aulus M. Follius Flaccina* Lovel. 2. *M. Follius Flaccina* Voss. 2. Gaertn. et Hearnii Oxon. C. *Follius Flaccina*, omissio praenomine, Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. *M. Follius Flaccinus* Portug. Gaertn. et Oxon. B. qui *M. Follius Flaccinator* invenit in N. L. *Flaccus inde* in L. 1. Ei autem consentit Harlej. nisi quod dictionibus transpositis praefert *Inde L. Flaccus*, adspulanti-bus edd. Aldo prioribus. Klock. praefert *M. Ollius Flaccina tertium*. Alibi vocem *in*, sive *inde*, et numeri ternarii notam III. in Mltis commutari, supra vidimus ad 4, 9, 13. *Follius*, pro *Follius*; etiam supra 4, 25, 2. Livio restituit Sigonius, cui etiam in hujus anni consule consentit Pighius in Annal. ad ann. cxxxv. p. 354. V. etiam infra hoc lib. ad c. 26, 7.

L. Plautius Venox] Venno ex consulatu Capitolino, ut dixi. SIG. *L. Plautius Venox* praeter edd. ante Sigonium servant etiam Harlej. Portug. Havork. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. B. et N. cujus C. *L. Plautius Vennox* praefert. *L. Plautius Nemox* Voss. 1. *L. Plautius ne mox* Lovel. 1. in quo tamen additis stigmatibus vocem *ne* delendam esse indicatur. *L. Plautius ve mox* Leid. 1. et Lovel. 4. *L. Plautius mox* Lovel. 2. *L. Plautius mox* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 3. et Gaertn. L. *Plantius Velox* Klock. *L. Plantius Nox* Fragm. Hav. a m. 1. Sigonio adsentitur Pighius loco laud.

§. 2. *Legati, quum senatum humi strati movissent*] Pall. duo meliores *quum senatum humi jacti*

movissent. sec. humi prostrati. Eleganti figura dictionis altera lectio procedit. GEBH. *legatum senatum* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. *senatum humi stratum* Gaertn. *senatum humi jacti* Voss. 2. et Lovel. 3. *senatum humi tracti* Lovel. 4. (* v. ad 22, 51, 9.) *senatum humi prostrati* Portug. a m. 2. et Havork. Infra 25, 37, 9. *Alii strati humi suum quisque nominatum ducem implorare.* ubi utriusque locutionis, *sternere* et *prosternere humi*, exempla videbimus. Hic tamen vulgatum defendunt integriores Mlti.

Rejecti ad populum haudquaquam tam efficaces habebant preces] *rejcti ad populum* Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 26, 40, 10. *rejicere* in hac locutione sollemne inlustravimus ad 2, 22, 5. Tum *haud quamquam* Leid. 1. Lovel. 1. 3. Harlej. Havork. et Fragm. Hav. V. supra ad 7, 26, 8.

§. 3. *Itaque de foedere negatum; induciae biennii*] Concinnior mihi videtur lectio Pall. pr. ac tert. *Itaque, foedere negato, induciae biennii, quum per aliquot dies fatigassent singulos precibus, impleverat.* GEBHARD. Duo Pall. et alter Voss. *Itaque foedere negato induciae.* J. FR. GRON. Codicibus, quos viri docti laudarunt, ex meis, praeter Voss. 2. Gronovio memoratum, consentiunt Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. quam lectionem in contextum recepi. Praepositio *de* non adparebat etiam in Leid. 1.

Fatigassent singulos precibus in-

Itaque, foedere negato, induciae biennii, quum 3
per aliquot dies fatigassent singulos precibus, inpe-
tratae. Et ex Apulia Teanenses Canusinique po- 4
pulationibus fessi, obsidibus L. Plautio consuli da-

petratae] Dispunge ita, ut sit, *fatigassent singulos precibus*, non autem *precibus impetratae*. Nihil est enim tam familiare Livio, quam *fatigare precibus*. ut 1, [11, 2.] *precibus raptarum fatigata*. SIG. De locutione *precibus fatigare* v. infra ad 27, 45, 10. Eamdem distinctionem Gebhardo etiam non displicuisse, ex illis, quae ad verba praecedentia notavit, constat.

§. 4. *Et ex Apulia Theanenses Canusinique*] *Teanenses* sine aspiratione ex vet. lib. et Graecis *Τεανον*. hac de re sic Diodorus l. 91. [p. 675.] *Ἐπόρθησαν δὲ καὶ τῆς Ἀπουλίας τὴν Δαννίαν πᾶσον, καὶ προσαγαγόμενοι Κανουσίους, οὐμῆρους παρ' αὐτῶν ἔλαβον*. SIG. Recte Sigonius ia seqq. [§. 7.] neque *Theate* facere *Theanenses*, neque pertinere ad Apuliam. *Theanum* autem *Appulum* si hic intelligitur, quomodo post pauca subicitur, *Theates quoque Appuli ad novos consules C. Junium Bubulcum, Q. Aemilium Barbulam foedus positum venerunt*? Qui foedus petunt dediti obsidibus datis? Et tamen hic quoque mirum ab Teano fieri *Theates*. Vide, an priore loco scriptum fuerit: *Et ex Appulia Cannenses Canusinique*. A *Cannis* postea ignobili vico, quem victoria Hannibalis nobilitavit, (sed *urbis vestigia priscae* dicit Silius [8, 624.]) hi *Cannenses* *Canusinis* vicini. Atque inde fugatus Terentius Varro cum reliquiis cladis *Canusium* se contulit, 22, [49, 14. c. 54, 6.] Posteriori autem loco legendum *Teanis*, hoc enim *ἔδνικόν α Τεαν*

no, ut ex Polybio observat Sigonius, aut *Teanensis*, ut ab *Arpino Arpinates*, ab *Antio, Casino, Priverno, Aniatibus, Casinates, Privernates*. J. FR. GRON. *ex Apulia Teanenses* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Hearnii Oxon. C. et L. 1. *ex Apulia Teanenses* Fragm. Hav. *ex Apulia Theanenses* Lovel. 2. A Gronovio *Cannenses*, pro *Teanenses*, emendante dissentit Doujatius, idque ob hanc rationem; quod, etsi *Cannenses* oppidum aliquando habuerint, id tamen, ubi anno ante pugnam *Cannensem* solo aequatum fuit, minoris dignitatis existerit. Mihi quoque vulgata lectio commode satis servari posse videtur: argumento autem ex verbis §. 7. quo eam falsi arguere conatur Gronovius, eo loco respondebo. Ceterum ratio, qua Doujatius vulgatum tuetur, nullius momenti esse videtur. Licet enim *Cannensium* oppidum, ubi anno ante proelium *Cannense* solo aequatum est, minoris dignitatis fuerit; potuit tamen hoc tempore, de quo Livius nunc agit, magni satis momenti fuisse. Insuper *Cansinique* Leid. 1. *Cansinique* Portug. *Canusitque* Voss. 2. et Lovel. 3. Mox voces *populationibus fessi* exsulant ab Hearnii Oxon. L. 1. [*impetratae*. Ex *Apulia* Veith.]

Obsidibus L. Plautio consuli datis, in deditonem venerunt] *obsidibus L. Plautio consuli datis* Lovel. 1. *obsidibus vel Plautio consuli datis* Voss. 2. et Lovel. 3. *obsidibus L. Plautio datis* Harlej. *obsidibus Flacco et Plautio consulibus datis* Hearnii Oxon. L. 1. Praeterea Doujatius infra hoc cap. ad §. 7.

5 tis, in deditionem venerunt. Eodem anno primum praefecti Capuae creari coepti, legibus ab L. Furio praetore datis: quum utrumque ipsi pro remedio 6 aegris rebus discordia intestina petissent. Et duae

in deditionem venerunt legendum esse conjecit. Ita infra 32, 31, 5. *Ea quoque gens in deditionem venit.* 40, 28, 6. *Ingaunorum omne nomen, obsidibus datis, in deditionem venit.* Ita utroque loco ex Mltis reposuit Gronovius. Solent autem *ditio* et *deditio* saepius a librariis commutari. V. infra ad 26, 21, 17. Verum et vulgatum *in deditionem venire* Livio frequens est. Ita 2, 30, 15. *Paucis data venia, qui inermes in deditionem venerunt.* 5, 32, 3. *Positis armis in deditionem venerunt.* 23, 27, 8. *Universa gens postero die in deditionem venit.* 31, 40, 3. *Prusquam experientur certamen, metum in deditionem venerunt.* 33, 17, 15. *Omnes populi Acarnaniae in deditionem legati venerunt.* c. 37, 4. *Ea urbs ceteraque castella et Hoji fere omnes in deditionem venerunt.* Ubi plura vide. Quum itaque utraque locutio saepius apud Livium occurrat, et Mlti hic nihil mutant, a Doujatio dissentiens vulgatum servandum puto.

§. 5. *Eodem anno primum praefecti Capuae creari coepti*] Rott. et Helm. *Capuani*. Alius *Capua*. Sed Flor. Thuan. duo Volsiani *Capuam*. Nec aliter Romae dedit Andreas. Mediolani mutatum est. Ego reduci velim *Praefecti Capuam*. Et videtur elegantiae exquisitae, ut sit creatos praefectos, qui Capuam mitterentur. Ut *proconsuli in Hispaniam* 26, 18, 4. 24, 12, 6. *Luceriam succedere Graccho*. J. FR. GRON. *praefecti creari Capuae* Lov. 4. *praefecti Capua creari* Port. *praefecti Capua creari* Gaertn. *praefecti Capuam creari* Leid. duo, Lov. 1. 3. Harl. Fragm. Hav. et odd. Rom. anni 1472. ac Parm. E-

jusdem fere generis est *via Casilinum*, de quo v. Jacq. Gronov. ad Livii 22, 16, 4. Adde J. Fr. Gronovium ad Epit. Liv. 61. Quo minus tamen hanc lectionem in contextum recipiam, illud obstat, quod non hoc tempore, sed bello demum Hannibalico, Capua in formam praefecturae redacta fuerit. V. infra 26, 16, 10. Quin et summus Campanorum magistratus eorum lingua *Medixtuncus* vocabatur, teste Livio 26, 6, 13. quem forte Liv. Romana voce hic vocat *praefectum*, quemadmodum *praetorem* infra 23, 7, 8. adeoque *praefectus* hic diversus est ab illo, qui tempore belli Punici secundi creari coepit. An itaque intelligi potest *praefectus*, non qui Romae a populo designatus *Capuam* mitteretur, sed qui *Capuae* crearetur ex ipsis Campanis, arbitrio forte Romanorum; quum discordiae intestinae causa inter ipsos non conveniret? Si tamen Romae creatum, adeoque *Capuam* legendum esse, verius videatur; ex ipsis Campanis tamen creatum esse putabo. Certe Campanus, non Romanus erat Pacuvius Calavius summus Capuae magistratus, quo tempore Romani ad Cannas interneccione caedebantur, apud Liv. 23, 2, 3. et Marius Blossius praetor Campanus, quo tempore primum Hannibal Capuam convertit. Quin etiam Camill. Pezegr. in Campan. Felic. diss. 4. p. 513. ed. nuperae in Thes. Ital. praefectum Capuae creatum, et leges a praetore datas artae amicitiae et amicae societatis effectum, non poenam aut legem deditionis, fuisse observat.

Romae additae tribus, Ufentina ac Falerina. Inclinatiss 7
semel in Apulia rebus, Teates quoque Apuli ad no-
vos consules, C. Junium Bubulcum, Q. Aemilium
Barbulam, foedus petatum venerunt, pacis per om-

Præterea eodem anno primo Gaert-
ner.

Legibus ab L. Furio prætoris da-
tis] L. Furio P. R. vel L. Furio po-
pulo Romano Leid. 2. et Lovel. 1.
ac 3. qui error in Mssis frequens
est. V. infra ad 31, 10, 4. Utra-
que lectione juncta L. Furio præ-
toris P. R. vel populo Romano da-
tis dederunt librarii Gaertn. et
apud Hearnium Oxon. C. V. ad
10, 30, 2.

Utrumque ipsi pro remedio æg-
ris rebus discordia intestina pe-
tissent] uterque Lovel. 1. et Leid.
2. in contextu, in cuius margi-
ne emendatur utriusque. Tum vox
ipsi deficit in Lovel. 4. Hinc pro
medio ægris rebus Voss. 2. Sed
duae initiales literae vocis re-
medio interceptae videntur ab ul-
tims præcedentis. Tandem pe-
tissent Lovel. 4. V. infra ad 37,
45, 2.

§. 6. Et duas Romas additae
tribus, Ufentina ac Falerina] Ea-
rundem meminit Diodorus [l. 19.
p. 675.] Προβέθησαν δὲ καὶ δύο
φυλάκταις προὔπαρχουσιν τὴν-
τε Φαλερίναν, καὶ τὴν Ὀφεντι-
ναν. SIG. duas Romanae additae
tribus Haverk. duas Romas condi-
tae tribus Hearnii Oxon. N. in
margine. Deinde Ufentina Voss. 2.
Ufentina Lov. 3. [Ferentina Veith.]
In aliis exemplaribus etiam On-
fentina legi, testis est Claver. 3.
Ital. ant. 7. p. 1007. quod mihi
tamen in nullo Livii vel scripto
vel edito cod. obviam fuit. Tum
etque Falerna Voss. 2. et Fragm.
Hav. et Falerna Portug. et Ha-
verk. ac Falerna Voss. 1. Leid.
dao, Lovel. 1. 3. 4. Gaertn. Klock.

[Veith.] et apud Hearnium Oxon.
L. 1. et N. qui et Ferentina inve-
nit in L. 2. et Falerina habet Lo-
vel. 2. Falerna sive Φαλερῶν me-
moratur etiam apud Joseph. 13.
Antiq. Jud. 9. Φαλερῶν vocat
Diodor. loco a Sigon. laudato.
At, priori loco Φαλερῶν legen-
dum esse, viri docti docuerunt.
V. Manut. ad Cic. 8. ad fam. ep.
8. et Camill. Peregr. in Campan.
Fel. Diff. 2. §. 34.

§. 7. Teates quoque Apuli ad
novos consules, etc. foedus petatum
venerunt] Teates hic Livius ponit
Appulos, quod nescio, an quis-
quam alius. certe Plinius 3, 12.
Teatinos in Marrucinis numerat,
quorum oppidi Teates etiam me-
minit Ptolemaeus (3, 1.) Sed et
haec et similia omnia prosequi
ejus est, qui commentarium scri-
bit. GLAR. Parum constat, qui
sint Teates Apuli. Nam Teate
Teatinos edit, ut Reate Reatinos,
quos tamen non inter Apulos,
sed inter Marrucinos collocat
Plinius. De Teatinis autem
dixit paucis ante versibus: Te-
nenses Cannusinique populationibus
fessi, obsidibus L. Plantio consult
datis, in deditioem venerunt. ut
supervacaneum fuisse videatur,
eosdem ad novos consules foe-
dus petatum venisse, nisi si,
quia pacis per omnem Apuliam
praestandae auctores venerant,
audacter id petentes impetra-
verint. Caeterum Teana duo
fuisse, auctor est Strabo [l. 6.
p. 285.] unum cognomine Si-
dicinum, alterum Apulum. et
Plinius 3, 11. Apulorum, inquit,
tria genera sunt, Teani a duce Ci-
ves, Lucani subacti a Calchante,

nem Apuliam praestandae populo Romano auctores.
8 id audacter spondendo inpetravere, ut foedus da-
retur :

et *Dannii*. Vet. lib. *Teates* habent. Stephanus populos et cives *Teani* vocat *Teavous*. Polybius tamen 3, [91.] nominat *Calenos*, *Teanitas*, *Dannios*, *Nolanos*, ut Campaniae mediterranea incolentes, *Καληνοί*, *Τεανίται*, *Δάννιοι*, *Νολανοί*. SIG. Pall. pr. et tert. *Teates*: sed qui sint isti, interpretes certant, et adhuc sub iudice lis est. Tandem Sigonius eruit, *Teana* duo fuisse; unum *Sidicinum*, alterum *Apulum*. Pal. sec. exscriptor, haesitans forte super obacuriore nomine, supposuit *legati quoque Apuli ad nos vos consules* etc. GEBH. *Teatis quoque Apuli* Voss. 2. *Teates quoque Apuli* Lovel. 3. 4. et Klock. *Teates quoque Apuli* Gaertn. *Reatini quoque Apuli* Lovel. 2. *legati quoque Apuli* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. [Veith.] Quae lectio si probatur, existimandum est, anno proximo *Teanenses* et *Canusinos* Apulos in deditionem venisse, nunc vero omnes Apuliae populos de pace cum Romanis incunda legatos misisse. Et ita necesse non erit, ut supra §. 4. pro *Teanenses* cum Gronovio legamus *Cannenses*, invitatis omnibus *Miis*. Verum vocem *legati* hic suspectam illud reddit, quod non nisi in peioris notae codd. reperitur. Gronovius eodem loco, pro *Teates*, hic *Teanitas* legendum existimat; atque eo modo Polyb. ἐσπικόν urbem *Teani* formasse docet. Contra *Doujatius* vel *Teanenses* legit, et, ne verba hujus cap. §. 4. obstant, ubi *Teanenses* datis obsidibus in deditionem venisse dicuntur, unde eos hoc anno foedus petere non potuisse Sigonius et Gronovius probare conantur, reponit; primo, eos obsides qui-

dem futurae deditionis dedisse, deditionem vero forsitan nondum secutam esse: secundo, si tamen secuta sit, nihil prohibere, quo minus spe melioris conditionis ad sequentes consules venerint, quum se, pacis apud reliquos Apulos auctores, universam gentem in deditionem populi Romani adducturos sponderent. Vel, si haec non probantur, pro *Teates* legebat *Uriates*, ab *Uria* Apuliae oppido sub monte Gargano. Ceterum neque ego Gronovii sententiam admodum probabo. Quamvis enim ἐσπικόν ea forma proferat Polyb. et forte alii Graeci, apud Latinos tamen nondum ita formatum occurrit. Neque habeo tamen, quod ejus loco substitutam. *Theatinus Apulus* est apud Frontin. de Colon. p. 110. pro quo p. 145. est *Teanus Apulus*. Stephan. etiam in v. *Τεαυον* gentile ejus urbis *Τεαυόε* esse docet. Forte cum *Doujatio Teanenses* legendum, et existimandum, eos, quamvis priori anno in deditionem venerint, nunc tamen missis legatis conditionem suam meliorem facere voluisse; ac tandem audacter spondendo, se pacem populo Romano per omnem Apuliam praefaturos, foedus, quamvis non aequum, inpetrasse. Insuper *petitum foedus* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. *venere* autem, pro *venerunt*, Gronov. anno 1665. edidit, invitatis codd. scriptis, qui omnes vulgatum servant, nisi quod *invenerunt* sit in Voss. 1. a m. 1. Paulo ante in verbis praecedentibus *simul*, pro *semet*, est in Haverk. V. ad 24, 22, 14. Tum vox *rebus* non adparet in Gaertn.

Consules C. Junium Bubulcum,

retur: neque ut aequo tamen foedere, sed ut in ditione populi Romani essent. Apulia perdomita, 9 (nam Forento quoque valido oppido Junius potitus

Q. Aemilium Barbulam] consules centum C. Junium Leid. 1. consules Q. Junium Lovel. 2. consules Junium Portug. consules Caunium Lovel. 1. consules C. Minū Gaertn. Deinde Babulcumque Aemilium Lovel. 3. et 4. a m. 1. qui a m. 2. legit Babulcum et Aemilium; neque aliter est in Voss. 1. a m. 2. Leid. 2. et Lovel. 1. Babulcum, Aemilium Portug.

Pacis per omnem Apuliam praestandae populo Romano auctores] Pal. sec. per omnem Apuliae oram. GEBH. Ita et Portug. per omnium Apuliae oram Haverk. pacis per omnem Apuliam praestandum Gaertn. Tum populi Romani auctores Lovel. 1. populo Romano auctore Lovel. 4.

§. 8. Id audacter spondendo impetraverunt, ut foedus daretur: atque ut aequo tamen foedere] Pall. tres impetravere. GEBH. Nihil sollicitarem, si haberetur: ut foedus daretur: non aequum tamen; sed ut in ditione populi Romani essent. Aut hoc modo impetravere, ut foedus daretur; nec aequo tamen jure, sed ut in ditione populi Romani essent. nam tō ut inter neque ut aequo non agnoscit Florentinus: impetravere autem, etsi parum intersit, omnes scripti, non impetraverunt. Justinus 23, [1.] Qua victoria erecti, quum pacem aequo jure fecissent. J. FR. GRON. Vocem primam ignorat Leid. 2. Deinde impetravere omnes etiam mei, nisi quod impetravere sit in Lovel. 2. V. infra hoc lib. ad c. 30, 10. In reliquis verbis nihil mutant codices mei, nisi quod neque tamen ut aequo foedere alio ordine sit in Leid. 1. neque ut aequo cum foedere in Gaert-
Liv. Tom. V. P. I.

ner. V. supra hoc lib. ad c. 3, 8. Quod autem tō ut in Florent. deesse dicat Gronov. non de optimo omnium hujus partis cod. intelligendum videtur ob causas supra dictas hoc lib. c. 14, 2. quare merito aliorum omnium consensum unius ejus testimonio praefereamus. Neque displicere debet vocum foedus et foedere repetitio. V. ad 1, 3, 9. Doujatius etiam nihil mutandum censuit.

Sed in ditione populi Romani essent] Vet. lib. sed ut in ditione. Est autem hoc unum e tribus generibus societatis ineundae, de quibus Livius l. 34, [57.] Aut enim victis leges dantur, aut pares bello paciscuntur, aut cum nunquam hostes fuerint, foedere junguntur. SIGON. Tō ut servant etiam omnes codd. exceptis solis Harlej. et Portug. Praeterea in ditionem populi Romani esse Haverk. quae lectio, dissentientibus reliquis M&is, ex librarii errore orta videtur. V. supra ad 2, 14, 4. In ditione essent populi Romani, alio ordine, praefert Lovel. 4.

§. 9. Nam Florento quoque valido oppido Junius potitus erat] Quidam Tarento restituerunt; sed non recte, ut puto. Nondum enim Tarentum in manus Romanorum venit. Fortassis autem Frontone legendum ex Plin. 3, 11. Quamquam eo in loco Plinii varia lectio est. Horatius autem 3. carm. ode 4. Forenti meminit, si quis forte hoc putet: est enim in Apulia. GLAR. Quid sit hoc loco Tarentum, ambigitur. neque enim Tarentum Apuliae est, neque a Romanis hoc tempore captum est. Neque vero Forentum

erat) in Lucanos perrectum. inde repentino adventu
 10 Aemilii consulis Nerulum v̄captum. Et postquam
 res Capuae stabilitas Romana disciplina fama per
 socios vulgavit; Antiatibus quoque, qui se sine le-
 gibus certis, sine magistratibus agere querebantur,
 dati ab senatu ad jura statuenda ipsius coloniae

habere locum potest, quod qui-
 busdam placuit: est enim bien-
 nio ante captum. Vet. lib. alii
Acrono, alii *Aceronto* cum ha-
 beant, me in hanc sententiam
 trahunt, ut putem legendum esse
Acheronto, quod oppidum erat
 in Apulia, ut ait Horatius, et e-
 jus interpres Acro: quamquam
 Horatius *Acherontiam* vocat Oda
 4. l. 3.

— — mirum quod fores omni-
 bus,

Quicumque celsae nidum Ache-
 rontiae,
 Saltusque Batinos, et arvum
 Pingue colunt humilis Fe-
 renti.

SIG. Mira hic caligo interpreti-
 bus de *Tarento*. Pal. sec. *Aceronto*.
 unde Sigonius expedit *Acheron-*
to: quod ait fuisse oppidum A-
 puliae, et ab Horatio 3. od. 4.
 vocari *Acherontiam*. Andreas e-
 didit, nam *Florento* quoque vali-
 do oppido. GEBH. *Acheronto* Si-
 gonius, cum inveniret *Tarento*,
 ex Aldo opinor aut Junta pro-
 pagatum: nam Romae Andreas,
 Becharius, Ascensius, Mogun-
 zini, *Florento*. In membranis
 Thuaneis *Torento* manu priorē,
 sed secunda *Florento* subjecerat.
 Voss. a *Torento*. Helm. *Florento*.
 Ergo hic quoque, opinor, scri-
 bendum *Forento*: unde supra c.
 16. 1. *Forentani*. Nihil enim ve-
 rat credere, quam urbem Cer-
 retanus Aulius in dedicationem ac-
 ceperat, eam triennio post ali-
 quid novantem vi captam a Ju-

nio Bubulco. J. FR. GRON. *Ta-*
rento Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn.
 et Fragn. Hav. a *Tarento* Leid.
 2. *Aceronto* Portug. et Haverk.
Aorento Voss. 1. a m. 1. *Atarento*
 a m. 2. et Lovel. 1. *Florento* Har-
 lej. *Torento* Leid. 1. Nihil propius
 videtur, quam ut *Forento* cum
 Gronovio probem.

Nerulum vi captum] Pal. pr. ne
 nilum. tert. *Nemium*. At sec. *Ve-*
rum. GEBH. ne nilum Lovel. 3.
Venilum Lov. 2. *Verulum* Voss. duo,
 Lov. 1. Gaertn. Haverk. Fragn.
 Hav et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac
 C. *Verulium* Port. *Nerulium* Leid.
 2. *Nerulum* in Antonini Itinera-
 rio, *Nerulos* in tabula Peutingeri-
 ana memorari, dudum viri do-
 cti monuerunt. Paullo ante in
Lucanos porrectum Portug. a m.
 1. Gaertn. Haverk. et Fragn.
 Hav. V. ad 21, 28, 7. in *Lucanos*
bellum porrectum Harlej. in *Lu-*
canos bellum porrectum edd. ante
 Aldum. Tum *repentino eventu*, pro
adventu, Gaertn.

§. 10. Qui se sine legibus certis,
 sine magistratibus agere quereban-
 tur] Vet. lib. sine legibus certis-
 que magistratibus. SIG. Pal. sec.
 sine legibus certisque magistrati-
 bus. GEBH. Ita et Lovel. 2. Por-
 tug. Gaertn. et Haverk. [Veith.]
 sine legibus certissimo magistrati-
 bus Lovel. 3. et 4. Nollem, Sigo-
 nium vet. lib. scripturam in con-
 textum recepisse. Vulgatum ger-
 manum ac genuinum Livii esse
 puto. Solet enim Livius ita pae-

patroni: nec arma modo, sed jura etiam Romana late pollebant.

XXI. C. Junius Bubulcus et Q. Aemilius Barbula consules exitu anni non consulibus ab se creatis, Sp. Nautio et M. Popillio, ceterum dictatori L. Aemilio legiones tradiderunt. Is, cum L. Fulvio ma-

sim praepositiones non interposita copula repetere, et quidem inprimis haec *sino*. Ita supra 7, 2, 4. *Sino carmine ullo, sine imitatorum carminum actu ludiones haud indecoros motus dabant.* ubi plura notantur. *sino legibus certis* autem, ut apud Pompon. l. 2. §. 1. ff. de Or. Jur. *Initio civitatis nostras populus sine lege certa, sine jure certo primum agere instituit.* Paullo ante *famam per socios vulgavit, pro fama, Gaertn. vulgaverat Hearnii Oxon. C. Verbis autem sequentibus dati a senatu, pro ab senatu, Lovel. 4. et Gaertn. Denique vox late deficit in Gaertner. (Veith.)*

§. 1. *Exitu anni non consulibus ab se creatis*] Unicus ille Florent. *novis consulibus.* Promitterem utramque manum, si abessent et *ab se.* Sensus foret, creasse quidem consules, non tamen, ut solebat fieri, eos successores habuisse ad exercitus. J. FR. GRON. Verisimile fit, Gronovium eam lectionem non in unico Florent. sed in alio quodam, vel Florentiae vel alibi consulto, invenisse: rationem v. supra ad lib. hujus c. 14, 2. Id autem me in hac opinione deinde confirmavit, quod scripturam illam in nullo optimaе notae cod. sed tantum in Portug. Gaertn. et Haverk. invenimus; quibus accedit Fragm. Hav. a m. 2. Elegans autem est mox *ceterum post non* aliamve negationem, pro *sed.* Curtius 4, 8. *Capido, haud injuste quidem, ce-*

terum intemptiva, incosserat. Quia et, licet non praecesserit negatio, tamen eo sensu usurpari, docuit Freinshem. in ind. Flori haec voce. Praeterea *exitus anni Haverk. exitum anni Gaertn.* In praecedentibus autem Junii praenomen C. deficit in Fragm. Hav. alterius autem consulis nomen gentilitium *Aemilius* in Lovel. 2.

Sp. Nautio et M. Popillio] Pall. pr. et tert. *Sp. Nautio et M. Popillio.* sec. *Spurio Mutio et M. Pomplio.* GEBH. *Sp. Nautio* Leid. 2. *Sp. Mutio* Voff. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *Sp. Mucio* Oxon. B. apud Hearnium. Tum *M. Popillio* Voff. 1. et Fragm. Hav. *M. Popillio* Voff. 2. *M. Popillio* Leid. 1. Lovel. 4. et Gaertn. *M. Popillio* Leid. 2. et Lovel. 1. *M. Popillio* Portug. et Haverk. *M. Pomplio* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. C. *M. Popillio* Lovel. 3. Sed utriusque nomen recte in vulgatis editionibus superest, ut ex Fakis Capit. sensat. V. supra ad 7, 12, 1.

Ceterum dictatori L. Aemilio legiones tradiderunt] Mirum vero, quid ita non narratur causa creationis hujus, sicut nec paullo post Fabii, ut plane suspicandum, hunc locum esse mutilum. Nos in chronologia nostra huic dictatori annum dedimus, quem alii septimo post hunc anno ei tribuunt, ubi tamen Livius manifeste scribit, Fabio consulatum continuatum, de dictatore ab

gistro equitum Saticulam obpugnare adortus, rebel-
 3 landi caussam Samnitibus dedit. Duplex inde ter-
 ror inlatus Romanis, hinc Samnis, magno exercitu
 coacto ad eximendos obsidione socios, haud pro-
 cul castris Romanorum castra posuit: hinc Saticu-
 lani magno cum tumultu, patefactis repente portis,
 4 in stationes hostium incurrerunt. Inde pars utraque
 spe alieni magis auxilii, quam viribus freta suis,
 iusto mox proelio inito Romanos urgent. et, quam-

verbum quidem faciens. GLAR. Voces *L. Aemilio legiones tradi-
 derunt. Is cum desunt* in Voss. 2. et Lovel. 3. omiffae negligentia
 librorum ob repetitum prae-
 nomen *L.* sed *tradiderant* praefer-
 runt Voss. 1. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 4. Gaertn. et Fragm. Hav.

§. 2. *Cum L. Fulvio magistro equitum Saticulam obpugnare adortus* Saticulam, ut ante. SIG. Camp. *L. Fulvio*. Deinde Scipio probat legendum hic *Saticulam*, Pall. duo *Satriculam* referunt. GEBH. *Satriculam*, praeter edd. Sigonio priores, servant etiam Voss. 1. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. N. ac B. *Satriculam* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed recte *Saticulam* Sigonius reposuit. V. supra ad 7, 32, 2.

§. 3. *Ad eximendos obsidione socios* Pall. duo *eximendos ab obsidione*. GEBH. *exuriendos obsidione* Portug. *eximendos ab obsidione* Voss. 2. et Lovel. 3. Nihil mutandum. Infra 24, 41, 6. *Ibi quoque circumsessus adventu fratris obsidione eximitur*. 31, 14, 3. *Orantes, ut se obsidione eximeret*. 37, 26, 13. *Quanto satius esse, vel socios obsidione eximere*. c. 52, 3. *Quod obsidione se ac fratrem eximissent*.

38, 15, 5. *Adveniens obsidione Isindenses exemit*. V. etiam infra ad 33, 23, 2.

Hinc Satricani magno cum tumultu Satricula hic oppugnatur, a qua denominativum erat, opinor, *Satriculanus*, et a *Satrice Satricanus*, ut antea Livius usus est. *Satriculani* igitur hoc loco legendum videtur. Admonuimus paulo ante etiam non nihil de haec re lectorem. GLAR. De *Saticulae* civibus cum agatur, *Satriculani* certe legendum est. Nam Stephanus *Σατρικόλα πόλις τὸ ἑθνικὸν Σατρικολανός*. Et Diodor. l. 19. [p. 710.] ubi *Saticulae* meminit a Romanis obsessae, ait. *Ῥωμαίων Σατρικόλαν πολιορκούντων Σαμίται ἐπεφάνησαν μετὰ δυνάμειν ἀδράς σπεύδοντες λῦσαι τὴν πολιορκίαν*. SIG. Omnes nostri et Hearnii Oxon. B. et C. *Satricani* servant. Sed, in uno N. *Satriculani* se invenisse, Hearne testatur; pro quo recte *Saticulani* Sigonius reposuit.

In stationes hostium incurrerunt Pal. sec. *cucurrerunt*. Debebat esse, ut jam aliquoties admonui, *incurrerunt*. GEBH. *stationes hostium incurrere*, omiffa praepositione, Gaertn. *in stationes hostium incurrerunt* Portug. et Ha-

quam anceps dimicatio erat, tamen utrimque tutam aciem dictator habuit; quia et locum haud facilem ad circumveniendum cepit, et diversa statuit signa. Infestior tamen in erumpentes incessit: nec magno certamine intra moenia compulit. Tum totam aciem in Samnites obvertit. ibi plus certaminis fuit. Victoria sicut sera, ita nec dubia, nec varia fuit. Fusi in castra Samnites, extinctis nocte ignibus, tacito agmine abeunt: et, spe abjecta Saticu-

verk. Hinc proclive est legere *incurrerunt*, de quo supra v. ad 1, 12, 8. ita syllaba initialis intercepta foret a vocis proxima litera ultima. V. ad 5, 27, 6. Quam tamen ea lectio non, nisi in suspectae fidei codd. reperitur; ita nunc Livium dedisse, sine gravioribus testibus non credam. *incurrunt*, pro *incurrunt*, est in Fragm. Hav. a m. 2. V. ad 10, 12, 4.

§. 4. *Spe alieni magis auxilii, quam viribus fracta suis] alieni magis consilii* Leid. 1. Alibi saepe librarii ita in Mssis errare, atque has voces confundere soliti sunt. V. supra ad 2, 27, 2. 7, 11, 3. et pluribus locis.

Iusto mox proelio inito Romanos argens] Vox inito exulat a Leid. 2. ejus loco *inicto* habet Lovel. 1. Tum *arguens* est in Klock. Similiter supra scriptum erat in optimis codd. 5, 36, 6. c. 48, 1. ubi plura videri possunt, et 6, 23, 12. *urget* est in Gaertn. quem numerum requirere praecedentia utraque pars perperam sibi persuasit indoctus librarius. V. infra ad 23, 46, 5.

Quamquam anceps dimicatio erat, tamen utrimque tutam aciem] dimicatio anceps erat Portug. et Ha-

verk. Tum *utrimque tamen* Voss. 1. Leid. 2, et Lovel. 1. Hinc *tutam aciem* Haverk. V. infra ad 28, 4, 7. Mox *habebat*, pro *habuit*, Lovel. 4.

Quia et locum haud facilem ad circumveniendum cepit] Tò et abest a Voss. 2. Lovel. 3. et Haverk. abest etiam a primis edd. quod deinde Aldus recte interposuit. V. supra ad 2, 44, 3. Deinde *accepit* Lovel. 4. Male. V. supra ad 6, 28, 5.

§. 5. *Tum totam aciem in Samnites obvertit. ibi plus certaminis fuit] Dum totam aciem* Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. V. infra ad 40, 42, 7. Deinde *sibi plus certaminis* Leid. 1. et Lovel. 4. V. ad 1, 55, 4. *sed plus certaminis* Lovel. 2. et Hearni Oxon. C. qui *ubi plus certaminis* invenit in B. Neque aliter mihi obvium fuit in Portug. et Haverk. V. infra ad 27, 5, 2. Tandem verbum *fuit* exulat ab edd. Aldina prioribus. Paullo antè *in eum petens incessit*, pro *in erumpentes incessit*, sine sensu Lovel. 3.

§. 6. *Victoria sicut sera, ita nec dubia, nec varia fuit] nec vana fuit* Leid. 2. Male. Livius 2, 6, 10. *Ibi varia victoria, et velut aequo Marte pugnantum est.* 23, 13,

lae tuendae, Plisiam ipsi, socios Romanorum, ut parem dolorem hosti redderent, circumsidunt.

1 XXII, Anno circumacto, bellum deinceps ab di-

3. *Quam varia victoria priore Punice bello fuerit.* Justin. 2, 5. *Quibus quum varia fortuna fuisset.* qui ita saepe locutus est. Eo modo varie bellare 5, 23, 2. *Quia tot annis vario ibi bellatum erat, multaeque clades acceptae.* c. 28, 5. *Eodem anno in Aegypto vario bellatum, adeo ut in incerto fuerit, viderent, victine essent.* Similiter varians victoria apud Justin. 9, 2. Solent autem ita librarii passim variare. V. ad 12, 7, 4. *Mox Fusa in castra, pro Fusi, Gaertn. noctu, pro nocte, Portug. a m. 2. [Fusi intra castra Veith.]*

Plisiam ipsi, socios Romanorum, circumsidunt] Diodorus l. 19. [p. 710.] Plisiam vocat, cum ait hac de re ita. *Πλισικὴν μὲν ἔχουσαν φρουρὰν Ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν.* SIG. *Plisiam Samnitium, Plesinam* Marsorum, ejus mentio 10, 3, 5. vult Sigonius: priorem esse, de qua Diodorus l. 19. *Πλισικὴν μὲν ἔχουσαν φρουρὰν Ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν.* Cluverius [2. Ital. Ant. 15. p. 772.] unam eandemque urbem vult esse, et, quasi verius hoc nomen sit, apud Diodorum corrigit *Πλειστην*. Sane hic loci et mox, *Samnites ad Plisiam manserant*, nihil divortunt a vulgatis manu exarati. At in fine capituli sequentis, *ad Plisicae obsidionem redeunt*, tum *Plisica per vim Samnis potitur*, Florent. Thuan. Vossianus codices. Quod mihi non temere esse videtur. Nam quod ait Claverius, sociam in Samnio Romanis urbem tum nullam fuisse; mirum vero, si post tot expeditiones et excursiones in Samnium obtulerint ibi praesidium aliquod, aut oppidum *φρουρὰν ἔχον Πω-*

ματικὴν. J. FR. GRON. *post jam ipsi socios Romanorum* Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 1. *post jam ipso socios Romanorum* Leid. 2. *Postiam ipsi socios Romanorum* Lovel. 4. *Postiam Plisiam socios Romanorum* Harlej. et edd. Aldo priores. *Plisiam ipsi socios Romanorum* Klöck. *Plisiam ipsi socios Romanorum* Portug. *Plisina ipsi socios Romanorum* Haverk. *Plisidi ipsi socios Romanorum* Gaertn. Ceterum sententiam Sigonii, quam proposuit ad Liv. 10, 3, 5. *Plisiam Samnitium, Plesinam* Marsorum fuisse, probat etiam Cellarius 2. Orb. Ant. 9. p. 486. Deinde *circumsidunt* Leid. 2. Verum, ut hoc loco *circumsidunt*, quod omnes reliqui scripti servant, ita *insidunt* supra est 3, 50, 13. *Eunt agmine ad urbem, et Aventinum insidunt.* Passim *sidero* ac *sedere* eorumque composita commutari, docuerunt Cel. Burm. ad Quinct. 2. Instit. Orat. 1. et Declam. 13, 4. ad Sueton. Tiber. 14. etiam Corte ad Plinii 3. Ep. 1. (*Burm. ad Lucan. 5, 226.) Paulo ante *sepe abjecta*, pro *spe*, Voss. 2. V. ad Liv. 7, 7, 6. Tum *Satriculae tuendae* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Harl. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *Satriculae tuendae* Lovel. 3. V. supra hoc cap. ad §. 2.

§. 1. *Bellum deinceps ab Q. Fabio dictatore gestum est*] Glaereanus hunc dictatorem hoc anno fuisse sine consulibus existimat. verum errat. fuit enim Q. Publilio et L. Papirio *quartum consulibus*, teste Diodoro, qui in horum consulatu ait [l. 19. p. 711.] *Ελωδοτες δὲ ἐν τοῖς κινδύνοις αὐτοκράτορα τοῦ πολέμου καθι-*

ctatore Q. Fabio gestum est. Consules novi, sicut superiores, Romae manserunt: Fabius, ad accipiendum ab Aemilio exercitum, ad Saticulam cum supplemento

ἐάντων ἀξιολόγων ἀνδρῶν, προσχειρίσαντο τότε Κοῖντον Φάβιον καὶ μετ' αὐτοῦ Κοῖντον Ἦλιον Ἰππαρχον. οὗτοι τὰς ἀνὰ μέγιστον ἀναλαβόντες παρετάξαντο πρὸς τοὺς Σαμνίτας περὶ τὰς καλουμένας Λαυσόλας. Narrat deinde Romanorum, item ut Livius, fugam, et Q. Aulii magistri equitum necem. Est enim apud Diodorum Ἦλιον, pro Aulium, ut cum dicimus Clodius, pro Claudius. SIG. Errorcm, quem Sigonius refellit, Glareanus commisit in Chronologia Livio subjecta ad annum urbis cxxxix. Ipsum etiam falsi convincunt fragmenta Fast. Capitol. ad annum cxxxviii. Quin etiam, male Glareanus anno. quo Fabius dictator fuit, subjungere annum, quo Papirius Cursor et Publilius Philo consules fuerunt, patet ex Livii c. 24. in princ. ubi novos consules M. Poetelium, C. Sulpicium exercitum ab dictatore Fabio accepisse tradit. Ceterum vocem *deinceps* Hearne in Oxon. L. 1. non invenit. Tum a Q. Fabio legunt Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn. Verbum autem *est* omittitur in Harlej.

Consules novi, sicut superiores, Romae manserunt] Mirum et hoc loco consulum omissa esse nomina, auctorisne, an temporum, culpa haesito. Caeterum Fabii dictaturam non videtur posuisse annum absque consulibus. Sed non est dubium, historiae hic aliquid deesse. GLAR. Desunt nomina novorum consulum, sine dubio librariorum vitio: neque enim alias unquam ea studiose Livius praetermisit. Sunt autem apud Cassiodorum L. Papirius, Q. Publilius. Itemque in

Capitolinis tabulis, L. Papirius Cursor IIII. et Q. Publilius Philo IIII. Et apud Diodorum l. 19. [p. 707.] Λεύκιος Παπίριος τὸ τέταρτον καὶ Κοῖντος Ποπλίλιος τὸ δεύτερον. Atque ita restituum esse Livium puto, ut est in Capitolinis lapidibus. Nam in horum temporum consulibus nominandis mire diligens est, ita ut neque cognomina, neque multiplicatorum honorum notas ullas praetereat, et L. Papirium biennio post *consulem quintum* tradit. Quod non faceret, nisi hoc anno cum consulem *quartum* nominasset. Hoc ipsum, ut dixi, cum Glareanus non intelligeret, annum unum sine consulibus interseruit: L. autem Papirium et Q. Publilium in insequentem annum transtulit, ita ut uno anno Livium antecedit contra omnium monumentorum auctoritatem. †, Glareanus ubique „testatur, se pro uno anno cum „nemine certaturum. At hic ita „nunc clamat, quasi id non le- „gerit apud eum. „†. SIG. In Livio desiderantur nomina consulum, negligentia potius librariorum, ni fallor, quam auctoris, fere numquam ea studio praetermittentis. Supplendus igitur in hunc fere modum Livii hic locus videtur. *Consules novi L. Papirius Cursor IV. et Q. Publilius Philo IIII, sicut superiores, Romae manserunt.* Versus etenim integer ibidem a dormitante scriba praetermissus. PIGH. in Ann. ad ann. cxxxviii. p. 357.

Ad accipiendum ab Aemilio exercitum, ad Saticulam cum supplemento venit] *ad accipiendum ab Aemilio Saticulam, exercitum supplemento venit* Leid. 2. et Lovel. 1.

2 venit. neque enim Samnites ad Plisfiam manserant: sed, aditis ab domo novis militibus, multitudine freti, castra eodem, quo antea, loco posuerunt: laceffentesque proelio Romanos avertere ab obsi-
3 dione conabantur. Eo intentius dictator in moe-

Satriculam etiam omnes reliqui scripti mei et Hearnii Oxon. L. 2. N. B. ac C. ut et edd. omnes ante Sigonium. V. ad cap. praec. §. 2. Similiter etiam iidem exhibent infra hoc cap.

§. 2. *Ad Plisfiam manserant*] ad *Pliscliam* Leid. 2. et Lovel. 1. ad *Plisfina* Haverk. ad *Philisfiam* edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad cap. praec. §. 6. Mox a domo Gaertn. et Fragm. Hav. Tum *militibus novis*, alio ordine, Harlej.

Castra eodem, quo antea, loco posuerunt] quo ante Harlej. omnesque editi usque ad Cl. Jac. Gronovium, qui antea substituit, concinentibus reliquis scriptis. V. ad 40, 12, 3. Tum *locum posuerunt* Fragm. Hav. *loco posuerant* Lovel. 4. et ita etiam Portug. in contextu, qui tamen inter versus adscriptum habet *posuerunt*.

Avertere ab obsidione conabantur] *avertere ab obsidione* Fragm. Hav. a m. 1. *avertere ab obsidione* Lovel. 1. *avertere obsidione* Lovel. 2.

§. 3. *Id bellum tanti ducere, quod urbem oppugnabat*] Quid certe sibi hoc velit, vix equidem planum facere possum, etiamsi verba clara sint. GLAR. Hujus loci sensus, quem sibi ignotum esse Glareanus ait, hic est: Dictator, ad oppugnationem urbis conversus, id opus tantum pro bello habebat, quatenus oppugnabat, ac caeteris in rebus nulla belli

species erat. Nam a Samnitibus securus, stationibus tantum, ne qua vis in castra fieret, oppositis, erat. Quo fiebat, ut Samnites, cum se contemni putarent, ferocius obequitarent vallo castrorum, neque quietem agere possent. SIG. Sigonius in scholiis ad hunc locum contra Glareanum talem sensum elicit. „Dictator, ad oppugnationem urbis conversus, id opus tantum pro bello habebat, quatenus oppugnabat, ac ceteris in rebus nulla belli species erat.“ Sed ostentat mihi ex idoneo Latinae linguae auctore, *tanti ducere* idem esse illis, *pro hac vel illa re tantum habere*. In Pal. pr. vitiose reperitur *dicere*. in sec. vero diversimode, *id bellum nitobatur ducere*. Qui putavit *ducere bellum*; quod mox c. 23. Livius effert, *quibus operae est, trahere bellum*. GEBH. Sensem, quem ignorare se fatetur Glareanus, recte eruit Sigonius. Sed hic ipse sensus admonere illum poterat, scribendum esse *tantum ducere*. Id tantummodo pro bello habebat. 28, [3a, 8.] *Immemorem esse rerum suarum gestarum, qui id bellum ducat*. J. FR. GRON. *id bellum tanti ducere* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. et Fragm. Hav. Neque aliter Klock. nisi quod in eo lacuna sit ante haec verba. *id bellum tanti ducere* Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. ac 4. Sed *dicere* et *ducere* vel mille locis in Mssis commutantur. V. ad 28, 43, 1. 20, *quod bellum tanti diceret, urbem oppugnabat* Lovel. 2. *id bellum nitobatur ducere* Portug.

nia hostium versus, id bellum tantum ducere, quod urbem obpugnabat; securior ab Samnitibus agere, stationibus modo obpositis, ne qua in castra vis feret. Eo ferocius adequitare Samnites vallo, ne-⁴ que otium pati. et quum jam prope in portis castro-

Gaerta. et Haverk. [Veith]. Forte oratio per infinitivum concepta indoctis librariis displicuit, ideoque pro *santi* dederunt *nitebatur*. Ita saepius eos peccasse, dictum est supra ad 1, 50, 6. *id bellum tantum nitebatur ducere* Hearnium laudat ex Oxon. B. C. L. 2. et N. nisi quod posterioris margini *santi* adscriptum sit. Quae lectio si in tot ejus codicibus existerit, (de hoc enim ut non nihil dubitem, illud efficit, quod eam in nullo meorum invenerim) non modo scribae duas lectiones junxerunt, verum etiam haud obscure indicant, Gronovii conjecturam, *id bellum tantum ducere*, verisimam esse. *ducebat* igitur, id est existimabat, id tantum bellum esse, id solummodo pro bello habebat. quo sensu *to ducere* apud Livium frequens est. 2, 38, 6. *Et hanc urbem vos non hostium ducitis? ubi, si unum diem morati essetis, moriendum omnibus fuis.* 21, 41, 12. *Pacem cum vicis fecimus; tutelae nostrae deinde duximus, cum Africo bello urgerentur.* ubi v. quae notantur. 27, 27, 1. *Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandi cum Hannibale, ut nunquam satis castra castris conlata duceret.* 36, 44, 9. *Jussit meminisse Romanae virtutis, ut pro vivis ducere regia mancipia.* 38, 26, 6. *Et si non ipsi vicci erant, suae gentis hominum eandem pro sua ducebant.* 40, 56, 1. *Potentior quidem erat, quam ut fugam necessariam duceret.* 42, 34, 15. *Vos quoque aequum est, omnia honesta loca ducere, quibus rempublicam defensuri sitis.* 44, 39,

2. *Majores vestri castra munita portum ad omnes casus exercitus ducebant esse.* Doujatius etiam sensum constare posse existimat, modo *quod oppugnabat* cum Sigonio accipiat pro quatenus oppugnabat: quod, vellem, demonstrasset. Neque probo conjecturam Cl. Ant. Perizonii, qui legendum censet *quo urbem obpugnabat*. Vulgatum enim, pro quo stant omnes codices, satis commodum sensum exhibet. Praeterea paullo ante *dictator moenia hostium versus*, omissa praepositione, Lovel. 4. *dictator in moenia versus hostium* Leid. 3. et Lovel. 1.

Securior ab Samnitibus agere] et securior Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Hinc a Samnitibus agere Gaertn. Mox stationibus modo opposito, pro oppositis, Lovel. 2. et neq. in castra vis feret, pro ne qua, Leid. 1.

§. 4. *Eo ferocius adequitare Samnites vallo, neque otium pati]* In veteribus libris *obequitare* legitur, non *adequitare*. Post haec novae orationis principium fieri debet. *Et cum jam prope.* SIG. Pall. pr. ac tert. *Eo ferocius adequitatum est. Samnites vallo neque otium pati.* sec. cum binis priscis edd. *adequitare.* GEBH. Veteres libri, unde hoc Sigonius, haud scio, qui sint. nostris certe, in quibus constanter *adequitare*, meliores non sunt. J. FR. GRON. *adequitandum est* legunt Voss. 2. et Lovel. 3. Reliqui omnes, quos vidi, codices,

rum esset hostis, nihil consulto dictatore, magister equitum Q. Aulius Cerretanus, magno tumultu cum omnibus turmis equitum eiectus, submovit hostem. § tum in minime pertinaci genere pugnae sic fortuna exercuit opes, ut insignes utrimque clades et clara 6 ipsorum ducum ederet funera. Prior Samnitium

et Hearnii Oxon. N. B. ac C. *adequitare* praeferunt. Utrumque sensum haud incommodum reddit. Hinc codicum auctoritate standum, idque, quod ante Sigonium in omnibus edd. profabat, reducendum existimavi. V. supra ad 1, 14, 7. Accedit, quod mox repetatur, *quo tam ferociter adequitasset.*

Magister equitum Q. Aulius Cerretanus] Q. Duilius Aulus Terretanus Leid. 2. Et ita etiam est in Lovel. 1. a m. 2. in quo *Aulius* a m. 1. scriptum fuerat. Q. *Aulus Cerretanus* Lovel. 3. Q. *Aulius Cerretanus* Gaertn. et Fragm. Hav. Q. *Aulus Cerretanus* Portug. et Haverk. Q. *Alius Cerretanus* edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. supra ad 9, 15, 11.

§. 5. *Tum in minime pertinaci genere pugnae*] Omnes libri cum *minime pertinaci*. GEBH. cum *in minime pertinaci* Voff. 1. Leid. duo, Lovel. 1. et Fragm. Hav. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. cum *minime pertinaci* Voff. 2. Lovel. 3. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. cujus codex B. praefert *tum minime*. Sed praepositio *in* vel intercidit ob vocis praecedentis literam finalem, vel sequentis initialem. De priori v. ad 10, 13, 3. de altero ad 37, 1, 2. *tum in certamine pertinaci genere pugnae* Lovel. 2. Mox *fortuna opes exercuit* Leid. 1. alio ordine: pro quo Doujatius legendum censuit

exercuit copias. Ita quidem interdum variant librarii. V. viros doctos ad Nepot. Miltiad. 5. Nihil tamen mutandum est, quia in vulgatum constanter conspirant codd. et *to opes* pro *copias* saepe sumatur. V. quae viri docti ad eundem locum Nepotis notarunt.

Ut insignis utrimque clades et clara ipsorum ducum ederet funera] Si verbum *ederet* nominativum habet *fortuna*, necesse est, ut *insignes utrimque clades* legamus. Sin autem *insignis* nominativus est, copula *et* abundat. GLAR. Prius verum est. *insignes utrimque clades* legit etiam Lovel. 2. Cl. Ant. Perizonius ad marginem Livii notavit, vellocum medicina egere, vel *insignis* accipiendum casum quartum numeri pluralis. Vox *ducum* deficit in Harlej. et edd. Aldo prioribus. ut in *singulis utrimque clades et clara ipsorum ducum ederent funera* habet Klock.

§. 6. *Quod tam ferociter adequitasset, inde se fundi fugarique*] Lege, *quo tam ferociter adequitasset, inde se fundi fugarique* ratione evidenti: etsi non varient scripti. J. FR. GRON. *quo tam ferociter* Voff. 1. et Lovel. 1. Saepe *quo* et *quod* in Mssis commutantur. V. ad 36, 33, 3. Deinde *equitasset* Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Male. V. modo ad hoc cap. §. 4. *Tum et inde se fundi* Portug. Haverk. et Hearnii

imperator, aegre patiens, quo tam ferociter ad-
quitasset, inde se fundi fugarique, orando hortan-
doque equites proelium integravit. in quem, insi- 7
gnem inter suos cientem pugnam, magister equitum
Romanus infesta cuspide ita permisit equum, ut u-
no ictu exanimem equo praecipitaret: nec, ut fit,

Oxon. N. ac B. Verum illud et
perperam repetitum est ex ulti-
mis literis vocis praecedentis.
V. infra ad 39, 18, 8. *Tò fugarique*
deficit in Lovel. 4. Sed infinitis
locis haec verba apud Livium
aliosque scriptores jungi solent.

*Orando hortandoque equites pro-
elium integravit*] orando deficit in
Lovel. 2. *orando hortando equites*,
sine copula, Leid. 1. Ita infra
29, 2, 13. *Ut fluctuantia viderunt
signa, hortantur, orant, ut per-
cussos invadant.* Et saepe Livius
duo aut plura verba ἀνωδέτως
jungit. V. ad 2, 54, 4. 5, 51, 3.
6, 41, 2. (* 39, 15, 2.) Praeterea
proelium intravit Lov. 4. *proelium
iteravit* Leid. duo, Lov. 1. Har-
lej. Portug. Klock. Haverk. Hear-
nii Oxon. B. C. ejusque N. in
margine, cum editis ante Aldum,
qui primus integravit reposuit.
Utramque Livio in usu est. et
quidem integrare proelium, pugnam
supra 7, 7, 8. *Clamore provolant
ante signa, et novam integrant pu-
gnam.* 3, 70, 6. *Conficerent equos
virosque, ne quis revereretur inde
ad proelium, aut integraret pu-
gnam.* ubi plura exempla vido.
Iterare proelium, pugnam 1, 12,
7. *Jupiter optimus maximus resi-
stere, atque iterare pugnam jubet.*
6, 32, 7. *Postero die iterata pugna.*
Hic tamen *integravit* magis pla-
cet. Solent autem librarii in com-
mutandis his vocibus peccare.
V. ad 28, 15, 10.

§. 7. *Insignem inter suos cientem*

pugnam] Vox insignem perperam
omittitur in Leid. 2. et Lovel. 1.
[Veith.] Livius 39, 40, 6. *In bello
manu fortissimus, multisque in-
signibus clarus pugnis.* Curtius
4, 9. *Insignis eo die pugna equi-
tum et praecipue Ariflonis fuit.*

*Ita permisit equum, ut uno ictu
exanimem equo praecipitaret*] *ita
percutit equum* Haverk. De lo-
cutione *permittere equum* v. supra
ad 3, 70, 9. Tum *ex uno ictu* Voff.
1. a m. 1. pro quo *ut uno ictu* post-
ea inter versus adscriptum est.
Utraque lectio simul recepta
ut ex uno ictu praeferunt Portug.
Haverk. et Oxon. N. in margine,
teste Hearnio; qui insuper mo-
nuit, se *ut ex novo ictu* in B. et
ut virum uno ictu in L. 2. inve-
nisse. [*ut virum ex uno ictu* Veith.]

*Nec, ut fit, ad ducis casum per-
culsa magis, quam irritata, est
multitudo omnis, qui circa erant*] Vet. lib. *Omnes, qui circa erant.*
SIG. *nec fit, ut ad ducis perpe-
ram* Fragm. Hav. De formula *ut
fit* v. ad 4, 52, 4. Tum *perculsa
magis* Leid. 1. V. ad 34, 15, 2.
*ad ducis casum perculsa, magis
irritata est* Leid. 2. ut magis ac-
cipiatur pro potius. V. viros
doctos ad Gratii Cyneq. 90. U-
nius tamen cod. auctoritas rell-
quorum consensui praeferrì ne-
quit. *Tò est* deficit in Voff. 2. qui
insuper praefert *irritata multi-
tudo hostis omnis, quae circum e-
rat*: sed vocem *hostis* additis si-
gnis delendam esse indicabatur.

ad ducis casum perculsa magis, quam irritata, est
 8 multitudo. Omnes, qui circa erant, in Aulium,
 temere invectum per hostium turmas, tela conjece-
 9 runt. Fratri praecipuum decus uli Samnitium im-
 peratoris dederunt. is victorem detractum ex equo
 magistrum equitum, plenus moeroris atque irae,

irritata multitudo omnis, quae circa erat Lovel. 3. *irritata est multitudo omnis, quae circa erat* Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *irritata est multitudo omnis, qui circa erant* Lovel. 1. et Leid. 2. *irritata est multitudo omnis, qui circum erat* Leid. 1. et Lovel. 4. *irritata est multitudo. Omnes, qui circumerant* Gaertn. Sed Sigonio, emendanti *irritata est multitudo. Omnes, qui circa erant*, alios consentire Hearnius monet. Consentit certe Gronovius mox ad §. 9. De locatione *qui circa erant* v. Cel. Duker. supra ad 1, 4, 6. et quae notantur ad 36, 14, 12.

§. 8. In Aulium, temere invectum per hostium turmas] Aulium quidam legendum putant. Caeterum hoc in loco per aliquot versus vide ut congruant, quaeque praecedunt, quaeque sequuntur. Primum *in eum tela conjecerunt*, deinde *fratri dederunt*, demique *ille eum trucidat*. Porro qui vivum eum retinere poterunt, atque adeo dare, occidereque, ejus cadavere potiri non potuisse, mirum videri potest. Praeterea amphibolon est in genitivo *Samnitium imperatoris*, fratrine imperatoris, an uli decus imperatoris Samnitium. GLAR. Quinam sint, quos *Aulium* legendum putare dicit Glareanus, non invenio; nisi se ipsum indicet. Supra enim, se *Aulium* de hoc Cerretano legendum censere, professus est ad

8, 37, 1. Sed, *Aulium* eum vocandum esse, viri docti ibidem monuerunt: quod, ab aliis substitutum, magis, quam *Aulus* praenomen, quadrare ad eundem locum concedit Glareanus. Et ita etiam hic omnes scripti et editi praeferunt, nisi quod *Aulum* sit in Leid. 2. Lov. 1. 2. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Neque est, quod idem Glareanus videre jubet, ut praecedentia ac sequentia congruant. Calumniatus esse, aut certe non recte accepisse videtur vocem *dederunt*. Non enim eo indicatur, omnes, qui circa erant, captivum Aulium dedisse fratri imperatoris Samnitium; quo sensu Glareanus intellexisse, verba ejus docent: sed ideo ei dedisse uli Samnitium imperatoris decus, quia conjectis telis scopum, quem petebant, ipsum nempe Aulium, non tetigerunt, atque in eo virtutis suae exercendae locum fratri ejus reliquum fecerunt. *concedere alteri de us* infra dicit Liv. 25, 14, 6. Quod autem Aulii ex equo detracti et interfecti corpus Samnites tamen potiti non sint; procursum equitum factum est, quo Romani superiores facti Samnites repulerunt, et ita spatium illud in castra referendi nacti sunt. Qui etiam in genitivo *Samnitium imperatoris* amphibolon agnoscit, et nescire se fatetur, quo referendum sit, nac illi ad singulas periodos subsistere necesse est. Quis enim non videt,

trucidavit: nec multum afuit, quin corpore etiam, quia inter hostiles ceciderat turmas, Samnites potirentur. Sed extemplo ad pedes descensum ab 10 Romanis est, coactique idem Samnites facere. et repentina acies circa corpora ducum pedestre proelium iniit, quo haud dubie superat Romanus: re-

et ad *fratri* et ad *decus* pertinere? quasi foret, decus ulii imperatoris Samnitium dederunt fratri ejusdem imperatoris. Supra habuimus 2, 40, 9. *Complexus inde suos dimittis*. ubi plura vide. Et ita est 7, 6, 2. *Neque eam voraginem confectis terrae, quum pro se quisque goveret, expleri potuisse*. scil. *quisque goveret terram, ex praecedenti terrae revocandum est*. Infra hoc lib. c. 27, 10. *Commeta potest fieri acie Samnitium, et quae in pugnam succedit*. scil. *et quae eorundem Samnitium*. ubi iterum haeret Glareanus. (* v. ad 38, 17, 5.)

§. 9. *Fratri praecipuum decus*] Membranae Thuanae, uterque Voss. Helm. carent copulativa: optime. est enim adversativa, quae intelligitur, *sed*, non copulativa. Vide *ant. Sediv*. *Omnes, qui circa erant, in Aulium temere invocatum per hostium turmas tela confecerunt: fratri praecipuum decus ulii*, etc. Omnes quidem poterunt, sed frater defuncti tetigit scopum. Ita autem legendum et distinguendum: non, *multitudo omnis*. *Qui circa erant*. Quod et Sigonius vidit. J. FR. GRON. *Fratrique* in solo apud me superest Harlej. 2. In reliquis meis et Oxoniensibus Hearnii deest constanter copula, a Gronovio merito ejecta: at quidam eorum alio modo corrupti sunt. Pro *Fratri* enim *Stratum* est in Lovel. 2. *Fracti* in Fragm. Hav. a m. 1. *Facti* a m. 2. Deinde *ulisci*, pro

ulsi, in Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *imperator* in Voss. 1. et Lovel. 2.

Is victorem detractum ex equo magistrum equitum, plenus moeroris etc. trucidavit] Omisssa prima vocula *is*, insuper *victoremque* etc. *pleni moeroris trucidavit* praefert Lovel. 2. *plenum moeroris* Gaertn. Deinde, addita voce, *Aulum trucidavit* Hearnii Oxon. C. Voces *dederunt. is victorem detractum ex equo magistrum equitum plenus moeroris* deficiunt in Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. ad 4. Cui negligentiae scribarum ea causa exiitit, quod vox *imperatoris* proxime praecedens iisdem literis finiatur, quibus ultima omisssarum *moeroris*.

Nec multum absuit, quin corpore etiam, quia inter hostiles ceciderat turmas] neque multum absuit Gaertn. *nec inultum absuit* Voss. 2. V. ad 3, 38, 3. *nec multum absuit* Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad Livii 23, 8, 11. *nec multum absuit* Leid. 1. Recte. V. ad 4, 12, 6. Tum *corpore et quia inter* Voss. 2. *corpore etiam et quia inter*, utraque lectione juncta, Gaertn. Deinde vox *turmas* deficit a m. 1. in Fragm. Hav. *Mox poteruntur*, pro *potirentur*, Gaertn. V. supra ad 7, 9, 7.

§. 10. *Sed extemplo ad pedes descensum ab Romanis est, coactique idem Samnites facere] descensum* Voss. 1. et Lovel. 1. *descensum*

operatumque Aulii corpus, mixta cum dolore laetitiae, victores in castra referunt. Samnites, duce amisso, et per equestre certamen tentatis viribus, omitta Saticula, quam nequidquam defendi rebantur, ad Plistiae obsidionem redeunt; intraque paucos dies Saticula Romanus per deditioem, Plistia per vim Samnis potitur.

Leid. 2. V. infra ad 36, 14, 4. Tum *es ab Romanis*, inserta copula, Harlej. *a Romanis* Lovel. 1. 2. Voff. 1. Leid. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Praeterea conjunctio *que* exsulat ab Haverk. Hinc *inde*, pro *idem*, est in Lovel. 1. a m. 1. V. ad 1, 19, 7. Ceterum omnia haec verba scribarum negligentia omittebantur in Leid. 1. Voff. 2. Lovel. 3. 4. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. Mox etiam deest vox *pedestre* in Lovel. 2.

Haud dubis superat Romanus, recuperatumque] superat, id est *supererat*, Portug. et Haverk. V. ad 6, 4, 2. Tum copula *que* non adparet in Leid. 1. Mox voces *victores in castra* omittuntur in Fragm. Hav. a m. 1. et *redeunt*, pro *referunt*, est in Voff. 2.

§. 11. *Per equestre certamen tentatis viribus]* Pall. pr. et tert. *pene equestre*. sec. porro *per equestre certamen attenuatis viribus*. GEBH. *pene equestre certamen* Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. *pene equestri certamine* Lovel. 2. Tum *attenuatis viribus* Lovel. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. *Vires attenuatae* Livio saepe memorantur. Ita 25, 11, 3. *Magna caede ita adtonuari praesidii vires*. 31, 49, 6. *Bello Hannibalis adtonuatae vires ejus colonias erant*. 39, 49, 4. *Divino morbo, ex quo tum*

primum resciebatur, viribus admodum adtonuatis. et alibi. Verum licet Romani victores discesserint, Samnites tamen hoc proelio non tam vires adtonuarant, quam earum periculum fecerant. Hinc etiam, spe Saticulam ex obsidione eximendi depulsi, Plistiam reversi sunt, et urbe haec per vim potiuntur. Vulgatum itaque *tentatis* servandum puto.

Ad Plistiae obsidionem redeunt; intraque paucos dies] Plisticae, et mox *Plistica* Voff. 1. Leid. ambo, et Lovel. 1. 2. ac 4. *Philistiae* et *Philistia* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. Gronov. ad cap. praec. finem. Tum *itaque* Leid. 1. quae lectio ex non intellecto compendio *it'q;* nata esse videtur. Mox *Samnis per vim* Portug. et Haverk. In verbis autem ultimis hujus capituli *per vim Samnis potitur* finit ingens lacuna cod. Florent. quae c. 14, 2. inceperat; atque ab illis iterum incipit contextus Liviani series.

§. 1. *Mutata inde belli sedes est]* *Mutata* Lov. 3. V. de hac varietate in Mssis interdum obvia quae notavi ad Sili 10, 463. *Muta* Leid. 1. Ita peccarunt etiam scribae supra 5, 51, 2. Similium errorum exempla infra dabo ad 10, 37, 2. Tum *deinde* Gaertn. ut Lovel. 2. quomodo lapsus est scriba, quod per compendium scriptum fuerit *id.* V. ad 5, 20, 2. Hinc *es-*

XXIII. Mutata inde belli sedes est. ad Soram ex Samnio Apuliaque traductae legiones. Sora ad Samnites defecerat, interfectis colonis Romanorum. quo quum prior Romanus exercitus, ad ulciscendam civium necem recuperandamque coloniam, magnis itineribus praevenisset, et sparsi per vias speculatores, sequi legiones Samnitium, nec jam procul

des belli Leid. a. a m. 1. pro quo manu altera *belli sedes* substituta est: qui error ex minus emendata pronuntiatione verba praecuntis facillime nasei potest. V. (* ad 40, 7, 8.) ad Sillii 3, 617. *belli sedis* Florent. a m. 1. V. supra ad 5, 51, 13. Vox *belli* deficit in Voff. 2. Verbum substantivum in Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Voces *inde belli sedes est. ad Soram ex Samnio Apuliaque traductae legiones. Sora* deficient in Loyel. 3. et 4. Eaedem una cum proxima ad deficiunt etiam in Leid. 1.

Ad Soram e Samnio Apuliaque traductae legiones] Praepositionem e abscidit Pal. sec. Campanirecensio legit *ad Soram ex Samnio Apuliaque inducias legiones*. GEBH. *ad Soram Samnio*, omissa praepositione, etiam Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *ad Soram e Samnio* Harlej. et edd. ante Jac. Gronov. qui *ex Samnio* substituit, consentientibus omnibus reliquis meis, nisi quod vocula auctior Loyel. 2. praefert *et ex Samnio*.

§. 2. *Sora ad Samnites defecit, interfectis colonis Romanorum*] Sic Diodorus l. 19. [p. 710.] Σωρανοῦς τε ἐπειθὰν κατασφάξαντοὺς παρ' αὐτοῖς Ρωμαίους, συμμαχίαν δὲ πρὸς Σαμνίτας συνέσταν. SIG. *Sora mutata ad Sam-*

nites defecerat Voff. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed vox, quae in his codd. interponitur, ex praecedentibus adscita est. Mox *Romanorum exercitus*, pro *Romanus*, Hearnii Oxon. C.

Magnis itineribus praevenisset] Sic MSS. non *pervenisset*. J. FR. GRON. Ita etiam Hearne in Oxon. L. 1. 2. N. ac B. invenit, neque aliter est in meis, nisi quod *pervenisset* sit in Loyel. 2. Harlej. Leid. 2. et Portug. [Veith.] V. ad 22, 2, 1. Nec *praevenire* ideo displicere potest, quia modo praecessit *prior*. Livium enim aliosque scriptores ita saepius locutos esse, ut *prius* et *ante* jungant verbis cum praepositione *prae* compositis, adeoque voculae illae abundant, infra videbimus ad 21, 20, 8. In verbis praecedentibus copula *que* exsulat ab Fragm. Hav. a manu pr.

§. 3. *Es sparsi per vias speculatores*] Pal. sec. *sparsique*. Vulgatum et reliqui libri omnes respuunt. GEBH. Respuunt quoque non tantum omnes codd. mei, [Veith.] verum etiam typis descripti usque ad Froben. qui primus addidit anno 1535. et recte. Videtur enim ad sensum necessario requiri. Interceptum autem puto ab ultimis literis vocis praecedentis. V. infra ad 35, 41, 7. Deinde *per vias* Gaertn. V. supra ad 7, 22, 9. Mox voces *nos*

4 abesse, alii super alios, nunciarent; obviam itum
 hosti, atque ad Lautulas ancipiti proelio dimicatum
 est. non caedes, non fuga alterius partis, sed nox
 5 incertae, victi victoresne essent, diremit. Invenio
 apud quosdam, adversam eam pugnam Romanis
 fuisse, atque in ea cecidisse Q. Aulium, magistrum
 6 equitum. Subjectus in locum Aulii C. Fabius ma-
 gister equitum cum exercitu novo ab Roma advenit ;
 et,

jam procul abesse, alii super alios nunciarent; obviam itum librarium culpa omittuntur in Leid. 1. et Lovel. 3. ac 4. cum alii super alios praeferunt Harlej. et modo memoratae edd.

§. 4. *Obviam itum hosti] obitum hosti* Florent. a m. 1. *obvium hosti* Voff. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. quo eodem errore etiam multos Sallustii codices infectos esse, viri docti observarunt ad Jugurth. 5. recte monentes, non esse verbum aevi Liviani, sed eo demum tempore in frequenti usu fuisse, pro plerique librarii vixerunt. Illos autem solitos fuisse, verba barbara sui seculi scriptoribus optimi aevi Latinitatis passim obtrudere, aliis exemplis supra docui ad 7, 21, 2. Quum autem Cellarius *obviare* ad Vegetii, Macrobbii etaequalium sor-des relegasset; iis antiquiores Palladium et auctorem Declam. quae sub nomine Quinctiliani circumferuntur, eodem usos esse, docuit Cl. Duker. ad auctor. de Latin. Jctorum p. 393.

Ad Lautulas ancipiti proelio dimicatum est [Diod. Sic. l. 19. p. 711.] *Παρετάξαντο πρὸς τοὺς Σαυτίλας περὶ τὰς καλουμένας Λαυτίλας.* SIG. Praepositio ad deficit in Voff. 2. Tum *Laurulas*

Florent. *Laurulas* Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. *Lauculas* Haverk. Sed supra v. ad 7, 39, 7. et mox hoc lib. c. 25, 2.

Nox incertae, victi victoresne essent, diremit] victores victine essent Leid. 2. *no victi an victores essent* Portug. qui videtur dare voluisse, *victine an victores*. Sed nihil muto. V. ad 5, 28, 5. Tam *dirimis* Port. et Hearnii Oxon. B.

§. 5. *Invenio apud quosdam, adversam eam pugnam Romanis fuisse] Inveni apud quosdam* Lovel. 2. *Invenitur apud quosdam* Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 3. V. supra hoc lib. ad c. 15, 8. Inter eos, qui hanc pugnam Romanis adversam fuisse, atque in ea Q. Aulium magistrum equitum cecidisse referunt, est etiam hodie Diodor. Sic. l. 19. p. 711. Ceterum mox in ea cecidisse quo *Aulum* Leid. 2. et Lovel. 1. *in eam cecidisse Q. Aulum* Lovel. 3. *in ea cecidisse Q. Aulum* Lovel. 2. Portug. Harlej. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. *in ea cecidisse Q. Aulum* Florent. V. hoc lib. cap. 15, 11.

§. 6. *Subjectus in locum Aulii C. Fabius magister equitum] Qui in superioribus pro Aulio emen-*

et, per praemissos nuncios consulto dictatore, ubi subsisteret, quove tempore, et qua ex parte hostem adgrederetur, subsistit occultus, ad omnia satis exploratis consiliis. Dictator, quum per aliquot dies 7 post pugnam continuisset suos intra vallum, obsessi magis quam obsidentis modo, signum repente pugnae proposuit; et, efficacius ratus ad accenden- 8 dos virorum fortium animos, nullam alibi, quam in semet ipso, cuiquam relictam spem, de magistro

darant perpetuo *Aemilium*, hoc in loca id facere supersederunt. Ego sane non *Aurelius*, non *Aemilius*, non *Anius*, sed vel *Aelius*, vel *Annius* legendam censeo. Mirum vero, quod ea omnia ita variata in codicibus de uno hoc reperias. GLAR. cum *Fabius Klock*. *Claudius Fabius* edd. vett. V. ad 5, 26, 2. *Q. Fabius Lovel*. 4. et *Fragm. Hav.* Verum recte partim reliqui eodd. vulgatum tuentur, partim priores, quorum lectionem recensui, licet mendosi, ejusdem tamen lectionis vestigia non obscura servant: in falsis enim Capitolinis idem etiam *Casi* praenomen huic Fabio tribuitur. Ceterum omnia haec verba desunt in *Leid.* 2. et *Lovel.* 1.

Cum exercitus novo ab Roma advenit] *Roma venit*, sine praepositione, *Harlej.* *venit ab Roma Gaertn.* *ab Roma evenit Portug.* in quo inter versus adscriptam tamen est *advenit*. Mox *subsistere*, pro *subsisteret*, *Voff.* 2. *subsistes Gaertn.* V. ad 2, 56, 7. *resisteret Harlej.*

Qua ex parte hostem adgrederetur, subsistit occultus, ad omnia satis exploratis consiliis] *qua ex parte hostium Fragn. Hav.* 2 n. 1. Tum *subsistit Leid.* 1. et *Liv. Tom. V. P. 1.*

Gaertn. Hinc occultus Port. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Male. Infra 22, 12, 7. In aliquo flexu vias occultus subsistebat. ubi similiter variant libri. V. quae ibi notantur. Deinde *exploratus conciliis Florent.* *explorati consiliis Haverk.* Paulo ante et quove tempore, priori voce addita, *Harlej.* sed ea perperam ex vocis praecedentis literis finalibus repetita est. V. infra ad 39, 18, 2.

§. 7. Obsessi magis quam obsidentis modo] *quam obsidentes Voff.* 2. *Leid.* 2. *Lovel.* 3. et *Haverk.* Mox *signum repente proposuit pugnae*, alio ordine dictionum, *Voff.* 1. *Leid.* 2. *Lovel.* 1. *Portug. et Haverk.*

§. 8. Ad accendendas virorum fortium animos] *ad docendos virorum fortium animos Voff.* 2. et *Lov.* 3. *ad accendendas victorum virorum fortium animos Portug. accedens et accendere* saepe commutari, infra videbimus ad 22, 46, 2. *ad accendendas militum animos Harl.* quod ex glossa profectum est.

Nullam alibi, quam in semet ipso, cuiquam relictam spem] *quam ex semet ipso Voff.* 2. et *Lovel.* 1. *quam a semet ipso Leid.* 1. Nihil muto. *Infra 39, 31, 5. In illis spem*

9 equitum novoque exercitu militem celavit. et, tanquam nulla, nisi in eruptione, spes esset, *Locis*, inquit, *angustis*, *milites*, *deprebensi*; *nisi quam victoria*
 10 *patefecerimus*, *viam nullam habemus*. *Stativa nostra munimento satis tuta sunt*; *sed inopia eadem infesta*. *nam et circa omnia defecerunt*, *unde subvehi commectus poterant*; *et, si homines juvare velint, iniqua loca*

omnem vincendi et retinendae Hispaniae esse. 40, 32, 3. Postquam receptus pulsus nullus erat, nec usquam, nisi in certamine, spes.

De magistro equitum novoque exercitu milite *celavit*] Vocem *militem* neglexit librarius Harlej. *millium* praeferunt Voss. 2. et Lovel. 3. Credo, indoctis displicuisse sibi minus notam constructionem *celare aliquem de aliqua re*, quae tamen apud Ciceronem frequens est. 7. ad fam. ep. 20. *Bassus noster me de hoc libro celavit*. et pro Dejot. 6. *De insidiis celare te voluit*. Unde passiva forma *celor de ea re* in Orat. pro Cluent. 66. *Non est profecto de illo veneno celata mater*. pro Sulla 13. *Credo, iudices, celatum esse Cassium de Sulla uno*. 5. ad fam. ep. 2. *Debes existimare, te maximis de rebus a fratre esse celatum*.

§. 9. *Tanquam nulla, nisi in eruptione, spes esset*] tamen *quam nulla* Florent. *tum et tamen saepe* in Mssis commutari, infra videbimus ad 22, 59, 13. *Tò esset* omittitur in Leid. 2. et Lovel. 3. Contra post eam vocem adjiciuntur haec tres *ita verba fecit* in Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Sed sequens *inquit*, quod in omnibus constanter superest, efficit, ne eo opus sit.

Deprehensi, nisi quam victoria patefecerimus, viam nullam ha-

bemus] Perperam Pall. duo, et Camp. ed. *victoriam*. sec. nisi *quam victores patefecerimus, viam nullam habemus*. GEBH. *victoriam* Voss. 2. *victores* Portug. et Haverk. Insuper ac *deprehensi* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 10. *Stativa nostra munimento satis tuta sunt, sed inopia eadem infesta*] *Stativis nostra munimenta satis tuta sunt* Lovel. 4. *munimento* Portug. solita scribarum deerratione. V. ad 4, 10, 6. *Tum sed inopia eadem infesta est* Gaertn. qui idem etiam mox *defecere* praefert, pro *defecerunt*.

Et, si homines juvare velint, iniqua loca sunt] Vet. lib. *omnes*. SIG. Libri omnes, qua calamno picti, qua typis excusi, si omnes juvare, quod ante nos quoque observavit Sigonius. GEBH. si omnes etiam Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. B. [Veith.] et editi ante Froben. qui anno 1531. *homines* substituit. Quam lectionem, si excerptis fidendum est, servant Florent. Klock. et plures Hearnii Oxonienses. Videtur etiam eadem scriptura praefenda esse. Est enim hoc loco obpositio inter *homines*, qui juvare volunt, et *loca*, quae iniqua sunt. Solent autem omnes et *homines* passim in Mssis confundi. V. ad Livii 3, 54, 6.

sunt. Itaque non frustrabor ego vos, castra hic relin- 11
quendo, in quae, infecta victoria, sicut pristino die,
vos recipiatis. armis munimenta, non munimentis arma
tuta esse debent. Castra habeant repetantque, quibus 12
operae est trahere bellum: nos omnium rerum respectum,
praeterquam victoriae, nobis abscindamus. Ferte signa 13
in hostem: ubi extra vallum agmen excesserit, castra,

§. 11. In quae, infecta victoria, sicut pristino die, vos recipiatis] Lege sicut die pristini, ex Gellio 10, 24. KLOCK. in qua infecta victoria Leid. 2. et Lovel. 1. in quae inserta victoria Voss. 2. in qua inserta victoria Lovel. 3. in quae infecta victoria Lovel. 2. Voces infectus et infectus etiam alibi in Mssis commutantur. V. viros doctos ad Nason. 4. Metam. 618. et Cel. Burm. ad ejusdem lb. 246. Ita apud Lucan. 4, 736. primus Thuan. quem cod. Nic. Heins. contulit, perperam praefert *infectaque* semper *Punica bella dolis*; ubi recte *infectaque* editur. in quae imperfecta victoria Lovel. 4. V. Cel. Burm. ad Suet. Tib. 47. Sed *infecta victoria*, ut *infecta pax* dicitur supra 9, 1, 3. *Pace infecta* redierunt. 30, 31, 10. Ita *infecta pace* ex colloquio ad suos quum se recepissent. 37, 1, 6. Ita *infecta pace* dimissi, urbe eodem die excedere jussi. Deinde sicut *primodie* Port. et Haverk. (Veith.) Male. Sed neque placere potest Klockii conjectura *die pristini*: quod Livio in usu fuisse aliunde non constat. De *die pristino* v. Cel. Duker. ad Livii 4, 32, 10. ac Burm. ad Suet. Aug. 94. Paulo ante vos deficit in Leid. 2. Tum *castra hic relinendo* Lovel. 2. *castra haec relinendo* Hearnii Oxon. N. in margine.

Non munimentis arma tuta esse debent] *armatura esse debent* Gaert-

ner. *arma tua esse debent* Voss. 2. et Lovel. 1. neque aliter est in contextu Leid. 2. in cuius tamen margine tua mutatum est in *tuta*. Ita et variabant codd. supra ad 7, 16, 5. et infra hoc lib. c. 34, 24. (*38, 45, 10.)

§. 12. Castra habeant repetantque, quibus operae est trahere bellum] *habeant repetanturque* Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 39, 22, 8. *habeant repetant qui- que* Voss. 2. et Lovel. 3. *habeant repetitusque* Leid. 1. *habeant repetitusque* Lovel. 2. Tum quibus operae est Lov. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. *quibus opera est* Florent. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Verum ultima litera *toſ* operae a prima vocis praecedentis (l. sequentis) perperam elisa est. V. ad 23, 8, 9. De locutione operae est v. supra ad 4, 8, 3.

Omnium rerum respectum etc. nobis abscindamus] *vobis* Voss. 2. Lovel. 3. Portug. et Gaertn. sollemni scribarum lapsu. V. ad 34, 2, 2. Tum *abscindamus* Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. Gronov. infra ad 44, 5, 5. et mox §. seq.

§. 13. Ferte signa in hostem: ubi extra vallum agmen excesserit] *Ferte signa in hostem* Leid. 2. *Ferte arma in hostem* Klock. Ita 38, 11, 3. *Hostes eosdem habeto, quos po-*

quibus imperatum est, incendant: damna vestra, milites, omnium circa, qui defecerunt, populorum praeda
 14 *sarcientur.* Et oratione dictatoris, quae necessitatis
 ultimae index erat, milites accensi vadunt in hostem,
 et respectus ipse ardentium castrorum, quamquam
 proximis tantum (ita enim jusserat dictator) ignis
 15 est subditus, haud parvum fuit irritamentum. Ita-
 que, velut recordes inlati, signa primo inpetu ho-
 stium turbant; et in tempore, postquam ardentia
 procul vidit castra magister equitum, (id convene-

gulus Romanus, armaque in eos
fero. Nihil tamen mutantibus aliis codd. vulgatum servo. Infra
 26, 13, 11. *Ad ipsam urbem Romanam infesta signa ferri jussis.*
Tum extra vallum agmen excefferat
 Gaertn. *extra vallum cesserit agmen*
 Harlej. et edd. Alda priora. Mox
 20 est deficit in Leid. 2. *Pro incendans*
 autem est *incedat* in Voff. 2. Leid. 1. Harlej. *Fragm.*
 Hav. a m. 1. et edd. Rom. anni 1472.
 ac Parm. V. ad 8, 20, 5.

Omnium circa, qui defecerunt, populorum praeda sarcientur] quae defecerunt
Fragm. Hav. *qui defecerunt*
 Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. *omnium, qui circa defecerunt*
 Harlej. *Tum praeda sarcientur*
 Lovel. 3. *praeda sarcientur*
 Voff. 2. a m. 1. *praeda sarcientur*
 Haverk. Paulo ante *damna vestra*
 Voff. 2. Lovel. 2. 3. Hearnii Oxon. L. 1.
 et editt. ante Frobenianam anni
 1535. V. modo ad §. 12.

§. 14. *Et oratione dictatoris, quae necessitatis ultimae index erat]*
 Rott. Helm. *Et oratione.* Flor.
 et Vossianus [prior] *Et oratione.*
 Et ita legendum. J. FR. GRON.
Et oratione, praeter duos a Gronovio
 memoratos, ex meis etiam
 praeferebat Leid. duo, et Lov. 1.
 V. ad 2, 44, 3. Solent autem li-

brarii vuculas *Et* atque *Et* in
 Mllis confundere. V. ad 42, 5,
 7. *Et ratione dictatoris* est in Lo-
 vel. 2. V. ad 35, 25, 9. Praeterea
necessitatis ultimae index Haverk.
 et Lovel. 3. V. ad 5, 26, 6. Mox
voces vadunt in hostem: et respectus
ipso ardentium exsulant a Leid.
 2. et Lovel. 1.

Haud parvum fuit irritamentum]
haud parvum Voff. 2. et Lovel. 3.
 V. supra ad 5, 10, 3. *haud parvum*
irritamentum fuit Harlej. et
 edd. Aldina priora. Paulo ante
proximis tm, sive tamen, pro
proximis tm, sive tantum, Haverk.
 V. supra ad 9, 12, 6.

§. 15. *Et in tempore, postquam ardentia]*
et ipso, postquam ardentia
 Lovel. 2. Haverk. et Hearnii
 Oxon. B. Male. *in tempore* est
 tempore opportuno, commodo,
 quod convenerat. V. supra ad
 8, 7, 5.

Ita circumventi Samnites, quae potest quisque]
is circumventi Harlej. *Ita circumventi*
 Leid. 1. *Ita circumventi*
 Florent. Tum *qua post*
quisque Haverk. *qua post*
est quisque Leid. 1. *qua post*
est quisque Lovel. 4.

§. 16. *In unum metu conglobata,*

rat signum) hostium terga invadit. ita circumventi Samnites, qua potest quisque, fugam per diversa petunt. Ingens multitudo, in unum metu congl- 16
bata, ac semet ipsam turba inpediens, in medio caesa. Capta hostium castra direptaque; quorum 17
praeda onustum militem in Romana castra dictator reducit, haudquaquam tam victoria laetum, quam quod, praeter exiguam deformatam incendio partem, cetera contra spem salva invenit.

XXIV. Ad Soram inde reditum; novique con-

ac semet ipsam turba inpediens, in medio caesa) in uno motu congl-
bata Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Huius erroris fontem indicavi ad 6, 3, 8. in unum congregata Lovel. 4. in contextu, altera lectione margini adscripta. Verum scriptura haec ex glossamate marginali nata videtur, et contra genitias in marginem rejecta esse. Contrario errore congl-obari, pro congregare, in edd. vett. substitutum esse vidimus supra ad 5, 47, 5. congl-obare autem Livio haud infrequens fuisse, aliis exemplis docuimus ad 5, 41, 6. Sed et congl-obare in unum supra dixit 8, 11, 5. Multis itineribus dissipati quum se in unum congl-obassent. Tum semet ipsam turbam inpediens Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. qui error ejusdem generis est illi, quem in initio huius adnotationis indagavi. Deinde in medio caesi Leid. 2. et Lovel. 1. quod eodem modo dictum esse posset, quo pars in fugam effusi infra 27, 1, 12. ubi plura similia videbimus. Quum tamen reliqui omnes in vulgatum conspirent, id etiam non mutari debere, verius videtur.

reptaque] Hoc ordine verba primus digessit Gruter., cumque recentiores editores secuti sunt. Illis autem unus et alter scriptorum Grutero editiones praeferunt *Castra hostium capta direptaque*; et ita etiam est in Florent. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Gaertn. Klock. et Fragm. Hav. sed *Hostium castra capta direptaque* Portug. et Haverk. Mox *haustum*, perperam addita adspiratione, scribunt Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Florent. et Portug. a m. 2. V. ad 36, 40, 9.

Haud quaquam tam victoria laetum] Graeciffant Pall. pr. ac tert. *victoriae laetum*. GEBH. Eandem lectionem invenio etiam in Voss. 2. et Lovel. 3. De hac locutione dixi ad Sillii Ital. 8, 548. Quum tamen, alibi Livium ita locutum esse, non invenerim, neque etiam Graecismos hos, nisi parciissime, adhibuerit, insuper codices integerrimi *victoriae constantem* tuentur, *victoriae laetum* nostro vindicare non audeo. *victoria laetus*, quasi ad dictatorem referendum foret, praeserunt Portug. et Haverk. contra mentem Livii. Praeterea *haud quaquam* Leid. 1. Lovel. 1. 3.

§. 17. *Capta hostium castra di-*

sules M. Poetelius, C. Sulpicius exercitum ab dictatore Fabio accipiunt, magna parte veterum militum dimissa, novisque cohortibus in supplementum adductis. Ceterum, quum propter difficilem urbis situm nec obpugnandi satis certa ratio iniretur, et aut tempore longinqua, aut praeceps periculo victoria

et Harlej. V. ad 7, 26, 8. Vox *quaquam* omittitur in Lovel. 2. sequens tam in Leid. 1.

§. 1. *Ad Soram inde reditum*] Abiecta praepositione Camp. *Soram inde reditum*. GEBH. Praepositionem servant omnes alii scripti et excusi, nisi quod Florentino tantum a manu recentiori addita sit. Ita cap. praec. *Ad Soram ex Samnio Apuliaque tractatae legiones*. 5, 19, 9. *Inde ad Vejos exercitus ductus*. V. Perizon. ad Sanctii *Miseriv.* 4, 6. p. 668. Ceterum *Ad Soram ita reditum* est apud Hearnium in Oxon. L. 1. Sed *inde* est deinde, post partam ad Lautulas victoriam. V. infra ad 42, 55, 6.

Novique consules M. Petelius, C. Sulpicius] *Postellus* ex consulatu Capitolino. Diodorus [l. 19. p. 711.] *Μάρκος Πόπλιος, Γάιος Σουλπίκιος*. at Πόπλιος mendose. SIG. *Petellius* ostendunt Pall. tres. alterum Andreas *Claudius Sulpicius* indigitat. mendose. GEBH. V. supra ad 3, 35, 11. Perperam codd. multi *Pestillus, Petillus, Petelinus, Petellius*. Florent. etiam *Postalis*. Secundi consulis praenomen deorat in Lovel. 3. C. *Supplicius* praefertur Voff. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Fragm. Hav. V. ad 3, 10, 5.

Exercitum ab dictatore Fabio accipiunt] Pall. sec. *acceperunt*. GEBH. Ita et Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *recipiunt* Voff.

2. Tum a dictatore Voff. duo. Leid. 2. Lovel. 1. Fragm. Hav. et Gaertner. in quo posteriore deficit etiam vox Fabio.

Novisque cohortibus in supplementum adductis] Pal. sec. *deductis*. GEBH. *novis cohortibus* Haverk. Tum *abductis* Portug. V. ad 27, 29, 1. *inductis* Fragm. Hav. a m. 1.

§. 2. *Ceterum, quum propter difficilem urbis situm nec obpugnandi urbis statum* Voff. 2. et Lovel. 3. prima syllaba vocis *situm* deficiit in Klock. intercepta a litteris ultimis vocis praecedentis. Omnia autem haec vocabula et praecedentis duae posteriores syllabae exsulant a Leid. 2. Mox satis certa rectaque ratio intratur, inserta media voce, Gaertn.

Aut tempore longinqua, aut praeceps periculo victoria esset] *haud tempore longinqua* Voff. 1. Leid. 1. et Lovel. 1. *haut tempore longinqua* Leid. 2. V. infra ad 28, 2, 11. *aut tempore longinquo* Voff. 2. et Lovel. 3. Verum erroris hujus fontem indicatum v. ad 6, 3, 8. Vox *periculo* non adparet in Leid. 1. *Praeceps* per se periculosum notare potest. Ita supra 4, 11, 2. *Quod Ardeatibus in re praecipiti tanta foret cura subventum*. 34, 49, 8. *Libertatem nimiam et aliis gravem, et ipsis, qui habeant, effrenatam et praecipitem esse*. An tamen unius codicis testimonio standum sit, dubito.

esset; Soranus transfuga, clam ex oppido profectus; 3 quum ad vigiles Romanos penetrasset, duci se exemplo ad consules jubet, deductusque traditurum urbem promittit. Visus inde (quum, quonam modo id 4 praestaturus esset, percunctantes doceret) haud vana adferre, perpulit, prope adjuncta moeni-

§. 3. *Clam ex oppido profectus, quum ad vigiles Romanos penetrasset jam ex oppido profectus* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Portug. Apud Nasonem quoque *clam* non semel in *jam* degenerasse, observat N. Heins. in Fragm. Adversar. quod Tibullo subiecit Broekhus. p. 465. Contra *jam* in *clam* abiisse in antiquis Ciceronis libris, qui apud se sunt, testatur Manut. ad 1. ad fam. ep. 2. *oppido profectus*, omissa praepositione, praefert Voss. 2. Tum ad *vigiles Romanos pervenisset* scripserat primo librarius Lovel. 4. Sed ultimae voci notis, quibus aliquid delendum indicatur, subjectis, deinde adscripsit vocem *penetrasset*.

Duci se exemplo ad consules jubet, deductusque traditurum urbem promittit] Pal. sec. sine copula habet *deductus traditurum urbem promittit*. Campanus *deductisque*. GEBH. Omnes mei scripti et editi recte *deductusque*. Verum *exemplo*, solito scribarum errore, Florent. a m. 1. V. ad 34, 33, 8. Tum ad *consules* Voss. 2. Sed, *novos consules* oxeroitum ab dictatore Fabio accepisse, supra retulit Liv. hoc cap. V. de hoc errore infra ad 10, 10, 2. *id consules* Lov. 3. Tum *traditur urbem promittit* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 4. *Visus inde, quum, quonam modo id praestaturus esset, percunctantes doceret, haud vana adfer-*

re, perpulit] Mirum, herele, nemini hactenus hic visum *to Visus*. quod quid hic facit per Deos ad Livii sententiam? Omnino reponendum *Iussus inde, quum, quonam* etc. MOD. Si admittatur lectio Franc. Modii *Iussus*, quam et ego in Pall. o. reperi, quo tibi-cine sustentabuntur ita *haud vana adferre*? Rectius ergo cum antiquissimis editionibus praetulimus *to Visus*. GEBH. *Iussus*, ut Modius reponendum existimat, inveni etiam in Florent. Leid. utroque, Voss. utroque, Lovel. 1. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. eandemque lectionem ex edd. exhibet Mediol. anni 1505. Solent autem passim *visus* et *iussus* in Mssis confundi. V. supra ad 3, 4, 11. 5, 50, 5, 7, 10, 2. c. 25, 11. 8, 15, 7, 10, 14, 17. 21, 23, 1. 39, 47, 4. (* 37, 11, 8. c. 51, 9.) Adde N. Heinsium ad Ovidii Epist. 17. Heroid. 157. et Bentlej. ad Horat. 3. od. 27, 71. Causa est adfinitas ductuum literarum *iu* et *ui*, praesertim in scriptura Longobardica. V. ad 9, 1, 8. *Rursus*, pro *Visus*, est in edd. Mediol. anni 1480. 1495. et Veneta anni 1498. *Tota vox* exsulabat a Lovel. 2. Sed verius puto, ut cum Gebhardo nihil mutemus. Tum *ut quonam modo* Portug. et Haverk. *quum quodam modo* Lovel. 3. *ut quondam modo* Florent. a m. 1. Hinc *praestiturus* Fragm. Hav. a m. 1. V. infra ad 37, 25, 2. Deinde *percunctantes doceret* Leid. 1. *percunctantur* Lovel. 2. Insuper *ad-*

bus Romana castra ut sex millia ab oppido remove-
 5 rentur: fore, ut minus intentae in custodiam urbis
 diurnae stationes ac nocturnae vigiliae essent, ipse in-
 sequenti nocte, sub oppido silvestribus locis cohorti-
 bus insidere iussis, decem milites delectos secum per
 ardua ac prope invia in arcem ducit; pluribus, quam
 6 pro numero virorum, missilibus telis eo conlatis. Ad
 haec saxa erant, et temere jacentia (ut fit) in

ferre deficit in Haverk. Tandem propulsi Portug. qui error frequens est. V. ad 2, 61, 5. 4, 21, 8. hoc lib. c. 30, 7. 10, 4, 7. (* 24, 13, 2.) et alibi. *se hanc vana afferre inquit. propulsi quoque, prope adjuncta* etc. Lovel. 2.

Romana castra ut sex millia ab oppido removerentur] Titubat et haec lectio, maxime in numeris: quippe Pall. pr. et tert. *ut VII. milia. sec. ut tribus milibus ab oppido removeretur. agendum fore. GEBH. ut tribus millibus Haverk. ut tribus militibus Portug. ut tribus miliaribus Gaertn. ut III. mil. Fragm. Hav. ut III. millibus Hearnii Oxon. B. et C. ut sex milium Voff. 1. et Lovel. 1. ut VI. milliario Lovel. 4. ut septem milia Voff. 1. et Lovel. 3. [ut vi militum Veith.]*

§. 5. *Fore, ut minus intentae in custodiam urbis diurnae stationes*] Lipsium et alios, qui stationes tantum diurnas fuisse putarunt, refellit Schélius ad Polybium c. 2. DUR. *agendum fore*, quod se in Pal. sec. reperisse Gebhardus ad verba praecedentia notavit, mihi quoque obvium fuit in Portug. et Haverk. atque Hearnio in Oxon. L. 2. B. C. et N. Tum ad custodiam urbis Port. Gaertn. et Haverk. Ita 2, 18, 8. *Ut intentiones essent ad dicto parendum. 3, 8, 8. Instructum et ad certamen*

intentum. c. 60, 7. Quum per totum diem stetit intenti ad certamen. 10, 43, 2. Partem copiarum revocare instructam intentamque ad obpugnandum. (23, 24, 5.) 24, 19, 2. Intento consule ad Castilinum obpugnandum. 26, 44, 2. Multitudinem aliam, quo clamor, quo subita vocasset res, intentam ad omnia obcurrere jubet. 40, 4, 12. Poris quidem ad hortationem remigum nautarumque intentus erat. et alibi. Verum, etiam vulgatum intentus in aliquid Livio frequens esse, supra vidimus ad 4, 27, 11. Id igitur quum in optimae fidei codd. et reliquis aliis constanter supersit, novandi causam nullam video. Deinde diuiniae stationes aberrans scriba Haverk.*

Sub oppido silvestribus locis cohortibus insidere iussis] in silvestribus locis Lovel. 2. Tum insedere Florent. Leid. 1. et Lovel. 2. V. ad 9, 2, 3. Paulo ante vox ipse deerat in Leid. 1. in sequentibus autem ardua et prope invia praeferrunt Portug. et Haverk.

Missilibus telis eo conlatis] missilibus telisque Lovel. 2. Perperam. V. supra ad 6, 13, 2. Hinc collocatis Florent. De hoc errore infra dicam ad 10, 32, 5.

§. 6. *Ad haec saxa erant, et temere jacentia (ut fit) in aspretis*

aspretis, et de industria etiam, quo locus tutior es-
set, ab oppidanis congesta. Ubi quum constituis-
set Romanos, semitamque angustam et arduam, e-
rectam ex oppido in arcem, ostendisset; *Hoc quidem*
adscensu, inquit, *vel tres armati quamlibet multitudine*
arcuerint: vos et decem numero, et, quod plus
est, Romani, Romanorumque fortissimi viri estis, et
locus pro vobis, et nox erit, quae omnia ex incerto

Ad hoc saxa erant Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 3. Fragm. Hav. Hear-
nii Oxon. N. L. 2. B. et C. et edd.
Rom. anni 1472. ac Parm. *Ad*
hoc erant saxa Fort. V. infra ad
21, 52, 10. *Ad saxa erant* Leid. 1.
Ad haec erant saxa Haverk. Tum
temore jacensia, praecedenti vo-
cula et omissa, Lovel. 4. a m. 1.
V. ad 2, 44, 3. et mox §. 8. hujus
cap. in *asperis* Lovel. 2. Gaertn.
et, teste Hearnio, Oxon. C. qui
in L. 1. invenit in *altis*. (*ut in aspe-*
ris Veith.) Patet, librarios illos
voci sibi minus notae notio-
rem substituisse. At nisi in Livio ho-
spites forent, compertum habuis-
sent, *aspretum* apud eum saepius
obviam esse. Infra hoc lib. c.
35, 2. *Aspreti erant saxis strata*.
ubi plura alia loca laudavit Geb-
hard. quibus plerisque turbant
etiam Mita. Mox *quo loco tutius*
esset, pro *locus*, Lovel. 1. a m. 1.

§. 7. *Ubi quum constituisset Ro-*
manos, semitamque angustam et ar-
duam, erectam] cum stansisset Ro-
manos Gaertn. aliis omnibus in-
vitis: quare verius videtur, pri-
mam syllabam *tot* constituisset in-
terceptam esse a voce praecedente
cum. De verbo *constituere* v.
infra ad 27, 26, 11. Tum *se-*
mitam quam angustam Haverk. *se-*
mitamque in angustam Gaertner.
Deinde *erectam et arduam* Portug.
et Haverk. et *arduam erectamque*
Lovel. 2. *erectam*, pro *erectam*,

Lovel. 3. V. ad 3, 5, 7. Mox
ascendisset, pro ostendisset, Gaertn.

Vel tres armati quamlibet mul-
titudinum arcuerint] Vocula vel
deest in Harlej. quam recte re-
liqui servant. De ejus hoc loco
usu v. ad 36, 41, 2. Tum mul-
titudinem accrem'ius Leid. 2. *mul-*
titudinem arcuerint Lovel. 1. *mul-*
titudinem vi arcuerint Lovel. 2. et
Hearnii Oxon. C. Sed vocula me-
dia, quae ab aliis libris abest,
commode carere possumus; qua-
re perperam repetita videtur ex
praecedentis dictionis litera fi-
nali *m*.

§. 8. *Locus pro vobis, et nox e-*
rit, quae omnia ex incerto majora
territis ostentat] locus pro nobis
Voss. 2. Lovel. 3. et Haverk. Tum
et *vox erit* Portug. V. ad 5, 44,
6. Hinc omnia extincto *majora* Ha-
verk. Olim una serie scriptum
fuerat *extincto majora*; ex quo,
nota vel evanescente, vel libra-
rii negligentia omissa, parva mu-
tatione fieri potuit *extincto*. Dein-
de *territis ostentat* Lovel. 3. *ter-*
ritis ostentant Leid. 2. quasi con-
struendum foret *quae omnia*, nem-
pe locus et nox, *ostentant*; quum
potius jungi debeant *quae*, sci-
licet nox, *ostentat omnia majora*.
Supra 5, 39, 7. *In noctem dilatum*
consilium esse, quo plus pavoris
inferrent. 35, 4, 5. *Ne nox terro-*
rem in tumultuario proelio auferet.

*majora territis ostentat. Ego jam terrore omnia im-
 9 plebo: vos arcem intenti tenete. Decurrit inde, quan-
 to maxime poterat, cum tumultu, ad arma, et pro
 vestram fidem, cives! clamitans, arx ab hostibus ca-
 10 pta est; ite, defendite. Haec incidens principum fo-
 ribus, haec obviis, haec excurrentibus in publi-
 cum pavidis increpat. Acceptum ab uno pavorem*

38, 5, 7. *Posse ratus ancipiti tu-
 multu, nocte augente pavorem, me-
 morabilem rem geri. Paulo ante
 vos decem numero, vocula et omissa,
 Lovel. 2. V. supra hoc cap. ad
 §. 6.*

*Ego jam terrore omnia implebo:
 vos arcem intenti tenete] replebo
 Harlej. Tum vos autem arcem,
 media voce inserta, edd. antt.
 Sed recte eam primus omisit Al-
 dus. In nullo enim superest Mito.
 Deinde arcem interim tenete Lo-
 vel. 4. Male. V. ad 6, 12, 10. vos
 arce mittenti tenere errore scri-
 bae praefert Leid. 1.*

§. 9. *Quanto maxime poterat cum
 tumultu] Forte maximo. Gellius
 10, 3. Per injuriam caesos, quanta
 maxima invidia potest, conqueri-
 tur. Est tamen 10, 40, 8. Quanto
 maxime posset motu pulvere offen-
 dere. vel, ut volunt MSS. Quanto
 maxime posset motu pulverem (al.
 pulveris) offendere, J. FR. GHON.
 maximo superest in uno meo Por-
 tug. a m. 2. idemque Hearne in
 Oxon. L. 1. et B. invenit. De ea
 locutione supra v. ad 7, 9, 8. et
 9, 10, 10. Vellem aut plures, aut
 meliores codd. adsentirentur.
 Nunc horum auctoritas levior
 videtur, quam ut iis credamus.*

*Ad arma, et pro vestram fidem,
 cives, clamitans] Vocula et deerat
 in Lovel. 2. Tum pro vestra fide
 Voff. 1. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3.
 Portug. et Gaertn. pro nostra fide
 Voff. 2. et Haverk. pro interje-*

*ctionem hic accipientes pro prae-
 positione. In antiquis edd. et
 Lovel. 4. est prok vestram fidem.
 V. Dausquej. Orthogr. parte 2.
 v. Prok, et Erythr. Indic. Vir-
 gil. in v. Pro. Deinde o cives Hear-
 nii Oxon. C. Eam voculam saepe
 librarii interjecerunt. Ita su-
 pra hoc lib. c. 9, 5. 10. et alibi.
 Denique clamitans Haverk.*

*Arx ab hostibus capta est; de-
 fendite, ite] Vet. lib. ite, defen-
 ditte. Sic supra [c. 4, 16.] Ite, con-
 sules, redimito civitatem. et 7, [6,
 10.] Irent, crearent consulem ex
 plebe. SIG. Vet. lib. Sigonii con-
 sentiunt Voff. 1. Portug. et Ha-
 verk. Reliqui ordinem vorborum,
 ante Sigonium receptum, ser-
 vant, nisi quod ite desit in Leid.
 2. et Lovel. 1. ubi vox illa in-
 tercepta esse videtur ab ultimis
 literis totū defendite. Infra 10, 4,
 10. Ite igitur, dicitis, inquit, de-
 tegant nequidquam conditas insi-
 dias. 25, 38, 22. Ite, Diis bene
 juvantibus, corpora curate. Vir-
 gil. 4. Aen. 593.*

— — — ite,
*Ferte citi flammās, date tela,
 impellite remos.*

Silius Ital. 1, 568.

*Ite citi, remis velisque impellite
 puppim.*

et vers. 571.

*Ite citi, deflete fidem murosque
 ruentes.*

plures per urbem ferunt. Trepidati magistratus, missis ad arcem exploratoribus, quum tela et armatos tenere arcem multiplicato numero audirent, avertunt animos a spe recuperandae arcis. Fugam cuncta complentur, portaeque ab semisomnis ac maxima parte inermibus refringuntur: quarum per unam praesidium Romanum clamore excitatum in-

§. 10. *Haec incidens principum foribus, haec obviis, haec excurrentibus*] Ter hoc. pro haec, exhibent Portug. a m. 1. et Hearnii Oxon. B. *Hic* priori loco Gaertn. praefert; sed secundo omittitur in Lovel. 2. Tum *incadens* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxonienses, et edd. vet. ante Frobenianam anni 1535. quod non placet. *Incadere* enim nobilium personarum est, et notat cum aliqua dignitate ambulare, teste Servio ad Virg. 1. Aen. 46. id autem in re turbaram ac tumultus plena non convenit. Contra *incidere* recte dicuntur, qui casu obvii fiunt. V. quae notavi ad Sillii 5. 632. Saepissime autem verba *incadere* et *incidere* in Mssis confundi solent. V. supra ad 1, 59, 6. 3, 3, 3. 4, 13, 3. 5, 11, 14. 7, 36, 8. 8, 8, 13. 26, 39, 22. 28. 13, 9. 29, 24, 4. 42, 59, 6. Similiter *procadere* et *procidere*. V. ad 5, 48, 7. *accedere* et *accidere*; de quo infra videbimus ad 21, 10, 12. Causa erroris fuisse potest adfinitas ductuum literarum *E* et *I*. quae efficit, ut saepissime commutentur. V. Gronov. in Diatr. Stat. c. 54. p. 355. et Broekhus. ad Propert. 2. Eleg. 22, 14. Praeterea *principium foribus* Leid. 1. V. ad 2, 27, 12.

Acceptum ab uno pavorem plures per urbem fecerunt] Non displicet

vetus lectio, *plures per urbem fecerunt*. GEBH. *per urbem ferunt* non tantum servati omnes scripti, sed similiter quoque praefertur editi; nisi quod solus Froben. anno 1531. dederit *fecerunt*, sine dubio operarum aberratione. Praeterea *acceptum ab uno pavore preberes per urbem ferunt* Voss. 2. quae eadem lectio existat etiam in Lovel. 3. nisi quod servet *pavorem*. Sed *acceptum ab uno* est in Portug. V. supra ad 8, 6, 2.

§. 11. *Exploratoribus, quum tela et armatos tenere arcem multiplicato numero audirent*] *imploratoribus* Haverk. *explorantibus* Hearnii Oxon. N. margine. Tum *cautela et armatos*, pro *cum tela*, Klock. Sed sex priora vocabula desunt in Lovel. 3. negligentia scribae, cui inposuit repetitio *totam arcem*. Deinde *multiplicato murmure* Lovel. 4. Actandem *audierunt* Haverk. *audiverunt* Lovel. 4.

Avertunt animos a spe recuperandae arcis] *avertunt* animos Haverk. quasi *avertunt* scriptum fuisset. V. ad 10, 12, 4. Tum *ab spe recuperandae arcis* Portug. et Haverk. *aspe recuperandae arcis*, id est *aspe*, Leid. 1. V. supra ad 7, 12, 4. *a spe recuperandae artis* Gaertn. V. ad 4, 56, 3.

§. 12. *Portaeque ab semisomnis ac maxima parte inermibus refrin-*

rumpit, et concursantes per viam pavidos caedit.
 13 Jam Sora capta erat, quum consules prima luce
 advenere; et, quos reliquos fortuna ex nocturna
 caede ac fuga fecerat, in deditionem accipiunt.

guntur] Pal. pr. a semisomni ac maxima parte inermibus refringuntur. Forte rescinduntur, ut edidit Camp. Pro eo habet Pal. tert. *refunguntur*. Pal. sec. *portaeque a semisopitis* etc. GEBH. Langius et Lambinas in Cicerone 1. de Offic. 38. non potuerunt ferre magna parte, proque eo substituerunt *magnam partem*, idem, opinor, hic facturi, si iis hujus loci in mentem venisset. Optimis a scriptoribus usitata esse, *magnam, majorem, maximam partem*, docent Manutius ad Cic. 8. ad Famil. ep. 9. et Palmerius in Spicileg. p. 843. tom. 4. Fac. Grut. Nec tamen alterum contra libros scriptos mutandum est. V. Fabric. et Graev. ad Cic. de Offic. l. d. DUK. Conjunctio *que* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Hinc a *semisomnis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Fragm. Hav. ab *semisomni* Voss. 2. et Lovel. 3. ab *semisomnibus* Lovel. 2. V. ad 37, 20, 13. Eodem errore *hostibus*, pro *hostis*, et similia alia passim in Mssis obcurrunt. V. ad 22, 8, 7. ab *semisonis* Harlej. ab *semisopnis* Portug. a *semisopitis* Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. V. ad 25, 39, 3. Hinc *maxima parte moenibus* Haverk. Tandem *refunguntur* Voss. 2. et Lovel. 3. Gerhardus *rescinduntur* legendum conjicit, quia in uno cod. *refringuntur* reperit: cui adentiri nequeo. Partim enim alibi librarii has voces in Mssis commutare soliti sunt. V. ad 5, 37, 1. Partim *refringere* Livid in hac re proprium est. Infra 10, 10, 4. *Porta refracta consul exercitusque Romanus sine certamine urbem invaserunt* 23, 18, 2. *Moliri portas et*

claustra refringere parat. 25, 9, 15. *Vigiles obstruunt, refringuntque portam proximam*. c. 24, 3. *Prope Hexapylon est portula magna et refringi coepta*. c. 25, 9. *Refractisque foribus a caede tamen temperatum est*. Et ita Ovid. 6. Met. 597.

Exululatque, Evolvitque sonas, portasque refringit.

Etiam Plinius, sed metaphorica locutione, 2. Epist. 14. *Nunc, refractis pudoris et reverentiae claustris, omnia patent omnibus.*

Quarum per unam praesidium Romanum clamore excitatum inrumpit] *quarum per iniam Gaertn.* Error ortus est ex similitudine literarum *un* et *ini*; quas vix in Mssis dignosci posse, observat Bentl. ad Horat. 1. od. 15, 15. Deinde *praesidium Romanorum* Voss. 1. Leid. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. ac B. Insuper *clamore excito* Voss. 2. et Lovel. 3. Tandem *erumpit* Portug. et Haverk. quorum librarios locum ita intellexisse patet, praesidium Romanum clamore Romanorum excitatum per unam portarum refractarum ex urbe erupisse; quos verba sequentia meliora ac veriora docere potuissent, si ad ea attendissent. Inde enim constat, de praesidio Romano, per portam a Soranis refractam in urbem inrumpente, verba haec accipienda esse.

Concursantes per viam pavidos caedit] Vet. lib. *per vias*. SIG. Ita et Voss. 1. Leid. duo, Lovel. 1. Port. Haverk. Klock. [Veith.] et Hearnii Oxon. L. 2. et C. *per una*

Ex his ducentos viginti quinque, qui omnium con- 14
sensu destinabantur et infandae colonorum caedis et
defectionis auctores, vinctos Romam deducunt. ce-
teram multitudinem incolumem, praesidio inposito,

Level. 2. Tam *curstantes* Portug. et Haverk. (Veith.) Sed cum per compendium *icursantes* scriptum fuisset, facie prima syllaba, unica tantum litera notata, a litera sequenti elidi potuit. qua ratione etiam *curratio*, pro *icursatio*, sive *concurratio*, unus codex praefert supra 5, 40, 3. *cursum*, pro *icursum*, sive *concursum*, infra 10, 19, 16. (P 30, 25, 3. Ita *scribere* pro *conscribere* v. ad 35, 41, 7.) Contra *concursum*, sive *icursum*, pro *cursum*, infra datum erat in uno cod. 10, 5, 2. *concurrere* in hac re proprium est. V. ad 35, 49, 9. Supra etiam 4, 6, 9. *Concurrere toto foro candidati coeperunt*. Phaedr. 2. fab. 5, 1.

*Est evulsionum quaedam Romana natio,
Tropide concursans.*

et 3. fab. 10, 24.

Dum quaerunt lumen, dum concurrant familia.

Praeterea *paucos redit* Voff. 2. et Level. 3.

§. 13. *Quos reliquos fortuna ex nocturna caede ac fuga fecerat, in deditioem accipiunt*) quos reliquos *fortunae caede ac fuga fecerat*, duabus vocibus neglectis, Voff. 2. Level. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Tam *in ditionem accipiunt* Florent. V. infra ad 33, 20, 5.

§. 14. *Ducentos viginti quinque etc. vinctos Romam deducunt*) Vet. lib. CCXXXV. SIG. Ita et Voff. 1. Leid. 2. Level. 1. Klock. et Hoernii Oxon. N. et B. *ducenti et XXXV. vinctos Romam deducunt*

ducenti XXXV. vinctos Romam deducunt Portug. *ducenti triginta quinque vincti Romam deducuntur* Haverk. Nihil mutandum arbitror. Quum olim per notas scriptus esset numerus, incerti librarii, quemadmodum exprimendum foret, extulerunt casu primo. Alii deinde hos secuti, ut posteriora prioribus convenirent, etiam *vincti* dederunt, et verbo addiderunt terminationem passivi, quae per notas scribi solita facile vel omitti vel addi potuit. V. ad 39, 22, 8. Sed nec prima syllaba verbi ejusdem mutanda erat. Saepe *deducere* et *reducere* commutari solent. V. ad 6, 26, 8. *vinctos Romam deducunt* Leid. 2. et Level. 1. ac 2. At mox sequitur *qui Romam deducunt erant*.

Destinabantur et infandae colonorum caedis et defectionis auctores] Pall. pr. et tert. *destinabantur infandi colonorum caedis etc.* GEBH. Ita et Voff. 2. ac Level. 3. nisi quod insuper omittant vocem *auctores*. Ejus loco *actores* praefert Level. 2. V. supra ad 1, 26, 5. Prius et deficit etiam in Voff. 1. Leid. 2. Level. 1. 2. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. (Veith.)

Praesidio inposito Sorae relinquunt. Omnes, qui Romam deducti erant] Ex omnibus his verbis nihil, nisi tantum *qui praesidio deducti erant*, supereat in Voff. 1. Leid. 1. ac Level. 3. et 4. *Sorae relinquunt* exhibent Harlej. et edd. antt. usque ad Ascensium, qui anno 1513. *relinquunt* substituit, adsentientibus reliquis scriptis.

15 Sorae relinquunt. Omnes, qui Romam deducti erant, virgis in foro caesi, ac securi percussi summo gaudio plebis; cujus maxime intererat, tutam ubique, quae passim in colonias mitteretur, multitudinem esse.

1 XXV. Consules, ab Sora profecti, in agros
2 atque urbes Ausonum bellum intulerunt. mota namque omnia adventu Samnitium, quum apud Lautulas dimicatum est, fuerant, conjurationesque circa Campa-

§. 15. *Cujus maxime intererat, tutam ubique, quae passim in colonias] cum maxime intererat Lovel. 2. Deinde tutam ubicumque passim in colonias idem Lovel. 2. tutam ubique passim in colonias Voss. 2. et Lovel. 3. Sed pronomen quae interceptum est a praecedenti vocula quae. V. ad 29, 6, 8. tutam ubique, quo passim in colonias Portug. et Haverk. tutam ubique, passim qui in colonias Fragma. Hav. Paulo ante et securi Voss. 2. Mox esse multitudinem alio ordine Gaertn.*

§. 1. *In agros atque urbes Ausonum bellum intulerunt] Ausonum Voss. 2. hic et infra semper hoc cap. Ausonium Leid. 1. Ausonum Gaertn. V. supra ad 8, 16, 1. Paulo ante a Sora Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn. ad Sora Voss. 1. a m. 1. litteram d manus altera tollendam esse indicat.*

§. 2. *Mota namque omnia adventu Samnitium] mora namque omnia Portug. montanamque omnia Lovel. 3. Et ita fuit in Florent. a m. 1. in quo manus altera substituit mota quae omnia. Tum adventus Samnitium Leid. 2. et Gaertn. Sed littera s fini vocis adcrevit ex initiali vocis sequentis. V. ad 28, 25, 2.*

Quum apud Lautulas dimicatum

est, fuerant] apud Lautulas Lovel. 2. 4. apud Lautulas Leid. 2. Portug. et Fragma. Hav. apud Lautulas Haverk. V. paullo ante hoc lib. c. 23, 4. Deinde dimicatum esset Harlej. et edd. vet. usque ad Frobenium, qui anno 1535. dimicatum est edi curavit, consentientibus reliquis scriptis. Praeterea to fuerant non adparet in Harlej.

Conjurationesque circa Campaniam passim factas. nec Capua ipsa] Vocula quae non adparet in Portug. et Haverk. Tum circa Campaniam Lovel. 4. in ipso contextu. Deinde ne Capua ipsa Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragma. Hav. Sed ultima littera to nec intercepta est a prima vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. et mox hoc cap. ad §. 6.

§. 3. *Quin Romam quoque et ad principum quosdam inquirendos ventum est] qui Romam quoque Leid. 2. et Lovel. 3. Tum ad principum quosdam inquirendos Voss. 1. et Lovel. 1. V. ad 2, 27, 12. Insuper inquirendo Portug. et Haverk.*

Ceterum Ausonum gens etc. in potestatem venit] Certum Portug. et Haverk. V. infra ad 34, 36, 4. Hinc in potestate venit iidem codd. quod eodem modo dictum

niam passim factae. nec Capua ipsa crimine caruit. quia Romam quoque et ad principum quosdam in-3
quirendos ventum est. Ceterum Ausonum gens
proditione urbium, sicut Sora, in potestatem venit.
Ausona, et Minturnae, et Vescia, urbes erant: ex 4
quibus principes juventutis duodecim numero, in
proditionem urbium suarum conjurati, ad consules
veniunt: docent, suos, jampridem exoptantes Samni-5
tium adventum, simul ad Lautulas pugnatum audie-

esse posset, quo venire in conspectu, de quo infra v. ad 35, 27, 4. Codicum tamen pro hac lectione, stantium auctoritas non tanta apud me est, ut illis solis fidem habere audeam. V. etiam ad 9, 38, 1. (* 25, 15, 1. 39, 20, 7.)

§. 4. *Ausona, et Minturnae, et Vescina, urbes erant*] Anno ab urbe cond. cœtix. hic noster Livius (8, 16, 1.) ait, Cales urbem Ausonum fuisse, quae proximo deinde anno a M. Valerio Corvino expugnata colonia Romana facta est. Plinius autem l. 3, 5. ubi de Latio, Ausones habuisse sedem inter Circejos ac Lirim amnem, scriptum reliquit. Haec omnia diversis temporibus fieri poterant: sed tamen judicet lector. GLAR. Vet. lib. alii *Vessitia*, alii *Vessia*. Ego *Vescia* legendum puto. Nam *Vescia*, ut 8, [11, 5.] dixi, Ausonum erat, auctore Stephano. SIG. Pal. pr. *Vescunia*, sec. *Ausonia et Minturnae et Vessitia*. Sigonius exilimat hic legendum *Vescia*. GEBH. *Ausona* Klock. *Ausona* Voss. 2. *Ausonia* Gaertn. *Ausona* Leid. 1. *Ausonia* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. B. et ed. Mediol. anni 1505. Alibi hujus urbis mentionem nondum reperi. Tum *Nuntunae* Harlej. *Nuntun-*

nae add. vett. pro quo Mediol. anni 1505. *Minturnae* dederunt, id quod Ascensius anno 1513. et mox reliqui recte adeptarunt. Praeterea *Vessina* Leid. 2. Lovel. 1. 2. Harlej. et edd. antt. nisi quod *Vessinia* sit in Tarvis. pr. *Vescia* Portug. et Haverk. *Nesticia* Gaertn. *Vesana* Voss. 2. et Lovel. 2. *Vescina* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 4. et Portug. Sigonii *Vescia* emendantis conjecturam probat etiam Cluver. 3. Ital. ant. 10. p. 1082. *Vescina* incolae hujus urbis ex ejusdem Sigonii emendatione infra obcurrunt 10, 20, 1. ubi etiam vide. Praeterea *urbes exstant* Lovel. 2. Mox in *proditione urbium*, pro *in proditionem*, Harlej. et edd. vett. Verum restituerunt Mediol. anni 1505. quod postea etiam Aldus recepit. Tum *ad quos*, pro *ad consules*, Klock. quae lectiq. ex non intellecta compendiarie scriptura *ad eos* nata est. (* v. ad 28, 9, 4.)

§. 5. *Exoptantes Samnitium adventum, simul ad Lautulas pugnatum audierunt*] exortantes Lov. 2. Sed, literas P et R saepe in Mssis confundi, infra videbimus ad 23, 1, 6. Hinc ad *Lautulas* Lov. 2. 4. ad *Lautulas* Leid. 2. Port. et Haverk. V. modo ad §. 2. Inde *pugnatum audietur* Lovel. 3. et Voss. 2. pu-

- runt, pro victis Romanos habuisse, juventute, armis
 6 Samnites juvisse. fugatis inde Samnitibus, incerta pace
 agere, nec claudentes portas Romanis, ne arcessant bellum;
 et obstinatos claudere, si exercitus admoveatur.
 In ea fluctuatione animorum obprimi incautos posse.
- 7 His auctoribus mota propius castra: missique eodem
 tempore circa tria oppida milites, partim armati,
 qui occulti propinqua moenibus insiderent loca;
 par-

quatum adierunt Port. quomodo
 interdum lapsi sunt scribas. V.
 infra ad 10, 13, 2. *audire* Gaertn.
audiverunt Lovel. 4.

Pro victis Romanos habuisse, ju-
ventute et armis Samnites juvisse]
 Abest copula et ab Pal. sec. Pri-
 mus vero, tert. et Camp. *juven-*
tutem armis Samnitum juvisse.
 GEBH. Thuan. *juventute, armis*
Samnitum juvisse. Etiam Palatini,
 Voff. copula deficiebantur. Sa-
 tis placet Thuanei lectio. J. FR.
 GRON. Copula apud me in uno
 tantum superest Harlej. In re-
 liquorum autem verborum scri-
 ptura ceteri inter se differunt.
juventutem armis Samnitum habent
 Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragn.
 Hav. *juventutem armis Samnites*
 Voff. 2. Port. et Haverk. [Veith.]
juventute, armis Samnitum Lovel.
 4. *juventute, armis Samnites* Flo-
 rent. Voff. 1. Leid. ambo, Lovel.
 1. Klock. et Hearnii Oxon. L. 2.
 B. ac C. Cod. Thuanei lectio,
 quam Gronov. sibi placere te-
 statur, ferri posset, si plures
 Mti consentirent. V. supra ad
 7, 33, 15. Nunc vero, quum u-
 nus tantum meorum suffragetur,
 vix eam probare possum. Copu-
 lam tamen, quam tantum non
 omnes efciant, expungendam
 putavi. Infra 35, 44, 5. *Omnem*
se Graeciam armis, viris, equis,

omnem oram maritimam classibus
completurum. ubi plura vide. Ad-
 de, quae supra notata sunt ad
 3, 68, 4. Praeterea *adjuvisse* Lo-
 vel. 4. a m. 1. *munivisse* Portug.
 tize Haverk.

§. 6. *Incerta pace agere*] *incerta*
pace Florent. Sed a manu altera
 superscripta est littera *m*, ut sit
pacem. Inter aberrantis librarii
 peccata referendum est. Nam
 et optimi codd. interdum male
 a scribis habitus sunt.

Nec claudentes portas Romanis,
ne arcessant bellum] MS. Fuld. *ar-*
cessant bellum. MOD. *ne clauden-*
tes, vel *ne claudentes* Voff. 2. et
 Lovel. 3. ultima littera *o* *o* *o*
 a prima vocis sequentis interce-
 pta. V. supra hoc cap. ad §. 2.
 lidem vero codd. mox *ne* omit-
 tunt. sed ejus loco *ne* praeferunt
 Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Tum
arcessant Haverk. *arcessant* Klock.
arcessant quaedam vet. edd. a-
 liae *arcessant*. Sed recte Mo-
 dius *arcessant* restituit; quomo-
 do non modo reliqui Mti et edd.
 antiquissimae Rom. anni 1472.
 Parm. et aliae praeferunt, sed
 se quoque in duobus Pall. repe-
 riffe, supra testatus est Gebhard.
 ad hujus lib. c. 9, 12. ubi insuper
 vide, quae notantur.

partim togati, teotis veste gladiis, qui sub lucem apertis portis urbes ingredarentur. Ab his simul 3 custodes trucidari coepti, simul datum signum armatis, ut ex insidiis concurrerent. ita portae occupatae, triaque oppida eadem hora eodemque consilio capta. Sed, quia absentibus ducibus inpetus 9 est factus, nullus modus caedibus fuit; deletaque Ausonum gens, vix certo defectionis crimine, perinde ac si internecivo bello certasset.

Et abstinatos claudere, si exercitus admoveatur] Copula et deest ab Harlej. et edd. Aldo prioribus. Tum *si exercitus moviatur* Florent. *si exercitus admoveatur* Voss. 2. et Lovel. 3. *si exercitus admoveant* Harlej. Verum unus tantum erat exercitus hoc anno conscriptus, cui olim Fabius dictator, nunc ambo consules praecerant. Scriptum fuerat *admoveat*, id est *admoveatur*; pro quo librarius dedit *admoveat*, id est *admoveant*. Error hic in Mllis frequens est. V. infra ad 38, 40, 1.

§. 7. *Propinqua moenibus insidens loca: partim togati, teotis veste gladiis] insederunt* Leid. 1. V. supra ad hujus lib. c. 2, 3. *propinqua moenibus loca insiderunt* alio ordine Lovel. 4. Tum *partim togati* Leid. 1. Hinc *testis veste gladiis* Portug. Mox in verbis sequentibus *urbem ingraduntur*, pro *urbes*, Lovel. 2. Portug. et Haverk. Male: intelliguntur enim tria Ausonum oppida modo memorata, ut ex verbis seqq. patet.

§. 8. *Simul custodes trucidari coepti, simul datum signum armatis, ut ex insidiis concurrerant*] Prima vox deest in Portug. et Haverk. [Veitb.] Sed, praeterquam quod et plura et, meliora, edd.

Liv. Tom. V. P. I.

eam vindicent, Livium *to simul* repetere solitum fuisse, supra vidimus ad 3, 50, 12. Deinde *simul clarum signum* Haverk. V. ad h. lib. c. 29, 5. et 10, 36, 11. Tum *ut exsignis concurrerant* Portug. Paulo ante *Ab his*, vel *Ab hiis*, Florent. Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 4, 5. Portug. Gaertn. et Fragn. Hav.

Eadem hora eodemque consilio capta] Omnia haec vocabula errore scribarum exulant a Portug. et Hearnji Oxon. B.

§. 9. *Deletaque Ausonum gens] deletaque* Voss. 1. et Lovel. 1. quomodo etiam supra peccabatur 6, 2, 9-8, 15, 6. et alibi. *deletaque* Fragn. Hav. a m. 1. V. ad 4, 25, 8. *deleta*, sine copula *que*, Lovel. 2. Tum *Ausonum gens* Voss. 2. *Ausonum gens* Gaertn. V. supra hoc cap. §. 1. Paulo ante *inpetus factus est*, alio ordine, Lovel. 2.

Perinde ac si internecivo bello certasset] MS. Fuld. *perinde ac si internecivo bello certasset*. pro *internecivo*. MOD. Antiquissima Andrae editio *internecivo* Pal. sec. *internecivo*. Camp. *internecivo bello*. Sed melius credo *internecivum bellum* dici *κατάλεσπον*. Plautus, Amphitru. 1, 1, 33.

1 XXVI. Eodem anno, prodito hostibus Romano
 praesidio, Luceria Samnitium facta. nec diu pro-
 a ditoribus impunita res fuit. Haud procul inde ex-
 ercitus Romanus erat: ejus primo impetu urbs,
 sita in plano, capitur. Lucerini ac Samnites ad
 3 internecionem caesi. eoque ira processit, ut Romae
 quoque, quum de colonis mittendis Luceriam con-

*Victores victis hostibus legiones
 reveniunt domum,
 Duello extincto maximo, atque
 internecatis hostibus.*

Mox c. 26. *Samnites ad internecio-
 nem caesi.* Livius l. 22, 58. *Non
 internecionem sibi esse cum Roma-
 nis bellum.* Ubi tamen perperam
 Pall. tres *Non internecionem civium.*
 Trogus 6, 6. *Quod non Graeciat
 laboribus assiduisque bellorum in-
 ternecionis odiis consulens fecit.* 11,
 9. *Graecos veterum bellorum me-
 moria internecionis quoque cum Persis
 odii accendebat.* GEBH. *inter se
 bello certasset* Gaertn. *interno cive
 bello certasset* Lovel. 4. *interno ci-
 ves bello certasset* Leid. 2. et Voff. 1.
 a m. 2. *interno cives certassent bello*
 Lovel. 1. *internocivo bello certas-
 set* Florent. Voff. 2. et Lovel. 2.
internocivo bello certasset Leid. 1.
 Harlej. Klock. et Portug. cum
 edd. vett. Hodie passim in opti-
 mis edd. potius *internecionis*, quam
internocivus, recipi solet. V. a-
 pud Cic. or. 14. Phil. 8. ubi consu-
 lendus est Ferrar. apud Plin. 8, 24.
 10. 8. apud Gell. 2, 1. apud Apulej.
 5. Met. p. 96. ed. Pric. et alios. Utro
 modo legatur, perinde esse, pro-
 nunciat Jac. Gothofr. ad l. 14.
 C. Theod. de Accusat. ubi de
internocivi actione agit. Contra
internocivus praefendum esse,
 docere conatur Dausquej. in Or-
 thog. part. sec. h. voce: Eandem
 etiam orthographiam pro-
 bare videtur Voff. in Etym. ling.

Lat. in v. *Nex.* V. etiam Torrent.
 ad Suet. Aug. 35. Huic etiam scri-
 pturae favent codd. memoratae
 lectiones. *certasset bello* alio or-
 dine est etiam in Portug. et Ha-
 verk. Insuper *proinde ac si* Lo-
 vel. 2. V. infra ad 27, 8, 18.

§. 1. *Prodito hostibus Romano
 praesidio, Luceria Samnitium fa-
 cta] proditum hostibus Romano
 praesidio* Portug. a m. 1. *prodito
 gentibus Romano praesidio* Hear-
 nii Oxon. N. in margine: quae
 eadem lectio etiam in contextu
 Voff. 1. existat, altera *hostibus in-
 ter* versus adscripta. Tum *Lu-
 crecia Samnitium facta* Haverk.
 in quo mox etiam in verbis seqq.
 omittitur vox *res*.

§. 2. *Ad internecionem caesi] ad
 intervencionem* Gaertn. V. infra
 ad 36, 34, 2. *ad internecionem* Por-
 tug. *ad internecionem* Florent. ex
 interpolatione manus recentioris,
 Leid. 2. et Lovel. 4. *ad internecio-
 nem* Leid. 1. Lovel. 1. 2. Harlej.
 et Fragm. Hav. V. Cl. Duker.
 ad Flori 2, 17, 16. Vulgatam scri-
 bendi rationem defendit Dausq.
 in Orthogr. part. sec. in hac vo-
 ce. Paulo ante transpositis vo-
 cibus *Romanus exercitus* praefe-
 runt Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4.
 Portug. et Haverk.

§. 3. *Ut Romae, quum de colo-
 nis mittendis] Pall. tres, et Camp.
 editio ut Romae quoque, quum de*

suleretur senatus, multi delendam urbem censerent. Praeter odium, quod execrabile in his captos erat, 4 longinquitas quoque abhorrere a relegendis tam procul ab domo civibus inter tam infestas gentes cogebat. Vicit tamen sententia, ut mitterentur co- 5 loni. duo millia et quingenti missi. Eodem anno, quum omnia infida Romanis essent, Capuae quoque

coloniis mittendis Luceriam senatus consuleretur. GEBH. Thuan. tres Pall. Voff. Helm. Campanus, ut Romae quoque, quum de coloniis. J. FR. GRON. Eandem voculam admittunt ex meis Voff. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. omnes insuper, quos Hearne Oxonii consuluit. Videtur intereidisse in aliis ob similitudinem sequentis.

Consuleretur senatus, multi delendam urbem censerent] consuleretur, multi senatus delendam Lovel. 4. Tum delendam urbem consulerent Hearnii Oxon. B. cujus codicis librario adhuc observabat vox praecedens consuleretur. V. infra ad 24, 48, 13.

§. 4. *Praeter odium, quod execrabile in his captos esset] Quando initio hujus libri, ut antea diximus (ad c. 12, 9.) Luceria Romanae amica esset, verisimile est, foedere, non oppugnatione, Romanorum factam. quod Livius tamen speciatim de hac urbe non meminit, de Appulis tamen non omisit anno cxxxviii. Deinde eadem urbe Samnitium facta est, videlicet in quam Samnites Romanorum obsides ponere non dubitarunt. Id autem intelligimus actum, dum ad Furculas Caudinas Romani obsidebantur, etiamsi Livius ad verbum eisdem meminisset. Rursus deinde Pa-*

pyrius Censor cepit: sed cum ad Samnites rursus defecisset, hic secundario capitur. Ter igitur Romanorum fuit, sed his capta. GLAR. Propter odium Leid. 2. Lovel. 3. Portug. et Haverk. V. ad 4, 61, 10. Hinc vox odium deficit in Voff. 2. (quod in Veith.) Tum ibi his captos Gaertn. in his captos Leid. 1. et ed. Parm. in his captis multae aliae ex vet. editionibus. Pro esset deinde Froben. anno 1535. substituit erat. Sed alterum supereat in Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. (esse Veith.) Alio ordine quod erat execrabile in his captos praefert Portug. quod erat inexecrabile in his captos Haverk.

Longinquitas quoque abhorrere a relegendis tam procul ab domo civibus] ab relegendis Portug. a m. 1. ab relegendis a m. 2. ab relegendis Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Tum et tam procul ab domo Voff. 2. et Lovel. 3. a domo Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn. in quo posteriore quinque priora vocabula desunt. Mox in verbis sequentibus in certam, pro inter tam Leid. 1. et cogebant Leid. 2.

§. 5. *Ut mitterentur coloni] De Luceria colonia deducta in Apulia loquitur, de qua sic Diodorus (l. 19. p. 711.) in conspectu priorum Ὅτι δὲ Πρώτοι φοβηθέντες μὴ τὰ κατὰ τὴν Ἀπουλίαν*

6 occultae principum conjurationes factae. De quibus quam ad senatum relatum esset, haudquaquam neglecta res est. quaestiones decretae, dictatorem-

πράγματα τελέως ἀποβάλλωσιν, ἀποικίαν ἐξέπεμψαν εἰς Λουκρίαν, πόλιν ἐπιφανεσάτην τῶν ἐν τοῖς τόποις. SIGON.

Duo millia et quingenti missi] Particula copulans et deficit in Portug. et Haverk. *mille et quingenti* exhibent Lovel. 2. et Hearnii Oxon. C.

Capuae quoque occultas principum conjurationes patefactas] Vetus lectio *conjurationes factas*, non *patefactas*. GELEN. Ut indicavit Gelonius, habent omnes nostri libri, tam cusi, quam scripti, *conjurationes factae*. GEBH. Cum Gelenio scripsimus *occultae principum conjurationes factae*. Neo aliter Andreas, Becharius, Moguntini, praeter scriptos nostros. 24, [6. 9.] *Conjuratio in tyranni caput facta indicatur per calorem*: Alterum video in primo Junta. J. FR. GRON. *patefactae* est in primo apud me Aldo; cujus editio Juntinam quadriennio praecessit. Sed lectio illa in nullo meorum codd. superest. Omnes enim ut et Oxonienses Hearnii legunt *factae*, nisi quod *factae* sit in Leid. 1. Lovel. 4. et Gaertn. sollenni scribarum errore. V. supra ad 4, 4, 10. Adde ad 5, 27, 6. (* 35, 38, 8.) Supra cap. praec. *Conjurationes circa Campaniam passim factae*. 3a, 26, 7. *Quum conjurationem facissent, spectaculo insentium populum adgredi statuerunt*. Ceterum *principum* est in Lovel. 1. et Klock. V. ad 2, 27, 22. *conjurationes principum* alio ordine est in Lovel. 4. In verbis praecedentibus *tō Romanis* omittebat Hearnii Oxon. L. 1. *esset*, pro *essent*, perperam praestert Harlej. 1.

§. 6. *Haudquaquam neglecta res est. quaestiones decretae*] *haudquaquam* Lovel. 1. et 3. V. ad 7, 26, 8. Verbum substantivum deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Fragn. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. [Veith.] An, una insuper litera expuncta, tota periodus ita connectenda est? *haudquaquam neglecta res, quaestiones decretae*. Sed et scriptorum lectio probari potest. Infra 21, 36, 4. *Nunciatus, rapem inviam esse. digressus deinde ipse ad locum visendum. haud dubia res visa, quin* etc. ubi, intercisis his periodis Livium gavisum esse, exemplis probabo. Potuit etiam *tō est*, quod superest in optimo Florent. Klock. et Harlej. unde nihil notatum in excerptis vidi, excidisse, vel propter vocis praecedentis literas finales, vel quod per compendium unica tantum litera ē scriptum esset. V. supra ad 2, 33, 5. 7, 34, 13. 9, 8, 13. et alibi saepe. Mox in *quaestionibus exercendis* Leid. 2. *dicendis quaestionibus* Lovel. 4. a m. 1. in quo inter versus emendatur *exercendis quaestionibus*.

§. 7. *C. Menenius dictus. Is M. Foslium magistrum equitum dixit*] *C. Maenius*. Haec plebeja gens fuit illa patricia. GELEN. Hoc iterum ambos factos esse, scriptum est in tabulis Capitoliais. De quibus sic Diodorus L. 19. [p. 713.] *Ὁ δὲ δῆμος εὐδὺς δυνάμιν τε (κατὴν ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ στρατηγὸν ἀντιπράτορα Γάϊον Μαίνοιον, καὶ μετ' αὐτοῦ, κατὰ τὸ πάτριον ἔθος, Μάνιον Φούλβιον ἱππαρχόν. τούτων δὲ τὰ πλεῖστον Καπυῆτι καταστρατοπέδευσάντων. ἐς Καμπανοὶ τὸ*

que quaestionibus exercendis dici placuit. G. Maenius dictus. is M. Foslium magistrum equitum dixit. Ingens erat magistratus ejus terror. itaque sive ti-

*μὲν πρῶτον ἐπεχειρῶν ἀγωνι-
ζέσθαι.* Ergo Diodorus dictato-
rem creatum rei in Campanos
gerendae, non quaestionis in
eos exercendae causa ait. SIG:
Non Diodorus tantum, sed Fa-
sti etiam Capit. tradunt, Mae-
nium hoc anno dictatorem rei
gerendae causa creatum fuisse.
Volunt nempe viri docti, eodem
Fastos secuti, ante sexennium;
proximo anno post cladem ad fur-
culas Caudinas acceptam, Mae-
nium hunc cum eodem Foslio
magistro equitum, dictatorem
fuisse, sed quaestionum exercen-
darum causa; hoc autem anno
rei gerendae causa: nonnullos
autem historicos, eorumque ex-
emplo Livium, ultima illa dicta-
tura rei gerendae causa praeter-
missa, perperam priorem ad hunc
annum transulisse, errore, ut
fit, ex historiarum similitudine
nato; quia utroque anno Luce-
ria capta memoratur: quae ergo
Livius usque ad finem hujus
capitis refert, pertinere ad ge-
sta anni, qui calamitatem Cau-
dinam secutus est. V. Pighium
in *Annal.* ad ann. cdxliii. p.
350. et ad ann. cdxliii. p. 359.
quibus locis sententiam hanc plu-
ribus deducit, ac confirmat. Si-
gonius in *Fast.* ad ann. cdxliii.
priorem etiam dictaturam rei ge-
rendae causa in Maenium con-
latam putat: quod quare minus
placeat, infra v. ad hujus lib. c. 34,
14. Ceterum *Menenius*, ut ante
Gelenium edebatur, superest in
Lovel. 2. Harlej. Portug. a m. 2.
et Hearnii Oxon. C. V. ad 8, 13,
1. *Memnius* in Lovel. 4. *Mevius*
in Voss. 2. Tum magistri equitis
praenomen exsulat a Lovel. 4.
Deinde *Folius* legunt Voss. uter-
que, Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. Gaert-

ner. Portug. et Haverk. *Falins*
Leid. 2. *Follius* Lovel. 4. Harlej.
et Fragm. Hav. V. supra hoc lib.
ad c. 20, 1.

*Itaque sive timore ejus, seu con-
scientia, Calavios etc: mors etc:
iudicio subtraxit*) Membranae Fal-
dens. longe aliter, itaque sive ti-
mor, seu conscientiae vis Calavios
O. N. q. etc. iudicio subtraxit.
MOD. Pal. pr. Andreæ; Campa-
nique edd. itaque sive timor, seu
conscientiae vis. sec. itaque sive ti-
mor seu conscientiae vi. tert. In-
gens erat magistratus ejus. Terror
itaque sive timor seu conscientiae
vis. Sed non bella stat structura,
nisi legas itaque sive timor
seu conscientiae vi etc. mors, haud
dubie ab ipsis conselta, iudicio
subtraxit. Ad quam non attendit
Modius. GEBH. Becharius et
Aldina: sive timore seu conscien-
tia ejus. Ascensius et Mogunt.
sive timore seu conscientiae vi. Fuld.,
memb. Thuan. duo Pall. uter-
que Voss. Helm. Andreasque,
et Campanus; sive timor seu con-
scientiae vis. Proba lectio, si morte
scribas, hoc modo: *Ingens erat
magistratus ejus terror. itaque si-
ve timor seu conscientiae vis Cala-
vios Ovium Noviumque (ea capita
conjuracionis fuerans) morte haud
dubie ab ipsis conselta iudicio sub-
traxit.* J. FH. GRON. Quae ho-
die prostat lectio, demum obvia
fuit in Frobeniana ed. anni 1535.
Una voce transposita, sive timore
seu conscientiae ejus praeferunt Flo-
rent. Harlej. et ed. Mediol. an-
ni 1480. eamque secutae aliae
multae. sive timore, seu conscien-
tia vi Haverk. et ed. Mediol.
anni 1505. cum pluribus aliis us-
que ad Froben. sive timor seu
conscientiae vis, praeter Voss. a

more ejus, seu conscientia, Calavios, Ovium Noviumque, (ea capita conjurationis fuerant) priusquam nominarentur apud dictatorem, mors haud 8 dubie ab ipsis conscita judicio subtraxit. Deinde,

Gronovio laudatos, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. Portug. Gaertn. Klock. Neapol. Latini, Hearnii Oxon. N. C. L. 2. et B. [Veith.] atque edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Neque inde dissentiant Lov. 4. et Fragm. Hav. nisi quod legant *sive timor, sive conscientiae vis*. Forte crediderunt scribae eorum codd. post *sive*, non *sen*, sed eandem particulam repetendam esse. At perperam. V. infra ad 10, 14, 9. Nisi aliud obkaret, vulgatum defendi posset simili loco Livii 6, 1, 7. *Cui judicio cum mors, adeo opportuna, ut voluntariam magna pars crederet, subtraxit*. Sed consensus codd. docet, minima mutatione *q̄s mors* in *morte* mutato, Gronovii conjecturam veram esse. Longior ambitus orationis librariis errandi caussa fuit, eosque induxit, ut *mors* pro *morte* substituerent; quod ut cum praecedentibus consistere posset, ea etiam in paucis codd. et plerisque editt. paullatim variis modis mutata sunt.

Calavios Ovium Noviumque] Vet. lib. *Ovium Noviumque*. Sunt autem haec Calaviae gentis praenomina. SIG. Haec lectio iterum primum exstat in Froben. anni 1535. et ei fere consentit Florent. nisi quod *Calavios Obium Noviumque* praeferat, litera *v* in prima ac secunda voce in *b* mutata: quod in Mssis frequens est. V. supra ad 5, 24, 5. *Calavios Obivium Noviumque* est in Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. Klock. Harlej. et Hearnii Oxon. B. et N. quorum ultimus *Calabium* in margine exhibet. *Calavios Obiviumque* Voss. 2.

et Lovel. 3. *Calabium Obivium Noviumque* Fragm. Hav. *Calabium Obivium Noviumque* Lovel. 2. *Calabros Obivium Noviumque* Leid. 2. et Lovel. 4. *Calabros Obivium Noviumque* Haverk. et Portug. in cuius posterioris margine *Cavios Calavios* adscribitur. *Calabrum Obivium Noviumque* Gaertn. *Calamum Obivium Noviumque* Oxon. L. 2. apud Hearnium, qui in reliquis etiam *Obivium Noviumque* invenit. [*calamum obivium noviumque* Veith.] Vulgatum praefero. *Calaviorum* gens apud Campanos celebris saepius apud Livium memoratur. V. supra hoc lib. ad c. 7, 2. Unde etiam patet, recte *Ovium* tamquam praenomen usurpari. Sigonio itaque adsentiri nequeo, ex cod. suo *Ovium Noviumque* probanti. Longe enim alia fuit ratio praenomina apud reliquos Italiae populos, quam apud Romanos. Illis enim saepe *Octavius, Marius, Decius, Stanius, Pacuvius* ac similia pro praenominebus sunt, quae Romanis nomina gentium fuerunt. V. supra ad 1, 23, 4. et c. 49, 9.

Ea capita conjurationis fuerant] ea enim capita Portug. Male. Ad-dita est vocula ab illis, qui orationem ceteroquin male cohaerere existimarunt. V. infra ad 10, 39, 4. Contra vocula *ea* deficit in Lovel. 3. Eam etiam sine sensu detrimento vel adesse, vel abesse posse, infra videbimus ad 40, 57, 3. Quum autem constanter reliqui codices vulgatum tueantur, nihil etiam novandum arbitror.

Haud dubie ab ipsis conscita ju-

ut quaestioni Campanae materia decessit, versa Romam interpretando res: non nominatim, qui Capuae, sed in universum, qui usquam coissent conjurassentve adversus rempublicam, quaeri senatum

dictio subtraxit] haud ab ipsis conscita, una voce omissa, Leid. 1. haud dubie ab ipsis conscita Voss. 1. et Lov. 1. haud dubie ab ipsis conscita Port. in contextu, cujus loco ad marginem altera lectio conscita adscripta est. Consci. cere in hac re sollemne verbum est. Supra 3, 58, 6. Appius sibi mortem conscivit. Infra 39, 19, 2. Non solum ne effugeret, sed ne mortis consciscendae locum haberet. 45, 5, 12. Renunciaret populo, Euandrum sibi ipsum mortem conscivisse. Eandem locutionem etiam apud JCtos frequentem esse, patet ex Brisson. de Signif. verb. ad jus pertin. h. voce. Deinde audisio subtraxit Lovel. 1. iudicio subtrahit Leid. 2.

§. 8. *Us quaestioni Campanae materia decessit] Pall. duo, et Camp. editio ut quaestioni Campaniae. GEBH. Ita et Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. Gaertn. et Fragn. Hav. a m. 1. in quaestione Campaniae Lovel. 2. ut quaestioni Capuae Hearnii Oxon. N. et C. V. supra ad 7, 30, 21. Tum materia defecit Lovel. 4. quod ex interpretis glossa natum videtur. decessit materia quaestioni dictum eodem fere modo, quo decessit hostibus spes, mentibus pavor, cura plebi, ac similia; de quibus v. Cel. Burm. ad Quintil. Declam. 6, 6. et quae supra notantur ad 4, 52, 8.*

Versa Romam interpretando res] Pal. sec. versa est Romam interpretando res. GEBH. Ita et Haverk. Sed in super versa est Romam interpretando res Gaertn. [Veith.] versa Romam interpretando res Portug. in quo a manu

altera interpolabatur *versaque Romam. Voces res et reus in M&is saepe commutari solent. V. ad 45, 37, 8.*

*Sed in universum, qui usquam coissent conjurassentve adversus Romanum populum, quaeri senatum fuisse] Pro certo habeo, legendum esse adversus rempublicam. nam subdit, coittignes honorum adipiscendorum causa factas adversus rempublicum esse. Et haec est trita loquendi forma. Error ex notis ortus R. P. SIG. Praeclare Sigonius, adversus rempublicum legendum esse, felicit ingenii sagacitate adsecutus est, docens errorem ex notis R. P. natum esse. Sane etiamnum adversus RM. P. legitur in Florent. et Klock. adversus remp. vel adversus rempublicam in Voss. 1. Leid. utroque, et Lovel. 1. 2. 3. et 4. Id, quod ante Sigonium vulgo edebatur, tantum superest in Harley. et Gaertn. Sed transpositis vocibus adversus populum Romanum in Voss. 2. Portug. Haverk. et Fragn. Hav. [Veith.] quasi compositio altera Romanum populum Liviana non esset. Verum de ea v. ad 10, 16, 6. Saepissime respublica in M&is culpa librariorum in populus Romanus abiit. V. supra ad 2, 48, 9. 4, 48, 13. infra ad 10, 29, 5. 21, 62, 10. 26, 35, 5. 28, 28, 11. c. 42, 15. 37, 50, 6. (*ubi alia vide.) 38, 58, 6. 39, 16, 3. Epit. 40, 42, 33, 3. 45, 23, 9. Adde Gronov. 4. Obs. 14. p. 228. Graevium ad Cic. Orat. 3. Agrar. 4. Torren. ad Valer. Max. 2, 2, 9. c. 9, 6. et Cortium ad Sall. Catil. 3. Contrario errore populus Romanus*

9 iussisse: et cōtiones, honorum adipiscendorum causa factas, adversus rempublicam esse: latiorque et re et personis quaestio fieri, haud abnuente dictatore,
 10 sine fine ulla quaestionis suae jus esse. Postulabantur ergo nobites homines. adpellantibusque tribunos nemo erat auxilio, quin nomina reciperentur.
 11 Inde nobilitas, nec hi modo, in quos crimen inten-

abit in *respublica*. V. ad 22, 37, 12. Ex eodem fonte ortum est, quod in sollemni formula *respublica populi Romani*, quae scripta est quatuor his literis *R. P. P. R.* duae posteriores, quibus indicabantur voces *populi Romani*, omissae fuerint. V. ad 8, 9, 8. Praeterea *sed in universos* Lovel. 2. [Veith.] *sed universos* Lovel. 4. Verum in *universum* hic est in genere, generatim. Dein de *qui usque coissent* Portug. quomodo et alibi scribae lapsi sunt. V. ad 5, 45, 1. (*35, 51, 3.) Eodem errore *que* et *quam* saepe in Mssis confundi, supra vidimus ad 5, 22, 3. *qui coissent*, omissa media voce, Haverk. Ea tamen hic necessaria est. Opponuntur enim *nominatim Capuae* et in *universum usquam*. Tum *conjurasentque* Leid. 2. V. ad 24, 10, 2. [*consurassetve* Veith.]

§. 9. *Et cōtiones, honorum adipiscendorum causa factas, adversus rempublicam esse*] Pal. sec. habet, ut voluit Sigonius, *et cōtiones* (hic superscriptum *conjurationes*) *honorum adipiscendorum factas adversus rempublicam esse*. Neque secus primae edd. At Pal. pr. *adversus remp. opulii esse*. GEBH. *adversus rempublicam* non hoc loco Sigonius restituit, sed verbis praecedentibus, ut scholio ejus praescripta verba indicant. Neque etiam ita hic restituendi occasio ipsi subpetebat,

quia eodem modo constanter exhibent omnes editi. Ex codd. autem pauci tantum in diversa abeunt. Gebhardi Pal. pr. *consentiunt* Voss. 2. et Lovel. 3. *adversus populum Romanum esse* eodem errore illi, quem modo emendabat Sigonius, praeferunt Hearnii Oxon. N. et C. Insuper vocula *prima et* deficiebat in *Fragm. Hav. a m. 1. Tum cōtiones* Portug. a m. 1. et Lovel. 2. V. supra ad 4, 13, 9. et infra hoc cap. ad §. 14. *conjurationes* Harlej. Male. Dictator quidem se quaerere jussum contendebat, qui *coissent* vel *conjurasent* adversus rempublicam; at factiones candidatorum non *conjurationes*, sed *cōtiones* adversus remp. facta, comprehendi poterant.

Latiorque et re et personis quaestio fieri] Pal. pr. *lactorque et re et personis*. Forte *alactorque*, vel *acriorque et re et personis quaestio fieri*. GEBH. Omnes mei in vulgatam lectionem conspirant. Eam etiam genuinam, ac nulla mutatione opus esse, evincunt sequentia *sine fine ulla*.

Sine fine ulla quaestionis suae jus esse] *sine fine ulla* Lovel. 2. 4. et Neap. Latini. Male. Optimi enim et numero plures in vulgatum consentiunt. Et solet etiam Livius vocem *finis* genere sequiori usurpare. V. supra ad 4, 2, 4. Insuper vox *suae* deficit in

debatur, sed universi simul, negare, nobilium id crimen esse; quibus, si nulla obstat fraude, pateat via ad honorem, sed hominum novorum. ipsos 12 adeo dictatorem magistrumque equitum reos magis, quam quaesitores idoneos ejus criminis esse: intellecturosque ita id esse, simul magistratu abissent. Tum enimvero Maenius, jam famae magis, quam 13

Level. 4. *Tumnis, proius, Fragm.*
Hav. V. ad 3, 38, 13.

§. 10. *Adpellantibus tribunos nemo erat auxilio*] Veteres omnes editi et scripti *adpellantibusque tribunos*. J. FR. GRON. Copulans particula, quam etiam omnes mei tuentur. primum neglecta est in ed. Francof. anni 1578. *adpellantibusque tribunis* perperam est in Harlej. *Adpellare tribunos* est eorum auxilium implorare. Supra 2, 55, 4. *Volo adpellat tribunos*. 8, 33, 7. *Tribunos plebis adpello, et provocho ad populum*. 43, 16, 5. *Adpellati a privato tribuni*. Fontem erroris supra v. ad 6, 3, 8. Et quidem tanto facilius hic lapsi sunt librarii, quod eorum tempore potius dicebatur *adpellare ad tribunos*, quam *adpellare tribunos*.

§. 11. *Nec ti modo, in quos crimen intendebatur, sed universi simul*] *nec hi*, vel *nec hii*, Florent. Voss. duo, Leid. duo, Level. 4. Gaertn. Port. Haverk. et Fragm. Hav. *nec modo*, media voce omisa, Harlej. et edd. Aldo priores. Deinde *sed universi* Voss. 2. *sed universae* Level. 3. Mox alio ordine *id esse crimen* Level. 4. et Harlej. *id crimenesse omne* Haverk. Tum vox *quibus* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn.

§. 12. *Reos magis, quam quaesitores idoneos ejus criminis esse*]

Vet. lib. *quaesitores*. ut Virgil. [6. Aen. 431.] *Quaesitor Minos urnam movet*. SIG. Ita non tantum omnes codd. mei, et Oxonienses Hearnii, verum non aliter etiam inveni in Parm. ed. Cic. 1. in Verr. 10. *Duo igitur consules et quaesitor erunt ex illius voluntate*. ad quem locum Ascon. *quaesitor* exponit, *praetor de pecuniis repetundis quaestionem exercens*. Nam propriis *quaesitores* dicuntur *criminalium quaestionum*. et Servius ad l. Virg. laud. *Quaesitores sunt, qui exercendis quaestionibus praesunt*.

Intellecturosque ita esse, simul magistratu abissent] Libri omnes iterum, *intellecturos ita id esse*. GEBH. *intellecturosque ita esse* primus ediderat Gruter. omisa vocula *id*, quam non modo omnes priores excusi, sed etiam manu descripti, constanter servant. Contra, conjunctione exsulante, *intellecturos id ita esse* praeferunt Voss. uterque, Leid. 2. Level. 1. 3. 5. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Sed recte Gronovius priorum codd. lectionem *intellecturosque id ita esse* revocavit, quam firmant Florent. Leid. 1. Level. 2. Klock. et Harlej. Tum *si simul magistratu* Portug. et Haverk. *simul ac magistratu* Level. 4. Male. V. ad 6, 1, 6. *simul magistra*, ultima syllaba posterioris vocis neglecta, Klock. Denique *abiissent* Voss.

imperii, memor, progressus in concionem ita
 14 verba fecit: *Et omnes anteactae vitae vos conscios
 habeo, Quirites, et hic ipse bonos, delatus ad me, te-
 stis est innocentiae meae. neque enim, quod saepe alias,
 quia ita tempora postulabant reipublicae, qui bello cla-
 rissimus esset, sed qui maxime procul ab his cottionibus
 vitam egisset, dictator deligendus exercendis quaestioni-
 15 bus fuit. Sed quoniam quidam nobiles homines (qua de*

2. Lovel. 4. Portug. Gaertn. et Haverk. V. supra ad 2, 4, 2.

§. 13. *Tum enimvero Maenius, etc. progressus in concionem*] Vox enim deficit in Leid. 1. Harlej. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et 2. sequens autem vero in Voff. 2. et Lovel. 3. cuius loco non praefert Gaertn. Male. V. supra ad 2, 22, 6. et Cl. Duker. ad 1, 52, 8. Hinc *Maenius* Lovel. 2. et Portug. a m. 2. *Maenius* Harl. *Memnius* Lov. 4. *Me-
 vius* Gaertn. V. supra hoc cap. ad §. 7. *Tum praegrassus* Haverk. V. ad 9, 10, 7. Deinde *in concione* Florent. Leid. uterque, Lovel. 1. Portug. Haverk. et edd. Rom. anni 1473. ac Parm. Verum ita jungenda forent verba *in concione ita verba fecit*. Sed vulgatum aervo. *Progredi in concionem, ut progredi in aciem, in proelium, et similia* passim. Litera *m* finalis, quae virgula notari solet, saepissime a librariis vel omitti, vel perperam addi solet. Mox *ita fecit verba* Harlej.

§. 14. *Etsi omnes anteactae vitae vos conscios habeo*] Legendum *Et omnes*. GELEN. Unus tantum Harlej. priscam ante Gelenium lectionem servat; reliqui *Et omnes* praeferant, nisi quod vocula *Et* desit in Voff. 2. et Lovel. 3.

V. ad 2, 44, 3. *Tum anteactae vitae* Leid. 1. Hinc *conscios habeo* Haverk. *conscios abeo* Klock. V. ad 22, 59, 19. Mox *et hic ipsi delatus honos ad me* Leid. 2. *et hic et ipse honos delatus ad me* Leid. 2.

Quod saepe alias, quia tempora postulabant reipublicae] Pal. sec. *tempora postulabant* P. C. Q. F. GEBH. Ita et Portug. et Haverk. *tempora postulabant Romanum dictatorem* Lovel. 2. *tempora postulabant reipublicae* C. Q. Fabius Gaertn. Forte ad verba sequentia *qui bello clarissimus esset*, in margine adnotatum est, intelligi Q. Fabium; idque perperam contextum posse invasit. Vocem *reipublicae* non agnoscit Hearnii Oxon. C. Praeterea *quod saepe aliasque ita tempora* Klock. *quia et qui saepe* in Mffis confundi, supra dictum est ad 5, 29, 3.

Qui bello clarissimus esset, sed qui maxime procul ab his concionibus] Legendum *procul ab his cottionibus*, non *concionibus*. GELEN. Consentiant Gelenio Florent. Klock. Voff. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. Port. a m. 2. et Fragm. Hav. *conditionibus* praefert Leid. 1. reliqui *concionibus* V. paulo ante ad §. 9. Insuper *bello proximus erat* Portug. et Haverk. Tum vox *maxime* deerat in Leid. 2. Mox *delogendus* Port. *deligendus* Klock.

caussa, vos existimare, quam me pro magistratu quidquam incompertum dicere, melius est) primum ipsas expugnare quaestiones omni ope adnisi sunt: dein, postquam ad id parum potentes erant, ne causam dicerent, in praesidia adversariorum, adpellationem et tribunicium auxilium, patricii confugerunt. postremo repulsi inde (adeo omnia tutiora, quam ut innocentiam suam purgarent, visa) in nos irruerunt, et privatis dictatorem

Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 9, 17, 15.

§. 15. Quoniam quidam nobiles homines) quidem Leid. 2. Lovel. 1. Florent. et Haverk. V. ad 39, 17, 5.

Qua de causa vos existimare, quam me pro magistratu quidquam incompertum dicere) quam de causa Portug. cujus margini quam hac de causa adscriptum est. Tum nos existimare Voff. 1. et Gaertn. Deinde qua me pro meo magistratu Florent. Ultima litera τὸν quam intercepta est a prima vocis sequentis. V. ad 13, 8, 9. Forte autem librarius scribere voluit quam me pro meo magistratu. Sed reliqui omnes in vulgatum conspirant. Supra hoc lib. c. 7, 12. Consules in privato additi nihil pro magistratu agere. 6, 38, 9. Si M. Furius pro dictatore quid egisset. Insuper incomperatum, sive incomperatum, Portug. V. ad 39, 19, 5. et hoc ipso cap. §. 22. Mox in verbis sequentibus omni ope, sive opere, Lovel. 2. et Gaertn. V. ad 8, 16, 4.

§. 16. Dein, postquam ad id parum potentes erant) Ita primus edidit Frob. anno 1535. eamque lectionem servant Flor. et Leid. 1. Priores editi cum reliquis,

quos consului, codd. legunt deinde. V. supra ad 3, 3, 6.

§. 17. Adeo omnia tutiora, quam ut innocentiam suam purgarent, visa) Luxatus locus in Pal. pr. ac tert. quorum scripturam adnotare supersedeo. secundus, omnia tutiora, quam innocentiam suam purgare, visa sunt. GEBH. tutiora Leid. 1. Deinde quam innocentiam suam purgarent Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Port. Gaertn. et Fragm. Hav. Voculam ut uncinulis inclusit etiam Klockius in contextu editionis, cujus margini variantes codicis sui lectiones adscripserat, sive indicans eam in cod. deesse, sive conjectura ductus eandem delendam esse. quam innocentiam suam purgarent Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. quam innocentiam suam pugnavit Haverk. Deinde visa sunt, addita voce, Hearnii Oxon. B. ut et Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. in quo eadem voces a m. 1. dicerant.

In nos irruerunt, et privatis dictatorem poscere reum, verecundias non fuit) Pro visa in nos, transpositis syllabis, in Sabinos praeferrunt Voff. 2. et Lovel. 3. sed sine sensu. Deinde in nos erruendo Voff. 1. et Lovel. 1. unde in nos eruendo factum est in Leid. 2. qui insuper praefert verecundias non ut fuit.

- 18 *poscere reum verecundiae non fuit: ut omnes Dii hominesque sciant, ab illis, etiam quae non possint, tentari, ne rationem vitae reddant; me obviam ire crimini, et*
- 19 *obferre me inimicis reum, dictatura me abdicō. Vos quaeso, consules, si vobis datum ab senatu negotium fuerit, in me primum et hunc M. Foslium quaestiones exerceatis; ut adpareat, innocentia nostra nos, non maiestate honoris, tutos a criminationibus istis esse.*
- 20 **Abdicat inde se dictatura, et post eum confestim Foslius magisterio equitum: primique apud consules**

§. 18. *Ut omnes Dii hominesque sciant, ab illis, etiam quae non possint, tentari] ut omnes, Dii homines, sciunt Florent. quae lectio defendi posset ex illis, quae notantur infra ad 24, 16, 9. Hic tamen vix uni mutanti fidem habere audeo. Supra 3, 17, 5. Consules, tribunos, Deos hominesque omnes armatos opem ferre decuit? 7, 5, 2. Ut omnes Dii hominesque scirent, se parenti opem lutam, quam ejus inimicis, malle. V. Cl. Duker. ad Flori 2, 6, 43. Tum ab ipsis Leid. 2. V. ad 21, 41, 17. Deinde quae non possunt Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Portug. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. quae non possit Lovel. 3. Mox vitae perperam deest in Leid. 2. Cic. Divin. in Caecil. 9. Nihil est enim, quod minus ferendum sit, quam rationem ab altero vitae reposcere eum, qui non possit suae reddere.*

Me obviam ire crimini, et obferre me inimicis reum, dictatura me abdicō] To ire deficit in Leid. 2. Pronomen me ultimo loco in Harlej. et cdd. ante Aldum. Infra h. lib. c. 34, 14. Ut privatus obviam ires crimini, dictatura se abdicavit.

§. 19. *In me primum et hunc M.*

Foslium] et in hunc, iterata praepositione, Lovel. 2. quod quidem Livio frequens esse, supra dictum est ad 6, 28, 6. hic tamen unius codicis fide admittere, temerarium puto. Deinde M. Foslium Florent. Voff. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Haverk. et, teste Hearnio, Oxon. N. L. 1. B. et C. M. Foslium Lovel. 4. Harl. Fragm. Hav. et Hearnii L. 2. V. supra hoc cap. ad §. 7. Eadem varietas et mox obcurrit §. seq. Paulo ante datum a senatu negotium fuit, pro ab senatu et fuerit, Gaertn. V. ad 40, 14, 11. ab senatu datum negotium fuerit, alio ordine vocabulorum, Portug. et Haverk.

Tutos a criminationibus istis esse] Vet. lib. criminationibus. SIG. Pall. tres, et Camp. ed. tutos a criminationibus istis esse. quod prodit quoque de suo Sigonius. GEBHARD. Codd. quos Sigonius et Gebhardus memorarunt, consentiunt Voff. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et N. Unus tantum ab altera lectione stat Florent. Certe ex eo nihil notari video. Illam autem lectionem si praeferebam

(his enim ab senatu mandata res est) rei facti, adversus nobilium testimonia egregie absolvuntur. Publius etiam Philo, multiplicatis summis honoribus, post res tot domi belloque gestas, ceterum invisus nobilitati, causam dixit, absolutusque est. Nec diutius, ut fit, quam dum recens erat, quaestio per clara nomina rerum viguit. inde labi coepit ad viliora capita, donec coitionibus factionibusque, adversus quas comparata erat, oppressa est.

judicis, exempla locutionis supra videbis ad 6, 15, 7.

§. 20. *Abdicat inde se dictatura*] Pal. sec. *Abdicat se deinde dictatura*. GEBH. Ita et Haverk. *Abdicat se deinde dictator* Portug. *Abdicat deinde se dictator* Oxon. B. apud Hearnium. *Abdicat se inde dictatura* Harlej. et editi ante Aldum. Mox *magister equitum*, pro *magisterio*, Voff. 2. Lovel. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav.

His enim ab senatu mandata res est] Vet. lib. erat. SIG. Pal. sec. *his enim ab senatu res mandata erat*. GEBH. Cum Pal. sec. faciunt Portug. et Haverk. *res mandata est* etiam Voff. 1. et Leid. 2.

Adversus nobilium testimonia egregie absolvuntur] Pal. pr. ac tert. exhibent *absolvuntur*, et mox *absolutusque*. GEBH. *absolvuntur* etiam Floreat. Leid. 1. et Lovel. 1. et §. seq. *absolutusque est* Lovel. 3. quod errantibus librariis adscribo, qui saepius *ab et ob* in verbis compositis commutabant inter se. V. ad 2, 37, 9. Tam *adversus testimonia nobilium*. Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk.

§. 21. *Publius etiam Philo*] *Publius etiam Philo* Voff. Ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. *Publius Philo* Portug. P. *etiam Philo* Gaertn. et Oxon. C. P. *Philo* Haverk. et Oxon. B. V. ad 8, 12, 4.

Post res tot domi belloque gestas] Supra ad 1, 34, 12. ubi eadem locutio in vulgatis erat, vidimus, Gebhardum et Gronovium *belli domique* legendum censuisse. An itaque hic quoque ad eandem normam legendum est *domi bellique*? Certe ita est in Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *gestas* deficit in Harlej. et mox *invisus* in Leid. 1. [*gestas reus invisus* Veith.] Transpositis etiam dictionibus *dixit causam* praeferunt Harlej. et editiones Frobeniana anni 1535. priores.

§. 22. *Quam dum recens erat, quaestio per clara nomina rerum viguit*] *per electa nomina* existat in Pal. sec. In pr. ac tert. *Nec diutius, ut fit, quam dum recens erat quaestio, praecleara nomina rerum ingruit*. GEBH. *cum recens est quaestio* Portug. V. ad 1, 40, 7. *dum recens quaestio erat* Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *praecleara nomina rerum* viguit Leid. 2. *praecleara*

- 1 XXVII. Earum fama rerum, magis tamen spes
 Campanae defectionis, in quam conjuratum erat,
 Samnites, in Apuliam versos, rursus ad Caudium
 2 revocavit: ut inde ex propinquo, si qui motus oc-
 3 casionem aperiret, Capuam Romanis eriperent. Eo

nomina reorum ingruit Lovel. 3. *per clara nomina virorum viguit* Leid. 1. *per clara nomina rerum viguit* Fragm. Hav. a m. 1. *per clara nomina reorum ingruit* Voff. 2. *per electa nomina reorum viguit* Portug.

Donec colitionibus factionibusque, adversus quas comparata erat] donec concionibus factionibusque Voff. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. *donec ab concionibus factionibusque* Haverk. Hearnii Oxon. B. et Portug. a m. 1. in quo postea ab *colitionibus* emendatum est. Solent *coltio* et *concio* commutari. V. ad 4, 13, 9. *donec concionibus factionibus*, omissa particula *quo*, Lovel. 3. *donec factionibus conjurationibusque* Harlej. *donec factibus colitionibusque* editiones ante Frobenianam anni 1535. Deinde *compta erat*, sive *comperita erat*, Voff. 1. Lovel. 2. et Portug. V. supra ad h. cap. §. 15.

§. 1. *Earum fama rerum, magis tamen spes Campanae defectionis*] Omnes libri *spe*. GEBH. *spes* primum sadparuit in ed. Mog. quod, excepta Aldina et Paris. anni 1529: servarunt reliquae usque ad Gronov. Exscriptis autem unus Hearnii Oxon. B. eam lectionem probare memoratur. Et ita legendum conjecit Doujatius. Reliqui manu exarati et editiones Moguntina priores *spe* exhibent; quod Gronovius iterum recepit, et hoc modo in prima notarum edit. exposuit: „Fama earum rerum, magis ta-

men per illam spem, quam sua „vi, quam per se, (hoc enim intelligitur) revocavit Samnites. Verum haec ejus expositio in iteratis edd. delata est. Quin et *spes* verius esse arbitror; quod et Cel. Dukero in mentem venit, qui addebat, se non videre, quomodo *spe* retineri possit, nisi simul legatur *versé* et *revocati*; quod tamen neminem tentaturum existimabat.

In quam conjuratum erat] in qua Harlej. et Haverk. Male. Infra 39, 16, 3. *Necdum omnia, in quas conjuraverunt, edita facinora habent. Mox in Apuliam versos, pro versos*, Fragm. Hav. a m. 1. Non probo. V. ad ad 36, 15, 7. Insuper *rursus* deficit in Hearnii Oxon. L. 2. Ea autem voce inducta nihil quidem sententiae decedat; at reliquis nihil mutantibus vulgatum servandum est. *rursus revocare*, ut *rursus repetere* apud Suet. in Caes. 2. ubi v. *Caes. Noster* infra 43, 20, 4. *In Penestras rursus exercitum reducit.*

§. 2. *Si qui motus occasionem aperiret*] Pall. pr. sec. Andreae Campanique editiones *aperirent*. At tert. *si qui motus occasione aperirent*, quasi pro *aperirentur* positum. GEBHARD. *aperirent* partim edd. antiquae. partim plerique codd. Voff. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. (Voith.) Et hanc lectionem non tantum Gronov. in priori ed. hectarum probavit supra hoc lib. e. 15. ex codd. scriptis, verum etiam in contextum recepit.

consules cum valido exercitu venerunt. et primo circa saltus, quum utrimque ad hostem iniqua via esset, cunctati sunt: deinde Samnites per aperta 4 loca brevi circuitu in loca plana, Campanos campos, agmen demittunt, ibique primum castra in

Ita supra 6, 22, 1. *Quatuor collegis tribuibus ad praesidium urbis, et si qui ex Etruria novi motus aperirentur, redictis.* Infra hoc lib. c. 43, 1. *In Samnio quoque, quia decessorat inde Fabius, novi motus exortu.* Sed *aperiret* primus recepit Froben. anno 1535. ejusque exemplo reliqui usque ad Gronov. Et id numero quidem pauciores, sed integritate ac fide praestantes codd. Florent. Leid. 1. et Klock. tuentur. Supra 6, 32, 5. *Qui, si qui alibi motus existisset, ad subita belli mitti possent.* Reliquis librariis fraudi fuisse videtur illud *si qui*, quod tantum pluralis numeri esse male sibi persuaserunt. Vide ad 3, 17, 7. Quin et Gronovius ipse de emendationis veritate dubitasse videtur, quoniam iterata editione eam loco laud. deleverit; quamvis tamen hoc loco priorem lectionem contextui reddere neglexerit, quod nunc praefiti. Insuper *conjuracionem* est in Lovel. 4. pro quo *occasionem* recte in ejus margine substitutum est.

§. 3. *Et consules cum valido exercitu venerunt* Lectio haec exstat quidem in margine Voss. 1. sed tamen *Et consules* praefert contextus. Utroque juncto *Et eo consules* est in Portug. et Haverk. vel ordine mutato *Eo et consules* in Leid. 2. et Lovel. 1. Optimi conspirant in vulgatum; quod a librariis mutatam esse videtur, ut verba Livii, quae ex eorum sententia male cohaerebant, melius conducerentur. Deinde *cum exercitu valido* Portug. et Haverk. quarum posterior etiam *convenimus*.

Quum utrimque ad hostem iniqua via esset] Pal. sec. exprimit, *cum utique ad hostem iniqua via esset.* GEBH. Ita et Lovel. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. ac B. *utriusque* Leid. ambo, Lovel. 1. et Florent. intellige, Samnitibus aequae ac Romanis. Sed solent hae voces in Mssis confundi. V. ad 6, 31, 8. Tum *ad hostes* Portug. Male. V. ad 5, 50, 2. Hinc *in qua via esset* Harlej. Tandem post *eo esset* addit Hearnii Oxoniensis (?) vocem *ciuitati*, quae formata esse videtur ex sequenti *cunctati*, sive, ut etiam scribebant, *cunctati*.

Cunctati sunt] *cunctati castrametatique sunt* Harlej. et edd. usque ad Aldum, qui *castrametatique*, in nullo praeterea codice obvium, recte expunxit.

§. 4. *Brevi circuitu in loca plana, Campanos campos, agmen demittunt*] Haec verba [*Campanos campos*] ὑποβολιμὰ consert Camillus Peregrinus. Loca enim plana esse, in quibus sita erat Suesula, ubi Samnites prius ad proelium provocaverant Romanos. Dissert. 2. de Campania [§. 26.] J. FR. GRON. Voces *Campanos campos* servant omnes scripti et editi; quin et in Florent. addita a manu altera praepositione, *in loca plana, in Campanos campos* legitur. V. ad 38, 18, 12. Insuper *brevi circuitu* Leid. 1. V. ad 3, 47, 2. Hinc *dimittunt* Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. a m. 2. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm.

5 conspectu hostibus data: deinde levibus proeliis, equitum saepius, quam peditum, utrimque periculum factum: nec aut eventus eorum Romanum, aut morae, qua trahebant bellum, poenitebat.

Sam-

Hav. Hearnii Oxon. B. ac C. et editiones usque ad Frobenium, qui anno 1535. *demittunt* substituit: quomodo etiam in Florent. ex quo nihil notatum invenio, fuisse videtur. V. ad 7, 23, 6. Paullo ante *per apta loca*, pro *aperta*, vel *apta*, erat in Lovel. 3. V. infra ad 31, 22, 8.

Ibiq[ue] primum castra in conspectu hostibus data] Opinor in conspectum. J. FR. GRON. Se facile in Gronovii sententiam iturum, proficitur Doujatius. Ita supra 3, 69, 9. *Insequens dies hostem in conspectum dedit.* ubi tamen quidam codd. et edd. antiquae legunt *in conspectu*. 30, 12, 8. *Rex vinctus in conspectum datus est.* Cic. 5. in Verr. 33. *Tum se tamen in conspectum navitis paulisper dedit.* Ennius apud Cic. 1. de Divin. 20.

Nec sese dedit in conspectum corde cupitus.

Hic tamen constanter *in conspectu* servant omnes libri, et calamo et typis descripti, nisi quod praepositio desit in Klock. qui codicum consensus efficit, ne quid temere mutandum existimem. Non tantum enim in usu fuisse *dare in conspectum*, sed etiam *in conspectu*, quemadmodum contra non tantum *esse in conspectu*, sed etiam *in conspectum*, multis docuit Cel. Burm. ad Phaedri 5. fab. 1, 15. Praeterea *in conspectu hostium* Voss. 2. Lovel. 3. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. [Veith.] Non sequor. Ita in loco Cic. laud. §

in conspectum navitis dedit, non navitarum. Et usus hic dativorum passim Livio fuit in deliciis. V. ad 1, 26, 11. 5, 27, 4. c. 33, 3. aliaque locis.

§. 5. *Levibus proeliis, equitum saepius, quam peditum, utrimque periculum factum*] *proeliis equitum, saepius peditum* Portug. *proeliis equitum saepiusquam peditum* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Tum urm periculum factum*, id est *vestrum*, Leid. 2. et Lovel. 1. *Mox Romanos*, pro *Romanum*, est in Florent. a m. 2. V. ad 3, 2, 11. Librario tamen id fraudi fuisse videtur, quod mox sequatur *trahebant*, unde *Romanos* hic requiriputabat. Verum male; eodem enim modo *Romanus* hic conlective pro *Romanis* sumtum adsciscit verbum plurale, quo *miles* pro militibus; v. ad 3, 42, 5. *eques* pro equitibus; v. ad 8, 38, 5. *hostis* pro hostibus; 21. 41, 15. Adde, quae notantur ad 21, 60, 3. *Mox ratione*, pro *morae*, Harlej.

§. 6. *Carpi parvis quotidie damnis, et senescere dilatione belli vires suae videbantur*] *capi* Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. et Fragn. Hav. saepius obvio scribarum peccato. V. ad 6, 32, 11. Vox sequens *parvis* deficit in Harlej. et Hearnii Oxon. N. et L. 2. [Veith.] *Tum senescere dilationem belli vires suae videbantur* Leid. 2. et Lovel. 1. a m. 1. *senescere dilatione vires belli suae videbatur* Lovel. 3. *senescere dilatione vires belli suae videbantur* Harlej. et Fragn. Hav.

Samnitium contra ducibus, - et carpi parvis quoti- 6
die damnis, et senescere dilatione belli vires suae
videbantur. itaque in aciem procedunt, equitibus 7
in cornua divisus: quibus praeceptum erat, inten-
tiores ad respectum castrorum, ne qua eo vis fieret,

amescere dilatione belli vires suas videatur Voss. 1. et Portug. a m. 2. Paulo ante ducibus non com-
paret in Leid. 2.

§. 7. *Itaque in aciem procedunt*) Pal. see. *in aciem procedunt*. GEBH. Ita et Port. et Haverk. Male. Supra 4, 32, 10. *Quum Etrusci pleni animorum in aciem processissent*. 8, 9, 2. *Instructis ordinibus processere in aciem*. 21, 55, 1. *Arma capit, atque in aciem procedit*: ubi, verba haec commutare scribas solitos fuisse, dictam est. Insuper ita in aciem Voss. 1. Leid. 2. Portug. a m. 1. et Haverk. De hoc errore dicam infra ad 21, 53, 7.

Equitibus in cornua divisus) in cornu Harlej. et Fragm. Hav. a m. 1. Tum dimissis Haverk. Nihil muto. V. quae infra notantur ad 28, 2, 16.

Intentiones esse ad respectum castrorum, ne qua eo vis fieret, quum ad proellum starent) In corrupta lectio: *intentiones ad respectum castrorum, ne qua eo vis fieret, quam ad proellum, starent*. GELEN. Lectionem Gelenii probant Florent. et Voss. 1. Reliqui omnes codd. ignorant etiam verbum *esse*, sed *cum*, sive, ut est in Gaertn. *quom*, servant. Eadem lectio superest etiam in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Praeterea *ne qua vis fieret*, media voce omissa, Harlej. et Portug. Sed in posterioris margine emendatur *ne qua vis eo fieret*, quomodo etiam inveniri Lovel. 4. *ne qua eius vis fieret*. Liv. Tom. V. P. 1.

ret legit Lovel. 2. ne qua eo vis fieret Leid. 1. Nihil muta. *eo* est in eam locum, in castra.

Acie[m] peditem tutam fore) In corrupta lectio *acie[m] pediti tutam fore*. GELEN. *pediti* Gelenius, cum haberetur *peditem*. Romae tamen Andreas quoque dedit *pediti*, sed mox mutatum est. Nempae haeret in ea voce scrupulus. Pedes ipse solus per se satis tutam praestabit aciem ex sese constantem. 22, [46, 8.] *Media acie pedibus firmata*. Et sic postea accepi Helmstadiensibus in membranis legi. J. FR. GRON. *pedite* sibi quoque, ut alia non pauca, in mentem venisse, nondum visa Gronovii nota, jactat Doujatius. Addit deinde, sensum non deteriorem fore, si legeretur, quem admodum Becharius alique ediderunt, *quum ad proellum starent, aciem peditem tutam fore*, id est, dummodo consisterent; melius autem fortis, *dum ad proellum starent*. Verum ita etiam cum iisdem edd. in praecedentibus recipiendum foret *eo esse*, sine quo viz sensus constare potest; quod tamen neque in ullo scripto, neque in antiquissimis edd. reperiri dictum est. Quo minus autem lectio Doujatio probata placere possit, accedit nunc insuper, *peditem* quoque neque in iisdem edd. antiquis existere, neque in ullo meorum codd. nisi in uno suspectae fidei Harlej. reliquos omnes *pediti* servare. Vel itaque ea lectio cum Gelenio servanda, vel minima mutatio-

quam ad proelium, starent: aciem pediti tutam fore. 8 Consulium Sulpicius in dextro, Poetelius in laevo cornu consistunt. Dextra pars, qua et Samnites raris ordinibus, aut ad circumeundos hostes, aut ne ipsi circumi- 9 rentur, confiterant, latius patefacta stetit. Sinistris, praeterquam quod confertiores steterant, repentino consilio Poetelii consulis additae vires: qui subsidiarias cohortes, quae integrae ad longioris pugnae

ne pedito cum Gronovio legendum est.

§. 8. *Consules Sulpicius in dextro, Poetelius in laevo cornu consistunt*] Chiff. uterque Voss. Busl. *Consulium Sulpicius in dextro, non Consules.* J. FR. GRON. Non minus rectum est *Consules*, et forsitan vel ideo praeforandum, quia ignotior scribis ea syntaxis. 24, 20, 3. *Consules, Marcellus Nolam rediit, Fabius ad populandos agros processit.* 29, 3, 14. *Jam reges, Syphacem post colloquium cum Scipione alienatum, Masinissam aperta defectione hostem infestissimum.* 30, 27, 7. *Praetores, M. Sextius Galliam est sortitus, C. Livius Brutios.* V. Sanctii Minerv. 4, 8. et ibi Perizon. DUK. *Consul Sulpicius* [Veith.] Hearnii Ox. L. 2. qui *Consulium Sulpicius* se in N. reperisse testatur; et ita ex meis, praeter utrumque Voss. Gronovio memoratum, servant Leid. ambo, Lovel. 1. 3. 4. Portug. Gaertn. et Fragn. Hav. Similiter et Aldus in contextu edidit; inter errata tamen postea *Consules* revocavit. Infra 43, 15, 3. *Consulium Cn. Servilio Italia, Q. Marcio Macedonia obvenit.* 44, 17, 10. *Consulium Aemilio Macedonia, Licinio Italia evenit.* (* 22, 40, 6. ubi vide.) Error ortus est ex compendiaria scribendi ratione *Coss.* V. infra ad 10, 10, 2. Praeterea *in dextro cornu* Leid. 2. Sed sufficit semel legi vocem *cornu*.

Aut ad circumeundos hostes, aut ne ipsi circumventur] Alia lectio nihilo deterior *ne ipsi circumventur*. GELEN. *ad circumeundos hostes* Harlej. *ad circumevendos hostes* Portug. et Haverk. *ad circueundos hostes* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. infra ad 10, 35. 8. Deinde *ipsi circumventur* Portug. et Haverk. *ipsi circumventur* Leid. 2. et Lovel. 1. *ipsi circumventum* Lovel. 3. *ipsi circumveniuntur* Harlej. et Gaertn. Reliqui Gelenio favent. Solent verba *circumvenire* et *circumire* in MSis confundi. V. infra ad 31, 21, 13. Paulo ante *qua Samnites*, omisa media voce, Lovel. 2. Portug. et Haverk.

§. 9. *Ad longioris pugnae casus reservabantur*] *ad longiores pugnae casus* perperam Voss. duo, Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. et Fragn. Hav. Similiter errant edd. Mediol. anni 1495. et Ven. anni 1498. Tum *reservabantur* Florent. Mox *in primam aciem extemplo misit* Lovel. 4. Sed infra v. ad 28, 14, 11.

§. 10. *Commota pedestri acie Samnitium, eques in pugnam succedit*] Incerta est distinctio in genitivo *Samnitium*. Nam et ad *acie*, et ad *eques* refertur: de utrisque enim loquitur. quale propemodum illud Virgilii [1. Aen. 130.]

Nec latuere doli fratrem Junoniae et iras.

casus reservabantur, in primam aciem extemplo emisit; universisque hostem primo impetu viribus inpulit. Commota pedestri acie Samnitium, eques in pugnam subcedit. in hunc, transverso agmine inter duas acies se inferentem, Romanus equitatus concitat equos; signaque et ordines peditum atque equitum confundit, donec universam ab ea parte avertit aciem. In eo cornu non Poetelius solus, 11

GLAB. *Samnitium* refer ad praecedens acie; ad sequens autem eques subintelligendum est eorumdem Samnitium. V. supra hoc lib. ad c. 22, 8. Ceterum *Comsa pedestri acie* Lovel. 3. Sed litterae mo in prima voce interceptae sunt a praecedentibus om. Tum *succendis* Leid. 1. eodem errore, quo etiam *incedere et incendere* commutari solent, ut et alia. V. ad 8, 20, 5.

Romanus equitatus concitat equos] *concitatos equos* Portug. et Gaertn. *concita equo* Leid. 1. *concito equo* Lovel. 3. *concitato equo* Voss. 2. Lovel. 4. Harlej. et Fragm. Hav. *concitat equo* Florent. a m. 1. et Lovel. 2. Paulo ante *intra duas acies*, pro *inter*, Voss. 2. V. ad 5, 27, 2.

Donec universam ab ea parte avertit aciem] Praepositionem ab excludunt Voss. 2. et Lov. 3. quam etiam, si plures idem vellent, haud requirerem. Non enim jungendum *avertit ab ea parte*, sed *universa acies ea parte*, id est omnes non modo pedites, sed et equites Samnitium, qui ea parte, sinistro Romanorum cornu obposita, pugnabant. Deinde *avertit aciem* Klock. *advertit aciem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. quomodo saepe variis scripti. V. ad 1, 12, 10. *pervertit aciem* Harlej. Nihil mutandum. *avertitur hostis*, quum ter-

ga vertit, ac fugam capere incipit. quod vel ita simpliciter effertur, vel etiam *avertit in fugam*. V. supra ad 1, 37, 3. Omnium horum vocabulorum loco in Haverk. sola erat vox *acie*.

§. 11. *Avectus ab suis nondum conserentibus manus ad clamorem, ab sinistra parte prius exortum*] MS. Fuld. *evectus ab suis*. MOD. Membranae Fuld. Modio consulti *evectus*. Pal. sec. *advectus*. GEBH. Meorum nullus Fuldeni consentit. Sed *adventus* est in Fragm. Hav. a m. 1. *advectus* in Voss. 2. Harlej. Port. et Haverk. Utrumque, *avectus* et *advectus*, ferri potest. Quum vero et plures et optimi *avectus* legant, illud alteri praefero. Alibi ita variare codd. vidimus supra hoc lib. ad c. 4, 1. Tum a suis Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 4. et Gaertn. Hinc *conserentibus manus* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Saepe haec verba commutari solent. V. infra ad 22, 28, 10. Utraque autem locutio *conserere* et *conferre manus* Livio et aliis usurpatur. V. ad 6, 42, 5. *conserentibus manus* Lovel. 4. V. ad eundem Livii locum. Verum et hic vulgato, plurium atque optimorum codd. auctoritate firmato, adhaereo. Praeterea a sinistra parte Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. in sinistra parte Harlej.

sed Sulpicius etiam, hortator adfuerat, auctus ab
 suis nondum conserentibus manus ad clamorem,
 12 ab sinistra parte prius exortum. unde, haud dubiam
 victoriam cernens, quum ad suum cornu tenderet
 cum mille ducentis viris, dissimilem ibi fortunam
 invenit: Romanos loco pulsos, victorem hostem
 13 signa in percussos inferentem. Ceterum omnia mu-
 tavit repente consulis adventus. nam et conspectu
 ducis reffectus militum est animus: et, majus quam
 pro numero auxilium, advenerant fortes viri: et
 partis alterius victoria audita, mox visa etiam,

§. 12. *Cum ad suum cornu tenderet] dum tenderet* Lov. [?] Male. V. ad 1, 40, 7. Mox dissimilem sibi fortunam, pro ibi, Gaertn. V. supra ad 1, 55, 4.

Signa in percussos inferentem] in pulsos Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. Sed *pulsos* modo praecessit. Praeterea *forentem* Lovel. 4. V. ad 2, 59, 2. Paulo ante Romanos locos pulsos, pro loco, Portug. a m. 1. De origine erroris v. ad 6, 3, 8.

§. 13. *Ceterum omnia mutavit repente consulis adventus] Quorum repente omnia mutavit* Harlej. *Quae omnia mutavit repente* Hearnii Oxon. C. [*Quae omnia repente mutavit* Veith.] *Ceterum omnia repente mutavit* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Mox et in conspectu ducis, addita praepositione Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac C. [Veith.] et *conspectus ducis* Lovel. 3.

Et majus quam pro numero auxilium advenerat, fortes viri] Pall. duo auxilium venerat. Campan. advenerant. GEBH. Flor. advenerant. Et

placet ita interpunctum: *et, majus quam pro numero auxilium, advenerant fortes viri.* Nam *ta majus quam pro numero auxilium* sunt titulus et ἐνεξήγησις τῶν fortes viri. J. FR. GRON. *venerant* etiam Fragm. Hav. *advenerant* itaque simul cum interpunctione Gronovii in contextum recepi. *et manus perperam* est in Lovel. 2. Tum *venerat, fortes viri* Voss. 2. Lovel. 3. 4. Harlej. et Gaertn. *advenerat quod fortes viri* Portug. et Haverk. *advenerat quod forte viri* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *advenerat mille fortes viri* editi ante Aldum. [*auxilium venerat fortis viri* Veith.]

Et partis alterius victoria audita, mox visa etiam, proelium restituit] alterius partis Fragm. Hav. Vocula et deficit in Lovel. 4. *ta etiam* in Fragm. Hav. cujus loco et q̄ praefert Lovel. 2. Deinde *restituunt* Lovel. 4. quasi *victoria audita, mox visa* forent ablativi, ut vocantur, absoluti. Verum ita *restituunt* referendum foret ad proximum *fortes viri*. At illi, qui cum consule advenerant, alterius partis victoriam, cujus ipsi auctores existerant,

proelium restituit. Tota deinde jam vincere acie 14
Romanus, et, omisso certamine, caedi capique
Samnites; nisi qui Maleventum, cui nunc urbi Be-
neventum nomen est, perfugerunt. Ad triginta mil-
lia caesa aut capta Samnitium, proditum memo-
riae est.

XXVIII. Consules, egregia victoria parta, pro- 1
tinus inde ad Bovianum obpugnandum legiones du-
cunt: ibique hiberna egerunt, donec ab novis con- 2
sulibus L. Papirio Cursore quintum, G. Junio Bu-
bulco iterum, nominatus dictator C. Poetelius cum

audivisse primo, et mox vidisse
dici nequeunt. Vulgatum itaque
verum est.

§. 14. *Tota deinde jam vincere
acie Romanus, et, omisso certamine]*
Tota jam deinde Haverk. Tum
vincere Romanos Harleij. et Por-
tug. a m. 2. Insuper cōmisso cer-
tamine Harleij.

Maleventum, cui nunc urbi Be-
neventum nomen est, perfugerunt]
fugerunt Lovel. 2. peressugerunt
Voff. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav.
a m. 2. cujus librarius effugerunt
a m. 2. emendavit. peressugē, sive
peressugero, Gaertn. Hac ratione
scribae, quam duplicem lectio-
nem, perfugerunt et effugerunt,
in Māis reperissent, utramque
jungere voluerunt. V. ad 3, 44,
4. De confectione urbi Bene-
ventum nomen est v. ad 1, 1, 5.

Ad triginta millia caesa aut ca-
pta Samnitium, proditum memo-
riae est.] At triginta millia Ha-
verk. V. supra ad 6, 24, 8. Sed
praepositio Ad exulat ab Hear-
nii Oxon. L. 1. V. ad 10, 46, 5.
Deinde proditum est memoria Har-
lej. proditum memoria est Voff. 1.

Leid. 2. Lovel. 1. 2. Portug. et
Fragm. Hav. Verum optimi tuen-
tur vulgatum. V. ad 3, 54, 12.

§. 1. *Protinus inde ad Bovia-*
num obpugnandum] Vocabulum
inde excluditur a Voff. 2. Prae-
terea ad Rōnd, sive ad Romanum,
Gaertn.

§. 2. *L. Papirio Cursore, C. Ju-*
nio Bululco iterum] Quidam post
Cursore adjecere *V.* Sed Livius
duobus in locis dubitat de Cur-
soris cognomine, annis cxxxviii.
[8, 23, 17.] et cxxxv. [9, 15, 11.] Ter-
tio omisit ejus nomen anno cxxl.
[9, 22, 1.] Nos tamen in Chronolo-
gia nostra, Cassiodorum secuti,
quintum posuimus. GLAR. Nota
quinti consulatus deest etiam in
Voff. 2. Lov. 3. 4. Harl. Gaertn.
Fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2.
et editis Aldo prioribus. Reliqui
codd. (exceptis Leid. 1. et Ha-
verk. qui legunt *equitum*) cum e-
ditt. Aldina et eam secutis ple-
risque constanter servant. V. ad
8, 23, 17. Deinde *et O. Junio Por-*
tug. V. ad 2, 17, 1. M. Junio Har-
lej. et Hearnii Oxon. L. 2. Tan-
dem Bulullo Voff. 1. Bululco
Leid. 1. Bululo Leid. 2. et Lov. 1.

3 M. Foslio magistro equitum exercitum accepit. Is, quum audisset arcem Fregellanam ab Samnitibus captam, omisso Boviano ad Fregellas pergit. unde, nocturna Samnitium fuga sine certamine receptis Fregellis, praesidioque valido inposito, in Campaniam reditum maxime ad Nolam armis repeten-

C. Poetelius cum M. Foslio magistro equitum] *Potelius* Florent. *Petifius* Port. Haverk. et Fragn. *Hav. Petellius* Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. qualis etiam varietas ter supra cap. praec. in M^{ss}is reperitur, et infra hoc cap. V. ad 3, 35, 11. Deinde cum *M. Folio* Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. Florent. et Oxon. N. ac B. apud Hearnium, qui in C. et L. 2. cum *M. Follio* invenit, quomodo etiam praeferrunt Fragn. Hav. et Lovel. 4. V. supra hoc lib. ad c. 20, 1. Ceterum pro M. Foslio magister equitum in Fastis Capitolinis hoc anno memoratur *M. POETELIUS. M. F. M. N. LIBO.*

§. 3. *Is quum audisset, arcem Fregellanam ab Samnitibus captam*] Q. Fabium dictatorem bis consulem ad arcem Fregellanam rem gessisse, non C. Poetelium, scribit Diodorus. De C. tamen Poetelio auctores sunt scriptores Capitolini. Diodorus sic l. 19. [p. 726.] *Τὸ δὲ λοιπὸν στρατόπεδον ἀναλαβὼν Κόϊντος Φάβιος, ὃς ἦν ἀυτοκράτωρ ἡρημένος, τὴν τε Φρεγελλανῶν πόλιν εἴλε, καὶ τῶν ἀλλοτρῶν διακειμένων πρὸς τὴν Ρῶμην τοὺς ἐπιφανεστάτους ἐζώργησε.* SIG. Fregellas a Samnitibus captas fuisse, scribit c. 12, 5. hic arcem ab iisdem captam. Videntur ergo Romani medio tempore urbem recepisse, quod praeteriit, ut saepe de aliis urbibus solet, Livius. V. Si-

gon. ad c. 2. et 12. et Gronov. ad c. 20. In ea re tamen Livium non plane excusari posse, putat Perizon. Animadv. Hist. c. 4. DUK. *Vocula Is* deficit in Florent. *Tum audisset arcem Fregella* legit Leid. 1. *audisset arcem Fregellam* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragn. Hav. *audissent Fregellanam arcem* Haverk. *audisset Fregellanam arcem* Voss. 1. et Portug. *Fregellanam arcem audisset* Leid. 2. et Lovel. 1. Hinc a Samnitibus Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn. *ex Samnitibus* Lovel. 3. *Mox Fregellam, pro Fregellas,* Lovel. 2. et 4.

Unde, post nocturnam Samnitium fugam sine certamine receptis Fregellis] Libri nostri concordia scriptura, unde, *nocturna Samnitium fuga.* GEBH. Ab Aldo est. Scripti omnes et Andreas, Bec. Asc. Mog. unde, *nocturna Samnitium fuga receptis.* Quod minime mutandum fuit. Coesar 1. Gall. [47.] *Propter linguae Gallicae scientiam, qua multa jam Ariovistus, longinqua consuetudine, miscebatur.* 2, [1.] *Qui minus facile eam rem imperio nostro consequi poterant.* 3, [21.] *Ubi diligentia nostrorum, nihil his robur profici posse intellexerunt.* 5, [42.] *Hae celeriter ignem comprehenderunt, et vani magnitudine in omnem castrorum locum distulerunt.* Quasi intelligeretur interveniente. J. FR. GRON. unde, *Samnitium nocturna fuga* Voss. 2. unde, *nocturnam Samnitium fugam* Fragn. Hav. a m. 1. Reliqui

dam. eo se intra moenia, sub adventum dictatoris, 4 et Samnitium omnis multitudo et Nolani agrestes contulerant. Dictator, urbis situ circumspecto, 5 quo apertior aditus ad moenia esset, omnia aedificia (et frequenter ibi habitabatur) circumjecta muris incendit. nec ita multo post, sive a Poetelio di-

scripti omnesque editi ante Aldum Gronovio *nocturna Samnitium fuga* revocanti consentiunt. Etiam Oxonienses suos consonare, auctor est Hearnius. De hoc usu, caetero sexti v. eumdem Gronov. 4. Obs. 16. p. 273.

§. 4. *Samnitium omnis multitudo et Nolani agrestes contulerant*] In Mssis est *et Nolani agrestis*, videlicet multitudo. GELEN. Architectus hujus lectionis *et Nolani agrestis* exstitit Gelenius, quae meo judicio duriuscula est. Itaque Livio dignior comprobata auctoritate librorum MSS. certe trium Pall. vetustissimarumque edd. *et Nolani agrestes*. Manavit autem inde, quod initio scriptum erat *ἀρχαῖκῶς agrestis*. GEBH. *et Nolani agrestis* ab Gelenio est. Nos reduximus omnium veterum a nobis visorum scripturam, *et Nolani agrestes*. Est enim variatio talis, qualem defendimus a Sigonio 3, 17, 12. *Ne Sabini, ne Vejens hostis*. J. FR. GRON. *Nolani agrestis* praeserunt etiam omnes mei, nisi quod *Nolani agrestis* sit in Leid. 1. et, si excerptis fidem habere possum, *Nolani agrestis* in Florent. Sed Gronovio adsentiri malo, quia passim ita Livius numerum variare solet. V. infra ad 35, 40, 6. Praeterea contulerat Leid. 1. et Portug. contulerunt Lovel. 2. qui paullo ante dedit *sub adventu dictatoris*. V. supra ad 2, 55, 1.

§. 5. *Et frequenter ibi habitatur*] Vet. lib. *habitabatur*. SIG.

Priorem lectionem *habitatur* servant Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Harlej. Gaertn. Klock. et Fragm. Hav. a m. 1. *quae frequenter ibi habitabantur* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Infra 24, 3, 2. *Vix pars dimidia habitabatur*. et mox eodem cap. *Arx procul iis, quae habitabantur*. 36, 22, 7. *Arx frequentius prope, quam urbs, habitabatur*. Sed in personale *habitatur*, vel *habitabatur*, quod reliqui defendunt, magis placet. V. supra ad 2, 62, 4. Simili parenthesi Livius infra utitur hoc lib. c. 44, 9. *Us stativa copiosa (et ita erant) petisse videretur*. 21, 12, 7. *Ad praetorem Saguntinum (et ipse ita jubebat) est deductus*. 27, 1, 2. *Praeda (et aliquantum ejus fuit) militi concessa*. Ita Gronov. recte legendum docuit. V. quae ad eum locum notantur. Paulo ante *quo apertior aditus, pro apertior*, Lovel. 2. 3. et Gaertn. V. ad 31, 22, 8.

Circumjecta muris incendit] Pal. sec. *accendit*. Campani ed. *circumjecta*. GEBH. *accendit* etiam Haverk. et Hearnii Oxon. B. Solent haec verba in Mssis commutari. Ita supra ad 6, 3, 8. (* 32, 10, 7.) Adde Cortium ad Sall. Jug. 25, 10.

Sive a Poetelio dictatore, sive ab C. Junio consule] a C. Poetelio Portug. et Gaertn. Deinde *sive a Junio consule* Leid. 2. et Haverk. Videntur librarii ferre non potuisse, alterius praenomen omit-

ctatore, sive ab C. Junio consule, (nam utrumque
6 traditur) Nola est capta. Qui captae decus Nola ad
consulem trahunt, adjiciunt, Atinam et Calatiam
ab eodem captas; Poetelium autem, pestilentia orta,
7 clavi figendi causa dictatorem dictum. Sueffa et
Pontiae eodem anno coloniae deductae sunt. Sues-

ti, alterum eo ornari. Sed supra v. ad 4, 49, 1. sive ab Junio consule Portug. qui tamen dictatori praenomen addebat. sive a L. Junio consule Level. 4. sive a C. Junio consule Voff. ambo, Leid. 2. et Gaertn. Mox utriusque traditur, pro utrumque, Leid. 2. V. ad 31, 45, 1. Praeterea Nola capta est, vocibus transpositis, Level. 4.

§. 6. Ad consulem trahunt, adjiciunt, Atinam et Calatiam ab eodem captas] Hoc primum corruptum esse suspicabar eo, quod Atina in Volscis, Calatia et Nola in Campania erant. Sed nihil obstat, quo minus Romani rem diversis locis gerere, et Samnites Atinam in Volscis tum tenere potuerint. Nam et *Fregelas* ab iis captas scribit Liv. hic, et supra c. 12, 5. et *Soram* c. 43, 2. quae utraeque Volcorum erant 7, 28, 6. et 8, 22, 2. et 23, 6. Difficilior videtur locus 10, 39, 5. de *Atinate* agro. DUK. ad consules Harlej. Gaertn. et Portug. quorum posterior etiam ab eisdem. Sed supra tantum uni C. Junio consuli captae Nola decus quosdam adscribere tradit. Error itaque ex compendio scribendi ortus. V. infra ad 10, 10, 2. Tum adiciunt Florent. adiciunt Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Fragn. Hav. adiciunt Leid. 1. dicunt Level. 4. V. ad 1, 30, 3. Deinde *Athinam* Portug. et Haverk. Insuper *Calatinam* Leid. 2. *Callatinam* Level. 1. a m. 1.

Callaciam Level. 2. *Callatiam* Lovel. 4. Paulo post *clavi fugiendi*, pro *figendi*; Portug. *figere* et *fugere* interdum in Mltis confundi, patet ex illis, quae notat Cel. Bentlej. ad Horat. 2. Ep. 2, 171. Adde supra ad 5, 38, 8.

§. 7. *Suessa et Pontia eodem anno coloniae deductae sunt*] Vet. lib. *Suessam et Pontiam*. Sic 10, 1, [1.] *Soram atque Albam coloniae deductae*. Sic Diodorus [l. 19. p. 726.] Ὁ δὲ δῆμος κατὰ νοῦν τῶν πραγμάτων αὐτῶ προχωροῦντων ἀποικίας ἀπέστειλεν εἰς τὴν νῆσον Ἡσιδαίαν καλουμένην. SIGON. *Suessa et Pontia* vet. edd. nam neoterica *Pontia*. Voluerat Sigonius e suis *Suessam et Pontiam*: ut apparet, non esse illos codices optimi commatis. Debebat enim fuisse *Pontias*, ut liquet ex verba sequenti. GRUT. *Suessam et Pontiam*, ut Sigonius in suis reperit, Portug. Harlej. Haverk. Fragn. Hav. a manu 2. et Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. Ita saepe in hac locutione efferenda variant librarii. V. infra ad 39, 44, 10. [*Suessam et Pomatiam* Veith.] *Suessa et Pontia* Voff. 1. Leid. ambo, Florent. Level. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Klock. Fragn. Hav. a m. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Suessia et Pontia* Voff. 2. *Suessa et Pontia* edd. Mediol. anni 1480. eamque secutae aliae usque ad Parisiensem, quae anno 1539. iterum *Pontia* dedit, quod Froben. anno 1531. et deinde alii probarunt, donec Gruter. an-

sa Auruncorum fuerat: Volsci Pontias, insulam sitam in conspectu litoris sui, incoluerant. et, Interamna et Casinum ut deducerentur coloniae, senatusconsultum factum est. sed triumviros creavere, ac misere colonorum quatuor millia insequentes consules M. Valerius, P. Decius.

no 1628. *Pontias* revocaret. Utroque modo, *Pontia* et *Pontias*, vocatur. V. Cluverii Ital. Ant. 3, 7. p. 1015. et Cellar. Orb. Ant. 2, 10. p. 606. unde neque Torrent. apud Sueton. in Calig. 15. *Pontiam*, pro *Pontias*, ex conjectura reponentem, audiendum esse censeo. Quam autem plerique eodd. hoc loco numerum singularem, mox pluralem servant, neque verisimile sit, Livium paucis tantum verbis interjectis, ita variare voluisse, utroque loco eandem formam recipi praestat. Praeterea *to suus* deficit in Lovel. 3.

Suessa Auruncorum fuerat: Volsci Pontias, insulam sitam in conspectu Auruncorum Voss. 1. *Auruncorum* Hearnii Oxon. C. Tum *Pontias* Florent. a m. 2. Lovel. 2. Harlej. Portug. a m. 1. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. [*promeriam* Veith.] Reliqui *Pontias* servant. V. modo ad verba praecedentis. Deinde vox *sitam* deficit in Port. et Haverk. quam ceteri omnes recte tuentur. Supra 8, 22, 5. *Palaeopolis fuit haud proci inde, ubi nunc Neapolis sita est. Mox incoluerunt, pro incoluerunt*, editi ante Froben. anni 1535. invitis omnibus scriptis.

§. 8. *Minturnae et Casinum ut deducerentur coloniae, senatusconsultum factum est. triumviros creavere*] Vera lectio, et in *tertiam Casinum ut deducerentur coloniae, senatusconsultum factum est.*

sed triumviros creavere. GELEN. Vet. lib. alii habent, et *Minturnae, et Casinum ut deducerentur coloniae*. alii *Veternam et Casinum*. alii *Internam et Casinum*. Quae voces in eam *Gelenium* traxerunt suspicionem, ut, et in *tertiam Casinum*, affirmarit esse legendum, et pro *deducerentur coloniae, deducerentur coloni* subjecerit. Ego autem restituendum puto ita: et *ut Interamnam et Casinum deducerentur coloniae*. Etenim Vellejus 1, [14.] post *Suessam Auruncam coloniam deductam*, cujus hoc loco meminit Livius, *Interamnam deductam esse scribit*. Et Livius 10, [36, 16.] anno CDLVIII. ait, *Samnites Interamnam coloniam Romanam, quae via Latina est, occupare conati*. neque tamen, quo anno deducta colonia sit, ante dixit, nisi hoc loco tradiderit. Movet etiam me loquendi forma, *deducere colonias, vel colonos in Casinum tertiam coloniam*. SIG. Vetustissima Andreae editio vestigia habet veteris cujusdam scripturae: *Minturnam et Casinum ut deducerentur coloniae, senatusconsultum factum est. Sex triumviros creavere*. Pall. pr. ac tert. et *internam Casinum ut deduceretur colonia, sicut factum est. et triumviros creavere*. nec. et *veternam Casinum ut deduceretur colonia*. Sigonius vero pro certo habet restituendum et ut *Interamnam et Casinum deducerentur coloniae*. quoniam Vellejus 1, 14. post *Suessam Auruncam coloniam deductam Interamnae meminit*. Campan.

1 XXIX. Profligato fere Samnitium bello, prius-
quam ea cura decederet Patribus Romanis, Etrusci
2 belli fama exorta est. nec erat ea tempestate gens

edidit *Linternam Casinum ut deduceretur colonia, sic factum est.* GEBH. Et hoc (et in tertiam *Cassinum ut deduceretur coloni*) a Gelenio. Scripti et *internam* (unus *veternam*) *Casinum ut deduceretur colonia.* Sic propemodum et Sigoniani: unde ille cum applausu Cluverii (3. Ital. ant. 8. p. 11 [o.]) et ut *Interamnam et Casinum deducerentur coloniae.* Nec reprehendo: sed ne quid quantumvis minutum praetermittamus, videtur faciendum: et *Interamna ac Casinum ut deducerentur coloniae.* Nam et sic loquuntur veteres. Livius modo: *Suessa et Pontiae eodem anno coloniae deductae sunt.* Ubi non mutant boni libri: nec opus erat *Suessam et Pontias* cum Sigonio. Vellejus 1, [14.] *Tunc Sorae atque Alba deductae coloniae, et Carseoli post biennium.* J. FR. GRON. Similiter variant codd. mei. et *Viternam Cassinum ut deduceretur colonia* habet Portug. neque differt inde Harlej. nisi quod praeferat *Casinum, et Veternum Cassinum ut deduceretur colonia* Haverk. *Minturnam Cassinum ut deduceretur colonia* Fragm. Hav. a m. 1. neque aliter Voss. 2. nisi quod *Casinum* legat. *Minturnam et Cassinum ut deduceretur colonia* edd. Rom. anni 1472. et Parm. et *internam Cassinum ut deduceretur colonia* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 2. ac 4. et *internam Casinum ut deduceretur colonia* Florent. et *internam Casinum ut deduceretur colonia* Leid. 1. Lovel. 1. 3. et Klock. et *internam Cassinum ut deduceretur colonia* Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. Recte *Interamnae* coloniae nomen Sigonium huc revocasse puto: quod deinde Cluverius 3. Ital. ant. 8. p. 1040. probavit testimonio O-

lympiadum auctoris anonymi, qui *Interamnam* coloniam missam docuit Olymp. cxvii. anno 12. quo M. Valerius Maximus et P. Decius Mus consules fuerunt. Melius tamen Gronov. emendasse videtur et *Interamna ac Casinum ut deducerentur coloniae, quam, quod Sigonio placuit, et ut Interamnam et Casinum.* In Gronovii tamen conjectura id dubium superest, utrum *Interamna*, an *Interamnam* legendum sit. Utrumque enim dici potest, ut ad §. praec. dictum est. Codicum tamen vestigia posterius suadere videntur. Deinde *sic factum* Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *sicut factum* Lovel. 3. et Voss. 2. a m. 1. ubi sic est a m. 2. V. infra ad 22, 10, 1. *Tò est* deficit etiam in Lovel. 3. qui praeterea et *triumviros* praefert.

Quatuor millia. Insequentes] Distinctionem muta hoc modo: *sed triumviros creavero, ac misero consulum quatuor millia insequentes consules M. Valerius, P. Decius.* J. FR. GRON. Distinctio, a Gronovio recepta, non modo vera est, sed passim etiam in Mitis optimis atque edd. exstat usque ad Paris. anni 1573. quae prima illam, quam Gronovius falsi arguit, proposuit. Sed eam ipse sensus loci refellit.

Insequentes consules M. Valerius P. Decius. Profligato] M. Valerius hic non est Corvus, sed M. Valerius Maximus, ut est in Capitolino horum consulatu. SIG. Aliter concepta haec sunt omnia in Pal. sec. Insequenti anno consulibus M. Valerio P. Decio profligato. GEBH. Et hic plurimum variant

alia, cujus secundum Gallicos tumultus arma terribiora essent, quum propinquitate agri, tum multitudine hominum. Itaque, altero consulum in Sam-

mei. *insequentes consules M. Valerius P. Decius consr.* Leid. 1. *insequentes consules M. Valerius P. Decio Cass.* Voff. uterque, Leid. 1. et Lovel. 1. a m. 1. *insequentes consules M. Valerius R. Decio consr.* Lovel. 3. *insequenti anno consulibus M. Valerio P. Decio P. profigato* Portug. et Haverk. *insequenti anno consulibus M. Valerio P. Decio consulibus profigato* Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. *insequentes consules M. Valerius P. Dentus. M. Valerio P. Decio profigato* Florent. *insequentes consules M. Valerius P. Decius. M. Valerio P. Decio consulibus profigato* Klock. Nihil manto. Insequentium consulum mentio satis indicat, proxima pertinere ad anni sequentia gesta; neque opus est consulum nomina repeti.

§. 1. *Prinsquam ea cura decederet Patribus Romanis] ea causa* Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. Alibi hae voces in Mffis mutantur. V. ad 3, 64, 8. hoc lib. c. 19, 17. 21, 23, 7. Adde Cel. Burm. ad Suet. Ner. 27. De locutione *cura decedit* v. supra ad 4. 62, 8. et Cel. Burm. ad Suet. Caes. 24. Deinde *decideret Pr. Ro.* id est *prattori Romano*, Lovel. 4. V. ad 31, 10, 4. *Mox et Etrusci belli*, conjunctione addita, Lovel. 3. In praecedentibus vox *profigato* deficit in Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *vere*, pro *fere*, est in edd. Rom anni 1472. et Parm. Sed v. ad 5, 52, 15. Solent autem *fere* saepe in Mffis confundi. V. ad 21, 2, 4.

§. 2. *Gens alia, cujus secundum Gallicos tumultus arma terribiora essent] gens aliqua* Haverk. V. ad 25, 38, 3. *gens alia* Hearnii

Oxonienis L. 1. Deinde *secundum post Gallicos tumultus* Florent. Sed *post-natum* est ex glossa interpretis, qui *secundum* hoc modo in margine exposuit. Saepè illo sensu ea vox apud Livium usurpari solet. V. ad 8, 10, 9. Saepè etiam ei *post* substituerunt scribae. V. ad 39, 41, 5. hic vera lectio et ejus expositio in Florent. simul recipiuntur. V. ad 3, 44, 4. *secundum Gallicum tumultum* Fragm. Hav. a m. 1. *secundum Gallicos tumultus* Gaertn. V. ad 5, 37, 8. *Insuper terribiora erant* Voff. 2. Paulo ante *nec erat tempestas*, alio ordine, Lovel. 2.

Quum propinquitate agri, tum multitudine hominum] tum propinquitate Voff. 1. a m. 2. Voff. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlsj. Haverk. Hearnii Oxon. N. L. 2. C. et edd. Frobeniana anni 1535. priores. V. ad 6, 23, 3. *Tum propinquitate agrorum, tum multitudine* Voff. 2. a m. 1. *propinquitate agrorum, multitudine hominum* Lovel. 3.

§. 3. *Altero consulum in Samnio reliquias belli persequente] altero consule* Lovel. 2. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] cum multis ex vet. edd. Non sequor. V. infra hoc lib. c. 32, 2. *Tum in Samnium* Lovel. 2. Hinc *prosequente* Leid. 2. Portug. et Haverk. V. infra ad Epit. Liv. 99. *persequenti* Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Livium ita casum sextum participiorum singularium praesentis temporis interdum formasse, supra vidimus ad 6, 14, 13. Hic tamen pluribus libris nihil mutantibus adhaereo.

nio reliquias belli persequente, P. Decius, qui graviter aeger Romae restiterat, auctore senatu dictatorem C. Junium Bubulcum dixit. is, prout rei magnitudo postulabat, omnes juniores sacramento adigit: arma, quaeque alia res postulat, summa industria parat: nec tantis adparatibus elatus de inferendo bello agitat, quieturus haud dubie, nisi ultro arma Etrusci inferrent. Eadem in comparando

Mox vox aeger deficit in Haverk. ejus loco aeger praefert Leid. 1. a m. 1.

Dictatorem C. Junium Bubulcum dixit] Dictatorem nominat absque magistro equitum, cum auctore Dionysio [l. 5. p. 338.] numquam Romae hoc factum sit. Id etiam l. 2, [30, 5.] admonuimus. GLAR. Lege ex auctoritate Capitolinarum tabularum: *dictatorem C. Sulpicium Longum, is magistrum equitum C. Junium Bubulcum dixit*. Etenim satis apparet, errore librarii *C. Sulpicii* nomen desiderari, neque enim Livius magistrum equitum praetermittere solet. SIG. Quemadmodum Sigonius, etiam Pighius locum supplendum esse monet in Annal. ad annum U. C. CDXXI. p. 362. Supra etiam Livius, Dictatorem memorans, magistri equitis nomen addere omisit 7, 6, 12. ubi id Livii culpa factum esse potuit: sed hic potius ejus librariis adseribo; quia Junius non dictator, sed magister equitum fuit, ut ex factis constat.

§. 4. *Sacramento adigit: arma, quaeque alia res postulat*] *sacramento adigit* Port. Haverk. et Fragn. Hav. Deinde *arma quaeque alia ut res postulat* Voss. 2. et Lovel. 3. Mox alio ordine *tantis elatus adparatibus* est in Leid. 1.

§. 5. *Censura clara eo anno Ap-*

pia Claudii et C. Plautii fuit] Pro *C. Plautio, L. Claudium* edit Diodorus l. 20. [p. 750.] *C. Fabium* Frontinus de aquaeductibus [l. 1. in princ.] *C. Plautium* Capitolini scriptores. SIG. *censura data* Gaertn. Ejusdem erroris exemplum supra habuimus hoc lib. c. 25, 8. Causa ejus fuit hinc similitudo literarum *et* et *d*, inde *r* et *s*. De priori v. ad 10, 24, 2. de posteriori ad 5, 55, 3. *censura clara eo anno* legit Lovel. 3. Tum praenomen *Appii* deficit in eodem Lovel. 3. alterius censoris praenomen in Voss. 2. Praeterea *Plautii* est in Lovel. 3. *Plutei* in Lovel. 4. Paulo ante voces hujus §. initiales *Eadem in comparando cohibendoque bello consilia* exsulant a Lovel. 3. et Voss. 2. in quibus *cohibendoque bello consilia* legit Klock.

§. 6. *Memorias tamen felicioris ad posterum nomen Appii, quod viam munivit*] *memoriae tam felicioris* Lovel. 3. V. ad 22, 59, 13. *memoriae tum felicioris* Gaertn. V. ad 22, 17, 5. Deinde *quod et viam munivit* edd. antt. Primus autem voculam *et* omisit Frobenius anno 1535. et recte. Nullus enim meorum agnoscit, nisi unus Harlej. Mox *unus praefecit*, pro *perfecit*, Leid. 2. V. supra hoc lib. ad c. 10, 7.

§. 7. *Quia infamem atque invi-*

cohibendoque bello consilia et apud Etruscos fue-
re. neutri finibus egressi et censura clara eo anno
Ap. Claudii et C. Plautii fuit; memoriae tamen feli- 6
cioris ad posteros nomen Appii, quod viam muni-
vit, et aquam in urbem duxit, eaque unus perfecit;
quia, ob infamem atque invidiosam senatus lectio- 7
nem verecundia victus, collega magistratu se abdi-
caverat. Appius, jam inde antiquitus insitam per- 8

diosam senatus lectionem] Vet. lib. atque ignominiosam. egregie. Nam libertinorum filii lecti erant. SIG. Pall. pr. ac tert. *ob infamam*. Ceterum, quia libertini quoque tum in senatum lecti, probat impense Sigonius *ob infamem atque ignominiosam s. lecti*. quod ipse in Pal. sec. comparere notavi. GEBH. Vide, ne credas Sigonio, egregie in libro ejus legi *ignominiosam*. Immo alterum multo gravius pariter et elegantius. *Invidiosa senatus lectio* est, quae censoribus multam invidiae conflavit; propter quam illi male audierunt, gravia hominum iudicia et adversos rumores tulerunt. 3, [38, 6.] Decemviri citari jubens Patres, haud ignari, quanta invidias imminores tempestas. Alexander, occiso Clito, apud Justinum 12, [6.] reputabat, quantum in exercitu, quantum apud devictas gentes fabularum atque invidias fecisset. Cui quidem Plautii probitas adeo par non fuit, ut is magistratu se abdicaret. Martialis [lib. de Spectac. Ep. 2.]

Invidiosa feri radiabat atria regis.

J. FR. GRON. *quod ob infamem* Voss. 2. Lovel. 2. Portug. et Haverk. V. ad 38, 36, 4. *quia ob infamam* Leid. 1. Lov. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. *quia ob infamiam* Lovel. 4. Tam conjunctio atque non adparet in Leid. 1. Portug. et

Haverk. ejus loco *et* praefert Gaertn. Deinde *ignominiosam* Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] quod recte Gronovio displicuit. Vulgatum enim in optimae notae codd. constanter superest. *Invidiosum* enim dicitur, quod invidiam conciliat. Supra 6, 39, 12. *Opus esse nihil invidiosum continuatione honoris*. 34, 7, 14. *Invidiosis nominibus utebatur modo consul, seditionem muliebrem et secessionem adpellando*. Ovid. Epist. 7. Her. 125.

Contenta est oculis hominum mea forma probari:

Laudatrix Venus est invidiosa mihi.

Epist. 2, 145.

Inscribere meo causa invidiosa sepulcro.

Epist. 8, 49.

Nec virtute cares, arma invidiosa tulisti.

1. Trist. Eleg. 2, 67.

Est illi nostri non invidiosa cruoris

Copia.

Apud Cic. saepe ea vox hoc sensu obcurrit. Insuper *legationem* Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. a m. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *legationem* codex perantiquus Thua-naeus, teste Gronovio; quem v. ad 27, 11, 9.

tinaciam familiae gerendo, solus censuram obtinuit.
 9 Eodem Appio auctore, Potitii, gens, cujus ad aram
 Maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat, ser-
 vos publicos, ministerii delegandi causa, sollemnia
 10 ejus sacri docuerat. Traditur inde dictu mirabile,
 et quod dimovendis statu suo sacris religionem fa-

Magistratu se abdicaverat] magistratu suo sacris religionem facere Florent. omissa ultima parte hujus §. cum §. 8. et 9. et initio §. 10. In margine tamen adscriptum est, aliquid deesse.

§. 8. *Appius jam inde antiquitus insitam pertinaciam familias gerendo] Appius nam inde* Gaertn. V. ad 9, 17, 5. *Appius jam deinde* Harlej. et editi, pro quo Froben. anno 1531. recte *jam inde* subposuit. Ita enim legunt reliqui scripti. *jam inde antiquitus* idem est, ac si dixisset *jam inde ab antiquo tempore*. De locutione autem *jam inde ab v.* ad 6, 40, 3. ubi *jam inde ab initio* dixit, quod hic *jam inde antiquitus*. Solent autem *inde* et *deinde* commutari, V. ad 36, 24, 10. Praeterea, transpositis perperam literis, *pertinaciam familiae regendo* Gaertn. a m. 1. V. ad 27, 40, 2.

§. 9. *Poticia gens, cujus ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat] Potitia*. Graeci enim Ποτιτιος. SIG. Pall. tres, et veteres editi *Potitii*. GEBH. Thuan. et Voss. *Potiti gens*. Tres Pall. et Voss. alter *Potitii, gens, cujus ad aram*. Et hoc Livii puto. Sive autem deinde legas *docuerant*, ut ad prius, sive *docuerat*, ut ad propius referatur, parum interest. J. FR. GRON. *Portisia gens* Harlej. [*potisia* Veith.] *Potist gens* Leid. duo, Lovel. 1. et Klock. *Purici gens* Lovel. 2. pro quo in margine emendatur *Potitii gens*: et ita praefcrunt Lovel. 3. Gaertn.

Portug. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *docuerat* autem deinde omnes servant. Quom itaque *Potitia* in paucissimis (* in variis tamen codd. superesse male existimat Mencken. in Misc. Lips. Vol. 2, 1. p. 175.) tantum codd. supersit, *Potitii* recepti in contextum. Deinde *ad aram Maximi Herculis* Haverk. Male. Ipsa Herculis ara *Maxima* cognominata est. V. supra ad 1, 7, 12. Vox *Herculis* deerat in Gaertn. Praeterea *fuit* est in Portug. sed tota vox exsulat a Leid. 2.

*Servos publicos ministerii delegandi causa sollemnia ejus sacri docuerat] Pro servos retinent Pall. duo senios, quod non intelligo. GEBH. Eadem lectio est etiam in Lovel. 3. Sed eam ex ignorantia scribarum natam puto, qui confuderunt literas ni et ru, ductibus sibi admodum similes in scriptura Longobardica. V. simile exemplum supra 2, 20, 9. et infra 21, 11, 9. Deinde *publios* idem Lov. 3. Hinc *ministerii delegandi gratia* Lovel. 4. V. ad 8, 29, 9. Tandem voces *ejus sacri* desunt in Voss. 2. sed sola *sacri* in Lovel. 3. Supra 1, 7, 12. *Sacrum Herculi, adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis, quae tum familiae maxime inclitae ea incolabant, factum*. Et mox *Ne extis sollemnium vescerentur*.*

§. 10. *Traditur inde dictu mirabile] Campanus memorabile. Pall. duo Traditur edictum mirabile.*

cere posset, quum duodecim familiae ea tempestate Potitionum essent, puberes ad triginta, omnes intra annum cum stirpe extinctos: nec nomen tantum Potitionum interisse, sed censorem etiam Appium, memori Deum ira, post aliquot annos luminibus captum.

GEBH. *Tradituri dictum mirabile* Leid. 1. Olim una serie scriptum fuerat *Tradituri iudicium*; quod librarius non intelligens corrupit. neque multum abijt Lovel. 4. nisi quod una litera auctius *Tradituri edictum mirabile* dederit. *Traditur edictum mirabile* Lovel. 3. *Traditur edictum mirabile* Voff. 2. *Traditur edictum memorabile* Lovel. 2. *memorabilis* et *mirabilis* in Mktis commutari, supra vidimus ad 5, 14, 6. *Traditur inde dictum numerabile* Leid. 2. et Lovel. 1. a m. 1. *Traditur inde mirabile* Fragm. Hav. a m. 1. *Traditum inde edictum mirabile* Gaertn. *Traditum inde dicatum mirabile* Klock. Nihil mutandum. *Mirabile dictu*, ut *mirabile visu* 1, 39, 1. *In regia prodigium visu eventusque mirabile fuit.* Florus *mirum dictu* dixit 1, 1, 14. et 2, 1, 2.

Quod dimovendis statu suo sacris religionem adferre facile posset] Restituimus *religionem facere posset*. GELEN. Legerim contra Gelenium ex antiquissima editione, quod *dimovendis statu suo sacris religionem adferre facile posset*. tum quia Pall. pr. et tert. et editio Camp. *religionem adferre facere posset*. sec. *religionem adferre posset*. **GEBH.** Luculentior videtur lectio, quam sustulit Gelenius, *religionem adferre facile posset*. Terentius Heeyra [1, 1, 4.]

Quam sancto, ut quis facile posset credere.

Vertumnus ad Pomonam Ovidio 14. Met. (696.)

— — — *Referam notissima Cypro*
Facta, quibus fecti facile et mitescere possis.

Duo Pall. Thuan. Voff. Campanus *adferre facere*. Voff. alter *adferre posset*. J. FR. GHON. *religionem adferre posset* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 1. ac B. *religionem facere posset* optimi Florent. et Klock. Juncta utraque lectione *religionem adferre facere posset* Lovel. 4. *religionem adferre facere posset* Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Fragm. Hav. additis tamen notis indicant, rō *facere* delendum esse. Minor mutatione ei succurrendum putavit librarius Harlej. scribendo *religionem adferre facile posset*, ut ante Gelenium scripti habuerunt. Ea lectio, si integriorum codd. fide niteretur, neque mihi displiceret. Nunc quum tantum in uno, eoque saepissime pejoris notae codice, inventa sit, ex interpolatione librarii nata esse videtur. Utrumque etiam, *adferre religionem*, et *facere religionem*, Latine et commode hoc loco dici existimo; quum autem illam locutionem plurium, hanc praestantissimorum librorum testimonium defendat, quin horum auctoritas illorum turbae praeferranda sit, atque Gelenius locum recte restituerit, non dubito. Praeterea *inmovendis statu suo sacris* Klock. *dimovendis statu suo sacris* Haverk. et Portug. a m. 1.

1 XXX. Itaque consules, qui eum annum secuti sunt, C. Junius Bubulcus tertium et Q. Aemilius Barbula iterum, initio anni questi apud populum, deformatum ordinem prava lectione senatus, qua potiores aliquot lectis praeteriti essent; negaverunt,

eam

in quo *de dimovendis* a manu altera interpolatum est. Quae iterum lectio ex conjunctione duplicis scripturae *demovendis* et *dimovendis* nata esse videri potest. Quid autem differant *demovere* et *dimovere*, pluribus docuit Cel. Burm. ad Quintil. 7. Inst. Orat. 3. p. 618. unde constat, *demovendis*, quam *dimovendis*, potius huic loco convenire. Eam tamen scripturam in contextum admittere non sustinui, quod auctoritatem pro ea stantium non satis gravem vulgato mutando putem.

Quum duodecim familiae ea tempestate Potitorum essent, puberes ad triginta] eo tempore Lovel. 4. quod ex glossatoris expositione natum videtur. Livio enim frequens est, ut *tempestas* pro *tempore* utatur. Supra 1, 5, 2. *Multis ante tempestatibus ea tenuerat* loca. 5, 45, 1. *Persuasum erat, tantum bello virum nominem usquam ea tempestate esse.* hoc ipso cap. supra. *Nec erat ea tempestate gens alia, cujus arma terribiliora essent.* 25, 24, 11. *Urbem, omnium ferme illa tempestate pulcherrimam, subjectam oculis vidit.* 26, 11, 8. *Ad lucum Feronias pergit ire, templum ea tempestate inslitum divitiis.* 27, 37, 13. *Carmen in Junonem reginam canentes ibant, illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingenitis.* Deinde *Potitorum* Florent. et Leid. 1. *Potiti* Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *Furistor* Lov. 2. Insuper quom

puberes ad triginta, scilicet essent, Gaertn. De hac vocalae illius repetitione v. ad 5, 135, 4. Verum alii omnes ab uno hoc dissentiunt. *Mox inter annum,* pro *intra*, Lovel. 4. V. ad 5, 27, 3.

§. 11. *Nec nomen tantum Potitorum interisse, sed censorem etiam Appium] nec nomen tamen* Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. V. supra hoc lib. ad c. 12, 6. Tum *Potitorum* Florent. et Leid. 1. *Purriorum* Lov. 2. *Positorum* Voff. 1. et Leid. 2. *Potiorum* Portug. Hinc *interisse* Florent. Leid. uterque, Voff. uterque, Lovel. 4. Portug. Klock. Haverk. Fragm. Hav. et quaedam ex edd. antt. quod recepi. V. infra ad 36, 20, 3. Insuper duae posteriores voces deficiunt in Portug. et Hearnij Oxon. N. ac B.

Memori Deum ira post aliquot annos luminibus captum] memor Deum ira Leid. 2. Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *memori Deorum ira* Lovel. 4. *memori id cum ira* Voff. 2. *memori id cum ira* Lovel. 3. Vulgatum probum est. Virgil. 1. Aen. 4.

— — *saevas memorem Junonis ob iram.*

ubi v. viros doctos, et ante alios German. atque Emmeuesf. Ut autem *memor ira*, ita *memor sententia, exemplum, ingenium*, et similia, de quibus v. Gronov. ad Livii 33, 12, 5. Tandem *fuminibus captum* Florent. a m. 1.

eam lectionem se, quae sine recti pravique discrimine ad gratiam ac libidinem facta esset, observaturos: et senatum extemplo citaverunt eo ordine, qui ante censores Ap. Claudium et C. Plautium fuerat. Et duo imperia eo anno dari coepta per populum, utraque pertinentia ad rem militarem: u-

§. 1. Q. Aemilius Barbula] Prae-nomen omittitur in Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk.

Quæsi apud populum, deformatum ordinem prava lectione senatus] quæsi ad populum elegantius habet Pal. sec. GEBH. ad populum etiam Portug. et Haverk. Livium sæpissime ita locutum esse, supra vidimus ad 7, 7, 4. Ut autem dubitem, an etiam hoc loco ita loqui voluerit, id efficit, quod lectio illa non, nisi in paucis, iisque minimae auctoritatis codd. reperitur. Ceterum, apud Patres legendum, conjicit Pighius in Annal. ad ann. cxxlii. p. 364. Sed nullos codices adsentientes habet. Et potuerunt etiam ea de re quæsi esse oratione ad populum habita, ut invidiam censoribus, et præsertim Appio, excitarent. Præterea parva lectione senatus Harlej. V. infra ad 29, 37, 16.

Qua potiores aliquot lectis præteriti essent] quod potiores aliquot Portug. [Veitb.] qui potiores aliquot Gaertn. Voculae qua et qui etiam commutabantur inter se supra 7, 38, 6. quia potiores aliquot Lovel. 3. V. infra ad 40, 29, 8. Deinde præteriti essent Leid. 2. pro quo posteri essent emendatur in margine. præteritisse Lovel. 4. V. ad 23, 29, 16.

§. 2. Eam lectionem se, quae sine recti pravique discrimine ad gratiam et libidinem facta esset] eam Liv. Tom. V. P. 1.

lectionem sequi, sine Gaertn. et Fragn. Hav. a m. 1. eam lectionem se, quia Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 4. Portug. a manu 2. et Haverk. eam lectionem se, quod Lovel. 2. Pronomen qui sæpe confunditur cum voce quia. V. ad 36, 33, 5. etiam cum voce quod. V. ad 37, 35, 4. Tum ad gratiam ac libidinem omnes omnino codd. mei, Hearnii Oxon. L. s. ut et typis excusi usque ad ed. Paris. anni 1573. quae prima et libidinem dedit. Quamvis vero nihil intersit, priscam tamen lectionem reduxi. Mox asserturos, pro observaturos, Klock.

Eo ordine, qui ante censores Ap. Claudium et C. Plautium fuerat] quo ante censores Ap. Claudium et C. Plautium citaverant Lovel. 2. Male. Nam ante consules Junium et Aemilium Ap. Claudius et C. Plautius jam censuram nacti senatum legerant, ut Livius cap. præc. retulit. quo ante censores est etiam in Harl. et codd. ante Aldum. Deinde ante censores apud Claudium Fragn. Hav. a m. 1. ante censores apud P. Claudium Leid. 2. Scriptum fuerat App. Claudium; inde factum est apud P. Claudium, ut etiamnum in Lovel. 3. superent, quod indoctiores in apud P. Claudium mutarunt. Voces et C. Plautium desunt in Haverk.

§. 3. Unum, ut tribuni militum seni deni in quatuor legiones a populo crearentur] Andreas Patri-

num, ut tribuni militum seni deni in quatuor legiones a populo crearentur; quae antea, perquam paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum et consulum ferme fuerant beneficia. tulere eam rogationem tribuni plebei L. Atilius, C. Marcius. Alterum, ut duumviros navales classis ornandae reficiendaeque causa idem populus juberet. lator hujus plebisciti fuit M. Decius tribunus plebis. E-

cus ad fragmenta Ciceronis notat, hic ab omnibus librariis peccatum eo genere, quo *IN* et *NI* solent confundi: idque quia hactenus animadversum non fuerit, multorum errorum causam extitisse: nec tetigisse scopum explicantes rationem de tribunatu militum: legendum autem et distinguendum: *ut tribuni, ni quatuor legiones, seni, deni a populo crearentur*. Equidem haud assequor, quid haec correctio sibi velit, aut particulae *NI* qui hic sit locus. Neque enim id explicat Patricius: disputat modo, singulis in legionibus sex tribunos militum fuisse ex Livii 7, (5, 9.) et Polybio [6, 25.] Hoc autem ut ei concedatur, non evincit tamen, in Livii verbis esse quid peccatum. Nam l. 7. ponit sex tribunos unius legionis, quartam scilicet partem quatuor legionum, quas tum plerumque consules scribebant: et significat, quum antea omnes tribunatus essent beneficia consulum, quadrantem annui numeri sibi vindicasse populum. Nunc autem offendit, crevisse auctoritatem populi, atque eam sibi vindicasse duas tertias, et in quatuor et viginti tribunis, qui quatuor legionibus attribuebantur, senos denos suffragiis creasse, octo reliquisse in beneficio consulum. V. Lipsium 2. de Militia, dialogo 9. J. FR. GRON. *nam*

Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *uni* Voss. 2. Deinde *et tribuni militum* Gaertn. V. ad 21, 28, 8. Voculam *ut* omittit Fraggm. Hav. a m. 1. vocem *militum* Florent. Deinde *tribuni militum semidoli* joculari errore est in Portug. a m. 2. Paulo ante *duo imperia dari eo anno coepta* alio ordine vocabulorum praefert Haverk.

Quas antea, perquam paucis suffragio populi relictis locis] *quas omnia* Lovel. 1. et Leid. 2. Deinde *relictis sociis* Leid. 1. et Lovel. 2. ac 4. *relictis socii* Voss. 2. et Lovel. 3. [*populi* omittit Veith.] *Mox beneficio, pro beneficia*, Lovel. 2. et Portug.

Tulere eam rogationem tribuni plebei L. Atilius, C. Marcius] *tulerunt eam rogationem* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Deinde *L. Atilius* Voss. 2. Lovel. 1. 2. 4. et Gaertn. *L. Atilius* Portug. et Haverk. Sed nomen hoc *Atilius*, ut in plerisque et optimis Mssis extat, legendum esse, supra monuit Sigonius ad 5, 13; 3.

§. 4. *Alterum, ut duumviros navales classis ordinandas reficiendaeque causa*] *Pro classis ordinandae, ornandae legendum est.* GELEN. Ita recte, uno excepto Gaertn. qui *ordinandae* offert, legunt etiam omnes scripti. Sae-

jusdem anni rem dictu parvam praeterirem, ni ad religionem visa esset pertinere. Tibicines, quia prohibiti a proximis censoribus erant in aede Jovis vesci, quod traditum antiquitus erat, aegre passi, Tibur uno agmine abierunt: adeo ut nemo in urbe esset, qui sacrificiis praecineret. Ejus rei religio 6 tenuit senatum; legatosque Tibur miserunt, ut darent operam, ut hi homines Romanis restitueren-

pe scribae voces ornare et ordi-
nare confuderunt. V. infra ad
24, 48, 7. Ceterum hic etiam vo-
cula *ut* deest in Fragm. Hav. a
m. 1. V. ad §. praec. Tum *dun-*
viroz navalis classis ornandae Voff.
2. et Lovel. 3. *dunviroz navalis*
ornandae Haverk. Hinc *ornandae*
reficiendae, omissa copula, Voff.
2. et Lovel. 3. quod, si plurtum
codicum testimonium firmaret,
ferri posset; nam, ita etiam trium-
viroz monetales *auro argenteo auro*
flando feriundo dici, notum est.
ordine inverso *ornandaeque refi-*
ciendae praefereunt Leid. 1. et
Lovel. 2.

M. Decius tribunus plebis] *M.*
Decimus Voff. 1. Leid. uterque,
et Lovel. 1. *M. Decimus* Voff. 2.
Lovel. 2. 3. 4. Portug. Gaertn.
Fragm. Hav. et Hearnii Oxon.
B. ac C. *Declorum* gens hoc ma-
xime tempore floruit; *Declum*
postea demum inclaruerunt.

§. 5. *Ni ad religionem visa es-*
set pertinere] *nisi ad religionem*
Portug. Haverk. et Hearnii Oxon.
B. quae varietas in M^{ss}is saepe
obcurrit. V. ad 23, 1, 8. *esset visa*
perstinere Harlej.

Tibur uno agmine abierunt; ad-
eo ut nemo in urbe esset] *ebur uno*
agmine Leid. 2. Tum *abierunt* Ha-
verk. Sed tota illa vox exsulat
a Portug. Praeterea *nemo esset*,

duabus mediis vocibus omissis,
Lovel. 4. quae transponuntur hoc
modo *nemo esset in urbe* in Voff.
1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et
Haverk. Paulo ante *prohibiti pro-*
ximis censoribus, pro *a proximis*,
Portug. et Haverk.

§. 6. *Ejus rei religio tenuit se-*
natum] *terris senatum* Lovel. 4.
Verba haec saepe in M^{ss}is com-
mutantur. V. ad 23, 1, 10. Hic
nihil mutandum. *Ejus rei religio*
tenuit senatum, id est, ea res se-
natui religioni fuit. Infra 43, 13,
2. *Quaedam religio tenet, quae*
illi prudentissimi viri publico sus-
cipienda censuerint, ea pro dignis
habere, quae in meos annales re-
feram. Ita opinio tenet 1, 28, 6.
Ne vos falsa opinio teneat, injus-
su moe Albani subiere ad montes.
et terror tenet 10, 26, 13. *Gallici*
tumultus praecipuus terror civita-
tem tenuit. id est, Gallicus tu-
multus civitati terrori fuit. Mox
vocem *Tibur* non agnoscit Gaertn.

Ut darent operam, ut hi homi-
nes Romanis restituerentur] Forte
prius *ut superfluum*. J. FR. GRON.
Non alia causa Gronovium per-
movisse videtur, ut prius *ut su-*
perfluum crederet, adeoque de-
lendum juberet, quam ne eadem
particula bis repeteretur, pau-
cissimis tantum vocibus interje-
ctis. Id tamen Livio frequens esse,
idoneo exemplorum numero su-

7 tur. Tiburtini, benigne polliciti, primum aditos eos in curiam hortati sunt, uti reverterentur Romam: postquam perpelli nequibant, consilio, haud abhorrente ab ingeniis hominum, eos adgrediuntur.

pra docui ad 1, 17, 11. Quum itaque voculam illam confianter servent scripti et editi, non temere etiam ei controversiam movendam existimo. Ceterum, additis vocibus, *ad id ut darent operam* Lovel. 4. Deinde *ut hii homines* Florent. *ut id homines* Leid. 1. *ut idem homines* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. neque aliter est in Portug. a m. 1. in quo a manu altera emendatur *ut idem homines*. [ita Veith.] Cel. Burmann. literis ad me datis legendum conjiciebat *ut urbi homines Romanae restituerentur*. Illud hi enim supervacaneum esse, quum homines sufficiat, et intelligantur satis tibicines: et ita apud Phaedrum, Petronium, et alios hominum dici de eo, cujus modo mentio praecessit. V. quae de hoc vocis homo usu notavit ad Phaedri 2. fab. 5, 19. Vellem codd. consentirent. Posses forte eodem sensu minima mutatione legere *uti homines Romanis restituerentur*. Certe mox §. seq. codd. *ut hi* et *ut hii*, pro *uti*, scriptum praeferunt.

§. 7. *Tiburtini, benigne polliciti* Tiburtini operam benigne polliciti Haverk. Male. Cic. 4. ad fam. Epist. 13. *Nunc P. Nigidio ut benigne quidem polliceri possum*. Quem etiam alibi hoc modo locutum esse, ex vulgatis lexicis constat.

Primus aditos in curiam hortati sunt, ut reverterentur Romam] Pall. pr. ac tert. *accitos eos*. sec. *primum accitos in curiam eos hortati sunt, ut hii reverteren-*

tur Romam. GEBH. Voculam *eos*, quam in Pall. superesse Gebhardus monuit, primus omisit Cario. Quamvis autem interim Sigonius contextui reddiderit, neminem tamen, qui exemplum sequeretur, nactus est ante Cel. Jac. Gronovium. Servant autem omnes scripti (nisi quod *accitos in curiam eos* alio ordine sit in Portug. et insuper *accitos in curiam eos* in Haverk.) et edd. vett. Quin et quum voces plures in *curiam hortati sunt* etc. *ab ingeniis hominum eos* desint in Leid. 2. inde etiam lectio illa firmari potest. Non aliunde enim error hic a librario commissus est, quam quod vocis *eos* repetitione media omnia perperam neglecta sint. V. ad hujus lib. c. 11, 11. Praeterea *hortati sunt, revertentur*, una voce omissa, Portug. *hortati sunt, ut reverterentur* Harlej. edd. Rom. anni 1472. et aliae ferme omnes ante Jac. Gronov. *hortati sunt, ut hi reverterentur* Voss. 2. Lovel. 3. Haverk. et ed. Parm. V. ad §. praec. *hortati sunt, ut ii reverterentur* Lovel. 4. a m. 1. in quo *to ii* a m. 2. expungitur. *hortati sunt, ut hii reverterentur* Lovel. 2. *hortati sunt, ut hii reverterentur* Leid. 1. V. ad 2, 56, 7. Reliqui praeferunt *hortati sunt, uti revertentur*, quod jam Cel. Jac. Gronov. in contextum admisit.

Postquam perpelli nequibant] Valer. Max. [2, 5, 4.] *in proposito perseverantes*. GEBHARD. *propelli* Gaertn. V. supra hoc lib. ad c. 24, 4.

§. 8. *Alii alios per speciem co-*

Die festo alii alios per speciem celebrandarum cantu epularum causa invitant, et vino, cujus avidum ferme genus est, oneratos sopiunt: atque ita in 9 plaustra somno vinctos conjiciunt, ac Romam de-

lebrandarum cantu epularum causa] Nihil video mutari in MSS. Non tamen ita Livius scripsit, et vocem ultimam longissime hinc abire jubeo, additam a male otiosa manu. Sic enim perpetuo Livius, 24, 12, 4. *Ad lacum Averni per speciem sacrificandi descendit.* Etc. 47, 12. *Per speciem praedandi.* 42, 52, 8. *Per speciem reconciliandas pacis.* 1, 41, 6. *Per speciem alienas fungendas vicis.* Adde 44, 37, 12. 45, 31, 7. Et vides *to causa* sic inculcetur fuisse 10, 21, 13. JAC. GRON. Haud male Cl. Jac. Gron. vocem *caussa* delendam esse docuit, quam etiam superfluum et e notis insertam sibi videri, monuit Pighius in *Annal.* ad ann. CDLXI. p. 368. Vir doctus etiam ad marginem ed. Curionis eandem abundare notavit; denique Klockius etiam in contextu Liviano inducta virgula delevit. Superest quidem in omnibus, quibus usus sum, eodd. at Hearnæ, eam in Oxon. C. non conspici, auctor est. Exemplis a Gronov. laudatis adde haec 1, 3, 11. *Per speciem honoris spem parvis adimis.* 8, 22, 3. *Per speciem honorandae parentis, meritam mercedem populi solutam interpretarentur.* 40, 13, 8. *Ut ferro te, et quidem eo die, per speciem commissionis occiderem.* 44, 39, 8. *Per honestam speciem majoris Ptolemaei reducendi in regnum.* Alibi etiam librarii eandem perperam interposuerunt. V. ad 31, 22, 4. Ceterum *celebrandarum cantu causa epistolarum* praefert male Gaertn. Alibi voces *epulas* et *epistolae* sive *epistulae*, ut etiam scribi solebat, in Mssis commutari, docuit Oel. Burmann. ad

Suet. Caes. 26. Deinde *invitavit* Haverk. qui etiam legit *alii homines*, pro *alii alios*, quod ex interpretis expositione natum puto.

Vino, cujus avidum ferme genus est, oneratos sopiunt] *cujus ferme avidum genus* Portug. et Haverk. *cujus avidum ferme id genus* Lovel. 4. *To est autem deficit* in Haverk. Dein *honoratos* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et *Fragm. Hav. V.* ad 36, 40, 9. *Sopire* autem hic idem esse videtur, quod *κατασείρει* Menandro, et *deponere* Plauto. De utroque v. *Cel. Burm. Praefat. ad Phileleutheri emend. in Menand.*

§. 9. *Ita in plaustra somno vinctos conjiciunt*] *Vet. lib. vinctos.* probe. Etenim nisi somno vincti fuissent, vinculis confringendi fuerant, quod Romam inviti perducerentur. SIG. Pall. pr. et tert. *in plaustra cunctos conjiciunt.* Andreas *in plaustra vinctos conjiciunt.* Pal. sec. *somno vinctos.* quod a vide probat Sigonius. Etenim, iniquis, nisi somno vincti fuissent, vinculis confringendi fuerant, quod Romam inviti perducerentur. Ego vero defendo lectionem vulgatam cum prisca editione Campani, tum loco simili Tibulli 1. El. 2, 1.

Adde mirum, vinoque novos composes dolores, Occupet ut fessi lumina victa sopor.

Ubi v. *Animadversiones meas.* Ut et *Valer. Max.* 2, 5, 4. *Quos Tiburtini in proposito perseverantibus, interposita festae epulationis*

pórtant. nec prius sensere, quam, plaustris in foro
 10 relictis, plenos crapulae eos lux obpressit. Tunc
 concursus populi factus, inpetratoque, ut mane-
 rent, datum, ut triduum quotannis ornati, cum
 cantu atque hac, quae nunc sollemnis est,

*simulatione, mero somnoque sopi-
 tos plaustris in urbem devehendos
 curaverunt.* Ovidius πικραίνετον
 hanc rem narrat 6. Fast. 669. et
 seqq. *Servierat* etc. GEBH. Ignorant
 vō somno Thuan. uterque
 Voff. Holm. duo Pall. Andreas.
 et alii quidem *vincitos*, duo Pall.
 et Voff. alter *cunctos*. J. FR. GRO-
 NOV. *victus* et *vincius*, item *de-
 victus* et *devinctus* saepe permu-
 tari, dudum observatum est. Sed
 ratio, qua ductus Sigonius hic
 praefert *vincitos*, nulla est; ne-
 que enim novum est, nimio vi-
 no oneratos somno ita vincit, ut
 ab uno loco in alium transferri
 nihil sentientes possint, etiamsi
 non vinciantur. Liv. 5, 44, 7. *vi-
 ctos somno.* Et saepe alii. V. Bur-
 mann. ad Val. Flacc. 1, 300, DUK.
in plaustra cunctos Voff. 2. et Lov-
 vel. 3. *in plaustra victos* Gaertn.
 et Hearnii Oxon. L. 2. *in plaustra
 victos* Voff. 1. Leid. duo, Lovel.
 1. 2. 4. Portug. Haverk. Fragn. Hav.
 Hearnii Oxon. B. et edd. Rom.
 anni 1472. ac Parm. *in plaustra
 somno victos* Harlej. *in plaustra
 somno vincitos* Florent. a m. 1.
 in quo a m. 2. *in plaustra somno
 vincitos* emendatur: quomodo et-
 iam praefert Klock. Si somno,
 quod plurimi scripti ignorant,
 delendum constaret, *cunctos* prae-
 ferrem. Ea enim voce omissa,
victos sensum idoneum non habet;
vincitos etiam admitti nequit.
 Nullus enim tibioines vinculis li-
 gatos a Tiburtibus Romam ad-
 ductos esse memorat. Quum ta-
 men illud *cunctos* in paucis, ita-
 que non optimis, scriptis super-
 sit, nihil propius est, quam ut

somno vincitos, quod duo optimi
 libri scripti praeferunt, probe-
 tur; cui etiam in contextu locum
 dedi. De locutione *somno vincitus*
 v. ad 5, 44, 7. *vincitus* autem et
victus saepe in Mssis commutantur.
 V. ad 30, 12, 7. Mox *prius*
 exsulat a Portug. *senservunt* au-
 tem, pro *sensere*, est in Gaertn.
 Deinde *plenos crapulae os*, pro
os, in Harlej. Sed ibi prima li-
 tera pronominis intercepta est
 ab ultima vocis praecedentis.

§. 10. *Tunc concursus populi fa-
 ctus, inpetratoque, ut manerent*
 MS. Fuld. *imperatoque*. quorum
 utrumvis satis convenit. MOD.
 Duo Pall. Modio concinunt, le-
 guntque *imperatoque*. GEBH. Ita
 et Florent. Voff. 2. Leid. 1. Lov-
 vel. 2. 3. Portug. Fragn. Hav.
 Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. N.
 ac C. An huic lectioni patrocini-
 um parari potest ex Ovidii 6,
 Fast. 685?

*Plantius, ut possent specie nu-
 meroque senatum
 Fallere, personis imperat
 ora legi.*

imperare et impetrare saepe in Mssis
 confunduntur. V. ad Livii 2, 54,
 1. 3, 22, 2. 7, 25, 5. c. 41, 7. 8,
 3. 8. 9, 20, 8. 33, 11, 4. 35, 45,
 8. 41, 29, 19. (*27, 30, 6. 33, 13. 4. 35,
 17, 7.) Adde viros doctos ad Suet.
 Tib. 43. et Cel. Burmann. ad Velle-
 leji Patro. 1, 11, 4. Praeterea
populi concursus Lovel. 1.

*Ut triduum quotannis ornati,
 cum cantu atque hac, quae nunc*

licentia per urbem vagarentur: restitutumque in aede vescendi jus iis, qui sacris praecinerent. Haec inter duorum ingentium bellorum curam gerebantur.

XXXI. Consules inter se provincias partiti; Junio Samnites, Aemilio novum bellum Etruria sorte

sollemnis est, licentia] Multa habet Pighius in *Annal.* ad ann. cdxlii. DUK. *us tribunum* Lovel. 3. Tum *quot annis*, disjunctis vocibus, Portug. et *Fragm.* Hav. *quod annis* Leid. 1. et Gaertn. V. Noris. ad *Cenot. Pis.* diff. 4, 3, 2. p. 452. Deinde in *sensu* Portug. et Hearnii Oxon. N. ac B. *concaus* Lovel. 3. De hoc errore v. ad 4, 24, 7. Denique *haec, qua nunc sollemnis est* idem Lovel. 3.

Restitutumque in aede vescendi jus iis] *restitutumque* Florent. a m. 1. et Lovel. 1. Sed librarii syllabam geminare neglexerunt. *restitutum* quod Lovel. 3. V. ad 2, 41, 8. Tum *ius in aede vescendi* Lov. 4. Deinde *ius habens* Gaertn. *ius his* Voff. 1. Leid. 2. et *Fragm.* Hav. *ius his* Florent. Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Portug. et Haverk.

Haec inter duorum ingentium bellorum curam gerebantur] *Nec inter* Haverk. V. ad 32, 20, 7. Tum *inter duum bellorum ingentium* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. *duum*, pro *duorum*, supra habuimus 3, 25, 4. Verum hic optimi stant a vulgato. Hinc *curam gerebantur* sine sensu Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et *Fragm.* Hav. *gerebant* edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. infra ad 10, 10, 1.

§. 1. *Consules inter se provincias partiti. Junio Samnites, Aemilio novum bellum Etruria sorte obvenit*] *Lege, Consulibus inter se provincias partitis, Junio Samnites, Aemilio novum bellum Etruriae*

sorte evenit. J. FR. GRON. Minima haec est mutatio, et, quum prima vox per compendium *Coss* scribi soleat, in unius tantum litterae s ad finem vocis *partiti* adjectione consistit. Ut tamen de veritate hujus conjecturae, et utrum oratio hoc modo connectenda sit, dubitem, illud efficit, quod omnes libri scripti et editi nihil ea parte mutant, et similiter intercisae periodi multis locis apud Livium reperiantur, quibus Gronovius paribus conjecturis opem ferre conatus est. V. quae notavi ad 3, 23, 3. Supersunt tamen multa adhuc alia exempla, quae Gronovius silentio transiit. Praeter illa, quae dicto loco adtulimus, talia adhuc obcurrunt 40, 35, 8. *Praetores inde sortiti sunt.* A. *Hostilium urbana*, T. *Minucio peregrina obvenit.* 41, 15, 4. *Inde consules praetoresque provincias sortiti.* *Pisas Cn. Cornelio, Ligures Petillio obvennerunt.* et alibi. Si autem hic vulgatum sine codd. auctoritate mutemus, causa dari nequit, cur non ibi quoque similiter mutandum censeamus. Praestare itaque videtur, ut manus ablineamus. Deinde *novum bellum Etruria* omnes iterum codd. calamo et typis exarati tuerentur. Et tale fere est infra hoc lib. c. 42, 4. *Quum collegas novum bellum Sallentinum hostes decernerentur.* quae per adpositionem eleganter dicuntur. Tandem *sorte evenit* Harlej. Haverk. Hearnii Oxon. L. 2. C. et, quas vidi, editiones, Frobeniana anni 1535. priores. Utrumque verbum *evenire* et *obvenire* in hac re usita-

- 2 obvenit. In Samnio Cluviam, praesidium Romanum, quia nequiverat vi capi, obsessum fame in deditonem acceperant Samnites, verberibusque foedum in modum laceratos occiderant deditos.
- 3 Huic infensus crudelitati Junius, nihil antiquius obpugnatione Cluviana ratus, quo die adgressus est

tum. Prius supra habuimus 5, 12, 6. *Valerio Posito Volsi provincia evenerat.* ubi plura dicta sunt. Alterum 7, 16, 3. *Ea provincia Cn. Manlio obvenit.* ubi similiter variant codd. 10, 12, 3. *Scipioni Etruria, Fulvio Samnites obvennerunt.* 25, 13, 9. *Fulvius, cui sa provincia obvennerat.* Ita Gronovius ex melioribus, pro *evenerat*, restituit. 40, 35, 8. *A. Hostilio urbana, Ti. Minucio peregrina obvenit.* 41, 9, 8. *Claudio Isria, Sempronio Sardinia obvenit.* c. 15, 4. *Pisae Cn. Cornelio, Ligures Petillio obvennerunt.* 43, 15, 3. *Cn. Servilio Italia, Q. Marcio Macedonia obvenit.* Quin etiam sorte obvenire dixit Cic. 2. in Verr. 6. *Simulatque ei sorte provincia Sicilia obvenit.* Quum itaque pro hac lectione stent et plures et meliores Mss, eam etiam probare malui. In defendenda vulgata hujus loci lectione mihi adsentiebatur quoque Cl. Dukerus; et insuper Rivium refellebat, qui ad Sall. Jugurth. 35. scribebat. Livium plerumque fere uti verbo *venire*, semel tantum, quod sciat, dixisse *obvenire* 7, 16, 3. Nam Livium *obvenire* tam de comparatione quam de sortitione provinciarum dixisse 30, 40, 12. *Uti consules provincias inter se compararent, sortirenturque, uter Italia, uter classem navium quinquaginta haberet. Cui classis obvenisset.*

§. 2. In Samnio Cluviani praesidium Romanum] Legendum est

Cluviam. in distinguendo etiam peccatum erat. GLEN. Pall. pr. ac tert. *Climatum.* GEBH. *Cluviani* superest in Lovel. 4. Harlej. Fragm. Hav. Klock. et Hearnii Oxon. N. ac C. *Cluviani* in Portug. *Clunam* in Gaerta. *Cluviani* in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *Cluviani* in Florent. *Claniani* in Haverk. *Claniam* in Lovel. 2. *Climatum* in Lovel. 3. *Clamatum* in Voss. 2. (*Cluvius* Veith.) Doujatius, quia Cluviam aut adfines alicujus adpellationis oppidum in Samnio nullum invenit, aliis divinandum relinquit, an *Cluviam* exscripserint librarii, quum *Caudium* forte Livius scripsisset. Quam conjecturam probandam non esse arbitror. Clades enim Romana *Caudium* tantopere nobilitavit, ut verisimile non videatur, librariorum ejus nomen satis notum in *Cluviam* temere mutatu- rum. Ignobile forte castellum indicatur; non enim Livius oppidum, sed tantum *praesidium Romanum* vocat, cujus alibi mentionem non reperiri mirandum non est. Si omnia locorum nomina, quae semel tantum apud antiquos memorantur, in dubium vocanda forent, quae non in scriptis eorum tentanda superessent? *Cluviam* tamen verum praestare nolo. Ea enim scriptura in uno tantum superest Leid. 1. Reliqui varia lectionum monstra offerunt. Judicium itaque suspendere malo. Mox qui nequiverant, pro quia, Voss. 2. et Lovel. 3. sollemni scribarum aberratione. V. ad 36,

moenia, vi cepit, atque omnes puberes interfecit. Inde victor exercitus Bovianum ductus. caput hoc erat Pentrorum Samnitium, longe ditissimum atque opulentissimum armis virisque. Ibi quia haud tantum irarum erat, spe praedae milites accensi, oppido potiuntur. minus itaque saevitum in hostes est:

33, 5. V. etiam mox §. 5. [Romam omittit Veith.]

Acciperant Samnites, verberibusque foedum in modum laceratos occiderant] Samnites verberibus foedo admodum laceratos occiderant Pal. sec. GEBH. Eadem lectio apud me etiam superest in Portug. et Haverk. *verberibus foedum in modum* legunt Harlej. et edd. ante Frobenianam anni 1535. *verberibusque foedo admodum* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. [*verberibus foedo admodum* Veith.] Sed reliqui omnes recte vulgatum tuentur. *occidi* autem et *occidi* saepius in Mssis confundi solent. V. ad 36, 26, 6.

§. 3. *Hinc infensus crudelitati Junius, nihil antiquius obpugnatione Cliviana ratus*] *Hinc infensus* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 25, 40, 2. *Tum nil antiquius* Haverk. V. ad 6, 40, 3. *nihil equius* Lovel. 2. Male. Supra 1, 32, 2. *Longe antiquissimum ratus sacra publica facere*, ubi plura vide. *Tum Cliviana* Voss. 1. *Cliviana* Voss. 2. et Lovel. 3. *Cliviana* Lovel. 1. *Climana* Leid. 2. *Claviana* Haverk. *Cluniana* Lovel. 2. *Clunasia* Gaertn. V. modo ad §. praec.

§. 4. *Caput hoc erat Pentrorum Samnitium*] De Pentris Samnitibus item l. 22. (61, 11.) SIG. Cluverius [4. Ital. Ant. 7. p. 1194.] *caput hoc erat gentis Samnitium*. immemor eorundem mentionem

habuisse Livium l. 22. extremo. *Appulorum pars, Samnites praeter Pentros*. J. FR. GRON. *Pentrorum* Haverk. *Pentrorum* Hearnii Oxon. C. Sed nihil mutandum. Cluverii conjectura displicuit etiam Holstenio annotat. in Cluverii Ital. Ant. p. 265. ubi docet, etiam apud Dion. Halic. fragmentis l. 12. in Excerpt. Peiresc. p. 533. memorari *Σαυνιτών τοῦ καλουμένου Πέντρος*, quod etiam Doujatius et Hearnii ad hunc locum observarunt.

§. 5. *Ibi quia haud tantum irarum erat*] *Ibi quia haud tantum irarum* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 5, 29, 3. *Ibi qui haud tantum irarum* Florent. V. paullo ante ad §. 2. *Mox sperande*, pro *spe praedae*, idem Florent. *Tum minusque saevitum*, pro *minus itaque saevitum*, Lovel. 3. a m. 1. et *verbum est deficit* in Lovel. 2.

Praedae plus pens, quam ex omni Samnio unquam, egestum] Non probo Pall. duos exhibentes *est egestum*; neque sec. *quam ex omni Samnio unquam congestum*. GEBH. *est egestum* etiam Voss. 2. Lovel. 2. et Gaertn. Adparet, librarios, pro *egestum*, divisis vocibus scriptam credidisse *est egestum*. Obposito errore *equidem*, pro *est quidem* vel *est quidem*, supra habuimus 8, 4, 5. *unquam congestum* Portug. a m. 1. Haverk. et Hearnii Oxon. N. ac B. Et hic librarii se scriptum invenisse crediderunt *egestum*. Male. De verbo e-

praedae plus pene, quam ex omni Samnio umquam, 6 egestum, benigneque omnis militi concessa. Et postquam praepotentem armis Romanum nec acies subsistere ullae, nec castra, nec urbes poterant; omnium principum in Samnio eo curae sunt intentae, ut insidiis quaereretur locus, si qua licentia populando effusus exercitus excipi ac circumveniri

gerere v. ad 6, 3, 5. Praeterea vox *praedae* deficit in Haverk. *plus pene, q̄ quam*, addita una voce, praefert Lovel. 3.

§. 6. *Postquam praepotentem armis Romanum acies subsistere ullae, nec castra nec urbes poterant*] Excidit e vulgatis particula *nec*, quam servant tamen editiones vetustae. *Romanum nec acies subsistere*. J. FR. GRON. Tò *nec*, quod non tantum edd. vett. sed etiam omnes codd. servant, primum omissum vidi in ed. Paris. anni 1573. Praeterea *postquam ante praepotentem armis Romanum* Voff. 2. et Lovel. 3. quorum librariis displicuisse videtur locutio *subsistere Romanum*; quam eandem ob causam *substinere* vel *sustinere*, pro *subsistere*, praefert Lovel. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. ac C. Sed, genus hoc loquendi etiam alibi apud Liv. obcurrere, supra vidimus ad 4, 39, 4. Solent autem librarii voces *subsistere* et *sustinere* in Mssis confundere. V. ad locum Livii laud. et 8, 25, 9. (*37, 38, 4.) *acies subsistere ulla* legit Hearnii Oxon. B. *acie subsistere velle* Lovel. 3. Deinde *nec urbes nec castra poterant*, mutato ordine vocabulorum, idem Lovel. 3. *nec castra nec urbes potuerunt* Gaertn.

Omnium principum in Samnio] *principium* Lovel. 1. Vide ad 2, 27, 12.

Si qua licentia populando effusus exercitus excipi ac circumveniri possit] *effusus populando exercitus excipi* Portug. et Haverk. *populando exercitus excipi effusus* Lovel. 4. Hinc atque *circumveniri* Gaertn.

§. 7. *Transfugas agrestes et captivi quidam, pars forte, pars consilio oblatis*] *Transfugos agrestes* Klock. *Transfugos* Florent. Hinc vox *captivi* deficit in Haverk. Tum tò *pars* priori loco in Lovel. 2. quae lectio ferri posset, et referri ad illa, de quibus supra late agitur 3, 37, 8. At, reliquis vocem servantibus, unius testimonio ei controversiam non moveo. Praeterea *pars sorte, pars consilio* Voff. 2. Lov. 3. Gaertner. et Fragm. Hav. V. ad 1, 4, 4. *pars consilio, pars forte* Harlej. et edd. ante Aldum. Mox ad *consules* Lovel. 3. et Portug. a m. 1. Sed unus tantum Junius bellum cum Samnitibus sortitus erat. Error itaque ex compendio scribendi ortus est. V. ad 10, 10, 2. Tum *effertentes*, pro *afferentes*, Gaertn. a m. 1.

Pecoris vim ingentem in saltum avium compulsam esse] *pecoris vim urgentem* Gaertn. V. supra hoc lib. ad c. 13, 2. Tum *in saltum avium vi compulsam esse* Gaertn. Portug. et Haverk. Sed vox *vi* ex praecedentis dictionis litera finali nata est. V. ad 10, 46, 11. Zonaras 8. Ann. 1. hanc hiko-

posset. Transfugae agrestes et captivi quidam, 7
pars forte, pars consilio oblata, congruentia ad
consulem adferentes, quae et vera erant, pecoris
vim ingentem in saltum avium compulsam esse, per-
pulerunt, ut praedatum eo expeditae ducerentur
legiones. Ibi ingens hostium exercitus itinera oc- 8
cultus insederat; et, postquam intrasse Romanos

riam narrans, Samnites pecora sua compulsisse dicit *eis tas ἴλας τὰς Ἀόρρους*; unde Pighius in *Annal.* ad ann. cxxiii. p. 367. etiam hoc loco in saltum *Avernum* legendum esse conjicit. Mihi tamen verius videtur, vel Zonaram deceptum errasse, vel alios, quam Livium, auctores secutum esse, et eam ob causam Livium ex Zonara emendandum non esse; saltus enim *Avernus*, certe si ille intelligendus esset, qui lacum eognominem cingebat, longe distabat a Boviano, nuper expugnato: historiam saltem in Samnio accidisse, tota Livii narratio indicat; quin et expresse id docet cap. seq. *Dum haec geruntur in Samnio.* quum lacus *Avernus* situs sit in Campania non procul a mari, prope Cumas, Bajas, ac Puteolos. Mecum sentiebat Cl. Dukerus; eandemque ob causam, Pighii emendationem rejiciens, *avium saltum* inlustrabat ex Liv. 25, 32, 6. *In avios saltus montesque recipientes se.* Quod autem Pighius lectorem mirari jubeat, doctissimum Zonarae interpretem Wolfium auctoris verba tam neglegenter vertisse, ut loci nomen celeberrimum silentio praeterierit, id non tantum verum est, sed efficit, ut eo majore admiratione dignum videatur, nuperum ejus editorem Carol. du Fresne, dom. du Cange, qui in praefatione profusus est, se interdum, maxime iis locis,

ubi auctoris mentem non omnino adsecutus Wolfius erat, ejus versionem Latinam emendasse, hic tamen verba modo laudata vertisse in silvas altissimas et densissimas.

Perpulerunt, ut praedatum eo expeditae ducerentur legiones) perpulerant Portug. et Haverk. *Tum expedito ducerentur* Voss. 2. et Lovel. 3. *expedit educerentur* Leid. 1. *expeditae, vel expeditae, educerentur* Portug. et Hearnii Oxon. B. atque in margine N.

§. 8. *Intrasse Romanos vidit saltum] intra se Romanos vidit saltum* Leid. 1. et Lovel. 1. *intrasse Romanos vidit in saltum* Lovel. 4. Nihil mutò. V. ad 6, 34, 9. Paulo ante *ingens exercitus hostium*, alio ordine, Portug. et Haverk. *Tum insiderat, pro insederat, quaedam ex vetustis edd. attamen in vitis principibus, et omnibus scriptis.* V. supra ad 2, 29, 6.

Repente adortus cum clamore ac tumultu invadit] Antiqua lectio repente exortus cum clamore ac tumultu incautos invadit. GELEN. Lectionem, quae ante Gelenum exstabat, unus probat tantum Harlej. *adortus* etiam Hearne invenit in Oxon. L. 1. Sed *repente exortus*, quod est in reliquis scriptis, ut *subito exortus* 4, 45, 7. *Certamen subito inter tribunos exortum.* ubi alia exempla vide. 25,

vidit saltum, repente exortus cum clamore ac tumultu incautos invadit. Et primo nova res trepidationem fecit, dum arma capiunt, sarcinas congerunt in medium: dein, postquam, ut quisque liberaverat se onere, aptaveratque armis, ad signa undique coibant, et, notis ordinibus in veteri disciplina militiae, jam

16, 16. *Hofles subito exorti; et, ne dubia proditio esset, Flavius his se adjungit.* Insuper incautos, quod etiam Gelenius interseruit, non tantum est in reliquis codd. sed etiam antea jam receptum ed. Parm.

§. 9. *Dein, postquam, ut quisque liberaverat se onere, aptaveratque armis*] Vel ad arma sumenda dejectis sarcinis, vel armis vestitis ad proelium. Scio sic explicari posse. Nec tamen nolim *arma*, si quis vetus liber patiat. 10, [33, 2.] *Vixdum satis aptatis armis, in ordines eunt.* 22, [5, 3.] *Us vix ad arma capienda aptandaque pugnae competeret animus.* Ibidemque [c. 19, 10.] *Trepidatione nautarum capere et aptare arma miles prohibetur.* Apud Silium [5, 166.] equo

Bellatore jubas aptante.

J. FR. GRON. Virgil. tamen 10. Aen. 259. *Atque animos aptent armis.* Ovidius *ad arma* dicit 1. A. mor. el. 13, 14.

Aptat et armiferas miles ad arma manus.

DUK. Quindecim mihi sub oculis sunt vel codd. vel eorum excerpta, iique omnes vulgatum servant, nisi quod *habitaveratque armis* praeferat Klock. *optaveratque armis* Gaertn. Sed, *aptare* et *optare* eorumque composita saepe in Mssis confandi, supra dictum est ad 3, 64, 9. Nihilominus tamen Gronovii conjectura *aptaveratque arma* non displicet: quo-

modo Livius, non tantum locis a Gronovio laudatis, sed et alibi, locutus est. Ita 5, 49, 3. *Suos in acerum conjicere sarcinas, et arma aptare jubet.* 44, 34, 8. *Alii aptare corpori arma, experiri que sub his membrorum agilitatem.* Gronovii sententiae se non inlibenter accedere fatetur Doujatius; addit tamen, se nec rejicere *aptare se armis*, pro eo quod est armis se apte induere, aut aptum reddere ad pugnam: ea enim ratione Suetonium dixisse [in Tiber. 43.] *aptare annulum digito.* in quibus jure miramur vel inlaudabilem negligentiam, vel stuporem interpretis Delphini. Ut enim loca Livii et Suetonii similia forent, vel ille *aptaverat sibi arma*, vel hic *aptaverat annulo digito* dicere debuissent. Praeter ea deinde, postquam Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. Harlej. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. et vett. edd. pro quo Frobenius anno 1535. *detra* substituit. et ita est in Florent. ac Lovel. 4. V. ad 3, 3, 6. *detra* praefert Leid. 1. Insuper *honore* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *honore* Voss. 2. Lovel. 3. et Florent. a. m. 1. V. ad 9, 8, 3. Praeterea distinctionem in hoc loco mutavi, qui ante minus recte interpungebatur. In verbis praecedentibus omissa erat vox *primo* in Lovel. 4. *congerant*, pro *congerunt*, exhibet Portug. a. m. 2.

Notis ordinibus in veteri disciplina militiae, jam sine praeepto

sine praecepto ullius sua sponte struebatur acies, consul, ad ancipitem maxime pugnam advectus, 10 desilit ex equo, et Jovem, Martemque atque alios testatur Deos, *se nullam suam gloriam inde, sed praedam militi quaerentem, in eum locum devenisse. neque 11 in se aliud, quam nimiam ditandi ex hoste militis cu-*

ullius sua sponte struebatur acies] Pall. tres in veterem disciplinam. Amplius sec. obstruebatur acies. GEBH. Vera lectio est in veteri disciplina, quam praeferunt Florent. Leid. 2. et Lovel. 2. V. infra ad 20, 28, 8. Eodem ducunt reliquorum codicum plerorumque lectiones. in veteri disciplina est in Leid. 1. ubi ultima littera postremae voci adhaesit ex initio sequentis. V. ad 40, 7, 8. Qui in similem codicem incidere, deinde emendarunt in veterem disciplinam, quomodo obferant Voff. 2. Lovel. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. et N. [Veith.] Vulgatum igitur, quod in paucis tantum Mssis superest, mutavi. Deinde *trahabant acies* Lovel. 3. a m. 1. *struebant acies* a m. 2. quomodo etiam praefert Voff. 2. Male. V. ad 2, 26, 4. *fruebatur acies* Lovel. 3. *Struers* in hac re proprium verbum esse, infra videbimus ad 42, 51, 3.

§. 10. *Consul, ad ancipitem maxime pugnam advectus, desilit ex equo consul adcipitem* Florent. a m. 1. in quo, littera *d* a recentiori manu expuncta, factum est *consul adcipitem*. Tum *ad ancipitem magis ac maxime pugnam* inepte Gaertn. quae omnia vocabula desunt in Lovel. 3. *ad ancipitem maxime pugnam* eductus est in Voff. 2. et Fragm. Hav. Male. Infra 2, 1, 3. *Citato equo ad primum clamorem et tumultum* advehitur. Supra 2, 47, 3. *Cum aliquot tur-*

mis equitum in eam partem citato equo advectus. ubi v. quae notantur. Deinde *desilit equo* Lovel. 4. *desilit ex quo* Haverk. *desilit de equo* Gaertn. a m. 1. Nihil muto. Infra 35, 34, 10. *Desilire omnes ex equis jussit.* ubi alia videri possunt.

Et Jovem, Martemque atque alios testatur Deos] Pal. pr. *adque alios testatur Deos.* fortasse quaedam *τηνθεοι*, pro *et alios attestatur Deos.* sec. *Martemque alios testatur Deos.* GEBH. Nullam hic temerari cogitasse librarium existimo, sed sollemni errore *adque*, pro *atque*, scripsisse. V. Noris. in Cenot. Pisan. Diff. 4, 2, 2. p. 453. Pari modo saepe *ad pro at* scriptum fuisse, supra vidimus ad 3, 17, 3. Ceterum *vocula et deficit* in Leid. 1. et Lovel. 3. Tum *Martemque et alios* legit Gaertn. *artemque alios* Haverk. in quo certe prima littera *coū Martemque* intercepta est ab ultima vocis praecedentis. Vide ad 2, 44, 6. et mox ad §. seq. *Tō atque* autem omissum erat ob syllabam praecedentem. Hinc *testatus* Lovel. 4. Vox *Deos* tandem deest in Leid. 2. et Lovel. 1.

Se nullam suam gloriam inde, sed praedam militi quaerentem] *nullam gloriam suam* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. [*nullam gloriam* Veith.] Deinde *se praedam* Leid. 2.

§. 11. *Ab eo se dedecore nullam*

ram, reprehendi posse: ab eo se dedecore nullam rem a-
 12 liam, quam virtutem militum, vindicaturam. connite-
 rentur modo uno animo omnes invadere hostem, victum acie,
 castris exutum, nudatum urbibus, ultimam spem furto
 insidiarum tentantem, et loco, non armis, fretum.
 13 Sed quem esse jam virtuti Romanae inexpugnabilem lo-

rem aliam, quam virtutem mili-
 tum, vindicaturam] abesse dedecore
 Voss. 2. et Lovel. 2. 3. ac 4. ab eo
 se decore Haverk. Tum quam vir-
 tute militum Florent. Voss. 2. Leid.
 1. Lovel. 3. 4. et Gaertn. Sed ul-
 tima litera *m* mediae vocis a se-
 quentis initiali intercepta est.
 V. paullo ante ad §. praec. quam
 virtute militum Lovel. 2. Deinde
 ditaturum Lov. 2. dictaturum Voss.
 2. et Lov. 3. ac 4. dicaturum Leid.
 1. ubi syllaba prima intercidit
 ob similitudinem ultimarum li-
 terarum vocis praecedentis. Paulo
 ante vox *ditandi* non compa-
 rebat in Portug. et Haverk. cu-
 jus loco *dicandi* est in Fragm.
 Hav. a m. 1.

§. 12. Conniterentur modo uno
 animo invadere hostem] Lege ad-
 dendo uno animo omnes invadere.
 GELEN. quo niterentur Voss. 1.
 Loid. 2. et Lovel. 1. Sed passim
 literae *c* et *qu* in Mssis confundi
 solent. V. ad 9, 2, 15. quare ni-
 terentur Haverk. coniterentur Flo-
 rent. comiterantur Voss. 2. comite-
 retur Leid. 1. committerentur Lo-
 vel. 2. 3. et Gaertn. (* v. ad 35,
 6, 12.) Deinde vox *omnes* deficit
 in Harlej. Neap. Latinii, et edd.
 prioribus, quam Froben. pri-
 mus recepit anno 1535. Ei vero
 consentiunt reliqui Mss.

Victim acie, castris exutum,
 nudatum urbibus] victim aciem
 Loid. 1. Hinc castris exutum Voss.
 2. et Lovel. 3. quomodo etiam
 alibi peccarunt librarii. V. N.

Heinsium ad Claud. bell. Getic.
 36. Insuper nudatum juribus Lo-
 vel. 2. Mox insidiatum, pro in-
 sidiarum, Fragn. Hav. furto in-
 sidiari contemptantem Klock.

§. 13. Sed quem esse jam vir-
 tuti Romanae inexpugnabilem lo-
 cum] Lege *Ecquem esse*, et cum
 priori membro jungere ita. dum-
 modo conniterentur uno animo
 invadere hostem victum acie,
 castris exutum, *ecquem esse* jam
 virtuti Romanae inexpugnabilem
 locum? SIG. Pal. pr. et tert.
Si quem esse, sec. Sed nullum esse
 virtuti Romanae locum inexpugna-
 bilem. Sigonius non male, si a
 libris, *Ecquem esse jam virtuti*
Romanae. GEBH. Lege, inquit Si-
 gonius, *Ecquem esse*. Libri nulli
 subscribunt: et hoc loco nescio
 quid peregrinum sonat. Justinus
 18, [6.] *Regem aliquem poscere, qui*
cultiores victus cum Afrosque per-
doceat: sed quem inveniri posse,
qui ad barbaros transire velit?
 J. FR. GRON. Nullus etiam meo-
 rum codd. Sigonii conjecturae
 favet, licet tamen non omnes
 vulgatum probent. Certe *Si quem*
esse jam virtuti Romanae praefe-
runt Voss. 2. et Lovel. 3. *Sed quem*
esse virtuti Romanae Voss. 1. Leid.
 2. et Lovel. 1. *Sed quem esset vir-*
tuti Romanae Portug. a m. 1. *Sed*
quat esse virtuti Romanae a m.
 2. *Sed nullum esse jam virtuti*
Romanae Lovel. 2. et Hearnii
 Oxon. C. et L. 2. [Veith.] *Sed nul-*
lum esse virtuti Romanae Haverk.
 et Hearnii B. *Sed quem nullum*

cum? Fregellana arx, Soranaque, et ubicumque iniquo successum erat loco, memorabantur. His 14 accensus miles, omnium inmemor difficultatum, vadit adversus imminentem hostium aciem. ibi paululum laboris fuit, dum in adversum clivum erigitur agmen: ceterum, postquam prima signa planiciem 15

esse jam virtuti Romanae, duplici lectione juncta, Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. Vulgatum, quod reliqui servant, cum Gronovio malo. Insuper locum inexpugnabilem Haverk.

Ubicumque iniquo successum erat loco, memorabantur] ubicumque erat iniquo successum loco Portug. et Haverk. Vox loco desit in Lovel. 2. Deinde memorabatur Voff. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. Utrumque ferri potest. Malo itaque receptam lectionem, pro qua stant optimi codd. memorabat Haverk. V. ad 10, 10, 1. commemorabatur Haverk. et editi ante Aldum. Sed prima syllaba vel in codicibus reliquis ab ultima vocis praecedentis intercepta, vel in eo, quem primi editores secuti sunt, ex ejusdem repetitione addita est: quod posterius propter reliquorum codicum auctoritatem, syllabam com ignorantium, verius puto; quamvis tamen nec commemorabantur incommodum foret. Paulo ante Ornaque, pro Soranaque, Florent. a m. 1.

§. 14. *His accensus miles, omnium inmemor difficultatum] His accensus Portug. Originem hujus erroris indicavi ad 6, 3, 8. Praeterea difficultatum Florent. Quod recepi. V. supra ad 7, 38, 5.*

Vadit adversus imminentem hostium aciem, ubi paululum laboris fuit] imminentium hostium a-

ciem Voff. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. Hinc ibi, pro ubi, iidem illi codd. quibus consentiunt omnes editiones, Basileensi anni 1539. priores. Saepius hac vobulae in Mssis confundi solent. V. infra ad Livii 27, 5, 2. Hic tamen, mutata distinctione, veterem lectionem revocavi. Eandem distinctionem autem non modo praeferunt antiquiores edd. quae ibi servant; verum insuper illae etiam, quae ubi receperunt, usque ad Gronovium; qui, hac lectione recepta, eam vix ferri posse animadvertit, ideoque immutavit. Unde, rō ubi potius operarum errore invaluisse, credibile sit. Veterem lectionem etiam Sigonius restituerat, sed nomen habuit, qui praecentem sequeretur. Deinde paululum est in Florent. Voff. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. Similiter etiam Frobenius anno 1535. edidit, eumque secuti sunt recentiores usque ad Gruter. qui in postrema ed. paululum substituit, ut Frobeniana modo memorata antiquiores exhibuerant. Saepius ita variasse librariorum, infra videbimus ad 36, 9, 8. Verum hic etiam codd. sequi malui. Mox erigitur, pro erigitur, Haverk. quae lectionis diversitas etiam alibi in Mssis obvia est. V. ad 6, 2, 1. De ipsa locutione v. ad 10, 26, 8.

summam ceperunt, sensitque acies aequo se jam
 infutisse loco, versus extemplo est terror in insi-
 diatores, easdemque latebras, quibus se paullo
 ante texerant, palati atque inermes fuga repetebant:
 16 sed loca difficilia, hosti quaesita, ipsos tum sua
 fraude impediabant. Itaque ergo perpaucis effu-
 gium

§. 15. *Versus extemplo est ter-
 vor in insidiatores] versus exem-
 plo terror est* Portug. et Haverk.
 Tum praepositio *in* abesta Leid.
 1. et Lovel. 3. sed intercepta est
 a syllaba initiali vocis sequentis.
 V. ad 8, 33, 6. Paulo ante *sum-
 mam planiciem*, et *jam se*, trans-
 positus vocibus, est in Lovel. 2.
 Praeterea *infutisse*, pro *infutisse*,
 edd. Rom. anni 1472. et Parm.

*Easdemque latebras] easdem la-
 tebras* Gaertn. *easdem quippe la-
 tebras* Florent. [*easdem in latebras*
 Veith.] Mox verbis sequentibus
palati et inermes, pro *atque iner-
 mes*, Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1.
 Portug. et Haverk.

§. 16. *Sed loca difficilia, hosti
 quaesita, ipsos tum sua fraude im-
 pediabant]* Vet. lib. *sed loca diffi-
 cilia ab hoste quaesita ipsos cum
 sua fraude impediabant.* SIC. *loca
 difficilia hosti quaesita* probe ve-
 tutissima ed. Andreae: cujus scri-
 pturae elegantiam non assecuti
 scribae fecerunt in Pall. tribus
loca difficilia ab hoste quaesita.
 Campanus edidit *sed loca diffi-
 cilia hosti exquisita.* GEBH. *loca
 difficilia hostis quaesita* Florent.
loca difficilia ab hoste quaesita
 Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4.
 Gaertn. Portug. Haverk. Fragm.
 Hav. [Veith.] et Hearnii Oxon.
 N. L. 2. B. ac C. nisi quod codex
 posterior praeserat *loca difficilia-
 ra.* Et hanc scripturam Sigonius

in contextum recepit, nullo re-
 centiorum lectionem ejus pro-
 bante. Et sane ea potius, quam
 vulgata, ex interpolatione vel
 interpretis expositione nata vi-
 detur. Adi, quae supra notantur
 ad 6, 11, 4. [*texerat pallati et fu-
 ga rapiebantur* Veith.] Praeterea
ipsos cum sua fraude est quoque
 a Sigonii emendatione, quomo-
 do etiam ante eum Mediolanen-
 ses anno 1505 ediderunt. Neque
 aliter est in Voff. utroque, Leid.
 2. Lovel. 1. Port. Haverk. Fragm.
 Hav. et Hearnii N. L. 2. B. ac C. Vo-
 calae *tum et cum* saepe in Mssis
 confunduntur. V. ad Epit. Liv. 48.
 circa finem. Utrumque commode
 ferri posse existimo. Et quidem
 a Sigonio plures, a prisca scri-
 ptura integrioris stant Mss. *ipsos
 tum sua fraude* habet Lovel. 3.
ipsos tum fraude sua Lovel. 2.

*Itaque ergo perpaucis effugium
 patuit: caesa ad viginti millia ho-
 minum]* Vox *ergo* exsulat a Lo-
 vel. 4. Male. *Itaque ergo* enim
 Livius jungere solitus est. V. ad
 1, 25, 2. et 3, 31, 5. quibus etiam
 locis nonnulli scribae locutione
 ea obfensi particulam *ergo* negle-
 xerant. Tum *paucis effugium pa-
 tuit* Fragm. Hav. Non sequor.
 V. ad 37, 11, 3. Deinde *caesi* Voff.
 2. Ita Livium saepius, locutum
 esse, infra videbimus ad 37, 30,
 12. Hic tamen, invitis reliquis
 codicibus, unum audire, ini-
 quum puto.

gium patuit: caesa ad viginti millia hominum, victorque Romanus ad oblatam ultro ab hoste praedam pecorum discurrit.

XXXII. Dum haec geruntur in Samnio, jam omnes Etruriae populi praeter Arretinos ad arma ierant, ab obpugnando Sutrio, quae urbs, socia Romanis, velut claustra Etruriae erat, ingens orsi bellum.

Victorque Romanus ad oblatam ultro ab hoste praedam pecorum discurrit] vincitque Romanus Florent. Vox ultro deficit in Harlej. et edd. Aldina prioribus. Supra 1, 17, 8. Obferendum ultro rati, quod amissuri erant. 3a, 21, 35. Nolite, si, quod omnibus votis petendum erat, ultro obfertur, fastidire. 40, 23, 2. In omnia ultro suam obferens operam. Hinc praedam pecorum Hearnii Oxon. L. 2. et N. pecorum tamen in posterioris marginae adparet. V. ad 37, 39, 4.

§. 1. *Omnes Etruriae populi praeter Arretinos ad arma ierant] Pall. pr. et tert. ad arma se contulerant. Amplius Camp. ad arma ierant, ad oppugnandum Sutrium. GEBH. Quid sibi volunt Voff. [sec.] et duo Pall. ad arma se contulerant? J. FR. GRON. Quaedam edd. apud Hearnium Arretinos. Arretinum, aut Aldus in Orthographia, duplici r libri veteres et lapides. De lapidibus credo verius esse, quod dicit, quam de libris: nam, in his non semper ita scribi, certum est. Sed illi haud dubie praeferendi sunt. Adde Graevium ad Suet. Domit. 21. DUK. ad arma se contulerant etiam Lovel. 3. quae lectio ex interpretis expositione, margini vel inter versus olim adscripta, in contextum inrepsisse videtur. ad arma ire Livius saepius usurpavit. 21, 48, 3. Contactosque eo scelere, velut infecta rabie, ad*

Liv. Tom. V. P. 1.

arma ituros. 33, 26, 6. Tum primum suo nomine ad arma ierant. 42, 2, 2. Facile tamen adparuisse sibi, bellum parari, nec ultra ad arma ire dilaturum. c. 21, 2. Ceteri quoque Ligurum populi ad arma ierunt. Tum Arretinos Hearnii Oxon. L. 2. Arretinos Voff. 1. Leid. 1. Lovel. 4. et Florent. neque aliter pleraeque edd. Parisinae anni 1573. antiquiores hoc loco et infra c. 37, 12. ut et 10, 3, 2. Reliquis vero locis, ubi hujus populi mentio fit, etiam illae edd. quae nunc dissentiant, litteram duplicem caniuam servant. Haec inconstantia displicet; quare hic et alibi Arretinos reposui, praesertim quum ita supersit in inscriptionibus antiquis, ut jam monuit Cluver. 2. Ital. Ant. 3. p. 571. Deinde ad oppugnandum Sutrio est in Florent. manifesto scribae lapsu, quem emendaturi alii longe pejus dederunt; ad oppugnandum Sutrium, quomodo est in Lovel. 2. Harl. Hearnii Oxon. Q. et Neap. Latini. [praeter Arretinos ierant ad oppugnandum Sutrium Veith.]

Ab oppugnando Sutrio, quae urbs etc.] Sutrium coloniam deductam a Romanis post annos VII. quam Roma a Gallis capta est, scribit Vellejus (1, 14.) Eandem ἀπ. ομνον hoc anno vocat Diodorus (l. 20. p. 750.) praeterea Livius 27, (9, 7.) inter colonias numerat. SIGONIUS.

R

2 **Eo alter consulum Aemilius cum exercitu ad liberandos obsidione socios venit. Advenientibus Romanis, Sutrini commeatus benigne in castra ante**
 3 **urbem posita advexere. Etrusci diem primum consultiando, maturarent, traherentne bellum, traduxerunt,**

Quae urbs, sociis Romanis, velut claustra Etruriae erat, ingens orsi bellum] Optimae membranae quae urbis sociis Romanis. MOD. Quis sit sensus lectionis, quam e membranis produxit suis Modius, non assequor. GEBH. Librarius cod. quo Modius usus est, eodem modo aberrans *urbis* dedit pro *urbs*, quo supra habuimus *stirpis* pro *stirps*, 1, 1, 11. Tum vox *Romanis* exsulat ab Haverk. Deinde *velut claustrum Etruriae* Lovel. 2. Verum hoc sensu numero plurali apud Livium usurpatur. Infra 32, 21, 24. *Cur excessit faucibus Epiri claustrisque illis inextinguibilibus super Aonum amnem.* 43, 67, 6. *Oppidum ante ipsa Tempa in faucibus situm, Macedoniae claustra tutissima praebet.* 45, 11, 4. *Pelusi validum relictum erat praesidium. adparebat claustra Aegypti teneri.* At *velut castra Etruriae* Leid. 2. et Lovel. 1. sollempni scribarum aberratione. (* v. infra ad 32, 21, 20.) V. Cel. Burmann. ad Ovid. 2. ex Ponto Ep. 9, 37. Oudendorp. ad Lucani 9, 118. et quae notavi ad Silii 10, 643. Ceterum Doujatius Sutrium, quam Vellej. septimo anno post Romam a Gallis captam coloniam Romanorum factam scribit, et Diodorus circa hoc tempus coloniam vocat, hic tamen a Livio *sociam Romanis urbem* vocari conjicit, quia non optimo jure, sed sine civitate, coloni erant. Verisimilius tamen esse, Sutrinos nondum hoc tempore colonos fuisse, supra dictum est ad 6, 3, 2. Ad testimonium Diodori tanto minus adten-

dimus, quod Sutrium jam proximo post Romam ex manibus Gallorum liberatam anno *αποικισται* vocet l. 14. p. 456. apud Vellej. autem forte *Satricum*, pro *Sutrium*, legendum est. V. ad d. l. Livii notata. Tandem *ingens orsa bellum* Lovel. 2. *ingens orsum bellum* Harlej.

§. 2. *Eo alter consul Aemilius cum exercitu ad liberandos obsidione socios venit*] E tribus MSS. lege *Eo alter consulum Aemilius*. GEBH. Quinque alii cum Thuan. *Eo alter consulum Aemilius*. J. FR. GRON. Per quinque codd. Gronovius tres Pall. et duos Voff. intellexisse videtur. Et ita tantum non omnes mei, ut et omnes Hearnii Oxonienses, praeter unum B. qui *alter consul* servat. Passim apud Livium *alter consulum* obcurrit. Quaedam loca Jac. Gronovius infra notavit 24, 47, 19. Adde 2, 11, 8. 3, 33, 4. 8, 12, 4. 24, 21, 1. et 27, 25, 6. Alia insuper passim obcurrunt. Error facillime nasci potuit, quia pro *consulum* librarii per compendium vel *cos.* vel *cons.* vel *cons.* vel *consul.* linea per ultimae litterae cornu traducta, scribere soliti sunt. V. ad 10, 10, 2. Deinde *ad liberandos obsidione venit socios* Fragm. Hav. in quo etiam prima vox *Eo* a m. 1. omissa erat. Sed ejus loco *Et* exhibet Lovel. 2.

Commeatus benigne in castra ante urbem posita advexere] Pal. sec. *advexere*. GEBH. *commeatus benignes* Florent. sed vox *benigne*

runt. Postero die, ubi celeriora, quam tutiora, consilia magis placuere ducibus, sole orto signum pugnae propositum est, armatique in aciem procedunt. Quod postquam consuli nunciatum est, ex templo tesseram dari jubet, ut prandeat miles, fir-

non adparet in Leid. 2. et Lovel. 1. Melius eam ceteri servant, quae hic eleganter pro largiter, copiose accipi potest; ut infra 36, 22, 10. *Ager Heracleonsis benignus ad omne genus operum materiam suppeditabat.* Ita contra malignus est parce. 8, 12, 12. *Materiam autem praebat criminibus ager in Latino Falernoque agro malignus plebi divisus.* 39, 9, 6. *Maligna omnia praesentibus suis, meretriculas munificentia sustinebantur.* Hinc *adduxerit*, una litera omissa, Portug. a m. 1. in qualem cod. incidens scriba Haverk. substituit *adduxerit*. Alibi saepius ita variare eodd. infra videbimus ad 27, 38, 12. Paulo ante *Es adventitiousibus*, addita prima vocula, praefertur Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B.

§. 3. *Consultando, maturarent, traherentque bellum] cum consultando* Portug. in margine a m. 2. *consilia dum maturarent* Lovel. 4. Praeterea *traherentque* Haverk. V. ad 5, 28, 5. Tota vox *traherentque* omittitur in Portug.

Celeriora, quam tutiora, consilia] Duae mediae voces exsulant a Florent. et Hearnii Oxon. L. 1. At similiter infra ad 22, 38, 13. *Id sua sponte adparebat, tuta celeribus consiliis praepositorum.* Neque multum differt, quod supra habuimus 2, 51, 7. *Quamvis in praecipitiis, dum celeriora essent, agobat consilia.* Mox signum pugnae positum Gaertner. (* vide ad Epit. Liv. 88.) *proponere* in hac re, proprium verbum est.

Supra hoc lib. c. 23, 7. *Signum repente pugnae proposuit.* 22, 45, 5. *Nihil consulto collega, signum pugnae proposuit.* Et saepe alibi. Per compendium scriptum erat *propositum*; idque errandi causa librario fuit, eodem fere modo, quo *per* pro *propter* datum est saepe: de quo v. ad Epit. Liv. 84. Tandem *armati*, pro *armatique*, est in Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 4. *Tesseram dari jubet, ut prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat]* Duplicis generis tesserae in re militari notae fuerunt: alterae, quibus milites se internoscerent; alterae, quibus imperator militibus, quid agendum foret, indicabat. V. quae notavi ad Sili Ital. 7, 347. Posterioris generis tesseram hic intelligi, nullus non videt: excipio tamen Professorum regionum primicerium Joh. Doujatium, qui ad hunc locum monuit, per *tesseram* se intelligere symbolum, quod sub ipsam pugnam uno aut altero verbo ab imperatore datur, ut eo indicio commilitones inter se norint. Ceterum *et prandeat miles* Leid. 2. et Lovel. 1. in contextu, pro quo *us* emendatur in ejus margine. V. ad 21, 28, 8. et mox §. seq. *ut plaudeat* Voff. 1. cujus margini recte *prandeat* adscriptum est. Insuper *fumatisque cibo miribus* sine sensu inepto Haverk. Paulo ante *post*, pro *postquam*, erat in Lovel. 3.

§. 5. *Ubi armatos paratosque vidis]* *Lego prantos paratosque.* V.

matisque cibo viribus arma capiat. dicto paretur.
 5 Consul, ubi armatos paratosque vidit, signa extra
 vallum proferri jussit, et haud procul hoste instru-
 xit aciem. Aliquamdiu intenti utrimque steterunt,
 exspectantes ut ab adversariis clamor et pugna inci-
 6 peret. et prius sol meridie se inclinavit, quam te-
 lum hinc aut illinc emissum est. inde, ne infecta re
 abiretur, clamor ab Etruscis oritur, concinuntque
 7 tubae, et signa inferuntur. Nec segnius ab Roma-

Lipsium 2. var. lect. 9. Vidi enim
 libram veterem, qui habet *ubi*
antes paratosque. KLOCK. *arma-*
tes peractosque Lovel. 3. sollemni
 scribarum errore. V. (* ad 34,
 28, 1.) Cel. Burm. ad Naon. Ep.
 5. Her. 41. *paratos armatosque*
 Gaertn. Reliqui nihil mutant: qua-
 re et mihi a vulgato discedere re-
 ligio est. Supra 6, 26, 4. *Ita ar-*
matis paratisque obviam imperato-
ribus legionibusque vestris proces-
simus.

Proferri jussit, et haud procul
hoste instruxit aciem] Pall. pr. et
 tert. *procul hostem*. sec. *procul ab*
hoste. GEBH. *procul ab hoste* Lo-
 vel. 4. Portug. Gaertn. Haverk.
 Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii
 Oxon. C. *procul hostem* Voss. 2.
 Leid. 1. Lovel. 3. et Fragm. Hav.
 a m. 1. De hac locutione v. infra
 ad 21, 61, 8. Potius nihil muto,
 atque existimo, ultimam literam
pro *hostem* adhaesisse ex prima syl-
 laba vocis sequentis. V. supra
 ad 3, 48, 5. De constructione au-
 tem vocis *procul* cum casu sexto
 v. infra ad 24, 28, 1. Deinde *pro-*
ferri jubet Gaertn. Paulo ante
 vox *consul* non adparebat in Lo-
 vel. 4.

Ut ab adversariis clamor et pu-
gna inciperet] et ab adversariis Ha-
 verk. V. modo ad §. praec. ut

adversariis clamor Lovel. 3. In-
 super *clamor et pugna inciperent*
 edd. Rom. anni 1472. et Parm.
 Utrumque genus loquendi Livio
 familiare fuit. De altero v. ad
 1, 31, 7. de altero ad 37, 29, 6.
 Sana igitur ratio suadet, ut scri-
 ptis vulgatum pertinaciter tuen-
 tibus adhaereamus. In verbia
 praecedentibus *utrimque intenti*,
 inmutato ordine dictionum, Har-
 lej. Portug. Haverk. et edd. Al-
 dina priores. *intenti utriusque* Lo-
 vel. 3. V. ad 6, 31, 8.

§. 6. *Telum hinc aut illinc emis-*
sum est] hinc atque illinc dimissum
 Gaertn.

§. 7. *Nec segnius ab Romanis*
pugna initur] Praepositionem o-
 mittunt Harlej. et edd. primae.
 V. ad 6, 11, 4. Quum tamen re-
 liqui scripti eandem servent,
 ego ei controversiam a me mo-
 tam nolim. Omnia autem haec
 verba exulant a Voss. 2. Leid.
 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav.

Virtute Romanus superat] Pall.
 pr. et sec. *supererat*. GEBH. *su-*
perat Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 1.
 Gaertn. et Haverk. *supererat* Lo-
 vel. 3. et Fragm. Hav. V. ad 6,
 4, 2.

§. 8. *Anceps proelium multos u-*
triusque, et fortissimum quemque,
absumis] et multos utriusque, et

nis pugna initur. concurrunt infensis animis. numero hostis, virtute Romanus superat. Anceps 8 proelium multos utrimque, et fortissimum quemque, absunit: nec prius inclinata res est, quam secunda acies Romana ad prima signa, integri fessis, successerunt. Etrusci, quia nullis recentibus subsidiis fulta prima acies fuit, ante signa circaque omnes ceciderunt. nullo umquam proelio fugae minus, nec plus caedis fuisset, ni obstinatos mori Tuscos

fortissimum quemque Portug. et Haverk. Sed levioris auctoritatis sunt, quam ut eos solos, invitis reliquis, audirem. Tum *absunit* Florent. *assunit* Leid. 2. Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad hujus lib. c. 17, 19.

Secunda acies Romana ad prima signa, integri fessis, successerunt Romana acies secunda Leid. 2. et Lovel. 1. *secunda acies, Romanus* Leid. 1. *secunda acies Romanus* Florent. Tum *integra fessis successerunt* Gaertn. *integri fessi successerunt* Voff. 1. et Leid. 2. Sed ultima litera vocis *fessis* intercidit ob initialem sequentis. V. ad 37, 29, 5. *fessis integri successerunt* Harlej. et edd. vett. usque ad Frobenianam anni 1535. Deinde *acies Romana ad prima acies fuit, ante signa*, reliquis mediis omnibus omissis, Lovel. 4. neque aliter Leid. 1. nisi quod a prima praeferat. *acies Romana ad primam accessit, ante signa* Lovel. 3. Causa erroris fuit repetitio vocis *prima*. V. supra hoc lib. ad c. 11, 11.

§. 9. *Ante signa circaque omnes ceciderunt* ante signaque Haverk. Tum *cecciderant* Voff. 2. et Lovel. 3.

Ni obstinatos mori Tuscos non texisset Contusus et hic locus

in MSS. Pall. nam pr. et tert. *obstinatos morituros eos. sec. obstinatos mori Etruscos.* GEBH. *obstinatos mori Etruscos* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Solent voces *Tuscos* et *Etruscos* confundi. V. ad 2, 47, 6. Et quidem tanto magis pro *Tuscos* substituerunt hoc loco *Etruscos*, quia ita etiam in verbis praecedentibus vocati erant. At Livium in hac variatione elegantiam captasse, docet Cl. Jac. Gronov. ad Liv. 2, 7, 2. Ceterum *obstinatos morituros eos.* Leid. 1. et Lovel. 4. *obstinatos morituros consules* Voff. 2. Lovel. 3. et Hearnii C. *obstinatos moriturosque consules* Lovel. 2. Similes librariorum lapsus infra videbimus ad 37, 2, 9. *obstinatos morituros*, omissa sequenti voce, Hearnii Oxon. N. Ferre non potuisse videntur librarii genus loquendi, ad imitationem Graecorum formatum, *obstinatos mori*. Ita tamen Liv. infra loquitur 28, 23, 15. *Ut neminem cedere, atque obstinatos mori in vestigio quemque suo vidit.* 42, 65, 11. *Quum ex insperato jam obstinatis mori spes adfussit. obstinatus ad moriendum dixit Curtius* 8, 2. *Quem us armigeri corporisque cassides ad moriendum obstinatum esse cognoverunt. Mox ita haut victores prius, quam vita pugnandi finem facerent* Klock.

nox texisset; ita ut victores prius, quam victi, pu-
 10 gnandi finem facerent. Post occasum solis signum
 receptui datum est: nocte ab utroque in castra re-
 11 ditum. Nec deinde quidquam eo anno rei memoria
 dignae apud Sutrium gestum est; quia et ex hostium
 exercitu prima tota acies deleta uno proelio fuerat,
 subsidiariis modo relictis, vix quod satis esset ad

§. 10. *Post occasum solis*] In Pal. sec. ambigue scriptum est, ut possis etiam legere *post occasum solem*. Plinius *post mediam noctem, post solem meridiem, et post solem occasum agunt*. Plautus in Epid. 1, 2, 41.

— *Nam ni ante solem occasum hoc argentum eloces, Meam domum ne imbitas.*

GEBH. V. viros doctos ad d. l. Plauti, ubi et Plinii illud laudatur; et Laurent. in Antiquar. voce *Occasus sol*. Verum omnes eodd. quibus utor, uno ore vulgatum defendunt. Et passim etiam Livius *occasum solis* memorat. V. Gronov. 4. Observ. 4. p. 58. Numquam vero *solem occasum*; quod nimis antiquatum videtur, quam ut nostro convenire queat.

Nocte ab utroque in castra reditum] Praepositio *in* deficit in Gaertn. Ne *redire castra* alicui placeat, videnda sunt, quae notantur supra ad 2, 44, 11.

§. 11. *Quidquam eo anno rei memoria dignae apud Sutrium gestum est*] Vet. lib. *memoria dignum*. SIG. Ita et Lovel. 2. Port. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxonienses. Sed optimi rectius nihil mutandum evincunt. Tum *est* deficit in Lovel. 4. *gestum est* in Voff. 2. et Lovel. 3. *est gestum* legit Haverk.

Quia et ex hostium exercitu prima tota acies deleta] *qui et ex hostium Gaertn. V. infra ad 36, 33, 5. quia ex hostium Voff. 2. Lovel. 2. et Haverk. V. supra ad 2, 44, 3. Tum vox tota* omittitur in Voff. 2. et Lovel. 3. Paullo post *subsidiariis*, pro *subsidiariis*, Lovel. 1. V. ad 32, 6, 6. *subsidiariis* Lovel. 4. V. ad 3, 30, 3.

Subsidiariis modo relictis] Haec parum videntur convenire cum iis, quae paullo ante dixit, *quia nullis recensibus subsidiis sulsa prima acies fuit. Subsidiarii opponuntur primae aciei* 6, 8, 4. 9, 27, 9. et 34, 15, 1. Si ergo subsidiarii relictis fuerunt, quomodo prima acies non sulsa fuit subsidiis? Hoc non possum expedire. DUK.

Vix quod satis esset ad castrorum praesidium] *vixque satis esset* Lovel. 3. V. ad 2, 41, 8. *quod vix satis esset* Lovel. 4. V. ad 28, 12, 13. *ad castrorum ad praesidium* Leid. 1. *ad castrorum subsidium praesidium* Lovel. 2. Sed additis notis librarius postea indicavit, vocem *subsidium* delendam esse.

§. 12. *Ut plures post proelium saucii decesserint, quam ceciderant in acie*] *Vox saucii* deficit in Harlejo. Tum *decesserint, quam ceciderint* est in Voff. 2. et Haverk. quod si plures aut certiores servassent, in contextum recepissem. Ni, quis haec referre malit ad en-

castrorum praesidium: et apud Romanos tantum vulnerum fuit, ut plures post proelium saucii decesserint, quam ceciderant in acie.

XXXIII. Q. Fabius, insequentis anni consul, bellam ad Sutrium excepit. collega Fabio C. Marcus Rutilus datus est. Ceteram et Fabius supplementum ab Roma adduxit, et novus exercitus domo

allagen modorum, de qua infra videbimus ad 41, 24, 5. Praeterea *ceciderant acie* Leid. 1. quod eodem modo dictum esse potest, quo infra 23, 21, 7. *Qui ceciderant pugna Cannensi*. ubi Gronov. vulgatum contra Sigonium, in pugna substituentera defendit. (* *itinere pro itinere* 25, 19, 13. *comitiis pro in comitiis* 39, 39, 9. v. ad 28, 26, 14.) Nepos in Paus. 1. *Eoque ipse dux cecidit proelio*. Ovid. Epist. 1. Her. 21.

Denique quisquis erat castris jugulatus Achivis.

Florus 3, 16. *Oeciso palam comitiis Anno competitorum tribunatus*. Curtius 7, 7. *Cecidere eo proelio positum duo millia*. Quum tamen reliqui codd. stent pro vulgata scriptura, ei adversari nolo. Paulo ante *santum vulneris*, pro *vulnerum*, erat in Lovel. 4. [Veith.]

§. 1. Q. Fabius insequentis anni consul] Hic addendum iterum. Nam primum fuit anno CDXXXIII. (8, 38, 1.) postea vero adhuc ter. Maximi nomen ad finem hujus libri meruit, quamquam in prioribus saepe huic appositum est, sed perperam, meo quidem iudicio, ut antea etiam admonuimus (ad 8, 18, 4.) GLAB. Prae-nomen hujus consulis abest a Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Fragn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. B. ac C. Omisit etiam Al.

duus, sed inter errata addendum monuit. Deinde, negligentia librarium factum esse, ut Fabio iterati consulatus nota non adscribatur, existimavit etiam Pighius in Annal. ad ann. CDXLIII. p. 368. Sed v. quae dicta sunt ad 2, 16, 7. De prolepsis, qua Fabio cognomen *Maximi* ante censuram tribuitur, v. ad 8, 18, 4. Mox *bellum* deficit in Leid. 2.

Collega Fabio C. Marcus Rutilus datus est] Fabio C. Martio Ruptilius Voss. 1. et Lovel. 1. in quo tamen a m. 2. *Martius* emendatur. Fabio C. Martius Rutilius Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. et Gaertn. Fabio C. Marcus Rutilius Leid. 1. Fragn. Hav. aliique. Fabio C. Martius Rutilius Portug. Fabio C. Marcus Rutillius Haverk. a m. 1. in quo manus altera *Rutillius* emendavit. V. ad 7, 17, 6.

§. 2. *Et Fabius supplementum ab Roma adduxit*] Pall. duo *abduxit*. GEBH. *abduxit* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Klock. Eandem lectionem quum etiam Cl. Salvinus in Florent. invenisset, adjecta nota indicavit, sibi illam non displicere. Saepe quidem *abducere* et *adducere* in MSSis commutantur, ut infra dicendum erit ad 27, 29, 1. Hic tamen vulgatum praeficare puto, licet alterum malint praesantissimi codd. V. infra

3 aditus Etruscis venit. Permulti anni jam erant, quum inter patricios magistratus tribunosque nulla certamina fuerant: quum ex ea familia, quae velut fatalis tum tribunis ac plebi erat, certamen oritur. Ap. Claudius censor, circumactis decem et octo mensibus, quod Aemilia lege finitum censurae spatium temporis erat, quum C. Plautius collega ejus magistratu se abdicasset, nulla vi compelli, ut

ad 36, 40, 3. Codicibus obpono auctoritatem Prisciani, qui hunc locum laudans 15. Gramm. p. 1008. exhibet *adduxit*. Ceterum et non adparet in Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] Male. V. ad 2, 44, 3. a Roma legit Gaertn. utrumque dissentiente Prisciano loco laudato. In verbis etiam proximis et ignorant Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 3. *Permulti jam anni erant, quum inter patricios magistratus tribunosque* [Vet. lib. *tribunosque plebis*. SIG. Pall. duo cum Andreae et Campani editis ejiciunt *to plebis* intrusum ab Sigonio, et comparans in Pal. sec. GEBH. Vocem *plebis*, si bonos auctores haberet, facile ferrem: nunc, quia non modo editi veteres, sed et Flor. Rott. uterque Vossianus, Helm. Thuan. refutant, ex uno Sigoniano admittere non possum. J. FR. GRON. Vocem *plebis* ex nostris, praeter memoratos a Gronovio, ignorant etiam Leid. duo, Harlej. Lovel. 1. 2. 3. 4. Klock. et Fragg. Hav. ut et Hearnii Oxon. N. ac C. ut non inveniatur nisi in meis minimas fidei Portug. Gaertn. et Haverk. atque in Hearnii L. 1. 2. et B. Recte itaque Gronovio displicuit: hinc iterum ex contextu ejeci. Alibi vero saepe tribuni plebis simpliciter *tribuni* vocantur. V. supra ad 2, 56, 1. Praeterea *Per-*

multi anni jam erant, in alium ordinem digestis vocibus, Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragg. Hav. quorum consensui obtemperandum esse arbitratus sum.

Quae velut fatalis cum tribunis ac plebe erat Non cum tribunis ac plebe erat Appiana familia, sed contra tribunos ac plebem: ergo cum tribunis aut *contendens*; aut *bellatrix* intelligendum. Alii legunt *cum tribunis ac plebi*, eodem sensu, sed luculentioribus verbis. GLAR. *fatalis cum tribunis ac plebi erat* Frobeniani correctoris commentum. Ante illum ab Andrea ad Juntam omnes *fatalis cum tribunis ac plebe*. Nec secus illi, quos appellavi modo, scripti codices, nisi quod Rott. et Helm. defecti, *fatalis cum tribunis erat*, Flor. *fatalis*. Suspitor fuisse: *cum ex ea familia, quae velut nata litibus cum tribunis ac plebe erat, certamen oritur*. Et genus hoc loquendi amat Livius. J. FR. GRON. *fatalis cum tribunis ac plebe* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Fragg. Hav. et Klock. *fatalis cum tribunis ac plebe* Leid. 1. *fatalis cum tribunis ac plebi* Voss. 1. et Hearnii Oxon. N. ac C. Gronovii conjectura non displicet. De locutione *natus alicui rei* v. ad 4, 13,

abdicaret, potuit. P. Sempronius erat tribunus 5 plebis; qui finiendae censurae intra legitimum tempus actionem susceperat, non popularem magis, quam justam; nec in vulgus, quam optimo cuique, gratiorem. Is, quum idem legem Aemilianam 6 recitaret, auctoremque ejus Mam. Aemilium dictatorem laudibus ferret; qui quinquennalem ante censuram, et longinquitate potestatem dominantem, in-

11. Praeterea vox *erat* non conspicitur in Leid. 2.

§. 4. *Circumactis decem et octo mensibus*] Pall. duo actis decem et octo mensibus. GEBH. Ita et Voss. 2. ac Lovel. 3. Pariter fere Phaedr. 1. fab. 18, 2.

Instante partu mulier, actis mensibus,
Humi jacebat.

Ubi v. viros doctos, et praecipue Cel. Burmann. Mihi tamen recepta scriptura hoc loco non displicet, partim quia eam servant reliqui omnes codd. partim quia Livius verbum *circumagere* hoc sensu saepe usurpavit. Ita 8, 8, 1. *Graviores tempore anni jam circumacto.* 6, 1, 4. *Neque enim abdicare se dicitura, nisi anno circumacto, passi sunt.* c. 38, 1. *Prus circumactus est annus, quam a Vellitris reducerentur legiones.* 23, 30, 17. *Circumacto tertio anno Punici belli.* 24, 8, 8. *Nobis autem in adparatu ipso ac tantum inchoantibus res annus circumagitur.* 26, 40, 1. *Magna parte anni circumacta.* 27, 80, 11. *Vixdum induciarum tempore circumacto.* Deinde XVIIII. *mensibus* Lovel. 2. et Portug. *Mox finitum censura spatium temporis, pro censurae,* Voss. 2. et Fragm. Hav. *consuere* Lovel. 3. et *temporis spatium* Lovel. 4.

C. *Plantius collega ejus*] P. *Plantius Hearnii* Oxon. C. *Fraenomen*

deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *Mox compelli, ut se abdicaret, potuit,* addita media voce, Lovel. 2. 4. et Haverk.

§. 5. *Non popularem magis, quam justam*] *non tam popularem, quam justam* Lovel. 4. *Mox quam optime cuique gratiorem, pro optimo,* Gaertn. Vox *cuique* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 6. *Legem Aemilianam recitaret, auctoremque ejus Mam. Aemilium*] *legem civilem recitaret* Haverk. *legem Aemilianam irritaret* Lovel. 4. *Tò ejus autem* deficit in Fragm. Hav. a m. 1.

Longinquitate potestatem dominantem, intra sex mensium et anni colligisset spatium] Pal. *sec. egisset,* hoc est, *confrinxisset,* et *coarctasset.* Sic dicitur *agere in gyrum.* At reliqui duo, *qui quinquennalem ante censuram, et longinquitate potestatem dominantem, mora sex mensium et anni colligisset spatium.* Ultra elegantior, ultra Livio dignior, non definio. GEBH. *longinquitate dominantem potestatem* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. *Tum egisset* Portug. Non placet. Cic. pro C. Rabir. 2. *Maque, ex comparato et confuturo spatium defensionis, in semihorae curriculum colligisti.* Sed *mora sex mensium et anni colligisset spatium* etiam Voss. 2. et Lovel. 3. quam

7 tra sex mensium et anni coëgisset spatium: *Dic, agendum*, inquit, *Ap. Claudi, quidnam factururus fueris, si eo tempore, quo C. Furius et M. Geganius censores*
 8 *fuerunt, censor fuisses. Negare Appius, interrogationem tribuni magno opere ad causam pertinere suam.*
 9 *nam, etsi tenuerit lex Aemilia eos censores, quorum in magistratu lata esset, quia post illos censores creatos*

scripturam, licet veri incertus dubitet Gebhardus, utra praeferenda sit, alteri cedere existimo. *sex mensium* est in Florent. a m. 1. V. ad 29, 3, 5. ex eo postea *mensium* factum est, sed a manu satis antiqua.

§. 7. *Dic, agendum, inquit, Ap. Claudi, quidnam factururus fueris]* agendum Voff. 2. facillimo lapsu scribae, qui se agendum exaratum invenisse credebat. Alibi saepe ita peccatur. V. supra ad 8, 9, 4. hoc lib. c. 16, 18. et pluribus locis. [*ago nunc* Veith.] Tum *quidnam factururus fueris* Harlej. *quidnam futururus fueris* Lovel. 1. V. ad 31, 45, 2. *quidnam factururus fueras* Voff. 2. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn.

Quo C. Furius et M. Geganius censores fuerunt, censor fuisses] C. M. Furius Harlej. Deinde M. Geganius Portug. Vulgatum verum est. V. ad 4, 22, 7. Deinde *censor factus fuisses* Harlej.

§. 8. *Magno opere ad causam pertinere suam]* Ita praefert sola Cl. Jac. Gronovii editio, eamque secuta Amstelædam. quae tamen se contextum Livii ad mentem J. Fr. Gronovii exhibere jactat. Mutationis causam non subjecit vir Cel. sed codices auctores habuisse non dubito. Certo ita ex meis praeferunt Florent. Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Harlej. V. infra ad 28, 18, 4.

Etsi tenuerit lex Aemilia eos censores, quorum in magistratu lata esset, etc.] Nisi haec cavillatio revera est, non video, quomodo hic locus intelligendus. nisi forte quis aliquid ei deesse suspicetur, quod equidem nescio. id tamen etiam in oratione decemviri accidit l. 3. GLAR. Haec cavillatio hanc habet vim. Legem Aemiliam de annum et semestri censura tenuisse tantum censores eos, quorum in magistratu lata est, quia bis de eorum magistratu scivit populus, primum comitiis censoriis, ut censuram in quinquennium obtinerent: deinde legem ferente Aemilio dictatore, ut obtinerent in XVIII. menses. Itaque videri latam legem illam in eos tantum censores, qui tum erant, non in eos, qui futuri erant. Hunc sensum non percipiens Glareanus hic aliquot verba intercidisse sine causa existimat. SIG. *si tenuerit* Lovel. 2. Deinde *quorum magistratu* Fragm. Hav. a m. 1. V. Cel. Burm. ad Suet. Caes. 50. Praepositio autem hic intercepta est, vel ab ultima praecedentis, vel a prima litera sequentis vocis. Prioris erroris alia exempla v. ad 10, 13, 3. posterioris ad 37, 1, 2. Insuper *lata est* Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Portug. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac C.

§. 9. *Quia post illos censores*

eam legem populus jussisset, quodque postremum jussisset, id jus ratumque esset; non tamen aut se, aut eorum quemquam, qui post eam legem latam creati censores essent, teneri ea lege potuisse.

XXXIV. Haec sine ullius adsensu cavillante Appio, *En, inquit, Quirites, illius Appii progenies, qui, decemvir in annum creatus, altero anno se ipse creavit:*

creatos eam legem populus jussisset] qua post illos censores Voff. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Fragn. Hav. a m. 1. V. ad 40, 29, 8. quia si post illos censores Haverk. Mox populum jussisset Florent. et Leid. 1. Ceterum verba quorum in magistratu lata esset, quia post illos censores desunt in Gaertn. cujus negligentiae causa fuit repetitio vocis censores. Vide supra hoc ipso lib. ad c. 11, 11.

Quodque postremum jussisset, id jus ratumque esset] Tres prior voces desunt in Gaertn. Tum adjuratumque esset Florent. ad jus ratumque esset Leid. 1. et Haverk. id jus ratum esse Portug. et Haverk. V. supra ad 7, 17, 12.

Aut eorum quemquam, qui post eam legem latam] aut quemquam Leid. 2. et Lov. 1. aut suorum quemquam Gaertn. a m. 1. Tum qui post eam legem latam Florent. omissa virgula, qua ultima litera vocis eam indicatur. Mox ea lege teneri Lovel. 2. alio ordinae.

§. 1. *En, inquit, Quirites, illius Appii progenies] Pall. pr. tert. et Camp. ed. Est, inquit, Quirites. Andreae ed. Et hic est, inquit, Quirites. GEBH. Est, inquit, Quirites praefertur etiam Florent. Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Portug. et Gaertn. Et, inquit, Quirites Harlej. V. ad 2, 12, 13. Et hic est, inquit, Quiri-*

tes pr. edd. usque ad Aldum, qui primus ei vulgatum substituit, quod in reliquis codd. superest. Paulo ante Hoc sine ullius, pro Haec, Voff. 2.

Qui decemvir in annum creatus] Per notas scriptum fuerat quod Xvir. Hinc qui lloir, vel dumvir, factum est in Lovel. 3. qui Avirk in Leid. 1. quia vir in Lovel. 4. Literas A et X in Mllis confundi, infra videbimus ad 40, 59, 8. inde iterum, utraque lectione quasi juncta, qui ante decemvirum datum est in Hearnii Oxon. L. 2. qui decemvirum habet Fragn. Hav.

Tertio, nec ab se, nec ab ullo creatus, privatus fasces et imperium obtinuit] Hic quintus poterat esse locus ad ostendendum, decemviros tribus regnasse annis, quemadmodum l. 3. ostendimus: sed satis est probationum. GLAR. V. ad 3, 38, 1. Ceterum voces altero anno se ipse creavit: tertio, nec ab se, nec ab ullo creatus desunt in Voff. 2. Causa erroris est repetitio vocis creatus. V. supra hoc lib. ad c. 11, 11. Insuper nec a se habent Lovel. 2. 3. et Gaertn. Deinde privatus deficit in Harlej. Tandem imperium accepit ostentant Voff. 2. et Lovel. 3. Nihil muto. obtinere hic non est consequi, sed perseverare in tenendo, obstinate tenere; quomodo hoc verbum supra accipiendum, docuit Gronov. ad

tertio, nec ab se, nec ab ullo creatus, privatus fasces
 2 et imperium obtinuit: nec ante continuando abstinit ma-
 gistratu, quam obruerent eum male parata, male gesta,
 3 male retenta imperia. Haec est eadem familia, Quirites,
 cuius vi atque injuriis compulsi, extorres patria,
 Sacrum montem cepistis: haec, adversus quam tribuni-
 4 cium auxilium vobis comparastis: haec, propter quam
 duo exercitus Aventinum insedistis: haec, quae foene-
 bres leges; haec, quae agrarias semper impugnavit:
 5 haec connubia Patrum et plebis interrupit: haec plebi

ad Livii 3, 36, 9. Eo sensu nunc
 poni, docet sequens *continuando*,
 ut et, quod deinde vocet *reten-
 ta imperia*. Id non intelligentes
 interpretes *obtinere* pro conse-
 qui positum existimarunt, et ideo
 per *accipere* in margine exposue-
 runt, quod deinde in contextum
 admissum est.

§. 2. *Quam obruerunt cum male
 parata, male gesta, male retenta
 imperia*] obruerunt primus vulga-
 vit Gruter. in ultima, quae ejus
 nomen praefert, editione. Om-
 nes priores exhibent *obruerunt*,
 quod etiam superest in Florent.
 Leid. utroque, Lov. 4. Port. Klock.
 Haverk. et Fragm. Hav. Quod re-
 cepti. Deinde *male gesta et retenta*
 Voff. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed in
 ter iterata voce *male* emphasis est.
 Quare nihil muto. Paulo ante *nec
 aut continuando*, pro *nec ante*,
 Harlej. quae voculae etiam a-
 libi commutabantur. V. ad 10,
 35, 19. *ne ante continuando* Flo-
 rent. V. ad 3, 47, 7. et infra hoc
 cap. ad §. 15. Tum *abstinit*, pro *ab-
 stinitis* Gaertn. Solent verba cum
ob et *ab* composita confundi. V.
 ad 2, 37, 9. (*36, 35, 4.)

§. 3. *Cujus vi atque injuriis com-
 pulsus, extorres patria, Sacrum*

montem cepistis] cui *vi atque in-
 juriis* Haverk. *cujus vi atque im-
 periiis* Lovel. 4. Sed quatuor hae
 voces omittuntur in Gaertn. Tum
compulsi atque extorres Lovel. 1.
 2. et Voff. 1. inter versus. *com-
 pulsus et extorres* Hearnii Oxon.
 C. Mox voces *haec adversus quam
 tribuniciam auxilium vobis com-
 parastis* desunt in Lovel. 2. *ad-
 versus quem* habet Leid. 2. *com-
 paratis* Gaertn. [*qui ante decem-
 vir in vobis parastis* Veith.]

§. 4. *Duo exercitus Aventinum
 insedistis*] Doujatius ante conje-
 cerat *duobus exercitiis Aventinum
 insedistis*. Sed recte postea eam-
 dem conjecturam repudiavit. De
 locutione *exercitus insedistis* v.
 ad 31, 21, 16. *insidistis* est in Gaert-
 ner. *consedistis* in Portug. et Ha-
 verk. [*Haec praeterquam -- adven-
 tinum insedistis* Veith.]

*Haec, quae foenebros leges; haec,
 quae agrarias semper impugnavit]*
foenebros leges Voff. 2. Leid. 2. Lo-
 vel. 1. 3. 4. a m. 1. Harlej. Portug.
 a m. 1. Gaertn. et Haverk. Voces
 quatuor priores deerrant in
 Florent. Tum *impugnavit sem-
 per* Portug. et Haverk. *semper
 impugnavit*, id est *impugnavit*,
 Gaerta. Mox *irrupit*, pro *inter-*

ad curules magistratus iter obsepsit: hoc est nomen multo, quam Tarquiniorum, infestius vestrae libertati. Itane tandem, Ap. Claudii, quum centesimus jam annus sit ab Mam. Aemilio dictatore, tot censores fuerint, nobilissimi fortissimique viri, nemo eorum duodecim tabulas legit? nemo id jus esse, quod postremo populus jussisset, scivit? Immo vero omnes sciverunt; et ideo Aemiliae potius legi paruerunt, quam illi antiquae, qua primum censores creati erant, quia hanc postremam jusserat populus: et quia, ubi duae contrariae leges sunt, semper

rupsit, idem Gaertn. interrumpis Fragm. Hav.

§. 5. *Hoc est nomen multo, quam Tarquiniorum, infestius vestrae libertati] haec est nomen* Voff. 2. et Lovel. 2. *Tum quam in Tarquiniorum* Gaertn. *Deinde nostrae libertati* Voff. 1. Lovel. 1. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. atque in margine N. Saepius haec pronomina in M^{ss}is confunduntur. V. infra ad 34, 2, 2. Quamvis autem, ea lectione recepta, Sempronius se unum ex plebe, ad quam gens ejus pertinebat, agnoscet, malo tamen vulgatum, quia eadem forma supra dixit *cepistis, vobis comparastis, insedistis, non cepimus, nobis comparavimus, insedimus.*

§. 6. *Quum centesimus jam annus sit] Non omnino rotundum exhibuit numerum, id quod in orationibus saepius fieri solet. Aemilius enim hanc legem tulit anno ab urbe condita cccxxii. hic autem est annus quadringentesimus quinquagesimus quintus. GLAR. Vox illa Jam habet hanc vim, ut centesimum annum jam praeteriisse significet. sic enim res habet. Quod intelliget, qui summam annorum concepiet.*

SIG. *Vocula jam deficit male in Voff. 2. et Lovel. 3. Deinde verbum sis exsulat a Voff. 2. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. Mox a Mam. Aemilio* Gaertn. *Tum nobilissimi fortissimi viri Haverk. nobilissimique fortissimi viri* Lovel. 2. 3. Voff. 2. et Leid. 1. *nobilissimique fortissimique viri* Fragm. Hav. a m. 1.

Nemo id jus esse, quod postremo populus jussisset, scivit] nemo id jus esset Lovel. 1. *nemo id jussisset* Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. *nemo id inesse* Gaertn. *Deinde scit* Leid. 1. Lovel. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. *scitit* Harlej. et edd. vett. naque ad Aldum, qui *scivit* substituit. *sciere, pro scivere, obcurrit supra 2, 11, 6.*

§. 7. *Immo vero omnes sciverunt; et ideo Aemiliae potius legi paruerunt] omnis sciverit* Voff. 2. et Fragm. Hav. *omnes sciverint* Leid. 1. et Lovel. 3. *Deinde voculam et, quae a prioribus omnibus edd. deerrat, primus in contextum recepit* J. Fr. Gronovius: cui consentiunt omnes scripti praeter Lovel. 4. Harlej. et forte Florent. in cujus excerptis nihil notari video. *Tum legi parvenit*

tertio, nec ab se, nec ab ullo creatus, privatus fasces
 2 et imperium obtinuit: nec ante continuando abstinit ma-
 gistratu, quam obruerent eum male parata, male gesta,
 3 male retenta imperia. Haec est eadem familia, Quirit-
 es, cujus vi atque injuriis compulsus, extorres patria,
 Sacrum montem cepistis: haec, adversus quam tribuni-
 4 cium auxilium vobis comparastis: haec, propter quam
 duo exercitus Aventinum insedistis: haec, quae foene-
 bres leges; haec, quae agrarias semper impugnavit:
 5 haec connubia Patrum et plebis interrupit: haec plebi

ad Livii 3, 36, 9. Eo sensu nunc
 poni, docet sequens *continuando*,
 ut et, quod deinde vocet *reten-
 sa imperia*. Id non intelligentes
 interpretes *obtinere* pro conse-
 qui positum existimarunt, et ideo
 per *accipere* in margine exposue-
 runt, quod deinde in contextum
 admissum est.

§. 2. *Quam obruerunt eum male
 parata, male gesta, male retenta
 imperia*] obruerunt primus vulga-
 vit Gruter. in ultima, quae ejus
 nomen praefert, editione. Om-
 nes priores exhibent *obruerunt*,
 quod etiam superest in Florent.
 Leid. utroque, Lov. 4. Port. Klock.
 Haverk. et Fragm. Hav. Quod re-
 cepti. Deinde *male gesta et retenta*
 Voff. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed in
 ter iterata voce *male* emphasis est.
 Quare nihil muto. Paulo ante *nec
 aut continuando*, pro *nec ante*,
 Harlej. quae voculae etiam a-
 libi commutabantur. V. ad 10,
 35, 19. *no ante continuando* Flo-
 rent. V. ad 3, 47, 7. et infra hoc
 cap. ad §. 15. Tum *abstinit*, pro *ab-
 stinitis* Gaertn. Solent verba cum
ob et *ab* composita confundi. V.
 ad 2, 37, 9. (*36, 35, 4.)

§. 3. *Cujus vi atque injuriis com-
 pulsus, extorres patria, Sacrum*

montem cepistis] cui *vi atque in-
 juris* Haverk. *cujus vi atque im-
 peris* Lovel. 4. Sed quatuor haec
 voces omittuntur in Gaertn. Tum
compulsus atque extorres Lovel. 1.
 2. et Voff. 1. inter versus. *com-
 pulsus et extorres* Hearnii Oxon.
 C. Mox voces *haec adversus quam
 tribunicium auxilium vobis com-
 parastis* desunt in Lovel. 1. *ad-
 versus quem* habet Leid. 2. *com-
 paratis* Gaertn. (*qui ante decem-
 vir in vobis parastis* Veith.)

§. 4. *Duo exercitus Aventinum
 insedistis*] Doujatius ante conje-
 cerat *duobus exercitibus Aventinum
 insedistis*. Sed recte postea eam-
 dem conjecturam repudiavit. De
 locutione *exercitus insedistis* v.
 ad 32, 21, 16. *insidistis* est in Gaert-
 ner. *consedistis* in Portug. et Ha-
 verk. [*Haec praeterquam - - adven-
 tinum insedistis* Veith.]

*Haec, quae foenebros leges; haec,
 quae agrarias semper impugnavit*]
foenebros leges Voff. 2. Leid. 2. Lo-
 vel. 1. 3. 4. a m. 1. Harlej. Portug.
 a m. 1. Gaertn. et Haverk. Vo-
 ces quatuor priores deest in
 Florent. Tum *impugnavit sem-
 per* Portug. et Haverk. *semper
 impugnavit*, id est *impugnavit*,
 Gaertn. Mox *interrupit*, pro *inter-*

ad curules magistratus iter obsepsit: hoc est nomen multo, quam Tarquiniorum, infestius vestrae libertati. Itane tandem, Ap. Claudii, quum centesimus jam annus sit ab Mam. Aemilio dictatore, tot censores fuerint, nobilissimi fortissimique viri, nemo eorum duodecim tabulas legit? nemo id jus esse, quod postremo populus jussisset, scivit? Immo vero omnes sciverunt; et ideo Aemiliae potius legi paruerunt, quam illi antiquae, qua primum censores creati erant, quia banc postremam jusserat populus: et quia, ubi duae contrariae leges sunt, semper

rumpit, idem Gaertn. interruptis Fragm. Hav.

§. 5. *Hoc est nomen multo, quam Tarquiniorum, infestius vestrae libertati] haec est nomen Voff. 2. et Lovel. 2. Tum quam in Tarquiniorum Gaertn. Deinde nostrae libertati Voff. 1. Lovel. 1. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. atque in margine N. Saepius haec pronomina in Mftis confunduntur. V. infra ad 34, 2, 2. Quamvis autem, ea lectione recepta, Sempronius se unum ex plebe, ad quam gens ejus pertinebat, agnoscet, malo tamen vulgatum, quia eadem forma supra dixit cepistis, vobis comparastis, insedistis, non cepimus, nobis comparavimus, insedimus.*

§. 6. *Quum centesimus jam annus sit] Non omnino rotundum exhibuit numerum, id quod in orationibus saepius fieri solet. Aemilius enim hanc legem tulit anno ab urbe condita cccxxii. hic autem est annus quadringentesimus quinquagesimus quintus. GLAR. Vox illa Jam habet hanc vim, ut centesimum annum jam praeteriisse significet. sic enim res habet. Quod intelliget, qui summam annorum concepiet.*

SIG. *Vocula jam deficit male in Voff. 2. et Lovel. 3. Deinde verbum sit exulat a Voff. 2. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. Mox a Mam. Aemilio Gaertn. Tum nobilissimi fortissimi viri Haverk. nobilissimique fortissimi viri Lovel. 2. 3. Voff. 2. et Leid. 1. nobilissimique fortissimique viri Fragm. Hav. a m. 1.*

Nemo id jus esse, quod postremo populus jussisset, scivit] nemo id jus esset Lovel. 1. nemo id jussisset Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. nemo id inesso Gaertn. Deinde scit Leid. 1. Lovel. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. scit Harlej. et edd. vett. usque ad Aldum, qui scivit substituit. sciare, pro scivere, obcurrit supra 2, 11, 6.

§. 7. *Immo vero omnes sciverunt; et ideo Aemiliae potius legi paruerunt] omnis scivert Voff. 2. et Fragm. Hav. omnes sciverint Leid. 1. et Lovel. 3. Deinde voculam et, quae a prioribus omnibus edd. deerat, primus in contextum recepit J. Fr. Gronovius: cui consentiunt omnes scripti praeter Lovel. 4. Harlej. et forte Florent. in cujus excerptis nihil notari video. Tum legi parvont*

Ob antiquae obrogat nova. An hoc dicis, Appi, non teneri Aemilia lege populum? an populum teneri, se u-

Gaertn. *legi paruerit* Fragm. Hav. *legi paruerint* Leid. 1. In verbis sequentibus *qua primi censores* Leid. 2. in margine, pro *primum*. Sed vulgatum praestat. Non tantum enim primi censores, sed illi etiam, in quorum magistratu lex Aemilia lata est, antiqua illa lege creati sunt.

[*Quia hanc postremum iusserat*] Scribe ex Flor. Voss. utroque, Thuan. Mureti, *hanc postremam*. J. FR. GRON. *hanc postremam* etiam omnes mei et Oxonienses Hearnii codices. Deinde *iusserat populus*, addita ultima voce, non tantum iidem omnes Mss, sed insuper etiam omnes typis excusi usque ad Gruterum, qui in ultima ed. primus eam omisit, lectionem illius servantibus posterioribus editoribus. Sed priorem in contextum revocavi.

Et quia, ubi duae contrariae leges sunt, semper antiquae abrogat nova] Alii in manuscriptis libris legi ajunt, ut Ferrarius [ad Cic. orat. Philipp. 1, 9.] *antiquam abrogat nova*. At ego legi *antiquae obrogat nova*. Est autem *obrogare legi* non tollere legem latam, id enim *abrogare* dicitur, sed novam legem ferre veteris infirmandae causa. SIG. *obrogat* ex vetustissimo exemplari Pithoeus legit in lib. collat. leg. Jud. et Rom. tit. 4. verbis *Prioribus legibus pluribus abrogat*. Sic etiam Sigonius de conjectura restituit. KLOCKIUS. Non est hujus lectionis auctor Sigonius, quam exhibuit seculo ante natum eum in ed. sua Andreas. Vulgo *abrogat*. Pal. *acc. semper antiquae abrogat nova*. GEBH. Non nunc iudicium interponam, utrum antiqui ac probatae auctoritatis scriptores dixerint *abrogare legi*, ut con-

tendunt Pithoeus loco, quem Klockius laudavit, Gifanius in observat. ling. Lat. in voce *abrogare*, ubi etiam Sigonii emendationem sibi displicere testatur, et Paraeus in Lexic. Crit. v. *Abrogare*, alique; licet tamen plerisque testimoniis, quibus id evincere viri docti conantur, controversia moveatur. Id tantum dicam, verius videri, hoc loco legendum esse *obrogat*. Quamvis enim *antiquae abrogat nova* superfit in Voss. 1. a m. 2. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. et Fragm. Hav. *antiquae abrogat nova* in Port. et Haverk. *antiqua abrogat novam* in Lovel. 2. *antiquam abrogat nova* in Gaertn. attamen *antiquae obrogat nova* defendunt optimi Florent. Leid. 1. Voss. 1. a m. 1. Klock. et forte Harlej. ex quo nihil in excerptis notatum invenio; etiam edd. Rom. anni 1473. et Parm. Neque aliter se in Oxoniensibus offendisse, Cl. Hearnii testatus est. [*antiquae obrogat nova* Veith.] His testibus fidem derogare, durum videtur. Accedit, alibi nunquam Livium hac locutione *abrogare legi* usum esse, sed alibi *abrogare legem* dixisse. Ita 39, 36, 4. *Leges vetustissimas abrogatas, inclisamque per gentes Lycurgi disciplinam sublatae*. Et ea forma semper dixit *obrogare alicui magistratum*, non *alicuius magistratum*. At, dicent, *lex abrogatur*, quum tollitur; *legi* autem *obrogatur*, quum mutatur aliquid ex prima lege. V. Ulpian. tit. 1. §. 3. de priori autem hic agi videtur, ideoque *obrogat* ferri nequit, quamdiu nondum idoneis testimoniis probatum sit, optimos scriptores dixisse *obrogare legi*, pro totam legem tollere, eamque infirmare. Verum dari mihi volo, id quod nemo negare posse videtur, *legem contra-*

*num exlegem esse? Tenuit Aemilia lex violentos illos 9
censores, C. Furium et M. Geganium; qui, quid iste*

riam esse, non modo quae omnia antiquioris capita abrogat, sed etiam quae tantam partem ejus immutat. Jam autem ideo potius Livius hic obrogat dixisse contendo, quam abrogat, quia Sempronius, qui hic verba facit, tamen legem contrariam intelligit, quae legi antiquiori obrogat, non eam plane abrogat. Lex antiqua erat illa, qua censoris constituti, eorum munus descriptum, et insuper definitum erat, ut quinquennium honore fungerentur: hujus antiquae legis uni capiti, quod erat de tempore, quo censoris magistratum gererent, lex Aemilia obrogavit; de reliquis capitibus nihil novi statuit.

*§. 8. Te unum extra legem esse) MS. Fuld. te unum exlegem esse. MOD. Consentiant Fuld. membran. Pall. tres, et Camp. editio, te unum exlegem esse. GEBH. Faldenses, Thuan. Pall. tres, duo Voff. Helm. Campanus, te unum exlegem esse. Cicero pro Cluent. 34. Non quo illi aut exlegem esse Sullam, aut causam pecuniae publicae contemptam atque obiectam putarent. J. FR. GRO-NOV. extra legem tantum superest in Lovel. 4. Hearnii Oxon. N. et, ut videtur, Florent. ex quo nihil in excerptis notatum video. Sed exlegem, praeter codd. Gronovio laudatos, praeferunt Lovel. 2. Harlej. Klock. Fragm. Hav. a m. 2. et reliqui Oxonienses. Alii codd. haud multum in diversa abeunt, exhibentes ex lege. Ita est in Leid. utroque, Lovel. 1. 3. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. Plura exempla hujus vocis v. apud Nonium Marc. in v. Illex et Exlex, et in primis hoc Varronis in *Σταμαχία*.*

Postremo quaere; parabis legibus, an non?

Anno exlex solus vives?

Deinde vox *unum* deficit in Gaertner. vacuo tamen spatio relicto. Praeterea in verbis praecedentibus *An haec dicis*, pro *hoc*, Voff. 2. et Lovel. 3. *An hic dicis* Haverk.

*§. 9. Tenuit Aemilia lex violentos illos censores, C. Furium et M. Geganium) lex Aemilia Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Tum violentos illos censores Florent violentus ex poetis jam dudum inlustrarunt lexicographi; alibi tamen hujus vocis ita formatae exemplum neque in Livio, neque in aliis orationis prosaicae scriptoribus obvium fuit: nisi quod *VIOLENS*, cognomen Volumnii consulis, collegae Appii Claudii, memoratur in tabulis Capitolinis ad ann. CDXLVII. unde tamen id deductum sit, incompetens est. Supra vocabulum *violens* nostrum ex cod. minimae fidei restituere conabatur Gebhardus ad 1, 46, 8. (*v. Burm. ad Lucani 6, 37, 7, 125.) verum, quamvis et ex meis unus, sed non melioris notae, accedat, tamen vulgatum ibi servandum docui. *Violentus* enim alibi semper dixit Livius. V. supra ad 6, 31, 4. Pari modo *opulentus* potius, quam *opulens*, Livium dixisse, infra videbimus hoc lib. c. 36, 11. Deinde *M. Furium* Voff. ambo, Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et edd. antiquae pleraeque; nisi quod in Rom. anni 1472. ac Parm. sit *Claudius Furium*. Sed passim *Cajus* mutarunt librarii in *Claudius*. V. ad 5, 26, 2. Ejus loco Ascens. in ed. anni 1513. substituit *Cn. Claudius*, et in margine *C. Clau-**

magistratus in republica mali facere posset, indicarunt; quum, ira finitae potestatis, Mam. Aemilium, princi-
 10 *pem aetatis suae belli domique, aerarium fecerunt: tenuit deinceps omnes censores intra centum annorum spatium: tenet C. Plautium collegam tuum, iisdem auspiciis,*

dus: quomodo deinceps fere omnes editores vulgarunt. Recte. V. supra ad 4, 22, 7. Deinde C. Geganium Haverk. M. Greganium Portug.

Qui, quid iste magistratus in republica mali facere posset, indicarunt) quidquid isto magistratus Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. Gaertn. Haverk. Klock. Hearnii Oxon. N. B. C. et edd. antt. quid iste magistratus Fragm. Hav. τῶς qui omissio, quod a sequenti voce interceptum est. Deinde mala facere Florent. malefacere Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Port. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. et edd. ante Jac. Gronov. qui mali facere vulgari curavit. Vellem, monniffot, utrum ex Mssis. Meorum nullus consentit, nisi forte Voss. ambo, unde in excerptis nihil notatum video. Doujatius etiam mali facere scribendum esse coniecit. Praeterea indicarunt Portug. et ed. Mediol. anni 1505. V. ad Epit. Liv. 63.

Quum ira finitae potestatis) ita finitae potestatis Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 24, 16, 1. ita futurae potestatis Gaertn. ira infinitae potestatis ed. Mediol. anni 1505. cuius lectionis auctor id ita accepisse videtur, quomodo consilibus infinita potestas, id est maxima, adscribitur supra 3, 9, 4. ubi vide. Sed reliqui omnes servant finitae potestatis, id est, minori temporis spatio circumscri-

ptae. De hoc usu verbi *faire* v. Gronov. ad Epit. Liv. 34: Mox belli domi, pro domique, Voss. 2. et horarium, pro aerarium, Lovel. 2.

§. 10. Tenuit deinceps omnes censores intra centum annorum spatium) Tenuit deinde Hearnii Oxon. N. in margine. V. ad 5, 17, 4. et mox §. 21. Hinc intra certum annorum spatium Florent. Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. Literarum N. et R. similitudo erroris causa est. V. ad 8, 21, 5. Paullo ante hoc cap. dixerat Quum centesimus jam annus sit ab Mam. Aemilia dictatore.

Tenet C. Plautium collegam tuum) Pall. sec. tenuit. GEBH. Omnes mei recte in vulgatum conspiciant.

§. 21. Tu unus eximius es, in quo hoc praecipuum ac singulare valeat) Pronomen tu deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. a m. 1. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Verum culpa librorum excidit, interceptum partim ab ultima litera praecedentis, partim a prima sequentis vocis. V. ad 39, 6, 2. Baileenses anno 1539. ediderant ut unus, transpositis literis. id servavit Curio, pro quo manus docta ad marginem ejus ed. coniecit et unus. Deinde eximius es Lovel. 2. quod ex interpretis glossa natum videtur.

cuius, eodem jure creatum. An hunc non, ut qui opti- 11
mo jure censor creatus esset, populus creavit? tu unus
eximius es, in quo hoc praecipuum ac singulare valeat?
Quem tu regem sacrificiorum crees, amplexus regni no- 12
men, ut qui optimo jure rex Romae creatus sit, crea-
tum se dicet? quem semestri dictatura, quem interregno

Eximius enim hic est exceptus, exemptus. Cic. Divin. in Caecil. 16. Quam omnibus Siculis faceret injurias, se illi unum eximum, cui consuleres, fuisse. Verbum et deficit in Leid. 2. Praeterea in quo hic praecipuum ac singulare idem Leid. 2. praecipuum ac singulare Lovel. 2. praecipuum ac singulare Lovel. 4. praecipuum ac singulare Gaertn. Tum non valet Voss. 2. et Lovel. 3. inserta negatione, quam contra in verbis praecedentibus omittunt Lovel. 4. et Portug.

§. 12. Quem tu regem sacrificio- rum crees, amplexus regni nomen] Hoc mihi non magis usquam a- libi lectum est, quam Cl. Dra- kenborchio. V. eum ad 2, 2, 1. Regem sacrificulum praeter eos, qui ibi laudantur, dicunt Ser- vius ad Virg. 2. Aen. 2. et 8, 654. Gell. 10, 15. et Macrobi. 1. Saturn. 15. Regem sacrorum Ser- vius ad B. Aen. 646. 10. Aen. 228. Ovid. 1. Fast. 333. Plinius 11. H. N. 37. et Inscript. apud Fa- brett. 460, 89. DUKER. Quin tu regem margo Oxon. N. apud Hear- nium. Quem tu legem Florent. De hoc errore v. ad Epit. Liv. 89. Tum complexus regni nomen Port. Haverk. et Hearnii Oxon. B.

Ut qui optimo jure rex Romae creatus sit, creatum se dicet] Lo- cus obscurior, quia omisit eam partem orationis Appianae, quam haec verba coarguunt, et in vul- gata etiam interpunctione per-

turbatus est. Festus in Optima; Ut qui optima lege fuerint, adjici solet, cum quidam magistratus crea- antur. Ha verba librariorum vitio transposita sunt, et ad pagi- nam proximam sequentem perti- nent. Non enim tam futilis Fe- stus, ut optimam legem fingeret: quod Scaliger miratur. Cicero secunda de l. agraria [11.] Tum il decemviri eodem jure sint, quo qui optima lege. Philipp. 5, [16.] Demas igitur imperium Caesari: sit pro praetore eo jure, quo qui optimo. Philipp. 11, [12.] C. Cas- sium praesulem provinciam Sy- riam obtinere; ut qui eam optimo jure provinciam obtinuerit. Sene- ca in Ludo. Comae, ut D. Clau- dius ex hac die Deus fiat, ita uti ante eum quis optimo jure factus sit. Formula virginis Vestalis ca- piundae apud A. Gellium 1, 12. utri. quae. optima. lege. fouat. ita. te. Amata: captio. Formula, quae vulgo adhibebatur in creatione omnium magistratum et sacer- dotum, abutebatur ad libidinem suam Appius. Aiebat, se censorem creatum, ut qui optima lege fuis- set: ex ea formula quinquennalem sibi censuram deberi: eam enim de censura optimam legem esse, non legem Aemilianam. Respondet vere tribunus, post legem Aemili- am promulgatam nihil extra men- sium sex et anni spatium largiri eam formulam censoribus. Perin- de facere Appium, ac si rex sacro- rum captans argutias ex voca- bulo regni, quod et ipse ut qui optimo jure creatus sit, Roma-

quinque dierum consentum fore putes? quem clavi figendi, aut ludorum causa, dictatorem audacter crees?
 13 *Quam isti stolidos ac socordes videri creditis eos, qui*

li et caeterorum de septem imperium sibi arrogare velit; dicendam optimam legem de rege Romano esse, quae de imperio Romuli rogata sit atque accepta initio urbis conditae. Item si haec interpretatio valeret, interreges quoque ac dictatores maxime clavi figendi aut ludorum causa dictos, quippe qui omnes, ut qui optimo jure, eadem elusuros ad potestatem sibi augendam. Quare videndum, an cum his conciliari possit, quod habetur apud Festum: *Optima lex: his verbis in magistro populi faciendo, qui vulgo dictator appellatur, quam planissimum possit, jus esse ejus significabatur, ut fuit Manii Valerii, M. F. Volusi Napolitis, qui primus magister populi creatus est. Postquam vero provocatio ab eo magistratu ad populum data est, quae antea non erat, doctum est adjici, ut qui optima lege, neque imminuto jure priorum magistratum. Utebantur et in aliis rebus. Lex Thoria: is. ager. locus. omnis. privatus. itanisi. qui. optima. lege. privatus. est. esse. Sic et lex Rulli apud Ciceronem in tertia agraria [2.] Ulpianus tit. 24. *Ut quod minus pactis verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo jure legatum esset.* J. FR. GRON. De formula ut qui optimo jure v. Brisson. 2. de Formul. p. 134. Recte autem Gronovius monet, ut videamus, an cum his conciliari possint verba Festi in *Optima lex*. Si enim in dictatore creando omissa sunt verba, ut qui *optima lege*, quia postea ab hoc magistratu data est provocatio, eoque ipsius jus ac potestas imminuta est, sequi videtur, eadem etiam omitti debuisse in creandis censoribus, postquam quinquennialis ante cen-*

sura intra sex mensium et anni spatium coacta est; adeoque Apulum ex adjectis verbis nullum cavillationi suae colorem petere potuisse. Verum de hac difficultate aliorum potius iudicium audire malo, quam meum interponere audeo. Videant igitur peritiores, quid dicendum sit. Caeterum *Romas rex creatus* alio verborum ordine Port. et Haverk. Insuper *creatum se dicit* Lov. 2. Portug. a m. 1. Fragm. Hav. a m. 2. Gaerta. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *creatum se dicit* Lovel. 3.

Quem interrogo quinque diebus consentum fore putes] Vet. lib. *quinque dierum*. SIG. Noli introducere lectionem restantem in Pall. tribus et Camp. ed. *quinque dierum*, quoniam vulgata nititur auctoritate vetustissimae editionis. GEBH. *interregno quinque dierum*, ut Sigonianus, et tres Pall. Sunt tamen, qui servant *diebus*, ut possit cogitare *interregni quinque diebus*. J. FR. GRON. *diebus* in nullo apud me cod. exstat, nisi in Harlej. et forte in Florent. unde nulla adfertur varians lectio in excerptis meis. Verum *intervege* est in Voff. 2. *interregni* in Fragm. Hav. Posterior haec lectio favere posset Gronovii conjecturae; prior inducere, ut legamus *quem interregem quinque diebus consentum fore putes*. At *quem ex interregno quinque dierum consentum esse putes* praefert Lovel. 2. Mox *aut ludorum*, pro *aut ludorum*, est in Harlej.

§. 13. *Quam isti stolidos ac socordes videri creditis eos*] *Quam istos stolidos* Harlej. et Haverk.

intra vicesimum diem, ingentibus rebus gestis, dictatura se abdicaverunt, aut qui vitio creati abierunt magistratu? Quid ego antiqua repetam? Nuper intra de- 14

Qui cum isti solidos Klock. O quam isti solidos Gaertn. Vox isti de- erat in Lovel. 2. Deinde aut se- cordes Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. ac se- cordes Voff. 2. Lovel. 3. Gaertn. ac quae- dam ex antt. edd. V. ad 6, 37, 8. et 23, 14, 5. Tum videri credit Lovel. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Mox dictatura a se abdicaverunt Lovel. 3. Hinc initio creati, pro vitio, Lovel. 4. Tum abierit magistratu Voff. 1. a m. 1. abierit a m. 2. ut et Leid. 2. abierit ma- gistratu Lovel. 3. magistratu abierunt Portug. et Haverk.

§. 14. *Quid ego antiqua repetam? Sed quid ergo Fragm. Hav. sol- lemniscribarum aberratione. V. ad 37, 53, 11. et mox hoc cap. §. 15.*

Nuper intra decem annos C. Maenius dictator] Hic quintus est annus. Nam Maenius dictator fuit anno ab urbe condita CDXLI. hic autem, ut jam diximus, CDXLV. quare locus haud dubie corruptus est. Nec obstat, quod jam diximus, numeros non ubique esse rotundos. duplo enim hic auctum numerum quis feret? nisi diversos sit autores secutus Livius. Maenius autem, sive Maenius, trisyllabon legendum. GLAB. Hem! annos? imo dies. Rationes non addam. T. FABER. Apparet scriptum fuisse nota numerali X, quae perperam ita crevit ex V. Legendum enim quinque. JAC. GRON. Supra hoc lib. ad c. 26, 7. vidimus, Fastos Capitolinos dissentire ab annalibus illis, quibus Livius in digerenda historia usus est. Secundum Livium enim C. Maenium semel tantum fuisse dictatorem, et quidem quae-

tionum exercendarum causa, idque ante quinquennium, si et annum, quo dictaturam gessit, et hunc, quo Sempronius orationem illam in Appium habuisse dicitur, simul comprehendamus eo numero: at secundum mar- mora Capitolina eum bis magistratum hunc summum gessisse; primum anno proximo post cladem Caudinam, ut quaestiones exerceat; iterum eo anno, quo Livius eum quaestiones exercuisse narrat, idque ut bello praeeffet. Jam autem veriorum esse sententiam, quam Fasti Capitolini proponunt, sibi persuadet Pighius in Annal. ad ann. CDXXXIII. p. 350. idque etiam ex hoc loco patere, in quo Livius, non annales, ex quibus historiam condidit, sed ipsam P. Sempronii tribuni plebis orationem secutus, ab anno, quo C. Maenius dictator quaestiones exercuit, usque ad hunc annum decem annorum spatium interfuisse scribit: quot praecise anni intersunt, si secundum Fastos Capitolinos C. Maenium dictatorem quaestionibus exercendis dictum statuimus proximo post cladem Caudinam anno. Nihil igitur hoc loco mutandum, sed tantum credendum esse, existimat Pighius, quod jam antea Glareanus suspicatus est, alios auctores secutum esse Livium in definienda dictatura Maenii, alios in concipienda hac P. Sempronii oratione. Opinionem hanc Pighii probarunt etiam Cl. Jac. Perizonius in Animadv. Histor. c. 8. p. 356. et Dodwell. de Cyclis Dissert. 10. sect. 71. Sigonius comment. in Fast. Rom. ad ann. CDXXXIII. conjicit, Maenium eo anno dictatorem rei gerendae causa dictum esse, quod minus

cem annos C. Maenius dictator, quia, quum quaestiones severius, quam quibusdam potentibus tutum erat, exerceret, contagio ejus, quod quaerebat ipse, criminis

placet: ita enim contra fidem omnium codicum, qui uno ore in *decem annos* consentiunt, locus hic emendatione indigeret, quem sanum esse Pighii sententia statuit. Ingeniosa etiam est Cl. Jac. Gronovii conjectura, eaque honori Livii optime consulitur. Eadem etiam Klockio in mentem venit; qui, deleta in contextu voce *decem*, inter versus adscripsit notam numeri quinarum *V*. Solent autem notae numerales *X* et *V* in Mssis saepe confundi. *V*. infra ad 39, 29, 7. Ea admissa, Livius in concipiendo numero annorum rationem habebit utriusque extremi; at secundum Pighium alterius tantum. Utriusque autem rei exempla apud Livium obcurrunt. *V*. ad 4, 20, 8. Faber, *decem dies*, pro *decem annos*, scribendum coniciens, existimat indicari tempus, per quod Maenius dictaturam gessit: eum in sex menses dictatorem creatum intra decimum diem honore se abdicasse. Sed ad mentem Livii non adtendit. Quae etiam Livius de dictatura Maenii refert c. 26. ejusmodi sunt, ut decem dierum spatio peragi non potuisse videantur. Insuper Glareanus, monens *Menius* vel *Maenius* trisyllabon legendum esse, indicare voluit, male in multis edd. antt. *Menenius* trisyllabon legi: quam eandem scripturam perperam etiam servant Lovel. 2. et Harlej. *Morius* vocatur in Voff. 2. et Lovel. 3. *Mevius* in Gaertn. *Memnius* in Lovel. 4. Praeterea *Naper ante decem annos* est in eodem Lovel. 4.

Quia, quum quaestiones severius etc. exerceret, contagio ejus, quod quaerebat, ipsi criminis objectata]

Pall. duo, et Andreas quo quaerebat. GEBH. MSS. fere, quo quaerebat. Non tamen est mutandum. Cicero 2. in Verr. [30.] *Quia iste, quoniam consilium dimisisset, illo die rem quaesiturus non esset.* Sallustius Jug. [31.] *Quae nisi quaesita erunt, nisi vindicatum in noxios.* Seneca Herc. Fur. [579.]

*Et qui fronte nimis criminis istrice
Quaerunt.*

Deinde Pighius [in Annal. ad ann. cdxliii. p. 350.] correctius verba lectum iri putat, si scribamus, quod quaerebat, criminis ipsi. Sed Voff. posterior ipsa, prior ipse: quod admittere possis, si et superius: *dictator, cui, quum.* J. FR. GRON. quo quaerebat Florent. Voff. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. a m. 2. Gaertn. Fragm. Hav. a m. 1. Hearnii Oxon. N. C. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed recte Gronovius vulgatum servat. Infra 32, 26, 10. *Proficisci ad eam conjurationem quaerendam atque obprimendam jussus.* 33, 36, 1. *Etruriam infestam prope conjuratione servorum fecit. ad quaerendam obprimendamque eam M. Acilius praetor missus.* 39, 34, 6. *Nepos Ap-pius, rem evidentem pro dubia quaerendam.* 45, 16, 4. *Ad res capitales quaerendas ex senatusconsulto retentus.* Plinius 2. epist. 11. *No quid ultra repetundarum legem quaeretur.* Deinde quod quaerebat, criminis ipsi scribendum con-jicit etiam Klockius. quod quaerebat, ipsi crimini obiectata manus docta ad marginem edit. Curionis. Verum quaerebat ipsa criminis praefertur Leid. 1. Lovel. 3.

objectata ab inimicis est, ut privatus obviam iret crimini, dictatura se abdicavit. Nolo ego istam in te modestiam: ne degeneraveris a familia imperiosissima et

4. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. *quaerebat ipse, criminis* Florent. Lov. 1. et Klock. quod admitti posse Gronovius judicat, si superius legamus *dictator, cui, quum quaestiones, pro quia quum quaestiones*. Favere potest huic conjecturae, quod *qui quum quaestiones* legant Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. ac C. Passim enim voculae *cui et qui* in Mssis commutantur. V. ad 2, 33, 8. c. 44, 5. 3, 41, 4. infra hoc cap. §. 18. 22, 61, 15. 27, 28, 4. 36, 7, 6. c. 9, 12. 42, 28, 1. Epit. Liv. 48. et ad Sillii 12, 379. V. etiam Cortium ad Sall. Catil. 47. Hunc eundem errorem commissum existimo in Mssis Mediceo Plinii 4. ep. 12. ubi vulgo editur: *Cum in provinciam quaestor exisset, scribamque, qui sorte obtigerat, ante legitimum salarii tempus amisisset*. Medic. autem exhibet *cui sorte obtigerat*; unde Cl. Corte ferri posse existimavit *cui sorte obtigerat*; ego vero legendum puto *qui sorte obtigerat*. Quamvis enim concederetur, aequo bene dici *quaestori sortem obtingere*, ac *quaestorem sorte obtingere*, non tamen ferri posset *quaestorem sorte obtingere scribas*, quem sortitione accipit; nisi simul admitteretur, consulem sorte obtingere lictoribus suis. *sorti* tamen, quod Corte rejecit, ex Medic. pro *sorte* recipiendum puto. V. infra ad 28, 45, 11. Mihi codd. *ipse* praeferentes, non neglegendi videntur; eorumque auctoritate hanc lectionem in contextum admisi. Non tamen necessarium duco, ut propterea *quis* in *cui* mutetur. Facile enim pronomen demonstrativum intelligi potest. Maenius dictatura se abdicavit, quia contagio

ejus, quod quaerebat ipse, criminis objecta est, scil. ipsi. Et ita *qui*, quod nonnulli codd. praefecerunt, natum puto ex aberratione scribarum, qui etiam a libi saepe hoc modo lapsi sunt. V. ad 36, 33, 5. Insuper *quaestiones s'uins*, id est *servius*, Lovel. 1. a m. 1. *quaestiones s'ins*, id est *serius*, a m. 2. et Leid. 2. Tum *exercet* Gaertn. V. ad 40, 14, 3. Tandem *objecta* Leid. 2. Lovel. 1. Haverk. Fragm. Hav. a m. 1. codex Memmianus apud Doujatium, et quaedam ex priscis edd. pro quo tamen recte jam Aldus *objectata* recepit, quemadmodum non tantum reliqui codd. sed etiam edd. Rom. anni 1472. ac Pafm. praefecerunt. Infra 10, 15, 12. *Nobilitas objectare Fabio, fugisse eum* Ap. Claudium collegam. Justin. 12, 16, 4. *Mortuo patrociniū Philippi laudemque paternae militiae objectabas*. Ovidius Epist. 8. Her. 59.

Hermione coram quidquamno objectet Orestae?

V. ad eum locum N. Heimium, ut et Gudium ad Phaedri 2. fab. 9, 10. Error ortus est ex neglecta ultimae syllabae geminatione. V. infra ad 10, 37, 2. Mox *iroq' obviam crimini* alio ordine Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 15. *Nolo ego istam in te modestiam* Nolo ergo Lovel. 3. a m. 1. et Gaertn. V. supra ad §. praec. Deinde, trajectis vocibus, *in te istam modestiam* Fragm. Hav. Mox *ne degeneraveris*, pro *ne degeneraveris*, edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. modo hoc cap. ad §. 2. Voces autem *imperiosissima* et *deficiunt* in Lovel. 2.

Non dico, non hora citus, quam

superbissima: non die, non hora citius, quam necesse est, magistratu abieris; modo ne excedas finitum tem-
 16 *pus. Satis est, aut diem, aut mensem censuræ adji-*
cere? Triennium, inquit, et sex menses ultra, quam
licet Aemilia lege, censuram geram, et solus geram.
 17 *hoc quidem jam regno simile est. An collegam sub-*
rogabis, quem ne in demortui quidem locum subrogari

necesse est] Duæ priores voces neglegentia librarii exulant a Florent. sed non diem, non hora legit Lovel. 2. Deinde non hora cuiusquam necesse est Lovel. 4.

§. 16. *Satis est, aut diem, aut mensem censuræ adijcere] aut mensem censuræ dicere Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. aut mensem censuram eam diceret Voss. 2. et Lovel. 3. aut mensem censura ea diceret Leid. 1. aut mensem censura ea diceret Lovel. 4. Praecipua horum errorum origo est, quod more antiquo adijcere, pro adijcere, scriptum fuerit; ut in Flor. Gaertn. aliisque codd. superest. V. ad 1, 30, 3. Deinde prima litera praecedentibus juncta, et ita *res dices* adjuncta est litera vocis sequentis initialis *t*. alii etiam ex diceret fecerunt duceret, millea obvio errore. aut mensem censuram geram Lovel. 2. Ceterum hiis verbis addidi interrogationem, quam sensum requirere puto.*

*Triennium, inquit, et sex menses ultra, quam licet Aemilia lege] Triennium, inquit ei, sex menses Fragn. Hav. et Lovel. 4. V. ad 41, 15, 6. Triennium, inquit ei, sex mensibus Voss. 2. et Lovel. 3. Triennium, inquit eis, ex mensi Leid. 1. Tum id, pro ultra, Klock. Hinc Aemiliam legem Lovel. 3. Voss. 2. et Fragn. Hav. a m. 1. In verbis sequentibus omittuntur *ea et solus geram* in Gaertn. At*

sola vox geram in Harlej. et edd. Aldina vetustioribus. Insuper etiam *tò jam* in eodem Harlej.

§. 17. *Quem ne in demortui quidem locum subrogari fas est] quem ne inde mortui quidem, perperam in voces divisit literis, quae olim continua serie scribi solebant, Portug. Haverk. et Fragn. Hav. quem ne in mortui quidem Lovel. 1. Male. V. supra ad 5, 31, 7. et infra hoc cap. §. 20. quem ne in demortui quidem loco dedit ultima Gruteri editio: pro quo Gronov. locum reposuit; ejusque mutationis lectorem in prima notatum ed. monuit; quod in posterioribus omisum est. quem in demortui quidem loco nec subrogari fas est Lovel. 2. subrogare Florent.*

§. 18. *Antiquissimum sollemne, et solum ab ipso, cui fit, institutum Deo] antiquissimum sacrum ne, et solum Lovel. 4. Non adsecutus est librarius vocem sollemne, quae tamen in hac re usitatissima est. V. ad 1, 5, 3. c. 7, 14. et Cl. Duker. ad 1, 31, 8. Supra hoc lib. c. 29, 9. Servos publicos sollemnia ejus sacri docuerat. Tum ab ipso, qui fit, institutum Deo Klock. V. supra hoc cap. §. 14. ab ipso, cui sit institutum Deo Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 5, 3, 8. ab ipso cum sit institutum Deo Lovel. 2. Mox a nobilissimis Lovel. 4. et Gaertn. Tum antistibus Florent.*

*fas est? Poenitet enim, quod antiquissimum sollemne, 18
et solum ab ipso, cui fit, institutum Deo, ab nobilissimis
antistitibus ejus sacri ad servorum ministerium religiosus
censor deduxisti. gens antiquior originibus urbis hujus, 19
hospitio Deorum immortalium sancta, propter te ac
tuam censuram intra annum ab stirpe extincta est: nisi
universam rempublicam eo nefario obstrinxeris, quod*

Portug. Lovel. 2. 4. et Gaertn. *antistibus* Leid. 1. Deinde *ad ver-*
sorum ministerium, transpositis li-
teris, idem Leid. 1. Praepositio
ad deest in Portug. a m. 1.

§. 19. *Gens antiquior originibus
urbis hujus*] *Positiam* intelligit,
quae ante adventum Aeneae Her-
culis sacrum faciebat, ut ait l.
1, (7.) SIG. Cl. Ant. Perizonius
in margine Livii monuit, ante
vocem *gens* excidisse videri, quod,
et, vel simile. Verum id quod
mox §. praec. praecessit, unde
satis commode hic repeti potest.
Ceterum *ingens antiquior* Voss. 2.
Tum *originibus hujus urbis* Voss.
1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et
Haverk.

*Hospitio Deorum immortalium
sancta*] *sacra* Pall. tres. GEB-
HARD. Ita et Voss. 2. Lovel. 3.
et Hearnii Oxon. N. (*v. ad 24,
3, 2.) Insuper *auspicio Deorum*
Klock. Mox *propter ac tuam cen-*
suram Florent. pro quo m. 2.
propter hanc tuam censuram emen-
datur. *propter te acta in censuram*
habet Lovel. 4. *propter te aut tuam*
censuram Gaertn.

*Intra annum ab stirpe extincta
est*] *a stirpe extincta est* Fragn.
Hav. *extracta est*, omittis voci-
bus *ab stirpe*, Gaertn. Ceterum
ab stirpe extingui, est funditus
interire, ita ut soboles non su-
persit. *ab stirpe tolli* dixit infra

34, 2, 3. *Virorum omne genus in
aliqua insula conjuratione mulie-*
bri ab stirpe sublatum esse. ab stir-
pe interire Sallust. in Catil. 10.
*Karthago annula imperii Romani
ab stirpe interit. cum stirpe ex-*
stingui, eandem historiam re-
ferens, Livius supra dixit hoc
lib. c. 29, 10. *Omnes intra annum
cum stirpe extinctos*. Ex quo lo-
co etiam *intra annum servandum*
patet. Nam ita etiam Valer. Max.
1, 1, 7. *Omnes, qui erant nume-*
*ro super triginta puberes, intra
annum extincti sunt*. ubi viden-
dus est Colerus. Omnia autem
haec verba ut et duo sequentia
nisi universam desunt in Voss. 2.
Leid. 1. et Lovel. 3. ac 4.

*Nisi universam rempublicam eo
nefario obstrinxeris*] in Pal. sec.
a manu interpolatoris comparet
vel *obstruxeris*, vel *destruxeris*
crimine. Camp. *eo nefario adstrin-*
xeris crimine, quod ominari. GEBH.
ubi universam rempublicam Lovel.
2. Tum *eo nefario abstrinxeris* Flo-
rent. *strinxeris* Haverk. *Obstrin-*
gere in hac re usitatum esse, do-
cuit Cl. Jac. Gronov. supra ad
9, 11, 10. Ita infra 26, 48, 12.
Obstringere perjurio non se solum
summumque caput, sed signa milita-
ria et aquilas, sacramentique re-
ligionem. Praeterea *crimine* ad-
dunt etiam Portug. Gaertn. Ha-
verk. et Fragn. Hav. a m. 2.
[Veith.] Sed, quia vox haec non
quam Livium lectoribus subin-

20 ominari etiam reformidat animus. Urbs eo lustro capta est, quo, demortuo collega C. Julio censore, L. Papi-
 rius Cursor, ne abiret magistratu, M. Cornelium Ma-
 21 luginensem collegam subrogavit. Et quanto modestior illius cupiditas fuit, quam tua, Appi? Nec solus, nec ultra finitum lege tempus L. Papirius censuram gessit, tamen neminem invenit, qui se postea auctorem sequeretur. omnes deinceps censores post mortem collegae se

telligendam reliquisse optimorum codd. eam ignorantium consensu evincit, ex interpolatione librariorum nata sit, non dubito. Mox quo dominari, pro quod ominari, inperite in voces contributis literis, Leid. 2. quo demari Klock. quod dominari Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. ac 4. Hinc se formidat, pro reformidat, Portug. additis tamen notis, quibus *to se* expungendum esse librarius indicare voluit.

§. 20. *Urbs eo lustro capta est, quo, demortuo collega C. Julio censore, L. Papirius Cursor, ne abiret*] Pal. sec. *Urbs eo lustro capta, quo demortuo collega C. Julio censore L. Papirius censor.* GEBH. Verbum est non adparet in Haverk. et Hearnii Oxon. B. Tum demortuo collega exhibet Lovel. 2. praemortuo collega Lovel. 4. de mortuo collega Portug. additis notis, quae doceant, librarium *to de* deleri voluisse. Non recte. V. etiam supra hoc cap. §. 17. Deinde L. Papirius censor idem Portug. Ceterum verba C. Julio censore etc. Maluginensem collegam desunt in Haverk. at verba L. Papirius Cursor etc. finitum lege tempus in Lovel. 4. Mox M. Maluginensem collegam subrogavit est in Hearnii Oxon. L. 1. M. Cornelius Maluginensem subrogavit in Lovel. 2.

§. 21. *Et quanto modestior illius*

cupiditas fuit, quam tua, Appi] Prima vocula non est in Voss. 2. et Lovel. 3. *to fuit* desit in Leid. 2. et Lovel. 1. *fuit illius cupiditas*, transpositis vocabulis, legit Fragm. Hav. *illius cupiditatis fuit* Portug. V. ad 6, 3, 8. Deinde *quam tu, Appi* Leid. 1. Gaertn. et Haverk. Sed ultima litera pronominis *tua* intercepta est a prima vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. Mox *finitum tempus*, omissa media voce, Leid. 2.

Tamen neminem invenit, qui se postea auctorem sequeretur] tum neminem Lovel. 2. V. ad 22, 17, 5. Tum auctorem sequitur Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 2, 56, 7, *sequeretur auctorem* Gaertn.

Omnes deinceps censores post mortem collegae se magistratu abdicaverunt] Pall. pr. et sec. *censores post mortem censoris collegae.* tert. *post mortem censorii collegae.* GEBHARDUS. *omnes deinceps censores* Gaertn. V. paullo ante hoc cap. ad §. 10. Tum *post mortem censoris collegae* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *post morte censoris collegae* Portug. *post mortem collegae censoris* Harlej. Verum addita vox, quam neque Flor. et Klock. neque editi agnoscunt, est ex interpolatione interpretis. Insuper *abdicaverunt* Voss. 1. Leid. 2. Portug.

*magistratu abdicarunt. Te, nec quod dies exit censurae, 22
nec quod collega magistratu abiit, nec lex, nec pudor
coërcet: virtutem in superbia, in audacia, in contemptu
Deorum hominumque ponis. Ego te, Ap. Claudii, pro 23
istius magistratus majestate ac verecundia; quem gessisti,
non modo manu violatum, sed ne verbo quidem incle-
mentiori a me adpellatum vellem: sed et haec, quae ad- 24
huc egi, pervicacia tua et superbia coëgit me loqui; et,*

Haverk. et Fragm. Hav. *abdicarunt* Harlej. *magistratu se abdicarunt* Gaertn. [*collegae censoris se magistratu abdicaverunt* Veith.]

§. 22. *Te, nec quod dies exit censurae, nec quod collega magistratu abiit*] Prima vox abest ab Haverk. Tum *nec quod dies exit censurae* idem Haverk. Male. V. ad Livii 7, 38, 1. *nec quod dies exit censurae* Florent. Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 4. Harlej. Portug. a m. 1. Klock. Fragm. Hav. et odd. Moguntina priores. In similibus passim variasse librarios, infra v. ad 36, 20, 3. Illis tamen, qui hoc loco *exit* substituerunt, partim displicuisse videntur *et abiit* et *abiit* juncta; partim credidisse, jam diu exiisse censurae Appianae diem, quia collega ejus se jam ante magistratu abdicarat. Sed priori respondeo, eadem tempora saepe juncta obcurrere. V. supra ad 3, 46, 9. Deinde alteri, jam ante quidem collegam Appianae magistratu abdicasse, non tamen quod dies censurae existet, sed quod *ob infamem atque invidiosam senatus lectionem verecundia victus* effert, ut docet ipse Livius supra hoc lib. c. 29, 7. *necque dies exit* praefert Lovel. 3. 9; sive *que*, et *quod*, sive *quod*, saepius in Mssis confundi, supra vidimus ad 2, 41, 8. Tum *nec collega* Leid. 2. *no collega* Lovel. 1; *no quod col-*

lega Voss. ambo, Leid. 1. et Gaertner. *noq;* *collega* Lovel. 3. Mox *coërcet* deficit in Harlej.

Virtutem in superbia, audaciam in contemptum Deorum hominumque ponis] Antiqua lectio, *virtutem in superbia, in audacia, in contemptum Deorum hominumque ponis. GELEN.* Antiquiores editiones *audaciam in contemptum Deorum.* Sed, ut vulgatum est, edidit Gelenius, habentque Pall. duo, ut et Campani ed. Palatinus *sec. virtutem in superbiam, in audaciam, in contemptum Deorum hominumque ponis. GEBH.* Pal. sec. Gebhardi consentiunt Haverk. et Harlej. nisi quod posterior servet *hominumque.* Particulam *que* ignorat etiam Portug. *virtutem in superbia, in audacia contemptum Deorum hominumque ponis* legit Lovel. 4.

§. 23. *Pro istius magistratus majestate ac verecundia, quem gessisti*] Duae priores voces exulant ab Haverk. Deinde *verecundia, quam gessisti* Leid. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 6, 3, 8. *verecundia, quem egisti* Lovel. 2. quomodo fere supra locutus est 8, 26, 7. *Prerogatio imperii non ante in ullo facta, et acto honore triumphus.* Sed aliorum in vulgatum consensus efficit, ne quid mutandum censeam. Simili modo variasse li-

25 nisi Aemiliae legi parueris, in vincula duci jubebo: nec, quum ita comparatum a majoribus sit, ut, comitiis censoriis nisi duo confecerint legitima suffragia, non renunciato altero comitia differantur, ego te, qui solus censor creari non possis, solum censuram gerere patiar.

brarium cod. Fuld. modo observavit Modius hoc cap. ad §. 25. V. plura ad 22, 28, 1.

Ne verbo quidem inclementiori a me adpellatum vellem] nec verbo quidem inclementiori Harlej. V. ad 1, 10, 3. ne verbo quidem inclementiore Lovel. 2. 4. Tum adpellatum a me Lovel. 4. Voces a me exulant a Gaertn.

§. 24. *Sed et haec, quae adhuc egi, pervicacia tua et superbia cogit me loqui] sed haec, quae adhuc egi Harlej. sed hoc, quae adhuc egi Fragm. Hav. a m. 1. sed et hoc, quae adhuc egi a m. 2. sed et haec, quae egi Leid. 2. Tum pertinacia tua Portug. Harlej. et Haverk. [Veith.] quod ex interpretis glossa receptum puto; qui indicare voluisse videtur, pervicaciam hic malo sensu pro pertinacia sumi. Nam, teste Nontio, Pervicacia et Pertinacia hoc distant; Pervicacia est interdum bonarum rerum perseverantia; Pertinacia semper malorum. Certe pervicax malo sensu etiam infra obcurrit 42, 62, 7. Quod si Romani tum quoque insita pertinacia aequa adspervenerunt, Deos hominesque et moderationis Persae, et illorum pervicacis superbiae futuros testes. pervicacia iusta est in Lovel. 2. V. supra hoc lib. ad c. 23, 11. Tum cogit me loqui idem Lovel. 2.*

In vincula duci jubebo] Vet. lib. se in vincula. SIG. To te spernunt Pall. duo, totidemque vetusti editi. GEBH. te non superest apud me, nisi in Harlej. Portug.

Gaertn. et Haverk. neque id Hearne in Oxoniensibus, nisi in uno B. inventi. Deinde duci jubeo Lovel. 1. 2. Haverk. et Heurnii Oxon. L. 1. V. supra ad 3, 56, 4. Hic tamen conspiratio optimorum codd. in vulgatam lectionem efficit, ut eam servandam judicem.

§. 25. *Nec quum ita comparatum a majoribus sit, ut comitiis censoriis] Nam quum ita Haverk. Neque quum ita edd. principes. Deinde a majoribus compertum sit Haverk. V. infra ad 39, 29, 5. a majoribus comparatum sit Portug. comparatum a moribus sit. (?) Alibi etiam mores et majores commutantur. V. vitos doctos ad Taciti 2. Ann. 2. Hinc comitiis censoribus idem Portug. V. ad 22, 8, 7.*

Nisi duo confecerint legitima suffragia, non renunciato altero] ubi duo Lovel. 2. V. supra hoc lib. ad c. 5, 3. nisi duos Portug. a m. 2. Tum confecerint legitima suffragia Florent. et Leid. 1. conficerens legitima suffragia Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. conficerent ut legitima suffragia Haverk. confecerint ut legitima suffragia Harlej. et Portug. in quibus to us perpetam repetitum videtur ex vocis praecedentis literis finalibus. V. supra ad 7, 42, 8. fecerint legitima suffragia Klock. confecerint legitima suffragia edd. antiquiores, pro quo Ascens. confecerint recepit, altero in marginem reiecto. Hinc non renunciatio altero Leid. 1. non renunciatio altero Ha-

Haec taliaque quum dixisset, prendi censorem, et 26 in vincula duci iussit. Adprobantibus sex tribunis actionem collegae, tres adpellanti Appio auxilio fuerunt; summaque invidia omnium ordinum solus censuram gessit.

verk. non renuncians altero Lovel. 2. et 3.

Ego te, qui solus censor creari non possis, solum censuram gerere patiar?] Manuscriptus Fuldensis, inducta interrogationis nota, et addita negativa, *ego te, qui solus censor creari non possis, solum censuram agere non patiar.* MOD. Aut figenda nota interrogationis post *to patiar?* aut legendum ex Pall. omnibus casibusque impressionibus, *solum censuram gerere non patiar.* GEBH. *censuram gerere non patiar* Voff. 2. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. [Veith.] et priores edd. Verum licet interrogandi nota, quae male in quibusdam edd. post *patiar* reperitur, tollatur, non tamen necesse est, ex codd. modo laudatorum auctoritate negandi particulam interponi. Praecessit enim in princ. §. *to Nec*, unde haec pendent. Ita autem cohaeret oratio: *Nec ego te solum censuram gerere patiar.* Id animadvertit Ascens. quare, quum eaderet *neque* etc. *gerere non patiar*, in prima ed. anni 1510. substituit *neque gerere nunc patiar.* sed triennio postea *atque gerere non patiar.* Verum, quum neutra lectio ullius codicis fide nitatur, praefat, ut praeferamur lectionem vulgo existentem *nec gerere patiar*, cujus Aldus auctor existit: ea enim auctoritate optimi Florent. et Voff. 1. firmatur. *Ge-terum qui solum censor creari non possis, solum censuram gerere* Gaert-

ner. qui censor creari non possis solus, censuram gerere Portug. *qui censor creari non possis, solum censuram gerere* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Haverk. Quod autem *censuram agere* praeferat Fuldens. apud Modium, quum nullus praeterea consentiat, id potius librariis adscribam, qui a libi saepe ita variare soliti sunt. V. modo hoc cap. ad §. 23.

§. 26. *Haec taliaque quum dixisset*] *Haecque quum dixisset* Leid. 1. *Haec talia quum dixisset* Lovel. 4. [Veith.] sed ibi *to* que interceptum est a voce sequenti. V. infra ad 38, 40, 7. *Haec et talia* Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. *Haec et alia* Haverk. et Harlej. Ita etiam supra variasse librarios vidimus ad 5, 2, 13. Hic vero nihil mutandum puto, quia optimi consentiunt in vulgatum. Prima litera vocis *talia* hausta est a finali particulae *et*. V. ad 2, 44, 6.

Prehendi censorem, et in vincula duci iussit] Lege ex Pall. *prendi censorem.* Sic mox ex iisdem c. 36. *No qua inter colloquia insignit nota haesitantes deprendi possent.* V. supra 2, 56. et 8, 33. Infra 25, 4. restitui ex Pall. binis MSS. *Ac, ni vades daret, prendi a viatore, atque in carcerem duci iusserunt.* 29, 21. *Us, quod suum quisque cognosceret, (princ. cognosset) prenderat.* Ita Pall. tres. GEBH. *prendi censorem* in contextum recepit Gronovius. Et ita praeferrunt omnes scripti, praeter Voff. 2. Harlej. et Haverk. in quibus

1 XXXV. Dum ea Romae geruntur, jam Sutrium ab Etruscis obsidebatur: consuli que Fabio, imis montibus ducenti ad ferendam opem sociis tentandasque munitiones, si qua posset, acies hostium
2 instructa obcurrit; quorum ingentem multitudinem quum ostenderet subjecta late planicies; consul, ut loco paucitatem suorum adjuvaret, flectit paululum in clivos agmen, (aspreta erant strata saxi)

solis *prehendi* obcurrit. V. supra ad 2, 56, 11. Tum *in vincula duci* Voff. 1. V. supra ad 3, 56, 11. Mox *auxilio fuerant*, pro *fuerunt*, Florent. Deinde *to solus* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 1. *Consulique Fabio imis montibus ducenti ad ferendam opem sociis*] Pal. sec. *invis montibus*. reliqui *in hiis montibus*. GEBH. *invis montibus* etiam Harlej. Portug. et Haverk. Idem etiam placuisse videtur librario Gaertn. qui tamen *invis* per errorem dedit. *ititis montibus* Lovel. 2. *in hiis montibus* Voff. 2. *in his montibus* Lovel. 3. *in iis montibus* ed. Rom. anni 1472. Paulo ante *Cum ea Romae geruntur*, pro *Dum*, Harlej. Saepissime ita variant scribae. V. ad 1, 40, 7.

Tentandasque munitiones, si qua posset, acies hostium instructa obcurrit] Pall. pr. tertiusque *concurrit*. Campan. *occurrerit*. GEBH. *si quas posset* Leid. 1. et Lovel. 4. Male. *si qua* enim est si aliqua parte, si aliqua ratione, ut notum. *signa posset* Voff. 2. et Lovel. 3. Post has voces perperam vox *agmini* inseritur in Gaertn. et Fragm. Hav. Tandem *concurrit* Voff. 2. et Lovel. 3.

§. 2. *Flectit paululum in clivos agmen*] Pall. pr. sec. [?] et Campan. *deflectit*. Pal. sec. *confectis*

paululum in clivos agmen. GEBH. *et flectit paululum* Florent. et Leid. 1. Sed *vocula et perperam* repetita est ex praecedentis dictionis literis finalibus. V. ad 39, 18, 8. *deflectit paululum* Voff. 2. Lovel. 3. Portug. Fragm. Hav. et Gaertn. *confectit paululum* Haverk. V. ad 36, 9, 8. *flectit in clivos paululum* Harlej. In praecedentibus *to quum* exsulat a Lovel. 2.

(*Aspreta erant strata saxi*) *inde signa in hostem obvertit*] Male Pal. sec. *aspera*. Supra c. 24. *Ad haec saxa erant, et temere jacentia (ut fit) in aspretis*. 27, 18. *Per aspreta primum nihil aliud, quam via impediti iero*. Sic enim ibidem legendum, licet habeant MSS. omnes *aspera*. 36, 15. *En aspreta rupesque interjectas habet*. 35, 28. *Tabernacula statueri in aspretis et inaequali solo difficile erat*. GEBH. *aspera erant* Harlej. et Haverk. *cuncta erant* Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] V. supra hoc lib. ad c. 24, 6. *aspera erant* Florent. et *aspreta erant* Leid. 2. *aspreta erat* Fragm. Hav. *flectit paululum agmen in clivos, aspera, tuta saxi: inde signa praefert* Klock. Deinde *in hostem vertit* Harlej. Male. V. supra ad 6, 24, 7.

§. 3. *Omnium, praeterquam multitudinis suae, qua sola fresti erant,*

inde signa in hostem obvertit. Etrusci, omnium, 3
 praeterquam multitudinis suae, qua sola freti erant,
 inmemores, proelium ineunt adeo raptim et avide,
 ut, abjectis missilibus, quo celerius manus conse-
 rarent, stringerent gladios, vadentes in hostem.
 Romanus contra nunc tela, nunc saxa, quibus eos 4
 adfatim locus ipse armabat, ingerere. Igitur scu- 5
 ta galeaeque ictae quum etiam, quos non vulnera-

*inmemores] praeterquam multitu-
 dinem suae Haverk. Tum qua sola
 freti erant Gaertn. Mox adeunt
 raptim, pro adeo raptim, Lovel.
 4. adcorruptum Klock. Eodem modo
 ruptus et raptus commutari so-
 lent. V. supra ad 8, 39, 12. Dein-
 de adjectis missilibus, pro abje-
 ctis, Harlej. V. ad 3, 37, 4.*

*Quo celerius manus consererent,
 stringerent gladios, vadentes in
 hostem] manus conferrunt Harlej.
 cum edd. Rom. anni 1479. et
 Parm. Locutiones conserere et
 conferre manus saepe commutat-
 tur. Exempla v. ad 9, 5, 10. Tum
 stringerentque gladios Voss. 1. a m.
 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde
 in hostes Harlej. et Hearnii Oxon.
 L. 2. V. ad 5, 50, 2.*

*§. 4. Romanus contra, nunc tela,
 nunc saxa, quibus eos adfatim locus
 ipse armabat] Pall. pr. et tert. Ro-
 manus. Forte ἀρΧαϊκῶς. sec. Roma-
 nus nunc tela. GEBH. Romanus con-
 tra Voss. duo, Leid. duo, et Lo-
 vel. 1. 3. ac 4. quod ἀρΧαϊκῶς pro
 Romanus positum esse, nulla est
 verisimilitudo; sed potius inde
 ortum est, quod errantes libra-
 rarii crederent, contra hic esse
 praepositionem, quae, licet post-
 posita, regeret tamen vocem
 praecedentem Romanus. Sed Ro-
 manus contra Harlej. Lovel. 2. et
 Hearnii Oxon. C. (Velth.) neque
 inde differant Portug. Haverk.*

*et Oxon. B. nisi quod etiam vo-
 cem contra omittant. His autem
 librarlis inmerito numerum sin-
 gularem displicuisse, patet ex
 illis, quae notantur ad 3, 2, 11.
 Vocem contra ignorat etiam Hear-
 nii L. 1. licet Romanus seruet.
 Deinde non tela, non saxa Leid.
 2. et a m. 2. Lovel. 1. ex scriba-
 rum errore. V. ad 9, 7, 5. Prius
 nunc exulabat a Voss. 2. Hinc
 locus adfatim ipse Leid. 1. adfa-
 tim ipse locus Lovel. 2. Ceterum
 Cl. Ant. Perizonius ad verba nunc
 saxa, quibus eos etc. in margine
 Livii notavit, ulcus latere, ac
 locum medicinae indigere, cu-
 jus suspicionis causam non vi-
 deo. Mox gerere, pro ingerere,
 Gaertn. Sed ingerere in hac re
 proprium verbum Livio. 2, 65,
 4. Saxa obficientia pedibus inge-
 rit in subruentes. 36, 18, 5. Glan-
 des et sagittas, simul ac jacula in-
 gerebant. et alibi.*

*§. 5. Scuta galeaeque ictae quum
 etiam, quos non vulneraverant,
 turbarent] scuta galeaeque ictae
 Voss. 1. Leid. 2. Harlej. Hearnii
 Oxon. N. et edd. principes, nisi
 quod Parm. dederit ictas. Id dein-
 de Aldina, eamque secutae re-
 centiores omnes servarunt. Ne-
 que aliter praeferrunt reliqui ca-
 lamo exarati. Utrumque dici pot-
 est. Vulgatum defendit locus Sal-
 lust. in Catil. 10. Otium, divitiis,
 optandae alius, oneri miseriamque*

verant, turbarent, (neque subire erat facile ad propiorem pugnam, neque missilia habebant, quibus 6 eminus rem gererent) stantes et expositos ad ictus quum jam satis nihil tegetet, quosdam etiam pedem referentes, fluctuantemque et instabilem aciem, redintegrato clamore, strictis gladiis hastati 7 et principes invadunt. eum inpetum non tulerunt Etrusci, versisque signis, fuga effusa castra repetunt. Sed equites Romani, praevecti per obliqua

fuere. alterum locus in Jug. 17. *Quae loca et nationes minus frequentata sunt.* V. quae Cortius hic et illic variisque aliis ad Salust. locis notavit. Unde praestantiorum codd. fide nixus nihil muto. *Hinc ita ut etiam quos Gaertner. et Fragn. Hav. nam etiam quos Haverk. et jam quos Harlej.*

(*Quibus omnibus rem gererent*) *vos gererent* Gaertn. a m. 1. Utrumque *gerere rem*, et *res*, Livio in usu fuit. V. ad 3, 70, 10. ubi similiter variabant codd. Eadem etiam varietas obcurrit 8, 9, 3. Melius itaque est, ut et plurimum et meliorum codicum scripturam servemus. Paulo ante *facilis*, pro *facile*, est in Harlej.

§. 6. *Stantes et expositos ad ictus quum jam satis nihil tegetet* Pall. pr. et tert. *ad ictus.* GEBH. Ita et Voss. 2. a m. 1. et Lovel. 3. V. ad 26, 40, 10. *expositos ad ictus* aberrans Harlej. Vocem *stantes* omisit librarius Lovel. 3. Praeterea *quum satis nihil tegetet*, alia voce omissa, Voss. 2. *quum jam nihil satis nihil tegetet* Leid. 2. et Lovel. 1. *quum jam satis tegetet nihil* Fragn. Hav.

Fluctuantemque et instabilem aciem] Vet. lib. *fluctuantemque et instabilem aciem.* SIG. Pall. tres, et

Campan. *fluctuantemque et instabilem aciem.* GEBH. Similiter et omnes mei, nisi quod *fluctuantemque instabilem aciem* praeferebat Lov. 1. [*fluctuantemque* Veith.] Paulo ante in verbis proximis *quosdam et pedem referentes*, pro *etiam*, Haverk. V. ad 22, 47, 9.

§. 7. *Eum inpetum non tulerunt Etrusci] tum inpetum non tulerunt* Voss. 2. et Lovel. 3. quomodo etiam alibi aberrarunt librarii. V. ad 5, 33, 11. 10, 7, 3. c. 11, 4. 21, 22, 8. 22, 23, 10. et alibi. *cum inpetum non tulerunt* Haverk. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. *impetum enim non tulerunt* edd. Rom. anni 1472. et Parm. In verbis sequentibus *effusa fuga*, *trajectis vocabulis*, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. *pene fuga effusa*, addita voce, Klock. *versisque signis pugnae*, *fuga effusa* edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Praevecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent] *praefecti per obliqua campi* Gaertn. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. Sed error hic ortus videtur ex vitiosa pronuntiatione verba praecuntis, qua eadem ratione etiam *provectus* et *profectus* confundi solent. V. ad 21, 2, 4. *praevenit per obliqua campi, quum*

campi, quum se fugientibus obtulissent, omisso ad castra itinere, montes petunt. Inde inermi pene 8 agmine ac vexato vulneribus in silvam Ciminiam penetratum. Romanus, multis millibus Etruscorum caesis, duodequadrageinta signis militaribus captis, castris etiam hostium cum praeda ingenti potitur. Tum de perseguendo hoste agitari coeptum.

XXXVI. Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quam nuper fuere Germanici saltus,

in fugientibus obtulissent Klock. Male. *praevecti* est praetervecti. Infra 24, 44, 10. *Praeter undecim fasces equo praevectus senex.* ubi vide. *per publica* etiam Voss. 1. a m. 1. Literas C et QU commutari passim, supra dictum est hoc lib. c. 2, 15.

§. 8. *In silvam Ciminiam penetrans*] Antiqua lectio *in silvam Ciminiam penetratum.* GELEN. Ita non tantum etiam omnes scripti mei, sed ex editionibus quoque Rom. anni 1472. ac Parm. Ceterum haec verba cum tribus seqq. desiderantur in Leid. 2.

Romanus, multis millibus Etruscorum caesis, duodequadrageinta signis] *multis militibus Etruscorum caesis* Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Klock. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. *multis militibus caesis Etruscorum* Leid. 1. *multis caesis militibus Etruscorum* Gaertn. V. ad 23, 41, 10. Tum *duodecim signis* Lovel. 4. Mox *positum*, pro *potitur*, Lovel. 2.

De perseguendo hoste agitari] *de sequendo hoste* Lovel. 2. *de persequenti hoste* Leid. 1.

§. 1. *Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda*] *Ciminia* Fragment. Hav. a m. 1. Et ita passim varii alii codd. praefecerunt infra hoc et cap. seq. Cu-

miniam Portug. hic et saepe infra. V. Doct. Oudend. ad Front. 1. Strateg. 2, 2. Deinde *magis tunc invia* Fragm. Hav. V. ad 2, 12, 15. *magis tunc invia* Portug. a m. 1. et Haverk. V. ad 22, 17, 5. Hinc *at horrenda* Lovel. 1. a m. 1. *ac horrenda* a m. 2.

Quam nuper fuere Germanici saltus] *Sylvam Herciniam*, opinor, vult dicere, cujus magnitudinem si Ciminiae sylvae comparat, impar erit, ne dicam inepta comparatio. Si densitatem, qui id scire potuit Livius. Id vero haud immerito optimo cuique mirum videri potest, qua via Galli tam cito a Clusio Romam venire potuerint, si haec tam horrenda silva penetranda erat. Quod si aliud iter ex Hetruria Romam ducebat, qua de causa Q. Fabius consul eo non est usus? Longius erat, inquit: quid tunc postea? Veturius Posthumiusque non erant in oculis? sed hoc est historiam scribere. Quid autem sibi vult, quod ait, *Neminem praeter ducem ipsum intrare ausum*, quid hic non intravit? Deinde *omnibus aliis cladis Caudinae nondum memoriam abolevisse*, statim autem consulis fratrem speculatum se iturum profectum? haec qui cavillari volet, nonne habet, quo se tueatur?

nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. eam intrare haud fere quisquam, praeter ducem ipsum, audebat. aliis omnibus cladis Caudinae nondum

GLAR. Caesarem intelligit, qui, ut ait Florus [3, 10, 14.] Germanos hostes Hercyniis quaesivit in silvis; sed in saltus et paludinos genus omne diffugerat. Et de bello Etrusco [1, 17, 3.] Ciminus interim saltus in medio, ante in-vius, plane quasi Calidonus vel Hercynius. SIG. Disputat heic mirifice Glareanus. Locum egregie explicat Florus 1, 17. Ciminus interim saltus in medio, ante in-vius, (plane quasi Calidonus vel Hercynius) adeo tunc terrori erat, ut senatus consuli denunciaret, ne tantum periculi ingredi auderet. Comparatur res Romana ejus saeculi cum sequentibus saeculis. GRUTER.

Nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita] Pall. pr. ac tert. nulli ad eam ne mercatorum quidem abdita ea intrare aut fere quisquam praeter ducem ipsum audebant. sec. nullus ad eam diem ne mercatorum quidem abdita ea intrare aut fere etc. Vulgatum expressit Campan. GEBH. nullus ad eam diem ne mercator quidem abdita ea intrare Haverk. Et ita Harlej. etiam, nisi quod mercatorum servet. nulli ad eam diem ne mercator quidem abdita ea intrare Fragn. Hav. nullus ad eam ne mercatorum quidem abdita ea intrare aut fere quisquam praeter ducem ipsum audebant Voff. 1. et Lovel. 3. abdita ea intrare aut fere quisquam etiam Lov. 2. et Gaertn. abdita ea intrare haud fere quisquam Leid. 1. et Portug. a m. 1. Adparet, pleraque haec lectionum monstra inde nata esse, quod librariis displiceret locutio nulli adita pro a nullo. Sed v. quae

supra notantur ad 6, 11, 4. nulli ne mercatorum quidem ad eam diem adita Lovel. 4.

Eam intrare haud fere quisquam, praeter ducem ipsum, audebat] De Ciminia silva sermo est, tum adhae invia Romanis, ceterum membranae habent ea intrare. MOD. ea intrare non modo praefertur codd. in his verbis aperte vitiosi, quorum scripturam ad proxime praecedentia retuli, verum insuper etiam Florent. Lovel. 4. et Klock. quod eodem modo accipi potest, quo ingressi via infra 10, 35. ubi v. quae ad §. 4. notantur. et ita intrare porta infra 41, 9, 6. Lupus etiam quum Collina porta intrasset. Praefero tamen eam intrare. Nam intrare porta Collina est per portam Collinam intrare urbem, quomodo porta Collina urbem intrare supra dixit Liv. 3, 51, 10. Et ita intrare silvam Ciminia foret per silvam illam intrare in aliam regionem, quod hic a mente Livii alienum est. Puto igitur in multis illis codicibus ultimam litteram tot eam haustam esse a prima syllaba sequentis vocis. V. ad 37, 29, 5. Deinde audebant Gronov. ex Mffis probat infra ad 36, 16, 6. ut et supra 7, 19, 2. Illa tamen lectio apud me non superest, nisi in corruptis Voff. 1. et Lovel. 3. Et sane, quisque verbo plurali jungi, multis exemplis probatum est ad locum posteriorum Livii; at, quisquam etiam eodem modo construi, nondum inveni. Ratio etiam differentiae aperta est. quisque enim plurium, at quisquam tantum unius significationem habet. Vulgatum itaque servandum puto.

dum memoria aboleverat. Tum ex iis, qui aderant, (consulis fratrem M. Fabium, Caesonem alii, C. Claudium quidam matre eadem, qua consulem, genitum tradunt) speculatum se iturum professus,

Clevis Candinae nondum memoria aboleverat) Salvinus ad manum ed. cum qua cod. Florent. contulit, coniecit legendum esse *aboleverat*. Ita infra 22, 52, 7. *Suspectaque ei gens erat, ut alia vetustate abolevisset, ob recentem Bojorum perfidiam*. 38, 43, 8. *Ventrem et obsoletam viam ingressas Ambracidas dixit*. Sed, nisi quod *aboleverat* praeferat Lovel. 4. *aboleverat* superest in omnibus scriptis et editis, eaque lectio Livio indigna censi nequit. Saepe enim *abolescere*, forma activa, posuit significatione passiva, pro aboleri. Supra 1, 23, 3. *Donoc cum re nomen quoque vetustate abolevis*. ad quem locum v. quae notantur.

§. 2. *Tum ex iis, qui aderant, consulis fratrem M. Fabium, Caesonem alii, C. Claudium quidam, matre eadem, qua consulem, genitum, tradunt speculatum se iturum professum*) Vetus scriptura, *Tum ex iis, qui aderant, consulis frater (M. Fabium, Caesonem alii, C. Claudium quidam, matre eadem qua consulem genitum tradunt) speculatum se iturum professus*. GELEN. *Tum ex iis, qui aderant, consulis frater (M. Fabium Caesonem alii Gelenius, dixit totum fratrem, et mox professus, ubi antea professum*. De posteriori consentit Th. et alii nobis visi, non de priore. Nec sane apparat ex sequentibus, magis extra dubium ponere Livium, frater fuerit, necne, quam quo nomine fuerit. *Ex iis, qui aderant, ait: quasi diceret, non convenit inter auctores de persona, non de nomine. quidam hoc tantum,*
Liv. Tom. V. P. 1.

unum narrant e comitibus consulis fuisse, alii amplius consulis fratrem; et sic quoque diversum nomen et gradum faciunt. Nam quomodo *professus* dicatur, cum quis non fuerit nominatus, ostendimus 4. Observ. 4. Similimum Sallustii Jug. (93.) *Marius cum Liguro, promissa ejus cognitum, ex praesentibus misit: quorum uti cujusque ingenium erat, ita rem difficilem aut facilem nuntiavero*. Is autem error Gelenii est, quod aut uni homini duo facit praenomina, aut *Caesonem* cognomen; quorum neutrum patitur Romana ratio: nam *Caeso Fabius, Caeso Quinctius* praenominibus a Livio appellantur: nec duplici praenomine simul usi Romani exemplum est ullum, praeterquam, quod fingunt, Servii Sulpicii. Sed de hoc alias disputabimus. Itaque reserandum putavi olim totum M. sed mitius rem expediri distinctione: *consulis fratrem Marcum Fabium, Caesonem alii, C. Claudium quidam*. Primum dicitur intolletu vocis *quidam vel alii*: quod genus loquendi liberavimus insolentiae crimine ad illud 3, (37, 8.) *Virgis caedi, adii securi subjeti*. Foret integrum: *Consulis fratrem, et quidam Marcum Fabium tradunt fuisse nomen, (est enim id idem; quod sunt qui tradunt) alii Caesonem Fabium, quidam C. Claudium, etc. Florus (1, 17, 4.) fratrem, Frontinus 1, 2, 2.) fratrem Fabium Caesonem* appellat, non quasi aliquid certius, aut aliunde acceperint, sed brevitate ergo. J. FR. GRON. Verum est, plerosque codd. lectionem a Gronovio restitutam pro-

T

3 brevique omnia certa adlatrum. Caere educatus apud hospites, Etruscis inde literis eruditus erat, linguamque Etruscam probe noverat. Habeo aucto-

bare. Si tamen excerptis optimi Florent. cura Cl. Salvinii cum editis collati, fidem habere possim, is codex stat a parte Gelenii. Pauci in quibusdam mutant: *consulis frater, M. Fabium*, ut Gelenius volebat, quodque se in nullo cod. vidisse Gronovius nulladicabat, praefert etiam Portug. a m. 2. licet cum Haverk. mox servet *professum*. singularis lectio, *Tum ex his, qui aderant, consulis frater M. Fabius Caesonius, alii C. Claudium, quidam matre eadem, qua consulem, genitum eum tradunt, speculatum se iturum professus* occurrit in Lovel. 4. Cl. Jac. Perizonius ad marginem Livii notavit, sibi legendum videri, *Tum ex his, qui aderant, consulis frater, eum Fabium Caesonem alii, C. Claudium quidam* etc. Vel certe, praenomine *M. deleto, Tum ex his, qui aderant, consulis frater, Fabium Caesonem alii, C. Claudium quidam* etc. adscripto etiam hoc loco ex 10, 41, 5. *Sp. Nautius (Octavium Mestium quidam eum tradunt) dux alaribus cohortibus erat.* Vel denique se adsentiri Gronov. 4. Obs. 4. p. 51. emendenti *Tum ex his, qui aderant, (consulis fratrem Fabium Caesonem alii, C. Claudium quidam)* etc. Verum sententiam ibi propositam Gronovius hoc loco revocavit, ut nimis a lectione codicum discedentem: in omnibus enim Mstis praenomen *M.* constanter superest. Mihi itaque emendatio vel Gronovii, notis ejus ad hunc locum expressa, vel Gelenii praecipue probatur; hanc unici codicis auctoritas, illam plurium Mstorum consensus tuentur. Penes lectorem itaque eligendi arbitrium esto. Gronovium autem, credentem, Ge-

lenium aut uni homini duo fuisse pronomina, aut *Caesonem* cognomen, et hinc praesertim emendationem ejus rejicientem, decaperunt operae typographorum, interpunctionem Gelenii vitiantes. Is enim locum ita distinxerat, quemadmodum nunc in nota ejus restitui, ac distinctionem illam Frobenius tum in contextu Liviano, tum in notis ejus, ut et postea plures alii receperunt. Secundum eam Livius adfirmat, omnino fuisse fratrem consulis, qui se speculatum iturum profusus est, non convenire tamen inter scriptores rerum de ejus nomine: quosdam enim velle, fuisse consulis fratrem germanum, vel *M. Fabium*, vel *Caesonem Fabium* dictum; alios, fuisse ejus fratrem uterinum *C. Claudium*. Primus deinde Modius in edit. Francof. anni 1688. distinctionem Gelenii inter voces *Fabium, Caesonem* omisit in ejus notis, idem deinde Gruterus fecit in contextu Liviano. Eundem etiam errorem in contextu edd. Gronovii operae typographorum commiserunt, sine interpunctione *M. Fabium Caesonem alii* exhibentes: quod ne ullus quidem recentiorum editorum emendavit. Quod autem ad Sulpicios, quibus duo praenomina hic adducta esse Gronovius uno tantum verbo addit, eorum ita sententium, in primis autem And. Schotti sententiae se pluribus opposuerat in addendis ad primam notarum ed. p. 748. verum omnem hanc disputationem in posteriori, quam hic secutus sum, omisit, quasi de ea re latius alias acturus. Causa forte est, quod scrupulum injecerit Rupertus, qui per

res, vulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Graecis, ita Etruscis literis erudiri solitos. Sed propius 4 est vero, praecipuum aliquid fuisse in eo, qui se

occasionem se eum hac de re moniturum scribit ad Reines. V. Epist. Reines. ad Rupert. p. 604. Et recte. Quibusdam enim Sulpiciis revera duplex praenomen in nummis et apud scriptores tributum esse, et quidem praenomen *Servinae* cum alio praemisso, ita tamen, ut Servinus locum nominis gentilitii obtineat, et duo haec praenomina numquam cum gentilitio *Sulpicius* simul jungantur, docuit Ill. Ezech. Spanh. de usu et praef. numism. differt. 10. p. 27. V. etiam Epist. Reines. ad Rupert. p. 584. (ubi tamen Rupert. in quibusdam errat, quae ex Spanhem. refelli possunt maximam partem) et Bosium ad Corn. Nep. in vita Att. 2. Calculum tamen adjicere nequeo sententiae Schotti ad d. l. Nepotis, qui existimat, ex duplici hoc Sulpiciorum praenomine conciliari posse dissensum Livii et Dion. Hal. quorum ille Sulpicium Camerinum, qui legatus cum duobus collegis in Graeciam missus est, ut leges Soloris describerent, *Publium* vocat, hic *Servium*. V. ad Livii 3, di, 8. Quum enim ideo praenomen *Servii*, alio ei superinducto, pro gentilitio usurpatum esse viri docti contendant, quod nimis multi gentis Sulpiciae eo uterentur, id primis illis reipublicae Romanae temporibus convenire posse non videtur, quoniam nondum ex eadem gente orti tantopere aucti sunt. Sulpicius autem, in Graeciam missus, fere circa reges ejectos, aut paucis annis post, natus esse debuit; quippe qui ante annum quinquagesimum post reges ejectos Romae consulatum obtinuit, et anno quinquagesimo quinto a Tarquinio ex-

acto hanc legationem obiit. Ceterum *Tunc ex hiis* insuper est in Fragm. Hav. V. ad 2, 12, 15. *Tum ex ipsis* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *spectaculum se iterum* Flor. In verbis sequentibus vox certa deficit in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. ac 2. [Veith.]

§. 3. *Caere educatus apud hospites, Etruscis inde literis eruditus erat*] V. Fontanin. de Antiquitat. Hortae 1, 7. DUK. *apud hostes* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 2, 41, 6. Vox autem inde deficit in antiquioribus excusis. Eam primus addidit Aldus, quam servant etiam omnes scripti. Mox *prope noverat*, pro *probo*, Leid. 1. et ed. Rom. anni 1472. ac quaedam aliae. V. infra ad 37, 49, 2. Ceterum verba *eruditus erat* etc. ita *Etruscis literis* desunt in Lovel. 4. omissa neglegentia librarii propter vocis *litoris* repetitionem. V. supra hoc lib. ad c. 11, 11.

Vulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Graecis, ita Etruscis literis erudiri] Cicero 1. de Divinatione [41.] *Quocirca bene apud majores nostros senatus tum, cum florabat imperium, decrevit, ut de principum filiiis sex singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum a religionis auctoritate abduceretur ad mercendam atque quaestum.* J. FR. GRON. Valer. Max. 1, 1, 1. *Tantum autem studium antiquis non solum observandae, sed etiam amplificandae religionis fuit, ut, e florantissima tum et opulentissima civitate, decimo principum filii senatus consulto singulis Etruriae populis, percipien-*

9 rum in armis paratam imperio futuram. Haec quum
relata consuli essent, impedimentis prima vigilia
praemissis, legionibus post impedimenta ire iussis,
10 ipse substitit cum equitatu: et, luce orta, postero
die obequitavit stationibus hostium, quae extra sal-
tum dispositae erant: et, quum satis diu tenuisset
hostem, in castra sese recepit; portaque altera egres-

lej. quod in hac re proprium esse, infra videbimus ad Epit. Liv. 47. Quum tamen alii omnes vulgatum tueantur, an unius, et quidem huius, codicis auctoritate mutari par sit, dubito. Mox *triginta dierum*, alio ordine, Lovel. 4.

Si va loca intrasset; juventutemque Camertium Ubrorum in armis paratam imperio) Vox loca deficit in Lovel. 3. Deinde *intrassent* praefert Leid. 2. ut referatur ad exercitui; quam vocem, utpote collectivam, cum verbo plurali interdum construi, supra vidimus ad 3, 28, 3. At unius cod. auctoritas mutandae receptae lectioni levior est. Tum *juventutemque Camertium* Lovel. 4. *juventutemque Camertium* Portug. Male. *Camertium* enim etiam Cic. dixit pro Balbo 21. et 22. Eodem modo ut *Vesuntium*. V. supra ad 5, 15, 11. Hinc praepositio *in* exsulat ab *Fragm. Hav.* Sed intercepta est a vocis praecedentis litera finali. V. ad 10, 13, 3.

§. 9. *Ipse substitit cum equitatu]* *subsistit* Gaertn. Paulo ante *celata*, pro *relata*, est in Lovel. 3.

§. 10. *Quae extra saltum dispositae erant]* Superius ait, in sylvam suos confugisse hostes, et consulem Fabium potitum hostium castris. hic vero ait; extra

saltum dispositas hostium stationes. Praeterea, quid opus erat hac consulis simulatione, cum ipse hostes fuderat, castrisque exuerat? Deinde quo pacto hostes ludere poterat, cum ipsi per sylvam eundem esset, in quam illi confugerant? GLAB. Nullum non sponte videre existimo, qua ratione tollendae sint difficultates, quas Glareanus adversus narrationem Livii movit; quare iis respondere abstineo. Mox *tenuissens*, pro *tenuisset*, obfert *Fragm. Hav.*

§. 11. *Contemplatus opulenta Etruriae arva, militas amittis]* *opulenta Etruriae arva* Klock. et edd. Rom. anni 1472. et Parm. Quosdam veterum *opulens* pro *opulentus* dixisse, jam Lexicographi monuerunt. V. etiam viros doctos ad Nepot. Chabr. 3. et Cort. ad Sall. Jug. 69. Hac voce ea forma etiam usum esse Livium existimat Gebhard. ad d. l. Nep. atque in eam rem laudat locum ex 43, 1, 1. *Legatus, in Illyricum a consule missus, opulentia duo oppida, vi atque armis coegit in deditionem.* Verum omnes edd. ibi servant *opulenta duo oppida*. Quum autem hic reliqui codd. ab uno illo et ab edd. vet. dissentiant, et Livius pluribus aliis locis potius *opulentus*; quam *opulens*, dixerit, vulgatum etiam praeferre non dubito. Pari modo *violentus* potius, quam *violens*,

sus, ante noctem agmen adsequitur. Postero die, luce prima, juga Ciminius montis tenebat: inde contemplatus opulenta Etruriae arva; milites emittit. Ingenti jam abacta praeda, tumultuariae agrestium Etruscorum cohortes, repente a principibus regionis ejus concitatae, Romanis obcurrunt, adeo incompositae, ut vindices praedarum prope ipsi

livium dixisse, supra vidimus hoc lib. c. 34, 9. Vox *opulenta* omittitur in Leid. 2. et Lovel. 1. Male. Infra 22, 3, 3. *Regio erat in primis Italiae fertilis, Etrusci campi, qui Faesulas inter Arretinumque jacent, frumenti ac pecoris et omnium copia rarum opulenti.* 2, 14, 3. *Castra opulenta, convecto ex propinquis ac fertilibus Etruriae arvis commentum, Romanis dono deditis.* Deinde *Etruriae arma* Portug. a m. 1. sollempni scribarum lapsu. V. quae notavi ad Sili Ital. 4, 295. (*Burm. ad Virg. 3. Aen. 35.) Praeterea *missum emittit* Hearnii Oxon. N. et L. 2. *missis mittit*, prima littera *tot* emittit ab ultima vocis praecedentis elisa, Leid. 2. Lovel. 1. 2. Harlej. Gaertn. et Fragm. Hav. *missum emittit* admitti posset, si certiores codices consentirent. V. ad 7, 35, 2. *missis mittit* Voff. 1. Portug. a m. 1. et Haverk. *praedatum missis emittit* Neapol. Latini. Priorem vocem *praedatum* interponit etiam Gaertn. sed ex interpretis expositione adscita videtur. Paulo ante *Ciminius montis* Leid. 1. *Ciminius montis* Voff. 1. Leid. 2. Lov. 1. Haverk. Fragm. Hav. et Portug. a m. 1. in quo *Ciminius* emendatur a m. 2. V. supra ad cap. praec. §. 8. Ceterum verba *missis emittit. Ingenti jam abacta culpa ac negligentia librariorum exulant* a Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 4. eadem et in per sequens *praeda* a Lovel. 3.

§. 12. *Abacta praeda, tumultuariae agrestium Etruscorum cohortes etc. obcurrunt* abacta ipsa praeda Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. a m. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *abuota praeda* Klock. *abacta praedatum tumultuariae* Voff. 2. *abacta praedatum multuariae* Leid. 1. *abacta praeda multuariae* Harlej. *tumultu acie*, pro *tumultuariae*, Leid. 2. *tumultuariae* Haverk. Verum quum passim simplex *s* pro diphthongo *as* in illo codice usurpetur, dubium est, utrum librarius eam vocem pro adverbio, an pro adjectivo acceperit. Verum *tumultuariae cohortes*, ut *tumultuariae legiones* 40, 26, 7. *tumultuarius miles* 1; 37, 6. 35, 2, 6. *tumultuarius exercitus* 5, 37, 7. 25, 1, 3. c. 19, 14, 29, 28, 8. et 41, 10, 3. *Tum agrestium Etruscorum* Portug. a m. 1. Male. V. ad 4, 63, 2. Postea *obcurrunt* Portug. et Hearnii Oxon. B. V. ad 10, 12, 4. *obcurrunt* Haverk. Insupr *principibus ejus regionis* alio ordine edd. ante Aldum, cui ordinem, qui nunc obtinet, substituenti consentiant scripti.

Adeo incompositae, ut vindices praedarum prope ipsi praedas fuderint compositae Leid. 2. Vir doctus ad marginem ed. Curionis scribendum conjecit *incompositae*; quod quomodo mutandum non censerem, si in id codd. omnes consentirent; ita nunc, differentibus istis, minime

13 praedae fuerint. Caesis fugatisque iis, late depopulato agro, victor Romanus, opulentusque rerum
 14 omnium copia, in castra rediit. Eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant, denunciatum Fabio senatus verbis, ne saltum Ciminium transiret. laetati serius se, quam ut impedire bellum possent, venisse, nuncii victoriae Romam revertuntur.

recipiendum existimo. Passim enim adjectiva pro adverbis poni, notum est. V. ad 22, 12, 7. Tum ut indices praedarum Lovel. 4. V. ad Epit. Liv. 63. ut vindices praedatum Leid. 2.

§. 13. Late depopulato agro victor Romanus] Prima vox non adparet in Leid. 1. Supra 2, 60, 2. Nec ullo ante bello latius inde actae praedae. 25, 9, 5. Populati agros, erroremque late agris tribus inscisse. Tum Romanus victor Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk.

Opulentusque rerum omnium copia in castra rediit] Pall. pr. et tert. excusso vocabulo copia, opulentusque rerum omnium in castra rediit, mire delicata Hellenismo. Sic dives agri. Infra 35, 2, 11. exhibent libri omnes MSS. et vet. editio, Ea victorem opulentum praedae, supercibus P. Cornelius induxit, GEBH. Duo, meliores Pall. et Voff. alter opulentusque rerum omnium in castra rediit, sine cop. copia. Videtur et recipiendum so. qua. Adi notas ad 35, 1, 11. J. FR. GRON. Non displicet locutio opulentus rerum omnium, qua Livium meum fuisse ex Mâis. 35, 1, 11. verisimile fit. Hic tamen Gebhardo et Gronovio eam probantibus favere nequeo, quod praeter Voff. 2. omnes mei vulgatum tueantur. Sed nec recipienda, videtur particula que, quae in nullo etiam eod. deficit. Supra 2, 60, 2. Ex-

citum victorem opulentumque praedae triumphans Romam reduxit. 7, 24, 9. Victorem exercitum opulentumque Gallicis spoliis Romam reduxit.

§. 14. Eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant] Et forte quinque Portug. Eo forte quoque Fragn. Hav. a m. 1. Deinde vox plebis non adest in Hearnii Oxon. L. 1. V. ad 2, 56, 1. Quum tamen omnes eam servant, ego ei quaestionem unius fide movendam non censeo. Mox Ciminium Haverk. et Portug. a m. 1. in quo ab altera manu Cuminium repositum. Ciminium Leid. 2. et Lovel. 1.

Laetati serius se, quam ut impedire bellum possent, venisse] legati serius Lovel. 2. et Harlej. laetati seri jusse, male in voces contributis literis, Florent. unde nullo sensu factum a m. 2. laetati seriusse. Tum impedire bellum potuissent Lovel. 4. Mox in verbis sequentibus nuncii victoriae Romanam revertuntur Florent. unde altera quidem manu factum Romam, in margine tamen conicitur legendum nuncii victoriae Romanas revertuntur. Ego tamen a vulgato, omnium reliquorum eodd. auctoritate desento, non discedo.

§. 1. Motum latius eras, quam praestigium, bellum] quam, profu-

XXXVII. Hac expeditione consulis motum latius erat, quam profligatum, bellum. vastationem namque sub Ciminii montis radicibus jacens ora senserat, conciveratque indignatione non Etruriae modo populos, sed Umbriae finitima. Itaque, quantus non unquam antea, exercitus ad Sutrium venit: neque e silvis tantummodo promota castra, sed

gatum Voss. 2. et Lovel. 2. litterae si inperita manu male effectae in s facile commutari possunt. [erat non est in Veith.] Mox Ciminii montis Portug. a m. 2. Cimini montis Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad c. 35, B.

Conciveratque indignatione non Etruriae modo populos] Pal. sec. binaeque vetustae edd. concitaveratque. GEBHARDUS. concitaveratque Voss. 1. in margine, Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. et principes edd. Ita supra 2, 44, 7. Quo undique ex Etruria auxilia convenerant, non tam Vesentium gratia concitata. 4, 58, 10. Bellum cum finitimo populo et potentissimo parari, qui omnem Etruriam sit concitaturus. 7, 17, 6. Concitatur deinde omnem non Etruscum, et Tarquinienis Faliscisque decibus ad Salinas perveniam. Insuper concitaveratque indignationem non Etruriae modo populo Haverk. Sed vulgatum, quod primus Aldus in contextum admisit, recte plerique reliqui eodd. defendunt. V. ad 3, 53, 4. Concire et concitare passim in Mssis confundi solent. Quaedam exempla supra v. ad 1, 60, 2. Et ita variatur infra 10, 18, 1. (* 31, 3, 4.) Adde, similes scribarum errores obcurrere 4, 48, 12. 5, 30, 4. 8, 29, 3. 10, 21, 2. c. 28, 6. et alibi. concitosque atque indignatos non Etruriae modo populos est in Lovel. 2. sine commo-
do sensu.

§. 2. Itaque, quantus numquam.

antea, exercitus ad Sutrium venit] Quod quidam pro nunquam reposuerunt non unquam, res est non magni momenti. Illud mihi magis considerandum videtur, quoniam in loco haec subsequens pugna, quod etiam apud veteres dubium fuisse ipse auctor fateatur, facta sit, et amphibolon de industria fecisse credimus Livium. Exercitus enim jam venisse ad Sutrium videtur, cum Fabii tamen reditus nusquam hic describatur, nisi quis haec verba ita torqueat, ad Fabium ultra Ciminiam sylvam tantum venisse exercitum, quantus antea nunquam ad Sutrium venisse memoretur. Nam ad Perusiam paulo post ad finem hujus anni (c. 40.) depugnat. GLAR. Si quis verba Livii ita accipere vellet, ad Fabium obpugnandum ultra silvam Ciminiam tantum exercitum venisse, quantus numquam antea ad Sutrium venit, a vero Livii sensu aberraret, qui pugnam hoc loco relatam ad Sutrium decretam esse credidit; quod ex eo constare puto, quia, non se, sed quosdam auctores esse hoc cap. subdat, tam claram pugnam trans Ciminiam sylvam ad Perusiam pugnatam esse. Frustra etiam Glareanus obtendit, Fabii reditus nusquam hic describi. Non modo enim hic ipsa Livii narratione patet, eo tantum animo Fabium caesis Etruscis copias ultra silvam Ciminiam pro-

etiam aviditate dimicandi quam primum in campos
3 delata acies: deinde instructa primo suo stare loco,
relicto hostibus ad instruendum contra spatium: dein,
postquam detrectare hostem sensere pugnam, ad

movisse, ut bello intactam regionem depopularetur; quo peracto, ut in castra revertetur, consequens erat; verum etiam Livium admodum properanter consuluisse, neque ad verba ejus attendisse debuit, quum diserte cap. praec. dicat: *Caesis fugatisque iis, late depopulato agro, victor Romanus opulentusque rerum omnium copia in castra rediit.* Ceterum *Itaque tansus* Voff. 2. Leid. 2. et Lovel. 1. Sed nihil mutò. Infra 24, 35, 3. *Quinque et viginti millia peditem, tria equitum, duodecim elephantos exposuit. Nequaquam cum quantis copiis ante tenuerat ad Pachynum classem.* ubi vide. Deinde *numquam* Lovel. 3. Harlej. et edd. antt. *non numquam* Gaertn. Recte reliqui codd. *non umquam*, quod et Aldus contextui primus restituit. Pari modo etiam supra variant scripti hoc lib. c. 18, 19. Tandem *exercitus antea* alio ordine Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk.

Neque in silvis tantummodo promotae castra] Non placet, lego, *neque silvis tantummodo obmota castra.* T. FABER. Gronovius ad Senecae 3. de Ira 8. haec citans habet *e silvis*. Quid sit in *silvis promotae castra* aequè intelligo, ac *silvis obmota castra*; hoc est, neutrum intelligo. Livius 8, 38, 10. *Neque signa loco promotae.* DUK. Vellem, addidisset Faber, quo sensu verba Livii, ex sua sententia emendata, accipienda credidisset. Sed nec praescripta notis lectio placere potest, quam demum edd. Gronovianae exhibuerunt, sine dubio

operarum errore, quum non modo excusi priores, sed etiam omnes scripti mei, et Hearnii Oxon. B. C. et N. recte praeferrant *e silvis tantummodo promotae*, nisi quod *ex silvis* sit in Voff. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. et Fragm. Hav. *exilnis* in Lov. 4. [*commota* Veith.] Victi Etrusci se receperant in silvam Ciminiam, ut c. 35, 8. refertur, ex quibus nunc, copiis aucti, castra promovent. unde infra, cum victi essent, *ad castra, ad silvas* diversos tendidisse hoc cap. refert. Quisque sentit, *silvis obmota* ferri non posse. *Obmovero* enim antiquos pro *admovero* dixisse, Festus auctor est. Cujus exempla ex Catone laudat Falster. in Supplem. ling. Lat. ea voce. Caveant itaque tirones, ne magistròs difficultatem vel legem *obmoverentes* imitentur. Ea voce Livium usum esse, nondum reperi.

Sed etiam aviditate dimicandi quam primum in campos delata acies] *sed tam aviditate dimicandi quam* Voff. 2. et Lovel. 3. Tum *in campum delata* Voff. 2. *in campos est delata* Lovel. 2.

§. 3. *Deinde instructa primo suo stare loco*] Rursus Pal. sec. *primo suo subsistere loco.* GEBH. Ita et Portug. Gaertn. et Haverk. Sed prima syllaba *rovi subsistere* nata videtur ex similitudine vocis praecedentis suo. Insuper *deinde primo instructa* alio ordine Gaertn.

Relicto hostibus ad instruendam contra spatium] Sic primus apud me Frobenius. Omnes ante illum *hostium ad instruendum.* Et ita Flor. Rott. Helm. Thuan. uterque Ves-

vallum subeunt. Ubi postquam stationes quoque 4
receptas intra munimenta sensere, clamor repente
circa duces ortus, ut eo sibi e castris cibaria ejus diei
deferri juberent; mansuros se sub armis, et aut nocte,

ianus. Scribe in campos delata
arici, deinde instructa primo suo
stare loco, relicto hostilem ad in-
struendam contra spatio: dein post-
quam delectare. Nam το δειν Flor.
Rott. Helm. Voss. alter. J. FR.
GRON. Si qui MSS. haberent ho-
stibus, conjicerem relicto hostibus
ad instruendum contra spatio. ad
instruendum, id est, ad instruend-
am aciem. Ut 10, 19, 15. Et Ro-
mani exercitus nec pariter ambo
ducti, nec satis temporis ad instru-
endam fuit. Et 31, 21, 6. Sed vix
spatium instruendi fuit. DUK. Ni-
hil hic Frobenius mutavit: sed
tantum lectionem ab aliis muta-
tam secutus est. Primae edd. prae-
ferant, ut Gronovius monuit,
relicto hostium ad instruendum con-
tra spatio. Hinc Ascens. anno 1513.
hostibus ad instruendum subdituit,
quod proximae edd. et cum illis
etiam Frobenianae ambae ser-
vantur. Gruterus demum instru-
endam mutavit in instruendam.
Ex scriptis hostium ad instruendum
praefert Voss. 1. Leid. 1. Lo-
vel. 3. 4. Harlej. Gaertn. Klock.
et Fragm. Hav. hostium ad instru-
endam Leid. 2. Lovel. 1. Portug.
et Haverk. hostibus ad instru-
endam Voss. 1. certe, quamvis cum
editione, quae hanc scripturam
praefert, collatus sit, in excer-
ptis tamen nihil varietatis adfer-
tur. hostibus ad instruendum Flo-
rent. et Lovel. 2. quod recte a
Cl. Dukero illustratum revocavi.
Praeterea dein, praeter Florent.
et Voss. 2. a Gronovio laudatos,
praefert insuper Leid. 1. Lo-
vel. 2. et Fragm. Hav. Mox et-
iam detractare Voss. 2. Leid. 2.
Lovel. 1. 2. 3. Harlej. Gaertn. et
ed. Parm. V. ad 34, 15, 9.

§. 4. Ut eo sibi e castris ciba-
ria ejus diei deferri juberent] Mem-
branae cibaria ejus die. Antiquae.
MOD. Modius ἀρχαῖος ejus die.
secus est in nostris libris. GEBH.
Vox diei deficit in Gaertn. ejus
die praefert Voss. 1. in contex-
tu, Leid. 1. et Klock. Saepe ge-
nitivum hujus aliarumque simi-
lium vocum, ad quintam nomi-
num declinationem pertinenti-
um, eo modo efferunt librarii in
Mssis. Ita die in quibusdam su-
pra obcurrit 5, 23, 4. 6, 24, 8.
7, 8, 5. hoc ipso cap. §. seq. 37,
29, 2. sive 8, 31, 9 spe 21, 40, 7.
Ita et alii apud alios scriptum
invenerunt. V. Cortium ad Sall.
Jug. 52, 3. et inprimis, quos et-
iam laudavit, Servium ac Pierium
ad Virgil. 2. Aen. 208. Id tamen
quum inter antiquata habeatur,
utrum Livio conveniat, dubitari
potest. Verum quia perniciose pro-
perniciet, quamvis casu potius ter-
tio, constanter in omnibus Mssis,
uno Neapol. Latinii excepto,
supra sit 5, 13, 5. Livio plane
indignum esse, pronuciare non
audeo. Ita igitur existimo, Li-
vium eo uti potuisse, et forte
etiam usum fuisse, non tamen
admittendum, ubi unus vel alter
codex obgerit: sed vel plurimum
in hac re, vel certe optimorum
fide standum esse. Hic itaque quia
pauci tantum ita praefert, li-
cet inter eos etiam sint quidam
ex optimis, tamen potius vulga-
to adhaerebo. Ceterum ut eos ibi,
male in voces divisis literis, quae
olim continua serie scriptae e-
rant, Leid. ambo, et Lovel. 1.
ex quo deinde, ut aliquem sen-
sum efficeret, datum est ut eis
ibi in Portug. et Fragm. Hav. a

5 aut certe luce prima castra hostium invasuros. Nihil
 quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur.
 decima erat fere diei hora, quum cibum capere
 consul milites jubet; praecipit, ut in armis sint,
 6 quacumque diei noctisque hora signum dederit. Pau-
 cis milites adloquitur, Samnitium bella extollit,

m. 2. [Veith.] *ut eis ubi* Haverk. qui etiam *ab aria*, pro *cibaria*, ostendat. Verum non hic tantum in duas voces divisa sunt, quae cohaerere debebant, verum etiam literae *ci* coaluerunt in literam *s*. (* v. ad 28, 35, 1.) Paullo ante vox quoque deficit in Leid. 1. Tam *exceptas intra munimenta*, pro *receptas*, praefert Harlej. *senserunt*, pro *sensere*, Gaertn. [*cibaria ejus deferre* Veith.]

Mansuros se sub armis] Pronomen *se*, quod a m. 1. aberat, manu altera, quamvis satis antiqua, adscriptum est in Florent. Id saepe omitti, supra vidimus ad 1, 23, 5. et 4, 10, 1. Nullus tamen reliquorum vel manu vel typis descriptorum adsentitur. Nota autem locutionem *sub armis*, pro armatus, armis indutus; ex qua, quod aevo Theodosiano imprimis usitata sit, efficere voluisse videtur Inl. Ez. Spanhem. de praef. et usu numism. Diff. 11. p. 518. Manilium poetam, cui eadem familiaris est, circa illa tempora vixisse. Verum, non eo tantum, sed et optimo aevo, in communi usu fuisse, docet hic locus Livii. Id insuper patet ex loco infra 44, 34, 8. *Appare corpori arma, experiri que sub his membrorum agilitatem*. Adde Virgil. 5. Aen. 440.

*Aut montana sedet circum castella
 sub armis.*

Alia ex Virgil. eodem et Ovidio exempla subpeditabit Ccl. Bur-

mann. ad Ovid. 8. Metam. 313. Mox vox *certe* abest a Portug. et Haverk. Deinde trajectis vocibus *prima luce* praefert Fragm. Hav.

§. 5. *Nihil quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur*] Pall. tres *nihil quietus*. GEBH. Ita et Voff. 2. Lovel. 3. 4. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. *nihil quietus* Gaertner. Sed, passim adjectiva pro adverbis usurpari, infra dictum est ad 22, 12, 7. *Corruptius Nihil qui etiam Romanus* praefert Leid. 1. *Nihilominus etiam Romanus* Lovel. 2.

Decima erat fere diei hora, quum cibum capere consul milites jubet] Pall. duo *quum cibum capere commilitones jubet*. GEBH. Ita et Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. Insuper *quum simul capere commilitones jubet* Gaertn. Apparet, per epitomen scriptum fuisse *cons.* vel *com. milites jubet*; librarios autem duas voces diversas in unam junxisse. Similis itaque error est, atque ille, quo *congratulatione*, pro *cum gratulatione*, ejusque generis plura alia, saepius in Mitis occurrere supra vidimus ad 4, 24, 7. Praeterea *decima erat fere diei hora* Florent. et Leid. 1. V. ad 2, 59, 11. 6, 42, 2. et alibi. *decima erat fere diei hora*. V. modo ad §. praec.

Praecipit, ut in armis sint] Pal.

elevat Etruscos: nec hostem hosti, nec multitudinem multitudini comparandam aut esse. Praeterea velum aliud occultum scituros in tempore: interea taceri opus esse. His ambagibus prodi simulabat hostes, quo animus militum multitudine territus resistueretur: et, quod sine munimento considerant, verisimilius

pr. praecipitur, ut in armis sint. sec. et praecipit, in armis sint. GEBH. et praecipit Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N.B. ac C. [Veith.] Saepius particulam hanc fulciendae orationi Livianae a mala manu additam esse, infra videbimus ad 36, 31, 11. et quidem hoc loco nata esse videtur ex prioris vocis literis finalibus. V. infra ad 39, 18, 8. praecipit Lovel. 2. praecipit, in armis sint, omissa vocula ut, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Saepe eam omitti post verba jubendi, infra dicitur ad 10, 41, 8. Potius tamen videtur, ut excidisse hic dicamus ob similitudinem vel vocis sequentis, vel ultimarum literarum vocis praecedentis. V. ad 1, 51, 2. in optimis enim constanter superest. in armis sint, ut 2, 30, 3. Quum Volsci, Aequiqui et Sabini forte una omnes in armis essent. 33, 21, 7. Colcam et Luscinum regulos in armis esse. V. Cel. Burm. ad Ovid. 8. Metam. 313. In verbis sequentibus vox hore deficit in Leid. 2. et Lovel. 1.

§ 6. *Milites adloquitur, Samnitium bellum extollit, elevat Etruscos*] Lege *Samnitium bella*. GELEN. Ita etiam omnes mei. Praeterea *militum adloquitur* Lov. 1. V. ad 7, 35, 2. Reliquorum tamen in vulgatum consensus efficit, ut eam lectionem veriore[m] existimem. Deinde *levas* Harlej. et *levat* edd. autt. pro quo jam Tarvisii substitutum *levas*; quod in scriptis

aliis omnibus recte superest. *levare* pro *minuere* in Livio obvium esse, supra vidimus ad 3, 72, 7. Longe tamen frequentius est *elevare*. 6, 23, 4. *Milites instigabat, elevando astate auctoritatem collegae*. 26, 27, 8. *Elevabatur index indicium quo*. c. 51, 11. *Famam captus Karthaginis elevabant verbis*. 28, 43, 15. et 44, 17. *elevare res gestas*. 32, 21, 12. *Elevabat Romanum bellum*. 43, 11, 11. *Ignominiam acceptam elevare eos Patres acceperunt*. 44, 44, 7. *Simul elevat famam adversae pugnae*. 45, 10, 12. *Multitudinis noxam elevabat*. V. Cel. Burmann. ad Phaedri 3. Fab. 10, 7. *aggravare et elevare* eo sensu obponit Livius 6, 27, 3. et *levat* eodem modo per errorem datum erat pro *elevat*, quo et quidem pro *equidem* 5, 54, 3. V. etiam, quae notantur ad 28, 19, 6. Mox aut comparandam esse Harlej. et edd. vet. ante Aldum. comparandam esse aut Haverk.

Praeterea telum aliud occultum scituros] Praeterea *delin aliud* Fragm. Hav. a m. 1. Praeterea *telum delin aliud* a m. 2. Vox *telum* non adparet etiam in ed. Mediol. anni 1605. Male. V. ad 6, 35, 8. Etiam vox *occultum* deficit in Harlej.

§ 7. *Et, quod sine munimento considerant, verisimilius erat, quod simulabatur*] Flor. *munitione*: omnes vero *considerant*. J. FR. GRON. *munitionem* et *munitione* etiam infra confunduntur 10, 11, 5. Ve-

5 aut certe luce prima castra hostium invasuros. Nihil
 quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur.
 decima erat fere diei hora, quum cibum capere
 consul milites jubet; praecipit, ut in armis sint,
 6 quacumque diei noctisque hora signum dederit. Pau-
 cis milites adloquitur, Samnitium bella extollit,

m. 2. (Veith.) *ut eis ubi* Haverk. qui etiam *ab aria*, pro *cibaria*, ostendat. Verum non hic tantum in duas voces divisa sunt, quae cohaerere debebant, verum etiam literae *ci* coaluerunt in literam *a*. (*v. ad 28, 35, 1.) Paulo autem vox quoque deficit in Leid. i. Tum *exceptas intra munimenta*, pro *receptas*, praefert Harlej. *senserunt*, pro *sensere*, Gaertn. [*cibaria ejus deferre* Veith.]

Mansuros se sub armis] Pronomen *se*, quod a m. 1. aberat, manu altera, quamvis satis antiqua, adscriptum est in Florent. Id saepe omitti, supra vidimus ad 1, 23, 5. et 4, 10, 1. Nullus tamen reliquorum vel manu vel typis descriptorum adsentitur. Nota autem locutionem *sub armis*, pro *armatus*, *armis indutus*; ex qua, quod aevo Theodosiano inprimis usitata sit, effigere voluisse videtur Inl. Ez. Spanhem. de praef. et usu numism. Diss. 11. p. 518. Manilium poetam, cui eadem familiaris est, circa illa tempora vixisse. Verum, non eo tantum, sed et optimo aevo, in communi usu fuisse, docet hic locus Livii. Id insuper patet ex loco infra 44, 34, 8. *Appare corpore arma, experiri que sub his membrorum agilitatem*. Adde Virgil. 5. Aen. 440.

*Aut montana sedet circum castella
 sub armis.*

Alia ex Virgil. eodem et Ovidio exempla subpeditabit Cgl. Bur-

mann. ad Ovid. 8. Metam. 313. Mox vox *certe* abest a Portug. et Haverk. Deinde trajectis vocibus *prima luce* praefert Fragn. Hav.

§. 5. *Nihil quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur*] Pall. tres *nihil quietus*. GFBH. Ita et Voff. 2. Lovel. 3. 4. Portug. Haverk. et Fragn. Hav. a mi 1. *nihil quietius* Gaertner. Sed, passim adjectiva pro adverbis usurpari, infra dictum est ad 22, 12, 7. *Corruptius Nihil qui etiam Romanus praefert* Leid. 1. *Nihilominus etiam Romanus* Lovel. 2.

Decima erat fere diei hora, quum cibum capere consul milites jubet] Pall. duo *quum cibum capere commilitones jubet*. GEBH. Ita et Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragn. Hav. Insuper *quum simul capere commilitones jubet* Gaertn. Apparet, per epitomen scriptum fuisse *cons. vel con. milites jubet*; librarios autem duas voces diversas in unam junxisse. Similis itaque error est, atque ille, quo *congratulations*, pro *cum gratulatione*, ejusque generis plura alia, saepius in Mssis obcurrere supra vidimus ad 4, 24, 7. Praeterea *decima erat fere diei hora* Florent. et Leid. 1. V. ad 2, 59, 11. 6, 42, 2. et alibi. *decima erat fere diei hora*. V. modo ad §. praec.

Praecipit, ut in armis sint] Pal.

tos passim invadit hostes: alios immobiles, alios semisomnos in cubilibus suis, maximam partem ad arma trepidantes, caedes obpressit. paucis armandi se datum spatium est. Eos ipsos, non signum certum, non ducem sequentes, fundit Romanus, fugatos eques persequitur. ad castra, ad silvas diversi tendebant. Silvae tutius dedere refugium. nam castra in campis sita eodem die capiuntur. aurum ar-

c. 39, 9. e. 43, 15. *cripsit acies* Klock. V. supra ad Epit. Liv. 7.

Stratos passim invadit hostes] Pall. pr. et tert. *constratos*. GEBH. Ita etiam Voss. 2. et Lovel. 3. *est stratos* Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. et Fragm. Hav. [Veith.] *est stratos* Leid. 1. *stratos* Gaertn.

Alios semisomnos in cubilibus suis, maximam partem ad arma trepidantes, caedes obpressit] alios semisomnos Voss. 1. a m. 2. Lovel. 1. 2. Harlej. Fragm. Hav. a m. 2. et edd. antt. pro quo Frobenius anno 1535. *semisomnos* restituit, quod in reliquis scriptis et posterioribus editis superest. V. ad 25, 39, 3. et quae supra notantur ad 7, 21, 5. Tum *maxima parte* Lovel. 4. Male. V. ad 41, 6, 6. Hinc *caede obpressit* idem Lovel. 4. Infra 25, 39, 11. *Effusique, qua iter est, nisi quos caedes obpressit, exuntur castris*. 30, 6, 6. *Quos non obpresserat ignis, ferro obrumti*. Mox *paucis armandi est datum spatium* idem Lovel. 4. *armandi se spatium datum est* Gaertn.

§. 10. *Fundit Romanus, fugatosque persequitur*] Vet. lib. *fugatos eques persequitur*. SIG. Consentiant Sigonio Pall. tres, et Campan. *fugatos eques persequitur*. GEBH. Ita etiam plerique moorum codicum. Praeterea fu-

dit Romanus Fragm. Hav. V. ad 1, 56, 12. *Paullo ante non signum certum, aut ducem sequentes* Harlej. Male. V. ad 8, 34, 10.

Ad castra, ad silvas diversi tendebant] *ad castra, silvas* Florent. Sed v. ad 38, 18, 12. *tenebant* Lovel. 4. et 5. Saepius haec verba librarii commutarunt. V. ad 24, 28, 1. Indicat Livius, in fugam coniectos in varia loca abiisse, hos in castra, illos in silvas. Ea enim est vis vocis *diversi*. V. infra ad 10, 33, 10. castra autem Etruscorum e silvis promota fuisse, et insuper aviditate pugnandi aciem in campos delatam esse, supra hoc cap. retulit Livius. Mox *refugium dedere* alio ordine Portug. et Haverk. Tum *in campis castra sita* Leid. 1.

Aurum argentumque jussum referri ad consulem: cetera praeda militis fuit] *Tò jussum* deest in Voss. 2. et Lovel. 3. Hinc *ad consules* Lovel. 3. et Gaertn. *ad consules* Lovel. 1. et 4. Sed indicatur tantum Fabius, qui bellum ad Sutrrium excepit; quum interim alter consul C. Marcius in Samnio res gereret: ut ex praecedentibus et sequentibus colligitur. Saepius ita peccasse librarios, infra videbimus ad 10, 10, 2. Praeterea *ad consulem referri* Voss. 1. Leid. 2. Portug. et Haverk. quo ordine voces etiam digessit Lo-

erat, quod simulabatur. Curati cibo corpora quieti dant, et quarta fere vigilia sine tumultu excitati arma capiunt. Dolabrae calonibus dividuntur ad vallum prouendum fossasque implendas. intra munimenta instruitur acies: delectae cohortes ad portarum exitus collocantur. dato deinde signo paullo ante lucem, quod aestiuis noctibus sopitae maxime quietis tempus est, proruto vallo erupit acies: stra-

rum excerpta eod. Flor. quae possideo, nullam hic varietatem ostentant: ut forte Gronovius scripturam illam in alio cod. inuenerit. Omnes etiam mei munimento defendunt; sed quod si non munimento est in Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *considerant* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Florent. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. V. ad 2, 29, 6. Hanc scripturam defendere etiam potest, quamvis vitiosa, aliorum eodd. scriptura *consideraret*, ut praefert Portug. *consideraret*, ut Haverk. *confiterat* ut Harlej. et eod. Aldo antiquiores. *considero* autem et *consistere*, unde hic *constiterat*, solent alibi commutari. V. infra ad Epit. Liv. 65. Tum quod *simulabans* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 2, 26, 4. Paulo ante *animis militum multitudinis territis*, pro *animus territus* Gaertn.

Curati cibo corpora quieti dant]
Curata cibo corpora Lov. 4. quod eadem ratione dictum esse videri posset, quo supra 6, 45, 3. *Nuda corpora et soluta somno trucidantur*. ubi quaedam dicta sunt. Praeterea *quieti corpora dant* Lovel. 2. Portug. et Haverk.

§. 8. *Dolabrae calonibus dividuntur ad vallum subruendum]* calonibus Lovel. 2. Gaertn. et Haverk. canonibus Leid. 2. et Lovel. 1. *Dola dona* § calonibus Klock.

Tum ad vallum prouendum Gaertn. V. mox ad §. seq. ad vallum prouendum Voss. 2. et Lovel. 3. Hinc ad fossasque implendas, addita prima voce, Lovel. 1. fossaque implendas Portug. a m. 1.

Intra munimenta instruitur acies] *infructa acies* Lovel. 4. *metiuntur acies* sine sensu Hearnii Oxon. C. Hinc *delectae cohortes*, pro *delectas*, Lovel. 3. saepius obvio errore. V. ad 4, 25, 8. 6, 2, 9. 7, 6, 11. c. 19, 2. 8, 24, 7. 9, 25, 9. 10, 4, 1. c. 26, 14. et alibi. Deinde ad portarum exitum Gaertner. Tandem *locantur*, pro *collocantur*, Leid. 1.

§. 9. *Proruto vallo erupit acies]* *prorupto vallo* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 4. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. L. a. B. C. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. sollemni scribarum errore. V. supra ad 4, 29, 3. Adde paullo ante §. 8. et quae notavit J. Fr. Gronovius ad Taciti 1. Ann. 68. et 15, 40. Similiter etiam commutantur *dirutus* et *diruptus*. V. infra hoc lib. ad c. 45, 17. *prorupto vallo* est in Lov. 3. quomodo vel *prorupto* se quoque in libris inuenisse; testatur Gebhardus supra dicto l. 4, 29, 3. Deinde *erumpit acies* Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. V. supra hoc lib. ad c. 12, 8. infra

tos passim invadit hostes: alios immobiles, alios semisomnos in cubilibus suis, maximam partem ad arma trepidantes, caedes obpressit. paucis armandi se datum spatium est. Eos ipsos, non signum certum, non ducem sequentes, fundit Romanus, fugatos eques persequitur. ad castra, ad silvas diversi tendebant. Silvae tutius dedere refugium. nam castra in campis sita eodem die capiuntur. aurum ar-

c. 39, 9: c. 43, 15. *criptis acies* Klock. V. supra ad Epit. Liv. 7.

Stratos passim invadit hostes] Pall. pr. et tert. *constratos*. GEBH. Ita etiam Voff. 2. et Lovel. 3. et *stratos* Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. et Fragm. Hav. [Veith.] *est stratos* Leid. 1. *stratos* Gaertn.

Alios semisomnos in cubilibus suis, maximam partem ad arma trepidantes, caedes obpressit] alios semisomnos Voff. 1. a m. 2. Lovel. 1. 2. Harlej. Fragm. Hav. a m. 2. et edd. antt. pro quo Frobenius anno 1535. *semisomnos* restituit, quod in reliquis scriptis et posterioribus editis superest. V. ad 25, 39, 3. et quae supra notantur ad 7, 21, 5. Tum *maxima parte* Lovel. 4. Male. V. ad 41, 6, 6. Hinc *caede obpressit* idem Lovel. 4. Infra 25, 39, 11. *Effusique, qua iter est, nisi quos caedes obpressit, exuntur castris*. 30, 6, 6. *Quos non obpresserat ignis, ferro absumti*. Mox *paucis armandi est datum spatium* idem Lovel. 4. *armandi se spatium datum est* Gaertn.

§. 10. *Fundit Romanus, fugatosque persequitur*] Vet. lib. *fugatos eques persequitur*. SIG. Consentiant Sigonio Pall. tres, et Campan. *fugatos eques persequitur*. GEBH. Ita etiam plerique eorum codicum. Praeterea fu-

dit Romanus Fragm. Hav. V. ad 1, 56, 12. *Paullo ante non signum certum, aut ducem sequentes* Harlej. Male. V. ad 8, 34, 10.

Ad castra, ad silvas diversi tendebant] *ad castra, silvas* Florent. Sed v. ad 38, 18, 12. *tenebant* Lovel. 4. et 5. Saepius haec verba librarii commutarunt. V. ad 24, 28, 1. Indicat Livius, in fugam coniectos in varia loca abiisse, hos in castra, illos in silvas. Ea enim est vis vocis *diversi*. V. infra ad 10, 33, 10. castra autem Etruscorum e silvis promota fuisse, et insuper aviditate pugnandi aciem in campos delatam esse, supra hoc cap. retulit Livius. Mox *refugium dedere* alio ordine Portug. et Haverk. Tum *in campis castra sita* Leid. 1.

Aurum argentumque jussum referri ad consulem: cetera praeda militis fuit] *Tò jussum* deest in Voff. 2. et Lovel. 2. Hinc *ad consules* Lovel. 3. et Gaertn. *ad consules* Lovel. 1. et 4. Sed indicatur tantum Fabius, qui bellum ad Sutrrium excepit; quum interim alter consul C. Marcius in Samnio res gereret: ut ex procedentibus et sequentibus colligitur. Saepius ita peccasse librarios, infra videbimus ad 10, 10, 2. Praeterea *ad consulem referri* Voff. 1. Leid. 2. Portug. et Haverk. quo ordine voces etiam digessit Lo-

5 aut certe luce prima castra hostium invasuros. Nihilo quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur. decima erat fere diei hora, quum cibum capere consul milites jubet; praecipit, ut in armis sint, 6 quacumque diei noctisque hora signum dederit. Paucis milites adloquitur, Samnitium bella extollit;

m. 2. [Veith.] *ut eis ubi* Haverk. qui etiam *ab aria*, pro *cibaria*, ostendat. Verum non hic tantum in duas voces divisa sunt, quae cohaerere debebant, verum etiam literae *ci* coaluerunt in litteram *a*. (* v. ad 28, 35, 1.) Paulo ante vox quoque deficit in Leid. i. Tum *exceptas intra munimenta, pro receptas*, praefert Harlej. *senserunt*, pro *sensere*, Gaertn. [*cibaria ejus deferre* Veith.]

Mansuros se sub armis] Pronomen *se*, quod a m. 1. aberat, manu altera, quamvis satis antiqua, adscriptum est in Florent. Id saepe omitti, supra vidimus ad 1, 23, 5. et 4, 10, 1. Nullus tamen reliquorum vel manu vel typis descriptorum adsentitur. Nota autem locutionem *sub armis*, pro armatus, armis indutus; ex qua, quod aevo Theodosiano in primis usitata sit, effigere voluisse videtur Inl. Ez. Spanhem. de praef. et usu numism. Diss. 11. p. 518. Manilium poetam, cui eadem familiaris est, circa illa tempora vixisse. Verum, non eo tantum, sed et optimo aevo, in communi usu fuisse, docet hic locus Livii. Id insuper patet ex loco infra 44, 34, 8. *Aspicere corpori arma, experiri que sub his membrorum agilitatem*. Adde Virgil. 5. Aen. 440.

Aut montana sedet circum castella sub armis.

Alia ex Virgil. eodem et Ovidio exempla subpeditabit Cels. Bur-

mann. ad Ovid. 8. Metam. 313. Mox vox *certe* abest a Portug. et Haverk. Deinde trajectis vocibus *prima luce* praefert Fragn. Hav.

§. 5. *Nihilo quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur*] Pall. tres *nihilo quietus*. GFBH. Ita et Voss. 2. Lovel. 3. 4. Portug. Haverk. et Fragn. Hav. a m. 1. *nihil quietius* Gaertner. Sed, passim adjectiva pro adverbis usurpari, infra dictum est ad 22, 12, 7. *Corruptius Nihilo qui etiam Romanus praefert* Leid. 1. *Nihilominus etiam Romanus* Lovel. 2.

Decima erat fere diei hora, quum cibum capere consul milites jubet] Pall. duo *quum cibum capere commilitonos jubet*. GFBH. Ita et Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragn. Hav. Insuper *quum simul capere commisiones jubet* Gaertn. Adparet, per epitomen scriptum fuisse *cons. vel con. milites jubet*; librarios autem duas voces diversas in unam junxisse. Similis itaque error est, atque ille, quo *congratulations*, pro *cum gratulatione*, ejusque generis plura alia, saepius in Mitis obcurrere supra vidimus ad 4, 24, 7. Praeterea *decima erat fere diei hora* Florent. et Leid. 1. V. ad 2, 59, 11. 6, 42, 2. et alibi. *decima erat fere diei hora*. V. modo ad §. praec.

Praecipit, ut in armis sint] Pal.

elevat Etruscos: nec hostem hosti, nec multitudinem multitudini comparandam aut esse. Praeterea telum aliud occultum scituros in tempore: interea taceri opus esse. His ambagibus prodi simulabat hostes, quo animus militum multitudine territus restitueretur: et, quod sine munimento considerant, verisimilius

pr. praecipitur, ut in armis sint. sec. et praecipit, in armis sint. GEBH. et praecipit Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. [Veith.] Saepius particulam hanc fulciendae orationi Livianae a mala manu additam esse, infra videbimus ad 86, 31, 11. et quidem hoc loco nata esse videtur ex prioris vocis literis finalibus. V. infra ad 39, 18, 8. praecipit Lovel. 2. praecipit, in armis sint, omissa vocula ut, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Saepes eam omitti post verba jubendi, infra dicitur ad 10, 41, 8. Potius tamen videtur, ut excidisse hic dicamus ob similitudinem vel vocis sequentis, vel ultimarum literarum vocis praecedentis. V. ad 1, 51, 2. in optimis enim constanter superest. in armis sint, ut 2, 30, 3. Quum Volsi, Aequi- que et Sabini forte una omnes in armis essent. 33, 21, 7. Colcam et Luscinum regulos in armis esse. V. Cel. Burm. ad Ovid. 8. Metam. 813. In verbis sequentibus vox ho- redificat in Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 6. Milites adloquitur, Samnitium bellum extollit, elevat Etruscos] Loge Samnitium bella. GELEN. Ita etiam omnes mei. Praeterea mili- tem adloquitur Lov. 1. V. ad 7, 35, 2. Reliquorum tamen in vulgatum consensus efficit, ut eam lectionem variorum existimem. Deinde levat Harlej. et levat edd. ant. pro quo jam Tarvisii sub- stitutum elevat; quod in scriptis

aliis omnibus recte superest. le- vare prominere in Livio obvium esse, supra vidimus ad 3, 72, 7. Longe tamen frequentius est eleva- re. 6, 23, 4. Milites instigabat, elevan- do aetate auctoritatem collegat. 26, 27, 8. Elevabatur index indicium- quo. c. 51, 11. Famam captas Kar- thaginiis elevabant verbis. 28, 43, 15. et 44, 17. elevare res gestas. 32, 21, 12. Elevabat Romanum bel- lum. 43, 11, 11. Ignominiam ac- ceptam elevare eos Patres acceperunt. 44, 44, 7. Simul elevat fa- mam adversas pugnas. 45, 10, 12. Multitudinis noxam elevabat. V. Cel. Burmann. ad Phaedri 3. Fab. 10, 7. aggravare et elevare eo sensu obponit Livius 6, 27, 3. et levat eodem modo per errorem datum erat pro elevat, quo et quidem pro equidem 5, 54, 3. V. etiam, quae notantur ad 28, 19, 6. Mox aut comparandam esse Harlej. et edd. vet. ante Aldum. comparan- dam esse aut Haverk.

Praeterea telum aliud occultum scituros] Praeterea dein aliud Fragn. Hav. q. m. 1. Praeterea te- lum dein aliud q. m. 2. Vox telum non adparet etiam in ed. Mediol. anni 1605. Male. V. ad 6, 35, 8. Etiam vox occultum deficit in Harlej.

§. 7. Et, quod sine munimento considerant, verisimiliter erat, quod simulabatur] Flor. munitiones: om- nes vero considerant. J. FR. GRON. munitionum et munitione etiam in- fra confundantur 10, 11, 5. Ve-

2 liter, aut integra in potestatem venero. Per idem tempus et classis Romana a P. Cornelio, quem senatus maritimae orae praefecerat, in Campaniam acta, quum adpulsa Pompejos effret; socii inde navales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti, proximis raptim vastatis, unde reditus tutus ad naves effret, dulcedine (ut fit) praedae longius 3 progressi, excivere hostes. Palatis per agros nemo obvius fuit, quum occidione occidi possent: redeuntes agmine incauto haud procul navibus adsecuti

aliter quam *hostiliter* deleri possint. Atsimiliter auctor Epit. Liv. 80. *Quam rempublicam armatus servavit, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis hostiliter evertit.* ubi etiam ante Sigonium vox *hostiliter* omiffa erat. Mox in potestate venerunt Gaertn. venerunt etiam Portug. et Haverk. V. etiam supra hoc lib. c. 25, 3.

§. 2. *Per idem tempus et classis Romana etc. in Campaniam acta, quum adpulsa Pompejos esset*] Mistum in Campaniae acta. Sicut Athenae in acta. V. Bon. Vulcanium in Apulej. Mund. c. 1. p. 13. Scaliger. in Virgil. Cultic. p. 288. et Palmer. in Spicileg. p. 61. a. et 93. b. KLOCK. [*Eodem tempore* Veith.] Vocula et deest in Haverk. Tum Campaniam *acta* sine praepositione Portug. Sedeam librarii negligentia, non Livii voluntate, omiffam puto. V. ad 3, 6, 7. in Campania acta Voff. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Verum errantis bujus scripturae illam causam puto, quam supra dedi ad 6, 3, 8. Infra 22, 19, 12. In lituis passim naves egerunt. Deinde quum adpulsa Puteolos esset Lovel. 4.

Ad depopulandum agrum Nuce-

rinum] ad populandum Lovel. 4. Harlej. et edd. ante Aldum. Saepae hae voces commutari solent. V. ad 2, 62, 2. Tum agrum Nucerinum Portug. Gaertn. Fragn. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. B. atque in margine N. V. infra ad 23, 33, 5. agrum Luceri nū profecti Haverk. Mox statim, pro raptim, Lovel. 4. inde vastis, pro vastatis, Leid. 1. V. infra ad 23, 30, 7.

Unde reditus tutus ad naves esset] Pal. sec. cum tutus reditus ad naves esset. GEBH. unde cum tutus reditus ad naves esset Gaertn. inde cum tutus reditus ad vallas esset Portug. a m. 1. in quo unde emondatur a m. 2. inde cum tutus reditus ad vales esset Haverk. inde cum reditus tutus ad naves esset Fragn. Hav. a m. 2. unum, pro unde, edd. Rom. anni 1472. et Parm. Mox excivierunt, pro excivere, Lovel. 4. et Gaertn.

§. 3. *Quum occidione occidi possent*] Pall. duo excidione. Livius supra l. 3, 28. Tum, aucipiti malo urgente, a proelio ad preces versi, hinc dictatorem, hinc consulem orare, ne in occidione victoriam ponerent. c. 44. Occidione occisi hostes. l. 10, 39. Anream olim aique ar-

agrestes exuerunt praeda, partem etiam occiderunt; quae superfuit caedi, trepida multitudo ad naves compulsae est. Profectio Q. Fabii trans Ciminiam 4 silvam quantum Romae terrorem fecerat, tam laetam famam in Samnium ad hostes tulerat: interclusum Romanum exercitum obsideri, cladisque imaginem Furculas Caudinas memorabant. eadem temeritate 5 avidam ulteriorum semper gentem in saltus invios deductam, septam non hostium magis armis, quam locorum iniquitatibus, esse. Jam gaudium invidia quadam 6

gentem Samnitium aciem a parente suo occisione occisam. l. 28, 43. Cum duo exercitus eorum prope occisione occisi essent. l. 30, 32. Tot exercitus occisione occisos. GEBHARD. excisione etiam Voff. 2. et Lovel. 3. Supra 2, 51, 9. Inter duas acies Etrusci occisione occisi, ubi plura vide. Hoc lib. c. 44, 12. Occisione occisi hostes. 22, 54, 7. Occisione occisos cum duobus exercitibus consulos. occisione occidi Haverk. V. ad 3, 10, 11.

Exuerunt praeda, partem etiam occiderunt: quae superfuit caedi] Pal. sec. et partem etiam occiderunt. Quae viro superfuit caedi. GEBH. Eandem lectionem apud me servant Portug. et Haverk. qui insuper, at prior tantum a m. 1. praeferunt exuerunt praedam. Sed exuerunt praedae, partem etiam occiderunt Leid. 1. Gaertner. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. exerunt praedae parte, etiam occiderunt Voff. 1. a m. 1. pro quo m. 2. exuerunt praedae partem, et multos occiderunt emendabatur; et ita praeferunt Leid. 2. et Fræg. Hav. a m. 1. exuerunt praedae partem, et multos etiam occiderunt Voff. 2. exuerunt praedae parte, et multos etiam occiderunt Lovel. 1. exuerunt praedae

parte, multosque occiderunt Lovel. 2. exuerunt praedae partem et ut occidere Lovel. 3. exuerunt praedae partem et ut occidere Lovel. 4. [exuerunt praedae partem multosque occiderunt. Veith.] Tum caede trepida multitudo Leid. 1. multitudo caedi trepida Lovel. 4. caedi deerat in Fræg. Hav. a m. 1. Mox voces ad naves compulsae est exulabant a Gaertn.

§. 4. Tam laetam famam in Samnium ad hostes tulerat] Pall. duo tam laetam. Sed melior est vulgata lectio. opponit quippe terrorem Romanorum et laetitiam Samnitium. GEBH. tam laetam Lovel. 1. et 3. V. supra ad 6, 1, 3. Similis varietas etiam infra obcurrit 10, 21, 6. tam laetam fgma Harlej. sed ultima litera vocis famam hausta est a voce sequenti. V. ad 37, 29, 5. Voces in Samnium omittuntur in Florent.

Cladisque imaginem Furculas Caudinas memorabant] cladis imaginem Leid. 1. cladisque imaginem Haverk. Tum Furculasque Caudinas Leid. 2.

§. 5. Eadem temeritate avidam ulteriorum semper gentem] eadem

miscbatur, quod belli Romani decus ab Samnitibus fortuna ad Etruscos avertisset. itaque armis virisque ad obterendum C. Marcium consulem concurrunt; protinus inde Etruriam per Marsos ac Sabinos petaturi, si Marcius dimicandi potestatem non faciat. Obvius iis consul fuit. dimicatum proelio utrimque atroci, atque incerto eventu est. et quum anceps caedes fuisset, adversae tamen rei fama in

temeritate avida ulteriorem semper gentem Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *ulteriorem* etiam Leid. 1. et Gaertn. Causam errandi supra indicavi ad 6, 3, 8. *avidam ultionum* Lovel. 2. et ita a m. 2. exstat in Florent. Mox in saltus *invidos*, pro *invis* Lovel. 1.

§. 6. *Belli Romani decus ab Samnitibus fortuna ad Etruscos avertisset*] *bellum Romani decus inepte* Lov. 4. a *Samnitibus* Leid. 2. Lovel. 1. 4. Gaertn. Portug. et Haverk. Tam fortunam Portug. Tandem *vertisset* Lovel. 2. [Veith.] *advertisset* Harlej. et Fragm. Hav. V. ad 1, 12, 10. Ceterum voces ad *Etruscos avertisset*. itaque armis desunt in Voff. 2. et Lovel. 3. Paulo ante *miscbat*, pro *miscbatur*, Voff. 1. V. ad 10, 10, 1.

§. 7. *Itaque armis virisque ad obterendum C. Marcium consulem concurrunt*] *His accensi Samnites undique coorti armis virisque* Klock. reliquis dissentientibus, quorum potior est auctoritas. Deinde *obtinendum* Portug. *obtinendum*, vel *optinendum* Voff. ambo, Leid. 1. Lovel. 1. 3. 4. Gaertn. Klock. et Fragm. Hav. *oppugnandum* Leid. 2. *opprimendum* Lovel. 2. et Haverk. Nihil muto. Infra 27, 41, 10. *Ut sterni obstrique, priusquam instruantur, possint*. ubi v. quae notantur. *promere, tenere*, ac se-

vere in Mffis saepius commutari, docuit Cel. Burmann. ad Rutil. Itin. 1, 621. (* V. ad 37, 27, 8.)

Protinus inde Etruriam per Marsos ac Sabinos petaturi] *protinus inde Etruria per Marsos Sabinos petitur* Voff. 2. *protinus inde Etruria per Marsos ac Sabinos petitur* Leid. 1. et Lovel. 2. ac 3. *petitur* etiam Lovel. 4. *petitum* Gaertn. [*potunt* Veith.] *per Marsos et Sabinos* Portug. et Haverk. Mox negandi particula non deficit in Lovel. 2.

§. 8. *Obvius iis consul fuit. Dimicatum proelio utrimque atroci*] *Obvius his consulibus fuit* Leid. 1. Sed *consulibus* ex eo natum fuit, quod librarii nescierint, quem admodum compendium *cons.* referendum foret. V. ad 10, 10, 2. *his* autem vel *hiis* etiam praeferrunt Florent. et plerique reliqui, nisi quod *is* ejus loco sit in uno Fragm. Hav. Hinc *fuit* deficit in Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Mox *utrimque proelio* Portug. et Haverk. Sed *dimicatum proellum atroci atque incerto eventu* quaedam ex vett. edd. Male. Proelium fuit atrox, non tamen atrocem eventum, sed tantum incertum, fuisse indicant sequentia. Mox *incerto eventu* Harlej. Verum quamvis aequae *eventum*, atque *eventus*, in usu fuerit, malim tamen *evento* librariorum peccatum existimare. V. ad 1, 15, 7.

Romanos vertit, ob amissos quosdam equestris ordinis, tribunosque militum, atque unum legatum, et (quod insigne maxime fuit) consulis ipsius vulnus. Ob haec etiam aucta fama (ut solet) ingens 9 terror Patres invasit, dictatoremque dici placebat: nec, quin Cursor Papius diceretur, in quo tum summa rei bellicae ponebatur, dubium cuiquam erat: sed nec in Samnium nuncium perferri, om- 10

Adversae tamen rei fama in Romanos vertis) Pall. duo codd. MSS. *adversa tamen rei fama in Romanos restitit.* Quo velim involutos quosdam acrius penetrare, ut esterebrent dignum auribus doctorum. GEBH. Ita et meorum unus Lov. 3. Nescio, quid alii exterebrare conaturi sint: mihi vero lectio illa ex lapsu scribarum nata videtur. Et forte ejus auctores dare voluerunt *adversa tamen rei fama in Romanos vertitur*, quomodo in Lovel. 2. superest: quod et ipsum vel librarii est commentum, vel interpretis expositio, quo *vertis* hic pro *vertitur* poni inperitiorum lectorem docere voluit. V. ad 2, 62, 2. *adversa tamen rei fama* etiam praefertur Florent. a m. 2. Leid. ambo, Voff. ambo, Lovel. 1. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Non placet. minus scriptura, quae in Gaertn. obvia erat *adversa tamen rei fama.* Mox ab amissos quosdam equestris ordinis Lovel. 3. Praeterea sequens et deerat in Lovel. 4.

§. 9. *Ob haec etiam aucta fama, et (ut solet) ingens terror Patres invasit*) et redundat. GELEN. Meorum nulli, praeter Harlej. solum, id agnoscunt. *Ob hoc praefertur* Voff. 2. et Lovel. 3. V. ad 21, 52, 10. *Tum etiam acta fama* Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 21, 62, 4. *etiam aucta fama*

Gaertn. *aucta etiam fama* Lovel. 2. *Mox dictatorem dici*, omissa copula, Voff. 2. et Lovel. 3.

Nec, quin Cursor Papius diceretur, in quo tum summa rei bellicae ponebatur, dubium cuiquam erat) ne, quin Cursor Papius diceretur: r Lov. 2. et 3. *nec quin igitur Papius Cursor diceretur* Voff. 2. Dispicuit librario cognomen nomini gentili praepositum, quod tamen Livio frequens est. V. ad 30, 1, 9. *dicerentur* male Portug. Deinde *in quo tum fama rei publ. ponebatur* Leid. 2. et Lovel. 1. *in quo tum summa rei. ponebatur* Lovel. 4. in contextu, pro quo *bellicae* in margine subponitur. *exponebatur* Haverk. *Tum cuiquam dubium erat* idem Lovel. 4. *dubium cuique erat* Leid. 2. *Quisque* et *Quisquam* saepe commutantur. V. ad 5, 29, 6. 6, 4, 5. 10, 18, 13. c. 36, 3. et alibi. *Verbum erat* deficit in Voff. 2. et Lovel. 3.

§. 10. *Sed nec in Samnium nuncium perferri, omnibus infestis, tuto posse*) Pall. duo *si nec in Samnium nuncium perferri omnibus infestis.* GEBH. Vocula *sed* deficit in Lovel. 3. et a m. 1. in Fragm. Hav. *tamen*, vel *tamen*, pro *in*, praefertur Voff. 2. et Lovel. 3. (* v. ad 32, 25, 8.) *Hinc Samnitium nuncium* Leid. 1. Gaertn. et Haverk. Deinde *perferri* Voff. 2.

nibus infestis, tuto posse; nec vivere Marcium con-
 11 sulem satis fidebant. Alter consul Fabius infestus
 privatim Papirio erat: quae ne ira obstaret bono
 publico, legatos ex consularium numero mittendos
 12 ad eum senatus censuit: qui sua quoque eum, non
 publica solum, auctoritate moverent, ut memoriam
 13 simultatium patriae remitteret. Profecti legati ad

V. ad 38, 28, 8. *preferri* Haverk.
 V. ad 5, 4, 12. Denique *omnibus infensis* Voss. 2. Lovel. 2. 3. et 4.
 V. mox ad §. seq.

Nec vivere Marcium consulem satis fidebant] C. Marcium. *satis fidebant* Portug. et Haverk. C. Marcium *consulem satis fidebant* Fragm. Hav. a m. 2. Marcium. *et satis fidebant* Leid. 2.

§. 11. *Infestus privatim Papirio erat*] Vet. lib. *infensus*. SIG. Hanc lectionem, quam Sigonius in contextum recepit, servant etiam Lovel. 4. et Fragm. Hav. a m. 2. Ne tamen probem, obstat tot codicum, et inter eos etiam optimorum, alteram praeferebantium consensus. Ita *infestus sanguini civium* 3, 57, 2. *infestus superbiae* c. 58, 1. ubi etiam quaedam vide. *familia infestissima Patribus* 4, 54, 4. *infestus plebei* 20, 35, 3. *infesta senatui plebs* 23, 2, 3. *infestissimus populo Romano* 39, 51, 2. *infestissimus Romanis* 42, 11, 5. *infestus Karthaginensibus* Auctor Epit. Liv. 48. Passim autem *infensus* et *infestus* commutari solent. Exemplum paullo ante habuimus §. praec. Plura v. ad Livii 2, 46, 7. Mox verba *ex consularium numero mittendos ad eum exulant* a Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 12. *Non publica solum auctoritate moverent*] Haec constans est

lectio omnium meorum codd. neque aliter praeferunt excusi antiqui usque ad Sigonium; qui primus, sive quod ita legendum consoret, sive operarum errore, substituit *auctoritate moverent*, a quo id acceperunt reliqui omnes usque ad Cl. Jac. Gronovium; quum tamen mutationis causam non addiderit; eam lectionem veriore esse Hearnio persuadere non potuit; qui, servata ea, quam Sigonius substituit, lectorem monuisse satis habuit, Jac. Gronovium *moverent* edidisse. At codd. Oxonienses et ed. Rom. quibus niti solet, etiam hic diligentius consuluisse oportuerat. Typographos *movere* et *monere* in ed. Sigonii commutasse, mirum non est; quum infinitis locis id etiam scribae fecerint. V. ad 35, 35, 5.

Ut memoriam simultatum patriae remitteret] Pal. pr. *ut memoria simultatum patriae demitteret*. tert. quoque et Camp. editio *simultatum*. V. l. 2, 14. Sic l. 24, 1. *Permista omnium aetatum ordinumque multitudo*. ut et l. 26, 9. *Pluresque omnium generum atque aetatum capiebantur*. ut praecit Pal. pr. Sic reperi in vet. cod. l. 24, 40. *Neque sustinere ultra vim Macedonium posse*. GEBH. *sed ut memoriam* Portug. et Gaertn. *sed ut memoria* Haverk. *ut memoria* Lovel. 3. Tum *simultatum* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. 3.

Fabium quum senatusconsultum tradidissent, adjecissentque orationem convenientem mandatis, consul, demissis in terram oculis, tacitus ab incertis, quidnam acturus esset, legatis recessit. nocte deinde ¹⁴ silentio (ut mos est) L. Papirium dictatorem dixit: cui quum ob animum egregie victum legati gratias agerent, obstinatum silentium obtinuit, ac sine re-

Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. quorum auctoritate recepi. Eodem modo optimi codd. etiam supra exhibent 1. 60, 2. et 3, 66, 4. (*39, 44, 9.) Et hac forma elatum nomen probare videtur Vossius 4. Gramm. 14. Plura similia infra v. ad 45, 3, 6. Sed altera forma *simulatum* exstat 41, 22, 7. Deinde *patriae mitteres* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. *patriae dimitteres* Lovel. 3. Nihil mutandum. Infra 39, 5, 5. *Ejusdem collegii aliorum a duobus tribunis plebis suas inimicitias remisisse republicae.*

§. 13. *Profecti legati ad Fabium consulem*] Ita praeferunt omnes typis exarati usque ad Cl. Jac. Gronovium, qui ultimam vocem omisit: cujus exemplum J. Clericus secutus est. Eandem vocem omiserunt etiam omnes mei, nisi quod dubitem de Florent. et Klock. ex quibus nihil notatum video. Contra Cl. Hearnius, lector de scriptura edit. Gronovianae monito, nihil de consensu codd. Oxoniensium subjungit; ut, si diligenter partibus suis functus est, illi potius *ro consulem* servare debeant. Forte existimari posset, vocem illam sive ejus compendium *cons.* excidisse ob similitudinem vocis sequentis *cum*; de quo supra vidimus ad 1. 59, 9. Mihi tamen potius videtur, ut omittatur. Mo-

do enim praecessit *Alter consul Fabius*, et mox sequetur *consul, demissis in terram oculis.*

Demissis in terram oculis, tacitus ab incertis, quidnam esset acturus] demissisque oculis Voss. 2. et Lovel. 3. *demissis in terra oculis* Leid. 1. Curtius 6, 9. *Demisso in terram vultu, adtonito stupentique similis stetit.* 9, 2. *Quumque illi in terram demissis capitibus tacere perseverarent. Tum tacitus deficit* in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *quidnam acturus esset* Florent. Leid. ambo, Voss. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quorum auctoritatem secutus sum.

§. 14. *Nocte deinde silentio (ut mos est) - L. Papirium dictatorem dixit] nocte deinde silenti* Portug. a m. 2. Male. Sollemne enim in hac locutione esse *nocte silentio*, constat ex loco Livii supra 8, 23, 15. *Neque facile fuisse id vitium nosci, quum consul oriens nocte silentio diceret dictatorem.* Quod ita accipiendum videtur, dictum fuisse nocte, et quidem silentio. Certe hoc sensu duo illa vocabula accipiuntur apud Caesar. 7. bell. Gall. 28. *Quos ille, multa jam nocte, silentio ex fuga excepit.* Deinde *Papirius dictatorem dixit*, omisso etiam praenomine, Lov. 4.

Sine responso ac mentione facta

sponso ac mentione facti sui legatos dimisit, ut adpareret, insignem dolorem ingenti comprimi animo.
 15 Papius C. Junium Bubulcum magistrum equitum di-

sui) Haud dubium mihi est, quin legendum sit, *facti sui*, non *facta sui*. MOD. Bonus augur Modius esse poterat, cum sic comparet in libris omnibus *facti sui*. Pall. pr. et tert. *sine responso ac monitione facti sui*. sec. *mentione facti sui ita legatos dimisit*. Herodianus 6, [4, 7.] *Τὸς πρέσβεις τῶν Ρωμαίων ἀπέπεμψεν ἀπράκτους*. GEBH. *facta* servant non tantum Harlej. sed et prima edd. proximae Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, easque secutae reliquae usque ad Modium. Verum reliqui scripti et edd. priores recte legunt *facti*. Deinde *τὸ sui* deficit in Portug. et Haverk. Praeterea *sine responso* Leid. 2. et Lovel. 1. *sine responso* Leid. 1. Multa nomina, quae nunc secundae declinationis sunt, olim ad quartam pertinuisse, supra dictum est ad 4, 9, 6. hic tamen reliquos potius, *responso* servantes, quam unum *responso* praefertentem, audio. Tum *monitione* Voff. 2. et Lovel. 3.

Legatos dimisit, ut adpareret] Vet. lib. *ita legatos dimisit, ut appareret*. SIG. Similiter Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. ac B. At optimi constanter particulam, quam Sigonius in contextum recepit, repudiant. Neque etiam ulli editores Sigonii exemplum secuti sunt.

§. 15. *Papyrius D. Junium Bubulcum*] Pro *D.* quidam emendarunt *C. Junium*, qui ter consul fuit: sed poterat et alius esse. GLAR. *D. Junium* legunt Lovel. 1. a m. 1. et Harlej. Praenomen omittitur in Flor. Voff. 2. Leid. utroque, Lovel. 1. a m. 2. Lovel.

2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. ac C. [Veith.] Similiter, quum priores edd. *D. Junium* exhibuissent, Aldus etiam praenomen expunxit, ejusque exemplo reliqui usque ad Frobenium, qui anno 1530. substituit *C. Junium*; quod praenomen ipsi etiam tribuunt Fasti Capitolini, qui in eo ab annalibus, quos Livius secutus est, in diversa discesserunt, quod proximo post Q. Fabium et C. Marcium consules anno L. Papium dictatorem et C. Junium magistrum equitum sine consulibus fuisse tradant.

Ei, legem curiatam de imperio ferenti, triste omen diem diffudit, quod Fanciae curiae fuit principium] Haec verba in codice Aldino egregie corrupta habebantur. Nam, pro *diem diffudit*, *diem diffudit* in eo legitur, fortassis ex Angeli Politiani eximia ista scilicet emendatione c. 41. Miscellaneorum; de qua jure eum increpat Guil. Budaeus annotationibus in Pandectas [ad l. 2. Si quis cautionib.] apud quem Budaeum, quid sit *diem diffundere*, copiose explicatum reperies. Admonuit nos ejus loci eximius vir D. Georgius Amelius Marcomannus, compater meus, doctae lectionis ac verae eruditionis columnen. In eodem Aldi codice, pro his verbis *quod saucia*, positum erat *qua id officiat*. At Budaeus legit *Fancia curia*. quod cur faciat, nescio. Porro, quae proxime sequuntur verba, varie leguntur, sed ex quibus nullum elicere potui sensum. Si, quid *curiae* vocabulum hoc loco significaret, planum esset, facilius ea intel-

xit: atque ei, legem curiatam de imperio ferenti, triste omen diem diffidit, quod Faucia curia fuit principium, duabus insignis cladibus, captae urbis,

ligerentur. Denique *legis curiatas* aliquoties mentionem facit Livius; at, quae ea sit, nusquam explicat. *Curiatas comitia* erant, quando viritim inibantur suffragia per tribuum curias, ut ex Dionysio colligitur, quibus Camillus de exilio revocatus dicitur [apud Livium] 5, [46, 11.] Et *lex* ibidem *curiatas lata est*, *dictatorque absens dictus*. GLAR. Curiatas comitiis mandari consuevisse imperium, ex eo intelligi potest, quod Livius ait 5, [52, 16.] *Curiatas comitia rem militarem continent*. Et *curiatam legem* latam de imperio Camillo absenti tradendo. Et Cicero contra Rullum [orat. 2, 12.] *Consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet*. Et ad Lentulum [1. ad fam. Ep. 9.] *Appius legem curiatam ferro vult*. Erant autem *comitia curiatas*, cum populus descriptus in curias suffragabatur. Nomina xxx. curiarum interciderunt. Festus *Tifatias* et *Titias* meminit; Livius nunc *Faucias*, quam praerogativam fuisse significat in imperio mandando. Me, ut haec dicerem, coëgit Glareanus, qui se non satis intelligere hunc locum inquit. †. „ Non veretur dicere „ Glareanus, se non omnia intelligere. Sigonio vero omnia „ in via sunt pervia scilicet. „ †. SIG. Pal. sec. *triste omen diffidit, quod saucia cura afuit, principium duabus insignibus, captae urbis et Caudinae pacis*. Andreae editio *triste omen diem diffidit*. GEBH. Scribendum esse *Faucia curia*, (et ita dedit Andreas Romae, sed mox vitiarunt) dein quo utroque anno eadem curia fuerat principium, diximus 4. Obs. 1. J. FR. GRON. De lege Curiatas

magna fuit contentio inter Sigonium et Gruchium, quorum de illa scripta in tom. 1. Antiq. Rom. contulit Graevius. Quid sit *diffidens diem*, multi docuerunt, quorum plerosque nominat Jac. Gronov. ad Gellii 14, 2. Adde Victorium et Scaligerum ad Varr. 1. de Re rust. 2. Sigonium 1. de Judic. 28. Interpretes Legum XII. Tab. et Bentl. ad Hor. 2. Serm. 1, 79. qui bilem Gronovii non effugisset, si ante editum ab hoc Gellium Horatium publicasset. Nam non dubium est, quin eum plagii accusaturus fuisset, in Gellio pro *rerum diffisionibus* legentem *dierum diffisionibus*: quod dudum ita legi voluerant Politianus Miscell. c. 41. et post eum Lambinus ad Horat. l. d. Ceterum Gruchius 3. de Comit. 1. *fuit principium* recte exponit, *prima ad suffragium sorte vocata est*, et docet, servatum fuisse, ut curia praerogativa boni ominis esset; atque ideo Papirium postero die auspicia repetiisse, quia prima exierat Faucia curia, quae mali ominis erat. Eodem modo in comitiis tributis tribum praerogativam *principium* vocatam, offendit in observ. d. l. Gronovius. Quod hic Sigonius significat, nomina xxx. curiarum interciderunt praeter tria, de eo aliter scribit 1. de Ant. jar. civ. Rom. 3. nam ibi apud Festum in *Novae curias* praeterea quatuor aliarum nomina legi adnotat. DUK. *triste omen diffidit* Portug. et Haverk. quorum prior *triste omen diem diffidit* praefert in margine. *triste omen diem diffidit* Gaertn. *triste omen diem diffidit* Harlej. *triste omen diem diffidit* Level. 3. *triste omen diem diffidit* Level. 4. *afuit; diffidit, diffidit*

et Caudinae pacis: quod utroque anno eadem curia fuerat principium. Macer Licinius tertia etiam clade, quae ad Cremeram accepta est, abominandam eam curiam facit.

1 XXXIX. Dictator postero die, auspiciis repetitis, pertulit legem; et, profectus cum legionibus, ad terrorem traducti silvam Ciminiam exercitus nuper

est in quibusdam ex vetustioribus edd. et in Rom. anni 1472. et Parm. *diffidis*, quomodo et reliqui servant Mfti. Recte. Plura de hac locutione v. apud Cl. Jac. Gronov. ad Gellii 14, 2. et quos ibi laudavit. Deinde *qua id faciat curia fuit principium* Leid. 1. *qua idem faciat curia fuit principium* Lovel. 4. *quia idem faciat curia fuit principium* Voss. 2. et Lovel. 3. *qua id effecerat curia fuit principium* Leid. 2. pro quo *effeciat* est inter versus adscriptum. neque aliter habent Lovel. 1. et 2. nisi quod posterior *efficiat* praeferat. *idem quod Saucia curia fuit principium* Gaertn. *quod Saucia curia fuit principium* Haverk *quod Saucia curia fuit principium* Hearnib Oxon. N. B. et C. *quod Saucia curia fuit quia inde Saucia curia principium* Neap. Latinii. *quod Saucia curia fuit principium* Fragment. Hav. a m. 2. priori scriptura penitus erasa. *quod Saucia curia fuit principium* Florent. Voss. 1. Klock. Portug. et Harlej. quomodo etiam est in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Ejus loco proxime secutae dederunt *Saucia curia*, quod Sigon. probare videtur 1. de Ant. jur. civ. Rom. 3. et 2. de Ant. jur. prov. 1. Ei deinde *Faucias curiae* substituit ed. Froben. anni 1531. quod usque ad Gronov. recte *Faucia curia* emendantem, et ex Fragmentis legum superstitibus inlustrantem 4. Obs. 1. obtinuit.

Auctoritatem sequor Gronovii. Mox *duabus insignibus claudibus* Portug. Gaertn. Haverk. et quaedam ex vet. edd. eodem errore, quo *penatibus*, pro *penatis* vel *penates*, et similia plura ejus generis data esse in Mftis, infra videbimus ad 22, 8, 7. Vel etiam origo erroris esse potest illa, quam supra dedi ad 6, 3, 8.

Quod utroque anno; *ejusdem curias fuerat principium*] Recte etiam hic Gronovius legendum coniecit *eadem curia fuerat principium*; quod tamen, quia nullum codicem auctorem habebat, in contextum recipere ausus non est. Verum quum partim eo ducant vestigia quorundam Mftorum, (nam *ejusdem curia fuerat principium* est in Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. *ejusdem curia fuerit principium* in Gaertn.) partim idem illud obvium fuerit in Lovel. 4. ei in contextu locum dare, et alteri substituere non dubitavi. (*quod utrimque anno ejusdem curias* Veith.)

§. 16. *Macer Licinius tertia etiam clade, quae ad Cremeram accepta est, abominandam*] Pall. pr. ac tert. *Macer Licinius tertiae etiam cladis, quae ad Cremeram accepta est, abominandam eam curiam facit.* GEBH. Pall. duo *tertias etiam cladis.* Quod forte haud spernendum. Potest enim intelligi nomine, vel crimine. J.

scriptis, ad Longulam pervenit: acceptisque a Marcio a consule veteribus militibus, in aciem copias eduxit. nec hostes detrectare visi pugnam. instructos deinde armatosque (quum ab neutris proelium inciperet) non obpressit. Quietam aliquamdiu, nec suis diffidentibus viribus, nec hostem spernentes, stativa in propinquo habuere. Interea res in Etruria gestae. 4

FR. GRON. Pall. consentiant Voss. 1. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Haverk. quod, ut Gronovius monuit, suppleri potest *nomine, crimine, vel causa* subintellectio. V. Sanctum in Minerv. 4, 4. P. 561. ubi laudat haud dissimile ex Virgil. 11. Aen. 126.

*Iustitiam prius mirer, bel-
line laborum?*

ubi videndi sunt docti interpretes. Quaedam etiam similia videri possunt apud Vechner. 1. Hellenol. part. 2, 18. num. 8. *tertius etiam clade* est in Leid. 1. *tertius etiam clades* in Leid. 2. et Lovel. 1. Praeterea *Macer Licius* Voss. 2. *Marcellinus*, una voce pro duabus, Klock. (eam omittit Veith.)

§. 1. *Legionibus ad terrorem traducti silvam Ciminiam exercitus nuper scriptis*] *traductis* Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. *traductus* Lovel. 2. *traditus* Lovel. 4. Tum *silvam Communiam* Voss. 2. et Lovel. 3. Hinc *nuper scripti* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Haverk. Fragm. Hav. cum quibusdam ex antiquis edd. *nuper scriptus* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Gaertn. Mox *verbum pervenit* non adparet in Leid. 1.

§. 2. *Acceptisque a Marcio consule veteribus militibus*] *acceptisque ab M. consule* Haverk. *acceptisque armatis ab consulibus* Portug. in contextu, recepta lectio-

ne margini adscripta. *Tò militibus deficit* in Lovel. 4. Mox *in acie copias eduxit*, pro *in aciem*, Voss. 2. et Lovel. 3.

Nec hostes detrectare visi pugnam] *detrectare* Florent. Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 1. 3. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 34, 15, 9. *detrectare pugnam*, media voce omisa, Lovel. 2. *detrectare pugnam* Hearnii Oxon. C. nisi, pro *visi*, eiusdem codex N. et Gaertn. Ita quoque praefert ed. Mediol. anni 1505. Quae lectio non displiceret, si plures ac fide digniores codd. eam probarent. Solent autem hae voces in Mssis commutari, V. ad 4, 40, 2.

Quum ab neutris proelium inciperetur] *Vet. lib. inciperet*. SIG. Pall. tres, et Camp. ed. *inciperet*. GEBH. *inciperet* etiam omnes mei, nisi quod *inciperet* sit in solo Harlej. et ex uno Florent. nihil moneatur, ut is quoque ita legere videatur. Contra Hearnii ex solo Oxon. L. 1. *inciperet* proferendo reliquos *inciperet* tueri, tacitus agnoscit. Ultimae literae *ur* saepe in Mssis perperam vel adduntur, vel omittuntur. V. ad 39, 22, 8.

§. 3. *Nec suis diffidentibus viribus, nec hostem spernentes, stativa in propinquo habuere*] *nec sui diffidentes viribus* Voss. 2. et Lovel. 3. *nec suis diffidentes viribus* Fragm. Hav. *nec suis diffidentes vi-*

nam et cum Umbrorum exercitu acie depugnatum est; (fusi tamen magis, quam caesi, hostes, quia 5 coeptam acriter non tolerarunt pugnam) et ad Vadimonis lacum Etrusci, lege sacrata coacto exercitu, quum vir virum legisset, quantis numquam alias 6 antea simul copiis, simul animis, dimicarunt: tanto-

ribus Leid. 2. nec suis Fidenates viribus Lovel. 1. Tam in propinqua habuerunt Gaertn.

§. 4. Nam et cum Umbrorum exercitu acie depugnatum est) Non est dubium, quin praecedentia verba de dictatore in Samnio res agente sint dicta: et nunc de Umbris sine ulla digressionis nota loquitur, eosque fusos ait, de quibus postea dicturus est, *Tranquillas res jam Hetruscis turbavit* *repentina defectio Umbrorum, gentis integras a cladibus bolit.* Quare suspicor, pro Umbris populum hic aliquem Samnitium legendum; etiamsi mihi non liquet, quis substituendus. deinde novam digressionem incipiendam, *Et ad Vadimonis lacum* etc. quomodo Livius saepius orditur. GLAB. Transit a bello Samnitium ad res in Etruria cum Umbris et Etruscis gestas, adhibita particula *Nam*; quod mirabile mihi cum videretur, in spei veteres libros diligentius, quorum alios ita habere inveni, ut vulgo legitur; alios ita: *Nam et cum Umbrorum exercitu acie depugnatum est, fusi tamen magis, quam caesi hostes, quia coeptam acriter non tolerarunt pugnam. Interea res in Etruria gestas, et ad Vadimonis lacum Etrusci.* Tum intellexi, causam admirationis meae probabilem esse. Deesse enim huic transitioni haec verba: *Interea res in Etruria gestas, quae in veteribus libris luxata erant.* Itaque ita lege: *Interea res in Etruria gestas. nam*

et cum Umbrorum exercitu acie depugnatum est, etc. Et ad Vadimonis lacum Etrusci. Coniungit enim Umbrorum Etruscorumque, ut ante, bellum. Hinc temere Glareanus mendum esse putavit in voce *Umbrorum*; quos Samnitium populos esse voluit, et ad Samnitium bellum referenda haec esse. † „Glareanus non est „Geographiae tam imperitus, „ut Umbros Samnites credat; „nec hoc dixit, sed hoc loco putat aliud nomen substituendum. „†. SIG. Pal. sec. *Nam et Umbrorum exercitu acie depugnatum est. Fusi tamen magis, quam caesi hostes, qui inceptam acriter non tolerarunt pugnam. Interea res in Etruria gestas, et ad Vadimonis lacum.* Quam lectionem et Campanus obicit nobis, sed alio ordine: *Interea res in Etruria gestas. Nam et cum Umbrorum exercitu acie depugnatum est. Fusi tamen magis, quam caesi hostes* etc. Quod dum profert Sigonius, quasi a se inventum, nimium ambitiose suo solemnifacit. GEBH. Voces *Interea res in Etruria gestas* post voces *non tolerarunt pugnam* rejiciuntur etiam in Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. [Veith.] Ibidem etiam interponuntur in Klock. sed paullo auctiores hoc modo, *Interim ab Fabio consule in Etruria res feliciter gestas.* In reliquis eodd. illa omnia non adparent; nisi quod in uno Florent. ante illa *nam et cum*

que irarum certamine gesta res est, ut ab neutra parte emissa sint tela. gladiis pugna coepit, et, acerrime commissa, ipso certamine, quod aliquamdiu anceps fuit, accensa est: ut non cum Etruscis toties victis, sed cum aliqua nova gente, videretur dimicatio esse. Nihil ab ulla parte movetur fugae: 7

Umbrosum exercitus adscripta sit vox *Etruriae* a m. 2. Locum ex conjectura recte restituit Sigonius, cui insignem injuriam fecisse exikimo Gebhardum, simulando quasi restitutionem hujus loci deberet editioni Campani: quod crimen ut verisimile fieret, illum ab eo visam fuisse, antea probandum fuerat. Ceterum cum *Umbrosum acis depugnatum est*, omisso *etq; exercitu*, quaedam ex edd. vett. invitis tamen scriptis et Rom. anni 1472. ac Parm. qui recte servant. V. infra ad Epit. Liv. 73. *actum depugnatum est* Florent.

Quia coeptam acriter non tolerarunt pugnam] qui *acceptam* Leid. 1. et Lovel. 2. ac 3. *quis acceptam* Lovel. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. *quia inceptam* Haverk. [*quis dem certatur acriter* Veith.] Tum *tolerarunt pugnam* Lovel. 2. *tolerarunt pugnam aliter* Portug.

§. 5. *Et ad Vadimonis latum*] Polybius 2. [20.] *Ὀυάδιμωνα λίμνην* vocat. SIG. Locum Polybii corruptum, et *Ὀυάδιμωνα* scribendum esse, coniecit Cluverius 2. Ital. Ant. 3. p. 552. ubi plura de hoc lacu videnda. Mendose et ad vanum nomen latum legit Lovel. 3. *Vadimonis* Gaertn. De *lege sacra*, qua Etrusci exercitum coegerunt, v. ad 4, 26, 3.

Coesto exercitu] Pal. pr. *coepito exercitu*. GEBH. Ita et Voff. 2. ac Lovel. 3, sollemni errore scri-

barum, qui saepe *actus et aptus* in Mllis commutarunt. V. ad 40, 13, 6.

Quum vir virum legisset] Quid sit apud veteres auctores *vir virum legit*, declarant Petr. Victorius 18. Var. Lect. 19. Tarneb. 25. Advers. 7. et Dodwell. Praelect. Camden. ad Spart. Hadr. 18, 4. Vox *quum* deficit in Voff. 2.

Quantis numquam alias ante simul copitis] *umquam alias* Leid. 2. Deinde *alias antea* Voff. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 40, 12, 3.

§. 6. *Res gesta est, ut ab neutra parte emissa sint tela*] *gesta res est* Voff. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et edd. vett. quem ordinem Basileenses demum anno 1539. mutarunt, Deinde *emissas in tela* Florent. literis male in suas voces contributis, et finali vocis *sint* elisa ob initialem vocis sequentis. a *neutra parte* etiam Leid. 1. Lovel. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. Mox *commissa est in ipso certamine* Lovel. 4. in quo *est* a manu altera deletum est. Deinde in aliqua nova gente, pro *cum aliqua*, Lovel. 3.

§. 7. *Cadunt antesignani: et, nunc dentur propugnatoribus signa*] Legendum *propugnatoribus*. GELEN. De *antesignanis* v. Lipsium 4.

cadunt antesignani: et, ne nudentur propugnatori-
 8 bus signa, fit ex secunda prima acies. Ab ultimis
 deinde subsidiis cietur miles: adeoque ad ultimum
 laboris ac periculi ventum est, ut equites Romani,
 omiſſis equis, ad primos ordines peditum per arma,
 per corpora evaserint: ea velut nova inter felloſ ex-
 9 orta acies turbavit signa Etruscorum. Secuta dein-
 de inpetum eorum, utcumque adfecta erat, cetera

de Milit. Rom. dial. 3. Schel. ad Hygin. p. 1052. seq. et Gronov. ad Livii 23, 29, 3. DUK. Ita etiam legunt omnes mei. Infra 37, 11, 11. *Navis roſtris icta ſubprimitur: telis obrunantur propugnatores. Insuper cadunt ante signa* Voff. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. *cadunt ante insignia* Lovel. 3. Deinde *videntur* Gaertn. et Portug. a m. 1. *ne viderentur* a m. 2. quomodo etiam praeferant Lovel. 4. et Haverk. Sed quatuor poſtremae voces exſulant ab Hearnii Oxon. L. 1. Paulo ante *moveatur*, pro *movetur*, Florent. V. infra ad 39, 52, 6.

§. 8. *Cietur miles* } *cietur miles*
 Voff. 1. et Lov. 1. *Mox ad ultimum laboris ac periculi eventum, pro ventum*, Leid. 2.

Omiſſis equis, ad primos peditum per arma, per corpora evaserint } Pall. pr. tert. et Camp. ed. *ad proximos ordines. sec. ad primos ordines peditum.* Andreae ed. *ad proximos peditum.* GEBH. Hic jam olim ambigui fuere. Apud primum invenio Frobenium, quod editur. Thuan. Andreas, Becharius, Asc. Mog. *ad proximos peditum.* Duo Pall. et Campanus *ad proximos ordines per arma.* Aldus et Juntas cum Chiſet. et Voff. altero *ad proximos ordines peditum per arma.* Tertius

denique Pall. Voff. prior, et Buſl. *ad primos ordines peditum per arma per corpora evaserint.* Et haec maxime probanda videntur lectio. 10, [5, 6.] *Reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua ſatis laxo ſpatio equi permitti poſſent.* Et rurſum [c. 33, 2.] *Vixdum ſatis aptatis armis in ordines eunt.* Nisi *to peditum abeſſe malis.* Caesar 7. hell. Gall. [62.] *Ab ſiniſtro, quem locum duodecima legio ſenebat, quam primi ordines hoſtium tranſfixi pilis concidiſſent, tamen acerrime reliqui reſiſtebant, nec dabat ſuſpitionem fugae quiſquam.* Curtius 7, [4.] *Satibarzanes in primos ordines ad-quitavit, demtaque galea etc.* J. FR. GRON. *ad proximos ordines peditum* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Fragm. Hav. Neap. Latinii, et Hearnii Oxon. N. in margine. *ad primos ordines equitum* Hearnii L. 2. *ad primos ordines peditum* Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. Portug. Haverk. et Hearnii L. 1. B. et C. *ad primos proximos ordines peditum* Gaertn. utraque lectione ſimul juncta; quod hujus codicis librario familiare eſſe, ſaepius vidi-mus. Probum eſſe, *ad primos ordines peditum*, Gronovio adſentior; eaque lectio verior videtur illa, quam etiam ferri poſſe putabat, et in pr. ed. notarum unice probabat *ad primos ordines per arma, per corpora evaserint.* Vox enim *peditum*, exce-

multitudo tandem perrumpit ordines hostium. Tunc 10
vinci pertinacia coepta, et averti manipuli quidam:
et, ut semel dedere terga, etiam certiozem capessere
fugam. Ille primum dies fortuna veteri abundantes 11
Etruscorum fregit opes. caesum in acie, quod robo-
ris fuit; castra eo inpetu capta direptaque.

XL. Pari subinde periculo gloriaeque eventu bellum 1
in Samnitibus erat; qui, praeter ceteros belli adpara-

ptis duobus scriptis unoque edi-
to, omnium reliquorum testi-
monio firmatur, et *primi ordines*
simpliciter plerumque notant cen-
turiones primorum ordinum. V.
Gronov. ipsum ad Liv. 30, 4, 1.
At *primi ordines peditum* sunt pe-
dites in prima acie pugnantes.
Ad hos usque penetrarunt equi-
tes, eorumque locum subiere;
et ita nova velut acies exorta
est, *primus* autem et *proximus*
saepissime in M^{is} confunduntur.
V. ad 5, 47, 5. Mox *inter fessos*,
pro *inter fossos*, Leid. 2.

§. 9. *Secuta deinde inpetum eo-
rum, utcumque affecta fuerat* Pal.
sec. ut *tum affecta erat*. tert. ut-
cumque *affecta erat*. Campanus ut
quocumque *affecta erat*. GEBH.
Commodius *erat*, ut Flor. Rott.
Helm. duo Vossiani, Thuan. tres
Pall. Mureti codices. J. FR. GRO-
NOV. *erat* etiam superest in Hear-
nii Oxoniensibus, et omnibus
nostris, nisi quod ea vox exsul-
let ab uno Leid. 2. Verum insu-
per ut *tum affecta* Haverk. (Veith.)
ut *cum affecta* Portug. utcumque
affecta Gaertn. V. ad 5, 18, 4. Prae-
terea *Secuta deinde inpetu eorum*
Florent. Leid. 1. Lov. 2. et Fragn.
Hav. *Secuta deinde inpetu eorum*
Gaertn.

*Tandem perrumpit ordines ho-
stium* perrumpit Voss. 2. et Gaertn.
V. ad hujus lib. c. 37, 9. *prorum-*

pit Haverk. V. ad 9, 43, 15. *perrumpit*
Lovel. 2. Hinc *hostium or-
dines* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1.
Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 10. *Tunc vinci pertinacia coepta, et averti manipuli* Tum *vinci pertinacia coepta* Leid. 1. et Lovel. 4. V. ad 2, 13, 15. *Tunc vinci a pertinacia coepta* Gaertn. *Tunc vinci pertinacia coepta* Voss. 2. et Lovel. 3. Hinc *adverti manipuli* Voss. 2. et Fragn. Hav. a m. 1. Male. V. ad 1, 37, 3. Verba haec saepissime confundi, supra monitum est ad 6, 23, 8. Mox *to est* deficit in Haverk.

§. 11. *Fortuna veteri abundantes Etruscorum fregit opes* fortuna veteri Leid. 2. Portug. Haverk. et Lovel. 2. ac 3. V. ad 10, 18, 8. *fortunam veteri*, seu fortunam veterem, Gaertn. *fortuna veterem* Voss. 2. *fortuna vertente* Fragn. Hav. Tum *fregerit* Leid. 2. V. ad 40, 14, 11. Tandem *caesum in acie id, quod roboris fuit idem* Leid. 2. Sed pronomen *id* melius abest a reliquis scriptis.

§. 1. *Pari subinde periculo gloriaeque eventu bellum in Samnitibus erat* Pari deinde periculo Harlej. cui nullus consensit. Hinc *periculo, gloriaeque et eventu* Lovel. 2. *periculo gloriaeque eventum* Portug. Deinde *bellum deerat in* Fragn. Hav. a m. 1. Tum *in Samnitum erat* Haverk. Mox *fecere, pro fecerunt*, Lovel. 4.

tus, ut acies sua fulgeret novis armorum insignibus, fecerunt. Duo exercitus erant: scuta alterius auro, alterius argento caelaverunt. Forma erat scuti: summum latius, qua pectus atque humeri teguntur, fastigio

(§. 2. *Forma erat scuti*) Athenaeus l. 6. in fine auctor est, Romanos a Samnitibus usum scuti didicisse. Scaliger in Conjectan. ad Varr. p. 61. scribit, eum sequi opinionem Livii. Sed neque hic, neque alibi in Livio quidquam de ea re legitur, et Lipsius 3. de milit. Rom. dial. 2. firmis argumentis refellit hanc opinionem. Itanum Samnitum primum scutum fabricasse, tradit Clemens Alex. 1. Strom. p. 807. et ex eo Euseb. 10. Praepar. 6. In collectaneis ad Clementem adnotatur, Janum Parrhasium in reb. quae. per epist. p. 129. in utroque legere *Τριτανον* e Plinio, qui 7. H. N. 20. *Tritanum in gladiatorio ludo Samnitium armatura celeberrimum fuisse* dicit. Videtur quidem Clemens de eodem loqui, quem Plinius memorat; sed simul putasse, Samnitum natione fuisse, quem Plinius ex eo genere gladiatorum, qui *Samnites* vocabantur, fuisse significat. Quod porro dicit, hunc primum scutum fabricasse, id Parrhasius et Scaliger de scuto gladiatorum Samnitium interpretantur. Si usquam a Latinis scriptoribus proditum est, Tritanum hujus inventorem fuisse, tamen mihi probabile videtur, Clementem, rerum Graecarum, quam Romanarum, peritiorum, verba eorum perpetuam de scuto in universum accepisse. De Tritano, sive Tritano, gladiatore Samnite, agit etiam Salmas. ad Vopisci Firm. 4. et in Exercit. Plin. p. 26. ed. Traj. DUK.

Summum latius, qua pectus atque humeri teguntur, fastigio aequali] Arma Samnitium infra vit Lipsius 2. Saturn. dial. 11. Ceterum ad summum lata Lovel. 2. [Veith.] Male. Livius indicat, summum scutum latius fuisse, quam imum. *Summum* scutum est summa pars scuti. Ita 2, 7, 6. *Aedificabat in summa Volsia.* 9, 2, 9. *Praesidium etiam in summo saltu conspicitur.* Ita *extremus annus* est extrema pars anni, *prima urbs* prima pars urbis. V. ad 3, 29, 8. *ad summum lata* librario placuisse videtur, ut referatur ad praecedens forma, quia mox sequitur *ad imum cuneatior.* Sed *summum latius* superest in omnibus reliquis, nisi quod *latus* sit in Portug. a m. 2. et in Haverk. Sed haec mutatio constructionis quam maxime Liviana esse videtur, cui orationem omnibus modis variare admodum est familiare. Tum quo *pectus* Voff. 2. *quam pectus* Leid. uterque, Lovel. 1. 4. et Gaertn. Deinde *umeri* Florent. quomodo etiam in antiquissimo Mto Virgilio, in bibliotheca Medicea servato, scriptum obcurrere, Cl. Salvinus ad oram edit. Livianae, in quam variantes cod. Florent. conjecit, monuit. V. ad 8, 8, 10. Insuper *fastidio aequali* Florent. Leid. 1. et Klock. Paulo ante *caelaverant*, pro *caelaverunt*, Fragm. Hav. a m. 2.

Id imum cuneatior, mobilitatis causa] ad unum Lovel. 1. et 2. solito scribarum errore, de quo

figio aequali; ad imum cuneatior, mobilitatis causa. spongia pectori tegumentum: et sinistrum crus 3 ocrea tectum. galeae cristatae, quae speciem magnitudini corporum adderent. tunicae auratis militibus versicolores, argentatis linteae candidae. his dex-

v. ad 8, 6, 2. Tum *cuneatorum* Harleij. *cunctatorum* Voff. 2. Lovel. 3. 4. et Haverk. Infra 44, 4, 4. *Jugum montis, in angustum dorsum cuneatum, vix ternis ordinibus armatorum in fronte patuit.* Et eo sensu *cuneus* 37, 31, 8. *Cois deinde ex utraque parte in arctiorem velut cuneum. Lamptera ipsi adpellant.* Errori causa exstitit similitudo literarum *c* et *e* in scriptura Longobardica, de qua re infra v. ad 39, 35, 8.

§. 3. *Spongia pectori tegumentum*] V. Lips. Saturnal. Serm. 2. dial. 11. ubi ait, spongiam esse, quam in nota feminei sexus, qui gladiatoriam exercebat, vocet Juvenalis *baltheum* Sat. 6, [155.]

*Quale decus, rerum si conjugis auctio fiat,
Baltheus, et manicae, et cristae,
crurisque sinistri
Dimidium tegmen.*

KLOCK. *tegimentum* Lovel. 2. *tegumentum* Lovel. 4. V. ad 36, 32, 6.

Galeatae cristae, quae speciem magnitudini corporum adderent] Ridiculum erratum, pro *galeas cristatae*. GELEN. Quidam emendarunt *galeatae cristae*. temere, meo quidem iudicio. Videndum est etiam, quam bene habeant, quae praecedunt, verba, *Spongia pectori tegumentum*. neutrum enim intelligo. GLAR. *galeatas cristae* primum vidi in ed. Mediol. anni 1480. Ante eam Rom. ed. anni 1472. et eo ipso anno Liv. Tom. V. P. I.

1480. publicata Parm. recte praeferunt *galeas cristatas*. Neque aliter est in Mss omnibus, nisi quod *galea cristaeque speciem magnitudini corporum addiderunt* sit in Lovel. 2. *galeas cristae*, sc. tectae, quod ex praecedenti repetendum, in Leid. 1. *galeaeque cristatae* in Voff. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *et galeae cristatae* in Harleij. et Haverk. *addiderunt* etiam idem Haverk. praefert; sed ea vox exsulat a Gaertn.

Tunicae auratis militibus versicolores, argentatis linteae candidae] *auratis militibus* Voff. 2. et Leid. 2. *auratis militibus* Lovel. 2. Tum *coloros*, duabus prioribus syllabis omissis, Voff. 2. et Lovel. 3. Deinde *argentatis linteae candidae* Lovel. 2. *argentatis linteae Candidae* Haverk.

Illi in sinistro consistunt] *illi sinistro consistunt* Hearni Oxon. B. Mox hoc ipso capite. *Dextro ipso cornu consistit: sinistro praefecit magistrum equitum.* At reliqui omnes vulgatum tuentur. Supra 7, 34, 8. *Et ipse in summo consistit vertice.* ubi perperam etiam ab uno cod. aberat praepositio. alia ad eum locum dicta sunt. (* 35, 35, 11.) Hic vero praepositio, per compendium hoc modo t notata, excidit ob vocis praecedentis literam finalem. V. ad Livii 35, 8, 9.

§. 4. *Doctique a ducibus erant, horridum militem esse daveré*] *docti a ducibus erant* Loid. 2. et Lovel. 1. *doctique a duce erant* Lovel.

X

- 4 *trum cornu datum: illi in sinistro consistunt. Notus jam Romanis adparatus insignium armorum fuerat; doctique a ducibus erant, horridum militem esse debere; non caelatum auro et argento, sed ferro et animis*
- 5 *fretum. quippe illa praedam verius, quam arma, esse; nitentia ante rem, deformia inter sanguinem et vulnera.*
- 6 *Virtutem esse militis decus, et omnia illa victoriam sequi; et ditem hostem quamvis pauperis victoris praemium esse.*
- 7 *His Cursor vocibus instinctos milites in proelium ducit. dextro ipse cornu consistit; sinistro praefe-*

2. et Harlej. Tum horridum Romanam militem esse debere Lovel. 2.

Non caelatum auro et argento, sed ferro et animis fretum] Ita edidit Cl. Jac. Gronovius, cum antea circumferretur auro argenteoque. Sed Gronovio adsentiuntur plerique meorum. Nam caelatum aureo argento tantum, ab illis in diversa abeuntis, praefereunt Leid. 1. et Lovel. 2. auro vel argento Harlej. at voces auro et argento, sed ferro et animis fretum non comparent in Voss. 2. et Lovel. 3. Contra Hearnius, ex solo Oxon. L. 2. laudans auro vel argento, et in contextu servans auro argenteoque, etiam reliquos codd. ita exhibere tacite indicat. Praeterea ferro et armis Haverk. V. ad 22, 5, 8.

§. 5. Quippe illa praedam verius, quam arma, esse] quippe illam praedam Harl. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quippe illa praeda Leid. 1. et Gaertn. Ex quo fonte utraque vitiosa scriptura profluxerit, dictum est supra ad 6, 3, 8. V. etiam mox ad §. seq. Deinde et verius, priori vocula male inserta, Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Tum esse deficit in Lo-

vel. 4. cuius loco est legit Haverk. Mox desortia, pro deformia, Leid. 1.

§. 6. Virtutem esse militis decus] Et virtutem Leid. 2. Tum esse militibus decus Haverk. Mox ditem hostem quemvis Gaertn. Etiam omnia illa, Florent. Et hic etiam error ex eodem fonte promanavit, ex quo duo §. praec. indicati.

§. 7. His Cursor vocibus instinctos milites in proelium ducit] instructos milites Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 3. Portug. Haverk. Fragn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. Neque aliter in Pall. tribus sibi obvium fuisse, Gebhardus testatur supra ad Livii 5, 15, 10. qui inde instructos legendum esse conjicit. Mihi vulgatum minime mutandum videtur; et potius existimo, instructos ortum esse ex errore scribarum, qui eam vocem et instructos passim commutarunt. Exempla v. ad Livii 4, 32, 2. d. lib. 5, 15, 10. 6, 14, 9. et 10, 14, 6. Adde Cel. Burmann. ad Nason. 6. Fast. 597. ad Suet. Caes. 19. Oudend. ad Lucani 5, 149. et quae notavi ad Sillii 8, 244. Mox praeficit, pro praefectis, Leid.

cit magistrum equitum. Simul est concursum, in-8
gens fuit cum hoste certamen; non segnius inter di-
ctatorem et magistrum equitum, ab utra parte vi-
ctoria inciperet. Prior forte Junius commovit ho-9
stem, laevo dextrum cornu, sacros more Samni-
tium milites, eoque candida veste et paribus candore
armis insignes. eos se Orco mactare Junius dicti-
tans, quum intulisset signa, turbavit ordines, et haud
dubie inpulit aciem. Quod ubi sensit dictator, Ab 10
laevone cornu victoria incipiet? inquit, et dextrum cor-

a. et Lovel. 4. quomodo forte dederunt librarii, quod praecedat consistis. Verum ad 3, 46, 9. praesens et perfectum saepe congiungi, dictum est. [consistis pro consistis Veith.]

§. 8. Non segnius inter dictatorem et magistrum equitum, ab utraque parte victoria incipiet] num segnius Haverk. non signus Lovel. 2. qui etiam mox vocem equitum, aut certe majorem ejus partem, omisit, ultima tantum syllaba tum superfluit. Deinde ab utraque parte Voff. 2. Leid. 2. Lovel. 1. a m. 1. Lovel. 4. Harlej. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 8, 6, 13. Insuper inceperat Portug. a m. 2. qui paullo ante etiam praefert itidem a m. 2. Simul concursum, omissio verbo intermedio. Simul est concursuum Florent. a m. 1.

§. 9. Laevo dextrum cornu, sacros more Samnitium milites, eoque candida veste] laevo cornu dextrum Leid. 2. et Lovel. 1. laevo dextro cornu Lovel. 4. Tum sacros more Samnitium idem Lovel. 4. qui etiam obsert eosque candida veste. [ita Veith.] Mox passibus candore armis, pro paribus, Voff. 2. et Lovel. 3. patri-

bus candore armis Leid. 1. paribus ardore autvis Lovel. 4. a m. 1. armis a m. 2.

Eos se Orco mactare Junius dictitans, quum intulisset signa] eos se certo mactare Lovel. 1. eos se cerco mactare Leid. 2. et Voff. 1. in contextu, in cujus margine pro varia lectione adscriptum erat eos seorsum aptare; quod idem etiam a m. 2. in Florent. adscriptum est. sed eos seorsum actare legunt Voff. 2. Lovel. 3. 4. Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. eos seorsum artare Lovel. 2. seorsum etiam praefecerunt Harlej. Haverk. et Portug. in contextu. Deinde indictitans Haverk. dictitans Lovel. 1. a m. 1. Tum impulissent ordines Leid. 1. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 10. Ab laevone cornu victoria incipiet, inquit] Ab laevo cornu Leid. 1. a m. 2. et Fragm. Hav. Alienone cornu Gaertn. Ab laevo cornu Lovel. 1. Tum victoria inciperet Harlej. Gaertn. et Portug. a m. 1. in quo incipias interpolavit manus altera. Verba autem victoria incipiet, inquit, et dextrum cornu deficiunt in Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. ac 4. cul-

nu, dictatoris acies, alienam pugnam sequetur, non
 11 partem maximam victoriae trahet? Concitat milites.
 nec peditum virtuti equites, aut legatorum studia
 12 ducibus cedunt. M. Valerius a dextro, P. Decius
 ab laevo cornu, ambo consules, ad equites in
 cornibus positos evehuntur: adhortatique eos, ut
 partem secum caperent decoris, in transversa la-

pa scribarum, quibus fraudi fuit repetitio vocis cornu. V. supra h. lib. c. 11, 11. Mox et per dextrum cornu, addita praepositione, est in Lovel. 2.

Alienam pugnam sequitur, non partem maximam victoriae trahet alienam pugnam sequitur Lovel. 4. et Gaertn. alienam sequitur pugnam Portug. et Haverk. sequitur Mediol. ed. anni 1480. et quaedam aliae, scriptis et editis vetustioribus invitis. Tum ut partem maximam victoria trahat Lovel. 2. victoria etiam Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Harlej. et Gaertn. non partem maximam victoriam trahat Lovel. 4.

§. 11. *Nec peditum virtuti equites* eques Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. N. quod probari posset exemplo eorum, quae infra dicentur ad 35, 40, 6. quo minus tamen genuinum iudicem, optimorum codicum dissensus efficit. Paulo ante *Concitat*, pro *Concitat*, Lovel. 4. et Gaertn. *Concitati* Lovel. 2.

§. 12. *M. Valerius a dextro, P. Decius ab laevo cornu* etc. ad equites etc. *evehuntur* Valerii praenomen exsulat a Voss. 1. Leid. utroque, Lovel. 1. 2. et Hearnii Oxon. G. Verum cur minus eo adpellaretur, quam sequens P. Decius? Tum *a dextro cornu*, ul-

tima voce addita, Harlej. quam ex glossa receptam esse, sponte patet. Hinc *a laevo* Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Harlej. Gaertn. et Haverk. Deinde *evehuntur* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Harlej. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. Hearnii Oxon. L. 2. B. N. (in cuius posterioris margine tamen *evehuntur* adscriptum legitur) et editi ante Aldum. *evehuntur* Fragm. Hav. a m. 1. Male. *Evehere* in his proprium verbum. Supra 4, 33, 7. *Calcaribus subditis evectus offrono equo in medios ignes infertur*. 5, 36, 7. *Evectus extra aciem equo ducem Gallorum occidit*. 22, 45, 3. *In stationem quoque pro vallo locatam atque ipsas prope portas evecti sunt*. 29, 34, 12. *Incantis se evectentes Masinissa excipiebat*. 31, 35, 5. *Equites ut semel in hostem evecti sunt*. Et quidem *evehuntur ad equites*, nempe ex ordine, in quo antea confiterant. Eadem forma in re navali dixit infra 37, 15, 9. *Placuit tamen Regillum tota classe evecti ad portum Ephesi*. Et ita *evocare ad colloquium* ejusque generis alia Livio familiaria sunt, de quibus supra v. ad 4, 10, 1.

Ut partem secum caperent decoris, in transversa latera hostium incurrunts caperent Leid. 2. Male. Infra 31, 28, 4. *Ad Rhodias quoque missi legati, ut caperent partem belli*. 2, 6, 8. *Decorum erat tum ipsis capessere pugnam duci-*

tera hostium incurrunt. Is novus additus terror ¹³
 quum ex parte utraque circumvasisset aciem, et ad
 terrorem hostium legiones Romanae, redintegrato
 clamore, intulissent gradum, tum fuga ab Samnitibus
 coepta. Jam strage hominum armorumque insignium ¹⁴
 campi repleri; ac primo pavidos Samnites castra
 sua acceperunt: deinde ne ea quidem retenta. captis

bus. et alibi saepe. Confunduntur haec verba etiam infra hoc lib. c. 43, 13. *partem secum capserunt dictatoris* Lovel. 4. Tum vox latera exulat a Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1.

§. 13. *Is novus additus terror*] *Hic novus additus terror* Voss. 2. *Hic novus additus terror* Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Haverk. Fragm. Hav. et ed. Parm. V. ad 2, 14, 9. *terror additus* editiones ant. usque ad Froben. anni 1535. Mox etiam ex utraque parte, transpositis dictionibus, eadem edidit.

Et ad terrorem hostium legiones Romanas, redintegrato clamore, intulissent gradum] Se in Oxon. B. ac C. *et ad terrorem host. invenisse*, testatur Hearnius. Verum mihi *et ad terrorem hostium legiones Romani* obvium fuit in Portug. et Haverk. neque inde dissentit Harlej. nisi quod praeferebat *Romano redintegrato clamore sine sensu*. Utraque lectione juncta *et ad terrorem ac terrorem hostium legiones Romano redintegrato clamore intulissent gradum* est in Gaertn. quod hujus codicis librario frequens esse, vidimus supra ad 4, 55, 5. et mox hoc cap. §. 15. Nihil muto. Indicat enim Livius, eodem tempore, quo equites latera invadebant, etiam pedites, quos no-

mine *legionum Romanarum* indicat, a fronte terrendis hostibus clamorem redintegrasse, ac gradum intulisse. Eo sensu *legiones* pro peditibus exercitus supra est 3, 27, 6. *Legiones ipse dictator, magister equitum suos equites ducit.* et 29, 2, 7. *Id modo hostium imitati sunt, ut inter legiones et ipsi patentes equiti relinquere vias.* Tum *redintegrato clamore intulissent* Florent. pro quo *clamore tulissent* a m. 2. emendatum est. Deinde *gradum* omittit Lovel. 3. cuius loco *gladium* praefert Klock. In verbis sequentibus *tunc fuga*, pro *tum*; Voss. 2. et Fragm. Hav. V. ad 2, 12, 15. *cum fuga* Lovel. 1. Vide ad Epit. Liv. 48. circa finem. Hinc a Samnitibus Leid. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav.

§. 14. *Campi repleri, ac primo pavidos Samnites castra sua acceperunt*] *quampi repleri* Klock. *litera e in qu* mutata, de quo v. ad 9, 2, 15. *campum repleri* Fragm. Hav. quasi hunc casum requireret infinitum verbum, et non per ellipsin diceretur, pro *campi repleri coepta*: quod verbum modo praecessit, et haec revocari potest. V. Sanctium 3: Min. 6: in fine. *campi repleri* Leid. 2. et Haverk. quomodo dedisse videntur scribae, quia mox sequitur verbum finitum *acceperunt*, quo animo librarius Fragm. Hav. qui hic *repleri* servat, mox a m. 1. dedit

15 direptisque ante noctem injectus ignis. Dictator ex
 senatusconsulto triumphavit. cujus triumpho longe
 16 maximam speciem captiva arma praebuere. tantum
 magnificentiae visum in iis, ut aurata scuta domi-
 nis argentariarum ad forum ornandum divideren-

accipere. Perperam. Praeterquam enim quod, ut modo dictum est, ad praecedens *repleri* subintel- ligatur *coepti*, non insolens etiam est, infinito verbo finitum ac finito infinitum subjungi. V. supra ad 5, 47, 5. *sua castra accipere* Lovel. 4. *sua castra acceperunt* Gaertn. *castra sua cepere* Harlej. sed prima syllaba *ce* accipere hausta est partim a vocis praecedentis litera finali, partim a prima *ce* *cepero*. V. ad 39, 6, 2. *Accipere* in hac re Livio sollemne est. V. supra ad 5, 21, 3. [*recepere* Veith.]

Captis direptisque ante noctem injectus ignis captisque ante noctem Voff. 1. Voff. 2. a m. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. et Haverk. [Veith.] *captisque vi ante noctem* Voff. 2. a m. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *captis direptisque vi ante noctem* a m. 2. Saepius *capti* simul et *direpti* oppidi vel castrorum meminit Livius, quorum multis locis alterum omittunt librarii. Supra 2, 25, 4. *Mox ipsa castra capta direptaque*. 4, 47, 4. *Captis direptisque castris, quum praedam dictator militi concessisset*. Eodem cap. *Oppidum, corona circumdatum, scalis captum ac direptum est*. 10, 44, 1. *Captum oppidum diripiendum militi dedit*. 24, 35, 2. *Megara vi capta diruit ac diripuit*. 29, 17, 16. *Quotidie capitur urbs nostra, quotidie diripitur*. et alibi saepe. Deinde *invectus ignis* Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. sollemni scribarum errore. V. exempla supra 1, 30, 10. 5, 27, 10. 9, 13, 10. 31, 27, 8. et

32, 30, 11. Adde, quae notantur ad 32, 6, 1. (* 27, 28, 1. 37, 30, 10.)

§. 15. *Dictator ex senatusconsulto triumphavit. cujus triumpho ex senatu* Lovel. 1. *ex senatu consulto* Leid. 2. *ex Samnitibus triumphavit* Voff. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. *ex senatusconsulto de Samnitibus triumphavit* Gaertn. duplici lectione juncta; quod codicis hujus librario frequens esse, modo vidimus ad §. 13. Tum *castra triumpho* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. *Mox praebuerunt, pro praebuere*, Lovel. 4.

§. 16. *Domini argentariorum ad forum ornandum dividerentur* Leg. *argentariarum*. Subint. *tabernarum*. MURET. Scribendum omnino *argentariarum*, quia subauditur *tabernarum*. V. 26, 27, 2. et 40, 51, 5. GISB. CUPER. *argentariorum* omnes mei praeferebant constanter, [etiam Veith.] nisi quod ex Voff. 1. nihil notari viderim in excerptis, ut forte is conjecturam virorum doctorum exhibeat, quae mihi etiam vera esse videtur. *ad ornandum forum est in Lovel. 4.* Tum *viderentur in Haverk.* omissa prima syllaba *di*, quae forte intercepta est a praecedentis vocis syllaba finali *du*.

Inde natum initium dicitur forei ornandi ab aedilibus, quum thensae ducerentur inditium Lovel. 1. et 4. *inditium* Leid. 2. Deinde *cum censae ducerentur* Leid. 2. *cōtensae ducerentur* Haverk. *cum tensae ducerentur* Florent. Voff. 1. et Leid. 1. V. de hac vocis ejus orthographia supra ad 5, 41, 2. et ita

tur. inde natum initium dicitur fori ornandi ab aedilibus, quum tensae ducerentur. Et Romani quidem ad honorem Deum insignibus armis hostium usi sunt: Campani, ab superbia et odio Samnitium, gladiatores (quod spectaculum inter epulas erat)

etiam Voss. 1. nisi quod praeferrat dicereur. V. ad 38, 43, 1. Omnia autem haec verba deficiunt in Harlej. et Gaertn.

§. 17. *Campani, ab superbia et odio Samnitium, gladiatores etc. ornati etc.*] Hinc Cic. dixit pro Sextio [64.] *Ex ergastulis emtos nominibus gladiatoris ornavit, et sortito alios Samnites, alios Provocatos fecit.* Et Lucilius [4. Satyr.] ut est apud Marcellum [v. Spurcum.]

*Aserninus fuit flacco ore, una
aquidem*

*Samnis, spurcus homo, vita illa
dignus loquoque*

*Cum Pucidiano componier, opti-
mus multo*

*Post homines natos gladiator qui
fuit unus.*

Erant etiam alia gladiatorum nomina, ut *Thraex*, *Mirmillo*, *Retiarius*; de quibus alii. SIG. De gladiatoribus Samnitibus v. Scalig. ad Varr. 4. de ling. Lat. p. 34. Lipsium 2. Saturn. 11. et Salmas. ad Solin. p. 26. Ceterum sed *Campani, ab superbia et odio*, addita prima vocula, Lovel. 2. et Hearnii Oxon. C. Verum, particulam hanc adversativam, quam Livius saepe subpressam voluit, liberos de suo addere solitos fuisse, supra vidimus ad 6, 32, 8. quod et hic factum esse, verosimile fit, quia constanter reliqui non agnoscunt. a *superbia et odio* Gaertn. Lovel. 1. et Leid. 2. na *superbia et odio* Voss. 2. ad *superbiam et odio* Lovel. 3. *superbia et odio* Lovel. 4. ab *superbia*

odioque Haverk. Paullo ante quod, pro quidem, idem Haverk. Tum ad honorem diu, pro Deo, sive Deum, Lovel. 1. a m. 1. Hinc hostium armis Lovel. 4. Tandem usi, pro usi sunt, Lovel. 2.

Eo ornato armarunt, Samnitiumque nomine adpellarunt] Flor. Rott. Helm. Voss. duo compellarunt. J. FB. GRON. ornare, ornatus et ornamenta de armis dici, notum est. V. quae adnotantur ad Flori 1, 16, 7. Livius 1, 43, 8. Ita pedestri exercitu ornato distributoque. ubi ornato ad arma pertinet, quae sua cuique classi data dixerat. Hinc armare et ornare saepe conjunguntur. 7, 10, 6. Armatum adornatumque adversus Gallum producunt. Et quod hic ornato armare, 7, 14, 7. est armis ornare. Agasenos partim captivis, partim aegrorum armis ornatos imponit. (*ornare armis Ovid. 9. Her. 103.) Nec video, cur Buchner. ut puto, in thesauro Fabri, et Graevius in Suetonii Tito 9. scripturam paucorum librorum *ferramenta pugnantium* gladiatorum praeferre voluerint receptae, et plerorumque MSS. et vet. édd. auctoritate stabilitae *ornamenta pugnantium*, quam Casaubonus, Torrentius, Salmasius, Lipsius ad Taciti 3. Ann. Exc. G. et 2. Saturnal. 17. et ante eos omnes Beroaldus probarunt. Nam, quod Lipsius dicit, Beroaldum ibi substituisse *infrumenta*, errorem esse Beroaldum pro Sabellicis scribentis, constat ex Beroaldi edit. Suetonii Mediolanensi cccccxxv.

eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine com-
 18 pellarunt. Eodem anno cum reliquis Etruscorum
 ad Perusiam, quae et ipsa induciarum fidem rupe-
 rat, Fabius consul nec dubia nec difficili victoria
 19 dimicat. ipsum oppidum (nam ad moenia victor ac-
 cessit) cepisset, ni legati dedentes urbem exissent.
 20 Praesidio Perusiae inposito, legationibus Etruriae
 amicitiam petentibus prae se Romam ad senatum

et ex editis ab eo interpretatio-
 ne. Salmasius ad Solinum et ad
 Florum eadem significatione *or-
 naturam* dici putat, et pro eo,
 quod in Solino c. 4. vulgatur
*Tritanum gladiatorem natura Sam-
 nitium fuisse*, emendat *ornatura*.
 Sed primo non ostendit, *orna-
 tura* esse vocem Latinis scripto-
 ribus usitatam. Deinde, quum
 Plinius, e quo hoc descripsit So-
 linus, Tritanum in gladiatorio
Iudo Samnitium armatura celebrem
 fuisse dicat, potius sequendos
 puto Parrhasium l. d. et Lipsium
 2. Saturn. 11. sed sine mentio-
 ne Parrhasii, in Solino quoque
legentes armatura. DUK. *com-
 pellarunt* etiam omnes mei prae-
 ter unum Gaertner. omnesque
 Hearnii Oxonienses praeter so-
 lum L. 1. Ceterum *eo ornatu ar-
 marunt Samnitium, gladiatorisque*
nomine compellarunt Lovel. 4.

§. 18. *Ad Perusiam, quae et*
ipsa induciarum fidem ruperat
 Legendum *quae ipsa*, non *quae*
et ipsa. GELEN. In Aldina, Jun-
 tae, et Frobeniana video *quae*
et ipsa. Vetuit Gelenius. Legen-
 dum *quae ipsa*, inquit; non *quae*
et ipsa. Et sane Andreas et cae-
 teri ante Aldum, ut ille voluit.
 Sed Flor. Rott. Helm. Voffianus
 [pr.] Mureti *quae et ipsa*. J. FR.
 GRON. Nulli meorum *eo et ab-
 jiciunt*, nisi Voff. 2. Lovel. 3.
 Harlej. et forte Klock. ex quo

nihil notatum video. Reliqui con-
 stanter servant; quod de suis
 etiam Oxoniensibus Hearne te-
 statur. Contra praecedens *quae*
 deficit in Lovel. 2. ut dare vo-
 luerit librarius *ad Perusiam (et*
ipsa induciarum fidem ruperat) Fa-
 bius consul. V. ad 5, 32, 8. Sed
quae in reliquis omnibus con-
 stanter superest: quare servan-
 dum arbitror. *induciarum foedera*
 habet Gaertn. Male. Differunt
 enim *foedus et induciae*. Supra
 4, 30, 1. *Foedus ab senatu cum*
petissent, et pro foedera deditio
*ostentaretur, inducias annorum oc-
 to impetraverit*. Mox cap. seq. §.
 6. *Tantum terrorem sui fecit, ut*
nomen omne Etruscum foedus ab
consule peteret. Ac de eo quidem
nihil impetratum. Induciae annuae
datae. At *fides induciarum* apud
 Livium saepe occurrit. V. ad
 Livii 8, 37, 2. *fides et foedus* com-
 mutari a librariis, supra vidi-
 mus ad Epit. Liv. hoc lib. Ce-
 terum paullo ante *Eodem anno*
dum cum reliquis, media voce
 addita, Haverk. cum reliquis Klock.
 et edd. Rom. anni 1473. ac Parm.
 quod, si plures codd. firmarent,
 non displiceret, ut intelligeren-
 tur reliquiae exercitus, qui su-
 pra cap. praec. devictus fuisse
 narratur. Ita etiam alibi pecca-
 tur. V. infra ad 40, 57, 8. In ver-
 bis sequentibus *dimicavit*, pro
dimicat, Lovel. 4.

§. 19. (*Nam ad moenia victor*

missis, consul, praestantiore etiam, quam dictator, victoria triumphans, urbem est invecus. Quin etiam devictorum Samnitium decus magna ex parte ad legatos, P. Decium et M. Valerium, est versum: quos populus proximis comitiis ingenti consensu consulem alterum, alterum praetorem declaravit.

XLI. Fabio ob egregie perdomitam Etruriam continuatur consulatus; Decius collega datur.

accessit) cepisset, ni legati dedentis urbem] nam moenia victor accessit Voff. 2. Ita Plin. 16, 40. Quae proximo obonum accedere videtur. Tacit. 12. Ann. 31. Quia societatem nostram volentes accesserant. Auson. Epist. 8, 3.

Santoniamque urbem vicino accessimus agro.

V. Cel. Burmann. ad Phaedri 1. fab. 25, 6. Hic tamen nihil muto, partim quia reliqui codd. constanter praepositionem tuentur, partim quia alibi Livius ita locutus esse non reperitur. *nam ad moenia victoria accessit* Leid. 2. et Lov. 1. a. m. 1. Praeterea cum cepisset, inde legati Voff. 2. et Lov. 3. sine sensu.

§. 30. *Praestantiore, quam dictator, victoria triumphans, urbem est invecus] Vet. lib. praestantiore etiam, quam. †. „ Ita „ Badius. „ †. SIG. Particulae etiam non modo servant omnes scripti, sed et edd. quas videre datum est; ut nesciam, quam causam huic scholio addendo Sigonius habuerit. praestantiore etiam victoria, quam dictator, triumphans Lovel. 4. praestantiore etiam, quam dictator, triumphans victoria Portug. et Haverk. Praeterea in urbem est invecus Lovel. 4. V. supra ad 4, 29, 4. Paullo ante per se, loco τού prae se, Ha-*

verk. solito scribarum errore. V. ad 10, 13, 9.

§. 31. *Consulem alterum, alterum praetorem declaravit] Vox alterum semel omittitur in Florent. Haverk. et Lovel. 4. de quo lapsu scribarum v. ad 33, 27, 4. alterum consulem, alterum praetorem praeferunt Voff. 2. Lovel. 2. et 3. Paullo ante de victoria, pro devictorum, Gaertn.*

§. 1. *Fabio ob egregie perdomitam Etruriam] Perdomitam ait, quae nondum domita erat, quippe in quam nunc mittitur exercitus consularis. Caeterum Decio hic addendum iterum, Fabio III. Valerio praetori hic additur quartum, quod de praetoribus rarum est. GLAR. Praepositio ob deficit in Leid. 1. ejus loco ab dedit librarius Haverk. sollemni lapsu. perdomitam dicit, quia vincendo ad pacem petendam Etruscis adegerat, quamvis tamen data ea uti noluerint. Licet autem hic Fabii tertius, Decii alter consulatus fuerit, non tamen alterutri numerus addendus est. V. ad 2, 16, 7.*

Decio collega datur] Chifl. Decio collegae. Voff. [ambo,] et Helm. Decio collega. Forte mutata distinctione: Fabius ob egregie perdomitam Etruriam, continuato consulatu, Decio collega datur. J.

• Valerius praetor quartum creatus. Consules partiti
provincias. Etruria Decio, Samnium Fabio evenit.

FR. GRON. *Decio collega datur* Leid. 1: *Decio collega datur*, praeter utrumque Voss. a Gronovio laudatum, etiam Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. Harlej. Gaertn. Klock. Fragm. Hav. a m. 1. et edd. Frobeniana anni 1531. priores. Ea vero prima dedit, ut nunc circumfertur: quod in reliquis scriptis superfuit. Posses, si vulgatum displiceat, omniaque uno ambitu orationis complecti velis, aut Gronovii conjecturam probare, aut minori mutatione legere: *Decio collega dato*. Mox etiam *eratur*, pro *creatus*, praefereunt Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2.

§. 2. *Consules partiti provincias. Etruria Decio, Samnium Fabio evenit*] *Lege Consulibus partitis provincias, Etruria Decio, Samnium Fabio evenit*. J. FR. GRON. Omnes codd. in receptam scripturam conspirant. Quid igitur de hac similibusque Gronovii conjecturis censeam, sententiam dixi supra ad 3, 22, 3.

§. 3. *Profectus ad Nuceriam Allifates*] Vide, num legendum ad *Nuceriam*, quae Romanorum colonia jam erat. Nam Nuceria longius abest in Picentibus: etiam si tres Nuceriae a Ptolemaeo (3, 1.) referantur. Sed, quam ipse Appulorum facit, eam puto *Nuceriam* dici, cujus et Horatius in *Odys* (3. od. 15, 14.) Hoc autem de Allifa ac Allifatibus mirum. Capitur Allifa anno ab urbe condita CDXXVIII. (8, 25, 4.) et CDXLV. (9, 42, 7.) Hic Allifates subiguntur, cum de eorum defectione vix ullum habeamus verbum. GLAR. Vet. lib. *Is profectus ad Nuceriam Alfaternam, jam tum pacem petentes, quod nisi ea, cum daretur, nolissent, a-*

spernatus, eam oppugnando subegit. Ita autem legendum esse, aperte etiam docet Diodorus (l. 19. p. 707.) qui scribit, Sp. Nautio et M. Popillio consulibus, ita: *ΟΙ καὶ Νουκερίαν τὴν Ἀλφατέρην καλουμένην οἰκοῦντες, πεισθέντες ὑπὸ τινῶν τῆς Ρωμαίων φιλίας ἀπέσπασαν*. Id est, *Qui Nuceriam Alfaternam incolunt, a Romanis defecerunt*. Itaque paullo ante Livius dixit (c. 38, 2.) *Classis Romana, a P. Cornelio in Campaniam acta, cum impulsus Pompejos esset, socii inde navales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti*. Est autem Nuceria in Campania, ix millia passuum distans a mari, auctore Plinio (3, 5.) qui idem de Alfaternis populis mentionem facit. Neque vero hic *Alifas* locum habent, quas supra captas tradidit, neque postea defecisse adscripsit. Glareanus tamen *Nuceriam* sine causa emendat. SIG. Membranae Fuldenses melius et auctius: *Nuceriam Alfaternamque jam tum pacem petentes, quod nisi ea cum daretur nolissent, adspersus, oppugnando ad deditionem subegit*. Ita enim Diodorus *ΟΙ καὶ Νουκερίαν τὴν Ἀλφατέρην οἰκοῦντες*. etc. MOD. Recte Sigonius sic pro eo, quod edebatur jam ab Andrea, *Alifates*. Confirmant nostri: sed praeterea Thuan. duo Voss. Helm. ignorant *tò jam*. Igitur sequens particula mutanda, ut sit: *Alfaternam, jam pacem petentes*. Ut Naso (3. Met. 717.)

Jam trepidum, jam verba minus violenta loquentem.

Quod vero *aspersus, eam oppugnando* vult Sigonius, nec meliores codices habet subscriptores, et perinde peccat, ut Clu-

Is profectus ad Nuceriam Alfaternam, tum pacem 3
petentes, quod uti ea, quum daretur, nolissent,

verius, cum legit *Alfaternos*, quo scilicet oratio et sensus conflet, 4. Italiae ant. 5. [p. 1186.] Is vero et sic constat. Intelligimus enim ejus urbis incolas. Sic 10, [2, 9.] *Hæc ubi Patavium sunt nuntiata, (semper autem eos in armis accolæ Galli habebant) in duas partes juventutem dirigit.* 24, [35, 1.] *Hæorum atque Erbesum, dudentibus ipsis, recipit.* Et eodem [c. 36, 10.] *Murgantium primum, prodito ab ipsis praesidio Romano, recipit.* 26, [19, 11.] *Emporiis, urbe Græca, (oriundi et ipsi a Phocæa sunt) copias exponit.* 32, [16, 5.] *Elacunia et Alopeconesum, tradentibus ipsis, recipit.* 44, [7, 5.] *Postero die progressus, Agassam urbem, tradentibus sese ipsius, recipit.* V. supra ad 8, 11, 12. J. FR. GRON. *Vocula is*, quam ab initio addidit Sigonius, et sensus requirere videtur, omiserunt concordi consensu omnes mei, et eam illis Hearnii Oxon. B. et C. in cujus l. 2. [et Veith.] pro eo *Fabius profectus* existabat. Tum ad *Nuceriam Alfaternam* Harlej. in *Luceriam Alfaternam* Klock. *Nuceria* et *Luceria* etiam alibi confundi, docet Cel. Burm. ad Suet. Vitell. 1. ad *Miceriam Alifates* edd. Rom. anni 1472. et Parm. ad *Maceriam Alfaternam* Voss. 2. et Lovel. 3. reliqui omnes ad *Nuceriam Alfaternam*, ut Sigonius, probante Gronovio, scribendum docuit. Male de hujus lectionis veritate dubitabat Schottus ad Aurel. Vict. de Vir. inlustr. 32. Sed v. quæ ibi notat Doct. Arntzen. Hinc voculae *jam tum* desunt in contextu Port. in Hav. et in Hearnii Oxon. B. Pro utraque illa unam *tum* servant Lovel. 3. 4. et Harlej. cui iterum *quam* substituit Gaertn. cum Voss. duo, Leid. duo, Florent. Lovel. 1. 2. Por-

tug. in margine, Klock. et Fragm. Hav. Ex quibus Klock. insuper habet *Falaternam cum pace petentis*, Lovel. 2. *Alfaternam cum pacem petentem*. Sed librarius ejus non intellexit locutionem *Nuceriam petentes*, pro incolæ ejus petentes, quam recte Gronov. hoc loco inlustravit. De eadem etiam infra v. ad 38, 29, 9. *Vocem petentes*, in eodem luto hærens, omisit scriba Haverk. Deinde voces *quod uti ea, quum daretur, nolissent*, desunt in Hearnii Oxon. B. etiam in contextu Portug. sed ibi ad marginem adscribuntur. *uti eam* legunt Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *noluisse* Lovel. 2. ex eodem, qui modo notatus est, erroris fonte. *voluisse* Leid. 2. Hinc *aspernatus est, oppugnando* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Klock. et Haverk. *aspernatus, eam oppugnando* Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Denique ad *deditionem*, quas voces Modius in membranis Fuld. invenit, et Gruterus in contextum recepit, supersunt etiam in omnibus meis, solo excepto Harlej. qui, antiquioribus edd. ad sensum, omittit. Sed *subigere ad deditionem*, est *cohere in deditionem*, ut Livius loquitur 43, 1, 1. *Duo oppida vi atque armis coegit in deditionem. Subigere autem passim, pro cohere poni, olim docui ad Siliii Ital. 1, 635.* Eodem sensu etiam Livius ea voce utitur mox hoc cap. *Tarquiniensem metu subegerat, frumentum exercitui præbere.* Supra 1, 5, 6. *Mentu subactus Romulo rem aperit.* c. 22, 6. *Se invitos quidquam, quod minus placeat Tullo, dicturos, sed imperio subigi.* 7, 5, 6. *Præ se deinde tulit, eam vi subactum se incepto destitisse.* 45, 8, 1.

adspernatus, obpugnando ad deditionem subegit.
 4 Cum Samnitibus acie dimicatum. haud magno certamine hostes victi: neque ejus pugnae memoria tradita foret, ni Marsi eo primum proelio cum Romanis bellassent. Secuti Marsorum defectionem
 5 Peligni, eandem fortunam habuerunt. Decio quoque alteri consuli secunda belli fortuna erat. Tarquiniensem metu subegerat frumentum exercitui praebere, atque inducias in quadraginta annos petere. Volsiniensium castella aliquot vi cepit: quae-

Qua subactus injuria contra populum Romanum bellum tam infesto animo suscepisset.

§. 4. *Neque ejus pugnae memoria tradita foret*] An non prodita? *Istud enim tradita sine ullo adjuncto, puta veterum monumentis, annalibus, etc. non placet.* T. FABER. Satis commode. Sed optimus Flor. *ei pugnae.* Ut liceat suspicari: *neque in pugna memoriae tradita foret.* Cicero Parad. 3. *Non istum doctum et sapientem virum fuisse memoriae traditum est.* J. FR. GRON. *tradere possoris, memoriae apud Livium aliosque saepe obcurrit.* V. ad 5, 21, 16. et 8, 10, 8. Quin et *prodere ac tradere* saepe in Mltis commutantur. V. ad 8, 26, 6. Ut tamen *tradere* sine ullo adjuncto, quod Fabio displicebat, Livio non insolens esse evinceret, Perizonius ad marginem ejus adscripsit locum supra hoc lib. c. 28, 5. *Sive a Poetelio Dictatore, sive ab C. Junio consule (nam utrumque traditur) Nota est capta.* c. 36, 2. *Consultis fratrem M. Fabium, Kaesonem alii, C. Claudium quidam, matre eadem, qua consulem, genitum, tradunt.* Adde 1, 31, 8. *Ipsam regem tradunt operatum his sacris se abdidsse.* et 2, 8, 8. *Non ere-*

diderit factum, an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. 8, 10, 8. *Qui ejus pugnae memoriam tradiderunt.* Etiam Cl. Dukerus Fabrum argutari adnotavit; eadem enim supplenda esse, si dicas *prodita.* Quum itaque omnes mei constanter vulgatum servant, nihil mutandum arbitror. Paulo ante *dimicatum, et haud magno certamine,* addita copula, Leid. 2. et Lovel. 1. [*dimicatur* Veith.] In verbis sequentibus eandem defensionem habuerunt, pro eadem fortunam, Gaertn.

§. 5. *Tarquiniensem metu subegerat*] *Tarquinienses* Port. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxonienses. [Veith.] Male. V. ad 3, 2, 11. Paulo post *frumentum exercitui praebere, pro exercitui,* Florent. V. infra ad 24, 19, 6. et mox §. 7. hujus cap. Praeterea in XL. annos, pro LX, ed. Rom. anni 1472.

§. 6. *Volsiniensium castella aliquot vi cepit*] *Vulsiniensium* ex Capitolinis triumphis. SIG. *Vulsiniensium* Portug. *Volsiniensium* Haverk. *Vulsiniensium* Leid. ambo, et Lovel. 1. ac 4. *Vulsiniensium* Florent. Voss. uterque, Lo-

dam ex iis diruit, ne receptaculo hostibus essent: circumferendoque passim bello, tantum terrorem sui fecit, ut nomen omne Etruscum foedus ab consule peteret. Ac de eo quidem nihil inpetratum. 7 induciae annuae datae. stipendium exercitui Romano ab hoste in eum annum pensum, et binae tunicae in militem exactae. ea merces induciarum fuit. Tranquillas res jam Etruscis turbavit repentina defectio Umbrorum, gentis integrae a cladi- bus belli, nisi quod transitum exercitus ager sense-

vel. 2. 3. Klock, Fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. C. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. supra ad 5, 31, 5. Praeterea *castella via cepit aliquot* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk.

Quaedam ex iis diruit, ne receptaculo hostibus essent] ex his, vel hiis, Florent. Lov. 3. 4. Voss. duo, Leid. duo, Gaertn. et Fragm. Hav. ex ipsis Portug. Tum no receptaculo hostibus essent Lovel. 4. no receptacula hostibus essent Gaertn. no receptacula hostibus essent Leid. 1. Utraque lectio commodo sensu ferri potest. V. ad 5, 54, 5. Reliquis igitur vulgatum defendentibus adsentiri praestat, quam naum testem audire.

Circumferendoque passim bello, tantum terrorem sui facit] circumferendoque passim bello Portug. circumferendoque passim bellum Haverk. V. ad 40, 49, 1. Deinde vox tantum deficit in Florent.

Ut nomen omne Etruscum foedus ab consule peteret] ut omne nomen Etruscum Lovel. 2. ut omne facit nomen Etruscum Haverk. Tum cum foedus ab consuli peteret Leid. 1. Sed illud cum repetitum est ex vocis praecedentis literis ultimis.

V. supra hoc lib. ad c. 17, 9. *foedus ab consulis peteret Portug. V. ad 10, 10, 2. foedus ab consulis peterent Hearnii Oxon. B. foedus a consule peterent Gaertn. a m. 1. et Haverk. Supra 7, 17, 6. Concitatur deinde omne nomen Etruscum, et Tarquintibus Faliscisque ducibus ad Salinas perveniunt. Verum optimi adhaerent vulgato,*

§. 7. *Ac de eo quidem nihil inpetratum] Ac de eo nihil quidem Voss. 1. et Haverk. At de eo nihil quidem Portug. V. ad 3, 61, 4. Mox voces annuae datae exsulant a Florent.*

Stipendium exercitui Romano ab hoste in eum annum pensum] exercitu Romano Florent. V. modo ad §. 5. Tum in eum annum provisum Lovel. 4. Male. Supra 2, 9, 6. Pauperes satis stipendii pendere, si liberos educarent.

§. 8. *Tranquillas res jam Etruscis turbavit repentina defectio] Tranquillas jam res Etruscis Voss. 2. et Lovel. 4. Tranquillis jam res Etruscis Lovel. 3. Utrumque commodo sensu dici potest. Tranquilli Etrusci, ut 2, 63, 3. Educta ex urbe juvenute, tranquillio-*

9 rat. li, concitata omni juventute sua, et magna parte Etruscorum ad rebellionem compulsa, tantum exercitum fecerant, ut, relicto post se in Etruria Decio, ad obpugnandam inde Romam ituros, magnifice de se, ac contemptim de Romanis loquentes, 10 jactarent. Quod inceptum eorum ubi ad Decium consulem perlatum est, ad urbem ex Etruria magnis itineribus pergit, et in agro Pupiniensi ad fa- 11 mam intentus hostium consedit. Nec Romae spernebatur Umbrorum bellum: et ipsae minae metum

quem ceteram plebem fecerunt. Tranquillae res, ut 38, 28, 1. In ceteris provinciis tranquillae res fuerunt. Plurium itaque et meliorum, receptam lectionem servantium, auctoritati cedere convenit. [jam omittit Veith.] Deinde repentina refectio Leid. 1. Ita et infra peccatur 10, 30, 11. V. supra hoc lib. ad c. 10, 6. *repentina defectione* Gaertn.

Integrae a cladibus belli, nisi quod transitum exercitus ager senserat] integrae ac laudibus Leid. 1. *integrae ab cladibus* Voss. 2. Lovel. 3. Portug. et Haverk. Tum *nisiq; transitum* Lovel. 3. V. ad 2, 41, 8. Hinc *ager censerat* Haverk.

§. 9. *Contemptim de Romanis loquentes jactarent] contemptum* Leid. 1. Gaertn. Haverk. et paucae edd. antt. Tum *jactarent* Portug. et Hearnii Oxon. B. Solent haec verba inter se commutari. V. ad 7, 2, 11. [loquentes omittit Veith.] Paulo ante *ad oppugnandum inde Romam, pro oppugnandam*, Lovel. 3. et quaedam ex edd. vett. V. ad 40, 49, 1.

§. 10. *Quod inceptum eorum ubi ad Decium consulem perlatum est]*

Quod in contemptum eorum Lovel. 4. *Quod inceptum ad Decium* Voss. 2. *Mox ab Etruria, pro ex Etruria*, Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. [Veith.] *ad Etruriam* Lovel. 4.

Et in agro Pipiniensi ad famam intentus hostium consedit] Quidam *Pupiniensi* restituerunt; sed nihil certi adferre possum. GLAB. Scribe *Pupiniensi*, id est, qui erat in Pupinia; de qua dicam post, quod, quid ea sit, se dicat Glateanus ignorare. SIG. *Pupiniensi* Aldus eumque secuti pauci ediderunt: quod mox iterum ejectum Sigonio revocandi occasionem dedit. Et recte. Sigonio enim favent omnes mei, et Neap. Latini. Ita autem legendum, Sigonio consentit Turneb. ad Cic. orat. 2. Agrar. 35. ubi etiam quaedam de hoc agro vide. Sed plura dabunt Sigonius infra ad Livii 26, 9, 12. et praesertim Cluverius 3. Ital. Ant. 4. p. 966. Vocula *et* deerat in Harlej. et edd. Aldina prioribus. At eam hausisse videntur ultimae literae vocis praecedentis *pergit*; quod et alibi evenisse observatur. V. supra 6, 38, 6. 7, 11, 4. 10, 3, 5. et alibi. (*35, 34, 8. 38, 38, 12.) Tum *sedis* Lovel. 2.

fecerant expertis a Gallica clade, quam intutam urbem incolerent. Itaque legati ad Fabium consulem missi sunt, ut, si quid laxamenti a bello Samnitium esset, in Umbriam propere exercitum duceret. Dicto paruit consul, magnisque itineribus ad Mevaniam, ubi tum copiae Umbrorum erant, perrexit. Repens adventus consulis, quem procul Umbria in Samnio bello alio occupatum crediderant, ita exterruit Umbros, ut alii recedendum ad urbes munitas, quidam omittendum bellum cense-

Utrumque verbum in hac re Livio frequens est. Nihil itaque mutandum sana ratio jubet.

§. 11. *Nec Romae spernabatur Umbrorum bellum: et ipsas minas motum fecerant*] *Nec umbre spernabatur* Leid. 2. *Nec Romae spernabatur* Voss. 2. *Tum bellum Umbrorum* Leid. 1. *Vox bellum deficit in Portug. Deinde metu fecero* Haverk. *metum fecero* Portug.

Expertis a Gallica clade, quam intutam urbem incolerent] Praepositionem abieciunt Flor. Thuan. Helm. Voss. Mureti codices. Et quid ea opus. J. FR. GRON. *ex parte Gallica clade* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *expertas Gallicam cladem* Portug. *expertis Gallicam cladem* Florent. Gaertn. Haverk. Fragn. Hav. a m. 2. et Neap. Latini. Omnia autem haec verba desunt in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragn. Hav. a m. 1. Ex his patet, quamvis praepositio in nullo existet scripto, attamen nullum ex meis codicem esse, qui, quemadmodum Gronovius legendum censet, *expertis Gallica clade* praeferat: hinc, licet lectionem eam veriorē esse putem, illam tamen in contextum

admittere nondum ausi sum. Sane non experti sunt a clade Gallica, sed per ipsam illam cladem. Ita infra 21, 1, 2. *Haud ignotas belli artes inter se, sed expertas primo Punico conserchant bello*. Insuper quamvis intam urbem Neap. Latini.

§. 12. *Ut, si quid laxamenti a bello Samnitium esset*] uti Gaertn. V. ad 37, 46, 10. *Tum quod laxamenti* Gaertn. idem. *ut quicquid laxamenti* Lovel. 4. *Mox prope exercitum duceret, pro propere*, Leid. 2. et Lovel. 3. V. ad 39, 31, 4.

§. 13. *Magnisque itineribus ad Mevaniam*] Nomen hoc, quod editi ita recte exhibent, in plerisque scriptis corruptum existat. *Mevaniam* habet Florent. *Meneniam* Voss. 1. et Portug. *Melliam* Lov. 3. *Meneniam* Lov. 4. Gaertn. Haverk. et Oxon. L. 1. apud Hearnium, qui se *Memniam* in L. 1. *Meveniam* in B. invenisse refert. Praeterea *magnis itineribus*, sine conjunctione *que*, Voss. 2.

§. 14. *Quem procul Umbria in Samnio bello alio occupatum crediderant*] *Tō quem* exulat a Portug. quod etiam abesse posset, si

15 rent. Plaga una (Materinam ipsi adpellant) non
 continuit modo ceteros in armis, sed confestim
 ad certamen egit. castra vallantem Fabium adorti
 16 sunt. Quos ubi effusos ruere in munimenta consul
 vidit,

aliorum, et quidem melioris nota, codd. auctoritas firmaret: ita enim verba haec per parenthesis interjecta videri possent. V. ad 40, 57, 3. Tum *procul Umbriam in Samnio* Portug. et Haverk. V. ad 21, 61, 8. *procul Umbri Samnio* Voss. 2. et Lovel. 3. *procul Umbria in Samnitio* Lovel. 2. Mox vocula *ita* deficit in Lovel. 3.

Recedendum ad urbes munitas, quidam omittendum bellum consequent] decedendum ad urbes Gaortn. Ita solitos esse peccare librarios, infra videbimus ad 35, 10, 2. *ad umbras munitas* Lovel. 4. Et ita etiam interdum variant scribae. V. Bentley. ad Horat. 3. od. 4, 46. Deinde *omittendum bellum* primus vulgavit Cel. Jac. Gronovius, quum antea ederetur *bellum omittendum*. Quamvis autem causam non exposuerit, videtur tamen librorum auctoritatem secutus esse. Certe ita plerique meorum codd. Priorum autem edd. scripturam tantum inveni in Harlej. et forte in Florent. et Klock. ex quibus nihil notari video. *committendum bellum* praefertur Voss. 2. et Lovel. 2. 3. ac 4. a m. 1.

§. 15. *Plaga una (Materinam ipsi adpellant) non continuit modo ceteros] Plaga* hic haud dubie militiae nomen, et fortassis quod *πλαγίαν* vocant Graeci, aciem quadratam, altera parte longiorem. Certe vox haec a Livio ita ponitur quasi omnibus nota, cum ipse nusquam antea, quod

sciam, ea usus sit. GLAR. Longe petium est, quod hic scribit Glareanus, nec credo unquam ita Latinis dici *plagam*. Nihil melius scio; sed suspicor, *plagam* hic esse eos, qui e plaga, id est, tractu sive parte Umbriae, quam ipsi Materinam appellabant, venerant. Nec tamen quemquam alium hujus mentionem fecisse, ex Cluverii et Interpretum Livii silentio colligo, qui itidem de *Circe Maritimo*, quem in Hernicis fuisse ostendit Livius cap. seq. tacent. DUH. Expositio Glareani merito displicuit Doujatio, qui *plagam* interpretatur pagum, regiunculam, oppidi territorium. Similiter etiam Cl. Jac. Gronovius, quum Livium discipulis in scholis domesticis exponeret, *plaga* accipiebat pro regione, et insuper suspicabatur, usum istius vocis hoc sensu ad Romanos ex Umbria venisse; et, sicut Etruria in duodecim populos, ita Umbriam in suas plagas divisam fuisse: monet etiam, *plagam* hic sumi pro corpore militum ex ista plaga conscripto, quemadmodum *civitates* dicuntur milites navesque, qui ab certis civitatibus in classem Themistoclis erant contributi, apud Justin. 2, 12. *Quod si civitates, quae jam abire velent, dissipentur, majore labore si singulas consecundas*. Sane eodem modo nomina regionum et urbium saepe pro earum incolis ponuntur. Ita infra 39. 48, 5. *Messene desciverat a concilio Achaico*. ubi v. Gronov. Et supra 8, 11, 12. *Latium Capnaque agro*

vidit, revocatos milites ab opere, prout loci natura tempusque patiebatur, ita instruxit: cohortatusque praedicatione vera qua in Tuscis, qua in Samnio partorum decorum, exiguam adpendicem Etrusci belli conficere jubet: et vocis inopiae poenas

multat. ubi iterum vide. et ita passim alibi. Praeterea *Matinam* est in Portug. et Haverk. *Maccrinam* in Lovel. 2. *Maternam* in Lov. 4. Doujatius legendum conficit *Matilicam*, vel *Matelicinam*, quod Umbriae oppidum ad radices Apennini supra Aesim fluvium in finibus Ficeni fuisse docet. De eo v. Cluverii Ital. ant. 2, 6. p. 613. et Harduin. ad Plinii 3, 14. p. 171. ed. poster. Alioqui etiam *Maritimam* vel *Turdantinam* scribi posse existimat. Verum si omnia locorum, quorum tantum semel mentio sit, nomina in notiora mutanda forent, quanta audacissimis conjecturis fenestra aperta foret? Praeterea non obtinuit modo Harleij. vox autem modo deficit in Leid. 2.

§. 16. Quos ubi effusos ruere in monumenta consul vidit] Quo ubi effusos Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde ruere in monumenta Voss. 2. et Lovel. 3. frequenti lapsu. V. supra ad 4, 10, 6.

Prout loci natura tempusque patiebatur, ita instruit: cohortatus praedicatione vera] Pal. pr. instruxit: cohortatusque. Ceteri libri omnes instruxit; cohortatusque. GEBH. Nostri instruit, cohortatusque praedicatione. J. FR. GRON. Principes edd. instruxit, cohortatusque. Primus deinde Curio dedit instruxit, cohortatus. Basileenses autem anno 1555. instruit, cohortatus. Eo respiciens, nulla tamen *toy* instruit ratione habita, Gronovius monet, omnes Liv. Tom. V. P. I.

suos praeferre instruit, cohortatusque, eamque lectionem in contextum recepit. Secutus deinde Jac. Gronovius edidit instruxit, cohortatusque, sed inter errata instruit emendandum monuit. At omnes mei calamo exarati non tantum firmant cohortatusque, nisi quod cohortatus quod sit in Voss. 2. cohortatus quod in Lovel. 3. de quo errore v. ad 2, 41, 8. verum etiam instruxit vindicant, quod eorum auctoritate revocavi. Neque scrupulum injicere debet, quod sequatur jubet: Eadem enim tempora etiam junguntur supra 3, 46, 9. Domum se recepit, collegisque in castris scribit. c. 51, 10. Porta Collina urbem intravere sub signis, mediaque urbe agmine in Aventinum pergunt. Hoc lib. c. 40, 7. Dextro ipse cornu consistit: sinistro praefecit magistrum equitum. V. Curtium ad Plinii 5. ep. 5, 1. et quae ad primum Livii locum notavi. Ceterum prout natura loci Haverk. Tum praedatione vera Gaertn.

Qua in Tuscis, qua in Samnia partorum decorum exiguam adpendicem Etrusci belli] quam in Tuscis Leid. 2. Sed ultima litera *toy* quam adsumta est ex similitudine vocis sequentis. V. ad 3, 48, 5. que in Tuscis Haverk. ut forte librarius dare voluerit in Etruscis. Hinc in Samnio parcorum Decorum idem Haverk. Vocem autem *exiguam* ignorant Lovel. 1. 4. et Leid. 2. quam omnes reliqui recte agnoscunt: convenit enim consilio consulis, hostium vires ex-

expetere, qua se urbem Romanam obpugnatos
 17 minati sunt. Haec tanta sunt alacritate militum audita,
 ut clamor, sua sponte ortus, loquentem interpel-
 laverit ducem. ante imperium deinde concentu tuba-
 18 rum ac cornuum cursu effuso in hostem feruntur. Non
 tamquam in viros aut armatos incurrunt: (mirabilia dictu!) signa primo eripi coepta signiferis; dein-

tenuentis, ut militum animos
 auget. [*conficere bellum jubet*
 Veith.]

Qua se urbem Romanam obpugnatos minati sint] Vet. lib. *expugnatos*. SIG. Ita et Harlej. Portug. Haverk. Hearnii Oxon. L. 2. B. atque edd. Rom. anni 1472. et Parm. Similiter se in Pal. 2. invenisse, Gebhard. infra testatur hoc lib. ad c. 45, 17. ubi recte vulgatum tuetur. Praecessit enim supra hoc cap. *Ad obpugnandam inde Romam ituros jactarent*. Saepe autem ita turbant scripti. V. ad 21, 57, 6, Tum *minati sunt* Florent. Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Hloek. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. atque edd. principes usque ad Modium, quod loco restitui.

§. 17. *Ante imperium deinde concentu tubarum ac cornuum*] Pleinius aptiusque Flor. et Mureti, *ante imperium, ante concentum tubarum ac cornuum*. Neque enim signa canebant ante imperium. J. FR. GRON. Interdum tamen in magno ardore militum aliter factum legimus. V. Flor. 4, 2, 66. et, quem ibi citat Freinshemius, Hirtium de bello Afric. 82. Nec dissimile est, quod paullo post c. 43. scribit Livius. DUK. Gronovio credo, adfirmanti eam cod. Flor. lectionem fuis-

se. In excerptis tamen ejusdem oodicis, quae ante oculos habeo, nihil inde notatri video. Contra vero Latinius ex Neap. profert *ante imperium deinde, ante concentum tubarum et cornuum*. qua forma multa alia, passim apud Livium obvia, v. ad 38, 18, 19. Nullus tamen meorum adsentitur. in *concentu tubarum* est in Haverk. *tubarum* praefert etiam Portug. *concentu tubarum* Voss. 1. a m. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Paulo ante *interpellerit*, pro *interpellerit*, Lov. 2. Ejusdem erroris exemplum supra erat 6, 27, 4. etiam infra cap. seq. §. 3.

§. 18. *Non tamquam in viros aut armatos incurrunt*] *Nec tamquam in viros* Lovel. 4. Tum *percurrunt* Hearnii Oxon. C.

(*Mirabilia dictu!*) *signa primo eripi coepta signiferis*] Vet. lib. *mirabile dictu*. SIG. Quae hic de Umbrorum ignavia leguntur, Paulo Benio Iguvino ex Umbria causam odii et conviciorum in Livium fuisse, quidam tradiderunt apud Pignorium Symbol. Epist. 44. DUK. Ita et Lov. 4. Port. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. eamque scripturam et ipse in textum recepit Sigonius, et plerisque editoribus veram esse persuasit; donec Cel. Jac. Gronovius priorem revocaret, quam codd. reliqui cum prioribus omnibus editis tuentur, nisi quod *mirabilia dictu*

de ipsi signiferi trahi ad consulem, armatique milites ex acie in aciem transferri. et, sicubi est certamen, scutis magis, quam gladiis, geritur res. Umbonibus incussaque ala sternuntur hostes. plus 19 capitur hominum, quam caeditur: atque una vox ponere arma iubentium per totam fertur aciem. Itaque inter ipsum certamen facta deditio est a pri-

ait in Lovel. 1. V, ad 38, 43, 1. *mirabilia dictus* in Leid. 1. ubi ultima litera vocis *dictus* adcrevit ex prima vocis sequentis. V. ad 28, 25, 2. *mirabilia dicta* in Lovel. 3. Praeterea *signa primo inpetu scripti coepta signiferis* Portug. Gaertn. et Haverk. *signo primo scripti coepta signiferis* Lovel. 3.

Deinde ipsi signiferi trahi ad consulem] signiferi ipsi Lovel. 4. Tum trahi ad consules Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. et Hearnii Oxon. C. Sed unus tantum Fabius cum Umbris bellum gessit. Compendium itaque scribendi iterum librariis fraudi fuit, ut innumeris aliis locis. V. ad 10, 10, 2. Mox ex acie transferri in aciem alio ordine Lovel. 4. Deinde res geritur, iterum trajectis vocabulis, Leid. 1. geruntur res, pro geritur, edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad 3, 70, 10. quia autem omnes scripti hic praefereunt geritur, eam lectionem probandam arbitror.

§. 19. Umbonibus incussa que ala sternuntur hostes] Vet. lib. Umbonibus incussa ala. SIG. Sigonius auctoritate suorum delet copulativam, immemor, sic loquutum esse nostrum 30, [34, 3.] *Movere loco hostium aciem Romani, ala deinde et umbonibus pulsantes, in summotos gradu illato, aliquantum spatii velut nullo re-*

sistente incussere. Nec deerat in illis, quos vidimus. 4, [19, 5.] Adsurgentem ibi regem umbone resupinat. J. FR. GRON. Voculam que, quam Sigonius delet, et Gronovius in contextum revocavit, meorum unus ignorat Gaertn. Ea transposita, Umbonibusque incussa ala praefert Haverk. Umbonibusque incussa que ala Voss. 2. Reliqui omnes editionum Sigonio priorum scripturam tuentur. Per alam autem Lipsius 3. de Milit. Rom. dial. 2. intelligit partem illam humeri brachiique, qua adjunctrice in conflictu et pugna cominus clipeus in hostem impellitur. Ceterum sternuntur hostes est in Harlej. et edd. Aldina prioribus. V. ad 10, 10, 1.

Una vox ponere arma iubentium] Vox arma deficit in Haverk. Tum viventium Klock. Similitudo partim literarum in et ni, partim b et v errori ansam dedit.

§. 20. Itaque inter ipsum certamen facta deditio est a primis auctoribus belli. postero] Pall. pr. tertiusque inter ipsum certamen facta deditio a primis auctoribus belli. GEBH. Duo Pall. et alter Voss. inter ipsum certamen facta deditio a primis auctoribus belli, postero insequentibusque. J. FR. GRON. facta deditio praefereunt etiam ex meis Lovel. 2. §. et Fragm. Hav. a. m. 1. Puto

mis auctoribus belli. postero insequentibusque diebus et ceteri Umbrorum populi deduntur. Otriculani sponsione in amicitiam accepti.

XLII. Fabius, alienae sortis victor belli, in suam provinciam exercitum reduxit. itaque ei, ob res tam feliciter gestas, sicut priore anno populus

tamen hanc scripturam ortam esse ex incuria scribarum, qui per compendium notatum *deditio* acceperunt pro *deditione*. Qui error facillimus fuit, quo tempore, nulla vocum distinctione facta, literae perpetua serie scribi solebant. Similem errorem jam supra habuimus hoc lib. c. 8, 13. Hic erat eventus clamoris, arma ponenda esse, ut inter ipsum certamen *deditio* fieret; quod docet vox *Itaque*. Si vero *facta deditione* legamus, ea potius referenda esset ad sequens *ceteri Umbrorum populi deduntur* contra mentem Livii. Insuper *actoribus belli* est in Fragm. Hav. a m. 1. vel centies obvio errore. V. supra ad 1, 26, 5.

Postero insequentibusque diebus et ceteri Umbrorum populi deduntur] *postero insequentibus diebus* Portug. Gaertn. et Haverk. Tum *populi deduntur* Lovel. 3. Hinc *Otriculani*, pro *Otriculani*, Voss. 2. Lovel. 3. 4. et Portug. *Otriculam sponsione in amicitiam accepit* Gaertn. et Haverk.

§. 2. *Populus continuaverat consulatum*] Ita praefereunt priores edd. usque ad Froben. qui anno 1535. reposuit *continuarat*, reliquis ejus lectionem adoptantibus usque ad Cel. Jac. Gronovium, qui priorem revocavit; eam autem firmant omnes, nisi quod *continuarat* sit in Leid. 2. et Gaertn. Paullo ante *vocula tam* deficit in Lovel. 2. Etiam

§. praec. *Fabius alienae victor sortis belli*, transpositis vocibus, praefereunt Lovel. 2. et 4.

Ita senatus in insequentem annum etc.] Pal.-séc. *senatus insequentem anno*. Tert. in *insequentem anno*. GEBII. Id est, populus interveniente decreto senatus. Populus ei priore anno comitiis centuriatis continuaverat consulatum sine senatusconsulto: hoc anno ei prorogavit imperium comitiis tributis decreto senatus. Nam imperium a populo prorogabatur comitiis tributis; sed saepe ex SCTo. V 8, 23, 12, 10, 22, 9, 27, 22, 6. DUK. Gronov. in priori ed. notarum testatus, duos Pall. praeferre *insequentem anno*, in contextum admittit *insequentem anno*. quam scripturam posteriorem ex meis probasse videntur Lovel. 1. 3. 4. Voss. duo, et Leid. 2. [Veith.] At *insequentem anno* inveni in Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. in *insequentem anno* in Leid. 1. in *sequentem annum* in Fragm. Hav. a m. 2. Harleij. Gaertn. et ed. Parm. in *insequentem annum* in reliquis ante Gronovium excusis. Et ita fuisse videtur in optimis Florent. et Klock. ex quibus nihil adfertur in excerptis, licet conlati sint cum edd. ita legitibus. Et nescio causam, cur haec lectio displicere debeat. Primo excidisse videtur partim praepositio *in*, partim vocis sequentis syllaba initialis, indeque factum esse vel *in se-*

continuaverat consulatum, ita senatus in insequen-
tem annum, quo Ap. Claudius, L. Volumnius con-
sules fuerunt, prorogavit, maxime Appio adver-
sante, imperium. Appium censorem petisse consu-
latum, comitiaque ejus ab L. Furio tribuno plebis
interpellata, donec se censura abdicavit, in quibus-

*quentem annum, vel insequentem annum; pro quo iterum substitutum in sequente anno, insequente anno et insequenti anno. V. ad 4, 30, 12. Neque proprie imperium Fabio prorogatum est anno insequente post gellum consulatum, sed ipso illo anno, quo consul fuerat, idque in insequentem annum. Locutio autem prorogare in sex mensis, in annum Livio est frequentissima. Infra 22, 34, 1. Consulibus prorogatum in annum imperium. 26, 28, 6. In Etruriam C. Calpurnius post praeturam, prorogato in annum imperio, missus. et ita passim in gestis cujuslibet anni. Quum autem ubique operam det Livius, ut orationem variet, id etiam hoc loco captasse, ideoque potius dedisse videtur, priore anno populus continuaverat consulatum, senatus in insequentem annum prorogavit imperium, quam insequente anno. Ceterum singularis est lectio, quam unus obfert Lovel. 2. ita senatus insequente, quo Ap. Claudius, omisa voce anno; quae forte place-
re posset, nisi quis mallet ita senatus in insequentem, quo Ap. Claudius; ne vox anno, quae modo praecessit, repetatur. Quomodo fere Gronov. infra emendat 31, 34, 7. Cum viginti millibus peditum, quatuor equitum, pro quatuor millibus equitum. ubi plura vide. Verum partim alii codd. vocem hanc teneant, partim, in similibus locutionibus Livium non abhorruisse ab*

ejusdem vocis repetitione, patet ex illis, quae notantur ad 6, 1, 1. Lectionem itaque, quae ante Gronovium recepta erat, revocavi.

Quo Ap. Claudius, L. Volumnius consules fuerunt, prorogavit etc. imperium] Copulativam et inter utriusque consulis nomina interponunt Portug. et Haverk. V. ad 2, 17, 1. Tum Valulinius Voss. 2. Voluminus Leid. 3. Voluminius Fragm. Hav. Similes varietates etiam mox hoc cap. §. 5. obcurrunt, ut et 10, 16, 2. V. ad 3, 10, 5. Tum fuere Lovel. 4. fuerant Voss. 2. et Lovel. 3. fuerunt designati Fragm. Hav. [Veith.]

§. 3. Comitiaque ejus ab L. Furio tribuno plebis interpellata] Tribunus intercessit, ne quid comitiis consularibus a populo peragi posset: nam tribuni plebis non poterant intercedendo efficere, ut consules comitia centuriata convocare non possent. Ita Gruchius 1. de Comit. 4. p. 102. ed. Ven. p. 597. tom. 1. Thes. Graev. qui hoc putat ostendi ex Liv. l. 7, 17. Dionys. Halic. 8, 90. et Epit. Liv. 105. Et duobus quidem prioribus locis agitur de comitiis jam convocatis; tertius ex Epit. 105. Quum C. Catonis tribuni plebis intercessionibus comitia tollerentur, anceps est. Est tamen ratio nonnulla dubitandi de eo,

4 dam annalibus invenio. Creatus consul, quum col-
 legae novum bellum, Sallentini hostes decernerentur,
 5 ret, quando belli decus penes alios esset. Volum-
 nium provinciae haud poenituit. multa secunda
 proelia fecit: aliquot urbes hostium vi cepit. prae-

quod adfirmat Gruchius, intercessionibus tribunorum plebis non valuisse ad id, ne consules comitia centuriata convocare possent, ex iis, quae leguntur in Livio l. 6, 35. *Comitia praeter aedilium tribunorumque plebis nulla sunt habita. Licinius Sextiusque tribuni plebis resecti nullos curules magistratus creati passi sunt, eaque solitudo magistratum, et plebe resciantes duos tribunos, et his comitia tribunorum militum tollentibus, per quinquennium urbem tenuit.* Nam quum dicit, eo anno, quo Licinius Sextiusque primum tribuni plebis resecti sunt, *comitia nulla fuisse habita*, quid hoc, si quis propriam significationem verborum urgere velit, aliud est, quam tribunos militum, qui tum magistratus curules erant, intercessionibus tribunorum plebis prohibitis fuisse comitia centuriata creandis successoribus convocare? Si vera est Gruchii sententia, hoc ita accipiendum est, convocata quidem fuisse comitia centuriata, verum sine effectu propter intercessionem tribunorum plebis: quod in re idem erat, ac si plane nulla habita fuissent. Idque ex eo probabilius fit, quod in comitiis, quae legum ferendarum causa habebantur, tribuni plebis non intercedebant, nisi quo die populus legis jubendae causa convocabatur, ut docet idem Gruchius, et e Livio l. 6, 35, intelligi potest. Et, eandem rationem in mulctarum certa-

tionibus ad populum obtinuisse, e l. 25, 5, colligitur. DUK. Cl. Jac. Perizon. ad Livii marginem legendum coniecit *ab L. Furnio*. Gentem Furniam plebejam fuisse, indicat C. Furnius, quem tribunum plebis memorat Dion. Halic. 11. Ant. p. 730. Quod autem ita conjecerit, ea fuisse causa videtur, quod gentem Furiam patriciam existimaret; at quasdam ejus familias plebejas fuisse, hinc conligi potest, quod *M. Furius Luscius aedilis plebejus* infra memoretur 39, 7, 10. Praeterea L. Furium, qui, teste Cic. 3. de Offic. 30. legem ex senatusconsulto tulit, Mancinum Numantinum dedendum esse, tribunum plebis fuisse, existimat Pighius in Annal. ad ann. DCXVII. p. 500. Quum itaque in omnibus scriptis constanter *L. Furio* supersit, iis invitis, nihil tentandum censeo. Praeterea *interpolata* Lovel. 2. et quaedam ex vett. edd. V. ad cap. praec. §. 17. Paulo ante *pettisse*, pro *pettisse*, Lovel. 4. V. ad 37, 45, 2.

§. 4. *Quum collegae novum bellum, Sallentini hostes decernerentur] cui collegae* Voss. 2. et Lovel. 3. Insuper *Sallentini* Lovel. 1. Et, ita scribendum esse, monuit Sigonius infra ad 10, 2, 1. et ad 25, 1, 1. sed in primis ad Epit. Liv. 15. cujus auctoritatem propter Fastos Capitol. Triumph. et Graecos scriptores, quos ibi laudat, sequor. V. tamen, quae ibi notantur. Miror autem in-

dae erat largitor, et benignitatem per se gratam comitate adjuvabat; militemque iis artibus fecerat et periculi et laboris avidum. Q. Fabius procon-⁶ sul ad urbem Allifas cum Samnitium exercitu signis conlatis configit. minime ambigua res fuit. Fusi hostes, atque in castra compulsi. nec castra

constantiam virorum doctorum, qui, alibi orthographia Sigonii recepta, hic tamen et 10, 2, 1. (* 17, 22, 2.) eam vocem unica scripserunt. Eamdem scribendi rationem ubique recipi curavi.

Ut urbanis artibus opes augetis] Urbanas artes opponuntur militaribus, sequitur enim statim: quando belli decus penes alios esset. l. 10, 15. Fugisse cum Ap. Claudium collegam, eloquentia civilibusque artibus haud dubie praesstantem. Quare dubito de lectione Pal. tert. urbanis actibus. GEBH. Lectio Pal. tert. referenda est inter errata scribarum. Per artes autem urbanas intelligit Livius iuris et eloquentiae peritiam, quam Ap. Claudio tribuit, et peritiae militari opponit 10, 22, 6. Esse praetera viros natos militias, factis magnos, ad verborum linguaque certamina rudes. Ea ingenia consularia esse. callidos solertesque, juris atque eloquentiae consultos, qualis Ap. Claudius esset, urbi ac foro praesides habendos. Alibi saepe co sensu inter belli pacisque artes distinguitur. Per opes autem hic intelligitur auctoritas, potentia, amplitudo. Supra 4, 8, 5. Ut mox opes eorum, qui praecessent, ipsi honori jus maiestatemque adjicerent. ubi plura notavi. 5, 36, 10. Ubi tanto plus gratia atque opes valuerunt. 1, 50, 7. Hisque artibus opes domi nactus. 22, 34, 2. Ab Q. Fabii opibus et dictatorio imperio concussis aliena invidia

splendentem vulgus etiam extrahere ad consulatum nitebatur. Cic. de Amic. 6. Ceterae res opportunae sunt singulae rebus fere singulis: divitiarum, ut utaro; opes, ut colere; honores, ut laudare.

§. 5. *Benignitatem per se gratam comitate adjuvabas] per se gratam comitate adjuvabat Flor. Male. Paulo ante aliquot hostium urbes, transpositis vocibus, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Haverk.*

§. 6. *Q. Fabius proconsul ad urbem Allifas cum Samnitium exercitu] Praenomen deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Tum Fabiusque consul Lovel. 2. Fabius consul Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. [Veith.] Fabius per consul Lovel. 3. Deinde Alifas Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Portug. Gaertn. Haverk. e jusdem Hearnii N. B. C. atque edd. antt. V. ad 8, 25, 4. Vox Samnitium deficit in Portug. Mox confixit, pro configit, se in Oxon. C. reperisse, Hearnii testatur.*

Nec castra forent retenta, ut exiguum superfuisset diei] ne castra forent retenta Leid. 2. ubi ultimam literam voculae nec interceptit initialis vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. nec castra fuissent retenta Leid. 1. et Neap. La-

forent retenta, ni exiguum superfuisset diei: ante noctem tamen sunt circumsessa, et nocte custodita, ne quis elabi posset. Postero die, vixdum luce certa, deditio fieri coepta: et pacti, qui Samnitium forent, ut cum singulis vestimentis emitterentur. Hi omnes sub jugum missi. sociis Samnitium nihil cautum. ad septem millia sub corona venire. quise civem Hernicum dixerat, seorsum in custodia habitus. Eos omnes Fabius Romam ad senatum misit: et, quum quaesitum esset, delectu, an voluntarii pro Samnitibus adversus Romanos bellas-

tinii. Sed sequens *superfuisset* lectionem hanc repudiandam docet, quam etiam reliqui codd. refellunt. Vox *retenta* deficit in Lovel. 4. at voces *compulsi. nec castra* in Lovel. 3. ob repetitionem vocis *castra*. Tum *nisi exiguum* legunt Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 23, 1, 8.

Ne quis elabi posses] Ita Aldus edidit, consentientibus omnibus scriptis, quum antea vulgatum foret *labi*. Supra 1, 53, 7. *Se quidem inter tela ac gladios patris elapsum*. 44, 40, 7. *Jumentum, e manibus curantium elapsum, in ulteriorem ripam effugit*. 45, 2, 5. *Neque terra, neque mari elabi posse*. Eodem modo peccatur apud Oros. 5, 19. *Deinde, lapsus evinculis, in Africam transfugit*. ubi legendum videtur *elapsus*. Primam autem litteram interceperat ultima vocis praecedentis. Praeterea *posses* perperam exsulat a Portug.

§. 7. *Postero die, vixdum luce certa, deditio fieri coepta*] *Postero* (omissa voce *die*, quasi ea ex praecedenti *diei* commode repeti posset) *necdum certa luce* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B.

§. 8. *Hi omnes sub jugum missi. sociis Samnitium nihil cautum*] Vocula prima deficit in Lovel. 4. Dein *nihil tantum* Lovel. 3. V. supra ad 2, 37, 3. *Mox septem millia* constantiter scripti. Et ita primus Aldus edidit, quum priores dedissent *quatuor millia*. Hinc *venere*, pro *veniers*, Voff. duo, Leid. 2. Lovel. 3. 4. et Haverk. *venire* Leid. 1. et Gaertn. *venierunt* Lovel. 2.

Qui se civem Hernicum dixerat, seorsum in custodia habitus] *qui secutus Hernicum* Voff. 2. et Lovel. 3. ac 4. Tum *seorsus* Florent. Leid. 1. et Fragm. Hav.

§. 9. *Et, quum quaesitum esset, delectu, an voluntarii*] et quod quum Harlej. Tum *dilectu*, an *voluntarii* Florent. Leid. duo, et Lovel. 1. V. ad 37, 51, 7. *delectu, aut voluntarii* Harlej. Male. V. ad 5, 3, 7.

§. 10. *Q. Marcus Tremulus*] Praenomen exsulat a Voff. 2. Leid. ambobus, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. ac C. Deinde *M. pro Marcus*, Voff. 2. Lovel. 4. Gaertn.

sent, per Latinos populos custodiendi dantur. jus- 10
 sique eam integram rem novi consules, P. Corne-
 lius Arvina, Q. Marcius Tremulus, (ii enim jam
 creati erant) ad senatum referre. id aegre passi 11
 Hernici, concilium populorum omnium habentibus
 Anagninis in circo, quem Maritimum vocant, praeter
 Alatrinatem, Ferentinatemque, et Verulanum,
 omnes Hernici nominis populo Romano bellum in-
 dixerunt.

XLIII. In Samnio quoque, quia decesserat inde 1
 Fabius, novi motus exorti. Calatia et Sora, prae-

Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. Tum *Tremulus*
 Port. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. *Aemilius* Hearnii
 idem L. 1. *Remulus* Florent. *Tremulus* Klock. Sed *Tremuli* cogno-
 men in Fragm. Factor. Capito-
 lin. hoc anno superest. Mox
 hieme jam creati erant, pro hi-
 eme, Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 11. Concilium populorum om-
 nium habentibus Anagninis] con-
 silium populorum omnium Voss.
 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et
 Gaertn. Male. V. Gronov. ad
 Livii 44, 2. 5. Tum *Agnennus*
 Voss. 1. *Anagninis* Leid. 1. *Ana-
 minis* Lovel. 1. *Agnaminis* Leid.
 2. a m. 1. *Agnominis* a m. 2.

In circo, quem Maritimum vo-
 cant] in circo, qui est ita Mari-
 titimum vocant Haverk. quem ita
 Maritimum vocant Voss. 1. et Leid,
 2. quem ita Maritimum vocant Lo-
 vel. 1. quem ita Matentinum vo-
 cant Gaertn. quem ita Viarenti-
 num vocant Portug. quem Mar-
 titinum vocant Fragm. Hav. a m. 2.

Praeter Alatrinatem, Ferenti-
 natemque, et Verulanum] *Aletri-
 natem* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn.

Fragm. Hav. et Hearnii Oxon.
 N. Oppidum Latinis *Alatrinum* et
Aletrium, Graecis *Ἀλετριον* et
Ἀλετριον dici, testatur Cluver.
 3. Ital. Ant. 6. p. 983. *Alerinata-*
tem Florent. et Portug. *Allatrin-*
natem Lovel. 4. *Aderinatam* Leid.
 2. et Lovel. 1. *Aderinatae* Voss.
 1. *Aberinatam* Leid. 1. Tum *Fer-*
ventinatamque Florent. Sed vox
 illa deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lo-
 vel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. sola
 tantum copulativa quo in Har-
 lej. Male. V. ad 2, 31, 1.

Omnes Hernici nominis populo
 Romano bellum indixerunt] Clu-
 verius 3. Ital. Ant. 6. p. 981. con-
 jicit, Livium omnino scripsisse,
 Omnes Hernici nominis populi Ro-
 manis bellum indixerunt. Nisi e-
 nim ita legamus, superius di-
 cendum fuisse opinatur praeter
Alatrinates, *Ferentinosque*, et
Verulanos. Cujus tamen rei caus-
 sam nondum video. Cuique e-
 nim patet, omnes Hernici nomi-
 nis poni pro omnes populi Her-
 nici nominis. Ceterum *Induxerunt*
 Leid. 2. Lovel. 1. et Por-
 tug. V. infra ad 10, 38, 4. in-
 dixero Lovel. 4.

§. 1. Quia decesserat inde Fa-

sidiaque, quae in iis Romana erant, expugnata: et in captivorum corpora militum foede saevitum. itaque eo P. Cornelius cum exercitu missus. Marcio novi hostes (jam enim Anagninis Hernicisque aliis bellum jussum erat) decernuntur. Primo ita omnia opportuna loca hostes inter consulum castra interceperunt, ut pervadere expeditus nuncius non posset, et per aliquot dies incerti rerum omnium suspensique

bis] qui decesserat Gaertn. quia dicessero- rat Voff. 2. Lovel. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. [Veith.] At veteres decedere praesidio, provincia, vel de praesidio, de provincia, non discedere, dixisse, et passim decedere ac discedere a libris confundi, supra vidimus ad 4, 29, 5. Tum M. Fabius, pro inde Fabius, Harlej. [Veith.] inde M. Fabius Portug. Gaertn. et Haverk. Posset videri lectio illa vera esse, et praenomen M. excidisse ob similitudinem praecedentis in, sive inde; potius tamen arbitror, vocem illam in negligentia scribarum in M. abiisse; saepe enim commutari in vicem, supra vidimus ad 4, 52, 4. alios deinde, quum alterum in contextu, alterum margini adscriptum invenissent, utrumque junxisse; quod innumeris locis accidisse, dictum est ad 3, 44, 4. Praenomen hic non requirimus ob morem Livii jam supra memoratum; ejus enim, ubi alicujus mentionem facere incipit, meminisse contentus, postea id subinde omittere solitus est.

Colatia et Sora, praesidiaque, quae in iis Romana erant, expugnata] Colatia Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Callatia Lovel. 4. et Gaertn. Deinde praesidiaque in iis, vel his, Voff. 2.

Lovel. 3. et Haverk. Unde legendum esse existimari posset praesidiaque in iis Romana expugnata. At verius est, pronomen quae a praecedenti conjunctione quo interceptum esse. Vide ad 29, 6, 8. Deinde fore saevitum, pro foede, Leid. 2. Mox etiam *to to* desit in Portug. a m. 1.

§. 2. *Jam enim Anagninis Hernicisque aliis bellum jussum erat] jamjam enim Aguaninis Leid. 2. Tum missum erat Haverk. errore saepius in Mssis obvio. V. supra ad 3, 4, 11. 8, 9, 10. c. 11, 15. c. 14, 5. 10, 29, 9. c. 33, 8. 21, 52, 5. et alibi. (*35, 34, 5.) De locutione jubere alicui bellum v. ad 27, 24, 3. Vox aliis deerat in Harlej.*

§. 3. *Primo ita omnia opportuna loca] Primo itaque Leid. 2. Harl. Gaertn. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. C. et, teste eodem Hearnio, ed. Aleriensis Romae tamen Rom. anni 1472. et omnes, quas vidi, ita servant. V. ad 21, 53, 7.*

§. 4. *Et per aliquot dies etc.] Non celari meretur scriptura codicis Rottend. quae haec est: ut pervadere expeditus nuncius non posset. Per aliquot dies incerti rerum omnium suspensique de statu alicuius uterque consul agere: Romanamque is motus manarat. J. F. B.*

de statu alterius, uterque consul ageret, Romamque is metus manaret; adeo ut omnes juniores sacramento adigerentur, atque ad subita rerum duo justis scriberentur exercitus. Ceterum Hernicum bellum nequaquam pro praesenti terrore ac vetustate gentis gloriae fuit. nihil usquam dictu dignum ausi, trinis castris intra paucos dies exuti, triginta dierum inducias, ita ut ad senatum Romam legatos mitterent, pacti sunt bimestri sti-

GRON. *perque aliquot dies edd. vett. usque ad Aldum. i per aliquot dies Lovel. 3. Mox suspensioque cum de statu alterius Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4.*

Romamque is metus manaret: adeo ut omnes juniores sacramento adigerentur] is metus manaret Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. [Romam qui his metus Veith.] Tum sacramento adigerent Oxon. C. apud Hearnium, eoque teste ed. Aleriens. Romana. Vide ad 10, 10, 1.

§. 5. *Hernicum bellum nequaquam pro praesenti terrore ac vetustate gentis gloriae fuit] Pall. pr. et tert. Hernicum bellum nequaquam properassent: id terrore ac vetustate gloriae fuit nihil usquam dictu dignum. ausi trinis castris. sec. Hernici cum bellum nequaquam properassent. id terrore ac vetustate gloriae fecit. GEBH. Lego vetustae gentis gloria. KLOCK. Flor. gloria. Forte ac vetusta gentis gloria fuit. J. FR. GRON. Hernici cum bellum nequaquam properassent, id terrore ac vetustate gloriae fecit Portug. et Haverk. Hernici cum bellum nequaquam properassent, id terrore ac vetustate gentis gloriae fuit Fragm. Hav. a m. 2. et Gaertner. Neque aliter Harlej. nisi quod servet nequaquam, omit-*

tat autem gentis. Hernicum bellum nequaquam properassent. id terrore ac vetustate gloriae fuit Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. Hernicum bellum nequaquam properassent. id terrore ac vetustate gentis gloriae fuit Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Hernicum bellum nequaquam properassent. terrore ac vetustate gentis gloriae fuit Leid. 2. Hernicum bellum nequaquam properasse ad id. terrore ac vetustate gloriae fuit Lovel. 2. [Hernici cum bellum nequaquam properassent ad id terrore ac vetustate gloriae fuit Veith.] Mihi quoque Gronovii conjectura non displicet. Infra 31, 1, 7. Pacem Punicam bellum Macedonicum excepit, claritate regum antiquorum, vetustaque fama gentis propenobilis. ubi plura vide. Indicat Livius, bellum Hernicum vetustae gloriae gentis non respondisse, non tantum fuisse; quanta fuit gloria vetusta gentis.

§. 6. *Trinis castris intra paucos dies exuti] Ita l. 5, [2, 10.] Antea (inquit) trina loca cum contentione summa patricios explere solitos. Laurentius Valla, de lingua latina meritissimus, de hoc nomine dubitare visus est 3. Elegantiarum [5.] quasi non ex eorum numero, quae nominibus tantum pluralis numeri addantur. At hic locus de trinis castris satis convincit, esse de*

pendio frumentoque, et singulis in militem tunicis.
 7 Ab senatu ad Marcium rejecti, cui senatusconsulto
 permillum de Hernicis erat: isque eam gentem in
 deditionem accepit. Et in Samnio alter con-
 8 sul superior viribus, locis inpeditor erat. Omnia
 itinera obseperant hostes, saltusque pervios cepe-
 rant, ne qua subvehi commeatus possent: neque
 eos, quum quotidie signa in aciem consul profer-

eorum classe. Addam exemplum aliud ex Caesare 5. de bello Gall. [51.] *Ipsa cum tribus (inquit) legionibus circum Samarobrinam trinis hibernis hiemare constituit.* GLAR. *trinis castris* unus Leid. 2. Sed v. quae infra notantur ad 23, 49, 6. ubi etiam alia e jusdem erroris exempla videbimus. *Vox castris* deficit in Voss. 2.

Ita ut ad senatum Romam legatos mitterent] Pall. pr. et tert. *ita ut senatum Romam legatos mitterent.* GEBH. Ita et Voss. 2. ac Lovel. 3. Tum *ad senatum Romanum* Haverk. [Romam omittit Veith.] Hinc *legatum mitterent* Leid. 2 et Lovel. 1. Mox copulativa *que* deficit in Haverk. at sequens *et* in Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1.

§. 7. *Cui senatusconsulto permissum de Hernicis erat*] Edidit Andreas, cui S. C. praemissum de Hernicis erat. GEBH. *cui senatusconsultum de Hernicis erat* Lovel. 2. et Gaertn. Error ortus est ex nota. V. ad 38, 60. 1. Ita simpliciter *permittere alicui de aliquo* infra 33, 13, 4. *Quae priore colloquio aut imperata a Romanis, aut postulata ab sociis essent, omnia se concedere, de ceteris senatui permissurum dixit.* 36, 35, 5. *Ut mittere legatos Romanam possitis, per quos senatui de vobis permissatis.* Insuper *cui se-*

natusconsultum permissum de Hernicis erat edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad 8, 20, 6. *cui se permissum de Hernicis erat* Lovel. 3. *cui sicut permissum de Hernicis erat* Lovel. 4. V. ad 22, 10, 1. Paulo ante voces *Ab senatu* deficiunt in Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. ac C.

Isque eam gentem in deditionem accepit] *Vox eam* deficit in prioribus edd. quam primus addidit Gronovius, sine dubio auctoritate Mitorum, licet ejus in notis nullam mentionem fecerit. Certe superest in omnibus meis. Hearnius, monens se eam in edd. Aler. ac Sigon. non reperisse, neque tamen aliquid de Oxoniensibus addens, eam in omnibus similiter superuisse tacitus indicat. Mox alio ordine *consul alter* Portug. Gaertn. et Haverk. *alter consulum* Leid. 2. V. ad 9, 32, 2. At reliqui non accedunt.

§. 8. *Omnia itinera obseperant hostes*] Pall. pr. et tert. *obsederant.* sec. alludit ad vulgatam lectionem *obsefferant* GEBH. *obsefferant* etiam Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 4. Haverk. et Fragm. *obsiderant* Voss. 2. *obsederant* Lovel. 3. quod ex alterius lectionis glossa ortum videtur. V. ad Epit. Liv. 17. De locutione *obsepire iter* v. ad 39, 1, 5. Ceterum *obsaeperant*

ret, elicere ad certamen poterat: satisque adpare-
bat, neque Samnitum certamen praesens, nec Ro-
manum dilationem belli laturum. Adventus Marcii, 10
qui, Hernicis subactis, maturavit collegae venire
auxilio, moram certaminis hosti exemit. nam, ut 11
qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen cre-
didissent pares, conjungi utique passi duos consula-
res exercitus nihil crederent superesse spei, adve-

Florent. V. supra ad 8, 8, 10.
Moi ne subvski, pro no qua sub-
vski. Lovel. 2. Sed vocula ista
in omnibus scriptis reliquis su-
perest. V. ad 9, 36, 5.

Quum quotidie signa in aciem
consul profert, elicere ad certa-
men poterat] signum in aciem con-
sul profert Gaertn. Tum edi-
cere ad certamen Voff. 1. a m. 1.
dicere ad certamen Voff. 2. a m.
1. sed literae *el* perperam in *d*
coaluerunt. V. ad 40, 28, 2. du-
cere ad certamen Fragm. Hav. a
m. 1.

§. 9. Nec Romanum dilationem
belli laturum] Vox belli, quam
omnes, qua scripti, qua editi,
agnoscunt, a solo exsulat Por-
tug.

§. 11. Nam, ut qui ne alteri
quidem exercitui se ad certamen
credidissent pares] Gronovio in
prima ed. notarum displicuit
constructio nam crederent. nulla
enim cum alia particula posse
hoc verbum conjungi, quum *ta*
ut qui habeant suum proprium
credidissent. Omnino itaque scri-
bi jubebat: quum, ut qui ne al-
teri quidem exercitui se ad certa-
men credidissent pares, conjungi
utique passi duos consulares exer-
citus: nihil crederent superesse spei;
adventum incomposito agmina
Marcium adgrederentur. Alio mo-

do quidam librarii loco subve-
nire conati sunt. nam, ut qui,
quum ne alteri quidem exercitui
se credidissent pares praeferunt
Portug. Gaertn. et Haverk. ita
quum pertinet ad credidissent,
ut qui ad crederent, nam ad ad-
grediuntur. Verum Gronovius
repetitis curis rectius conjectu-
ram omisit, aliique omnes codd.
insertam particulam ignorant.
Nam *ta* ut qui referenda ad u-
trumque verbum credidissent et
crederent. Samnites Marcium ad-
grediuntur; ut qui credidissent,
se uni exercitui inparere esse;
utique crederent, adversus duos
nihil spei superesse. Id ut tan-
to manifestius fiat, Harlej. in-
terposita alia particula, legit
credidissent pares, a *s* conjungi
utique. Verum, aliis omnibus
dissentientibus, neque hoc tibi-
cine opus esse puto. Ceterum
ut qui alteri quidem exercitui. o-
missa negandi particula, ed. Me-
diol. anni 1480 et quaedam aliae
eam secutae contra mentem Li-
vii, qui consulem Cornelium
viribus superiorem dixerat, et
Samnitum jam ante Marcii ad-
ventum certamen praesens non
laturum. ne altero quidem exer-
citu Gaertn. V. ad 24, 19, 6. Prae-
terea se deficit in Fragm. Hav.
a m. 1.

Conjungi utique passi duo con-
sulares exercitus nihil crederent

nientem in composito agmine Marcium adgrediun-
 12 tur. Raptim conlatae sarcinae in medium; et, pro-
 ut tempus patiebatur, instructa acies. Clamor
 primum in stativa perlatus, dein conspectus procul
 pulvis, tumultum apud alterum consulem in castris
 13 fecit. isque, confestim arma capere jussis, raptim-
 que eductis in aciem militibus, transversam hostium
 aciem, atque alio certamine occupatam, invadit;
 14 clamitans, *summum flagitium fore, si alterum exerci-
 tum utriusque victoriae compotem sinerent fieri, nec ad*
 15 *se sui belli vindicarent decus.* Qua inpetum dederat,

superesse spei] conjungi itaque Voss. 2. sollemni aberratione scribarum. V. supra ad 7, 28, 3. Deinde *duo consulares exercitus* edidit Cl. Jac. Gronovius, sed facti rationem addere neglexit. Eum tamen ita in codd. invenisse, non dubito, si quidem ex meis ita praeferant Voss. 1. et Lovel. 1. [Veith.] Plura infra v. ad 35, 21, 5. Quum tamen reliqui, et cum illis praestantissimi, duos servent, Hearnius etiam, memorata Gronovii lectione, nullius suorum Oxoniensium consensum testetur, vulgatum revocavi. Insuper *nil credent* Voss. 1. et Lovel. 1. V. ad 6, 40, 3. lidem etiam codd. cum Leid. 2. esse, pro *superesse*, praeferunt. Mox *aggrediuntur Marcium* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 12. *Dein conspectus procul pulvis]* Ita primus edidit Jac. Gronovius, et adsentientes habet Florent. Voss. duos, Leid. 1. Lovel. 3. 4. Harlej. Portug. et Fragm. Hav. Priores edd. cum reliquis codd. praeferunt *dein*, vel *deinde*. V. supra ad 3, 3, 6. Paulo ante *Sed raptim conlatae,*

adscita prima voce, quae in aliis omnibus deest, Voss. 2.

§. 13. *Confestim arma capere jussis] capessere arma jussis* Lovel. 4. Sed locutionem *capere arma* supra illustravimus ad 6, 12, 7. *capere* autem et *capessere* commutantur supra hoc lib. c. 40, 12.

Transversam hostium aciem, atque alio certamine occupatam, invadit] Vox *aciem* deficit in edd. vet. quasi ea ex praecedenti commode repeti posset. Eam postea primus addidit Aldus. Et recte. Omnes enim agnoscunt eandem codd. scripti.

§. 15. *Qua inpetum dederat, perumpit; aciemque per mediam]* *Qua inpetum dederat* Lovel. 2. *Qua inpetum declarat* Voss. 2. et Lovel. 3. qui error inde commissus est, quod litera *d* dissolveretur in *cl*, quibus in scriptura Longobardica simillima est. V. ad 10, 24, 2. Tum *prorumpit* Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. Portug. et Haverk. [Veith.] perpetua scribarum aberratione. Exempla habemus supra 8, 10, 6. c. 30, 6.

perrumpit; aciemque per mediam in castra hostium tendit, et vacua defensoribus capit atque incendit. Quae ubi flagrantia Marcianus miles conspexit, et ¹⁶ hostes respexere, tum passim fuga coepta Samnitium fieri. sed omnia obtinet caedes; nec in ullam partem tutum perugium est. Jam, triginta milli- ¹⁷ bus hostium caesis, signum receptui consules dederant, conligebantque in unum copias, in vicem inter se gratantes: quum repente visae procul hostium novae cohortes, quae in supplementum scriptae fuerant, integravere caedem. in quas, nec ¹⁸

hoc lib. c. 39, 9. 10, 14, 16. c. 41, 9. 21, 28, 2. c. 56, 2. aliisque locis. Sed plura supra v. ad 4. 39, 4. *perrumpis* Fragm. Hav. V. supra hoc lib. c. 37, 9. *pro-rupit* Gaertn. Deinde *aciem per mediam* Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. *aciemque in medium* Gaertn. Mox *in hostium castra*, transpositis vocibus, Harlej. Insuper *cepit atque incendit* Portug. Haverk. et Gaertn.

§. 16. *Et hostes respexere, tum passim fuga coepta Samnitium fieri* conspexera Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. *conspexerunt* Lovel. 4. Sed verbum illud modo praecessit. Deinde *fuga coepta* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 6, 27, 4.

Nec in ullam partem tutum perugium nec in nullam partem Voss. 2. Leid. ambo, et Lovel. 1. ac 2. ubi prima litera vocis nullam adscita est ex ultima vocis praecedentis. Eo modo *en nunquam*, pro *en nunquam*, datum esse, supra vidimus hoc lib. c. 10, 5. Plura v. ad 37, 29, 8. Tum *perugium* Lovel. 2. Male. V. infra ad 37, 57, 2.

§. 17. *In vicem inter se gratantes* gratulantes Harlej. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. N. ac B. quod ex alterius expositione natum existimo. Supra 7, 13, 10. *Tuum sequentes currum Jovis Optimi Maximi templum gratantes ovantesque adira*, ubi similiter codd. quidam turbant. Ovid. Epist. 6. Her. 119.

Nunc etiam peperit: gratari ambobus, Hæson.

Epist. 11. Her. 65.

Quid tibi grataris? media sedes Aolus aula.

Paullo ante *dederunt*, pro *dederant*, Harlej. Tum *collegebantque*, pro *colligebantque*, Lovel. 1. et Portug.

Cohortes, quae in supplementum scriptae fuerant, integravere caedem in supplemento Harlej. Infra 37, 2, 8. *Placuit, in supplementum scribere ex ipsa provincia, si velles, peditum duo millia et centum equites*. 38, 26, 5. *Ut torna millia peditum, ducentos equites ambo praetores in supplementum sociis imperarent*, et ita

jussu consulum, nec signo accepto, victores vadunt; *malō tirocinio inbuendum Samnitum*, clamitantes. Indulgent consules legionum ardori, ut qui probe scirent, novum militem hostium inter percussos fuga veteranos ne tentando quidem satis certamini fore. Nec eos opinio fefellit. omnes Samnitium copiae, veteres novaeque, montes proximios

saepe alibi. Deinde *inter gravare caedem* Lovel. 4. *interrogaverunt caedem* Haverk. *integraverunt caedem* Portug. Sed *integrare* supra inlustravi ad 3, 70, 6. V. etiam infra ad 28, 15, 10. Paulo antea *repente visae*, pro *cum*, Voff. 2. V. ad Ep. Liv. 48. circa finem. *cum repente in se* Leid. 2. Portug. et Haverk. Error ortus ex similitudine literarum *ui* et *in* in scriptura Longobardica. Alia exempla v. ad 3, 49, 6.

§. 18. *In quas, nec jussu consulum, nec signo accepto, victores vadunt* in quos Leid. 2. et Lovel. 1. quae lectio defendi posset ex illis, quae infra notantur ad 37, 39, 12. nisi consensus reliquorum codd. doceret, eam ex aberratione scribarum potius originem habuisse. *nec signum acceptum victores* Port. *nec signum acceptum scriptores* Haverk. Deinde *invadunt* Lovel. 1. a m. 1. quam locutionem inlustravi supra ad 2, 47, 6. Sed et hic omnium aliorum Mssorum in vulgatam scripturam consensus eam veriore esse evincit. Et ita supra Livius 7, 24, 6. *Inferenda sunt signa et vadendum in hostem*. Eodem sensu *ire* Livius dixit 2, 6, 8. *Sensit in se iri Brutus*. Ovid. Epist. 1. Her. 13.

In te fingebam violentos Troas ituros.

Malo tirocinio inbuendum Samnitum, clamitantes malo tirocinio inbuendum Klockian. *malo tirocinio intuendum Samnitum* Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 4. *malo tirocinio instruendum Samnitum* Lovel. 2. quod ex glossa interpretis natum existimo. *malo tirocinio inbuendum Samnites* Haverk. Sed quatuor haec voces deliciunt in Lovel. 3.

§. 19. *Indulgent consules legionum ardori, ut qui probe scirent* Indulgent consul legiones adoriri Lovel. 3. a m. 2. in quo ardori m. 2. reposuit. *Indulgent consules legionum adoriri* Harlej. Deinde *ut qui prosternerent novum militem hostium* Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. *ut qui probe scirent prosternerentur novum militem hostium* Harlej.

Inter percussos fuga veteranos ne tentando quidem satis certamini fore inter periculosos fuga veteranos Lov. 1. a m. 2. Tum *nec tentando* Voff. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad Livii 3, 47, 7. et mox §. seq. hoc cap. Hinc certaminis Portug. a m. 2. ubi ultima litera repetita est ex similitudine initialis in voce sequenti. V. ad 4, 33, 10. *certamine* quaedam ex antiquioribus edd. Vulgatum probum est.

§. 20. *Nec eos opinio fefellit*

ximos fuga capiunt. eo et Romana erigitur acies; nec quidquam satis tuti loci victis est. et de jugis, quae ceperant, funduntur; jamque una voce omnes pacem petebant. Tum, trium mensium frumento imperato, et annuo stipendio, ac singulis in militem tunicis, ad senatum pacis oratores missi. Cornelius in Samnio relictus. Marcius de Hernicis triumphans in urbem rediit; statuaque equestris in

Ne Fragm. Hav. a m. 1. V. ad §. praec. Tum eos opinio refellit Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Infra 28, 27, 9. Quantum me opinio fefellit! Ita et spes aliquam fallere dicitur, de quo v. ad 2, 39, 2. Mox omnes-Samnitium copiae, veteres, novae, pro novaque, Portug. quod Livio frequens esse, monet Cels. Jac. Gronov. ad Livii 24, 16, 9. omnes Samnitium copiae veteres atque novae Gaertn. et Haverk. Sed vulgatum satis defendit consensus reliquorum codd.

Eo et Romana erigitur acies] Prima vocula exsulat ab Gaertner. secunda ab Lovel. 2. Sed altera alteram interceptit. Tum dirigitur acies idem Lovel. 2. Male. Locutionem inlustrant exempla infra laudata ad 10, 26, 8.

Nec quidquam satis tuti loci victis est] nequidquam Leid. 1. et Fragm. Hav. Saepius has voces perperam a scribis commutari, supra vidimus hoc libro ad c. 18, 5. satis tuti locis victis est Gaertn. satis tuti loci visum est Hearnii Oxon. L. 2. satis tuti loci victis visum est, juncta duplici lectione, Harlej. Sed vulgatum verius est. Nam non tantum victi existimarunt, nihil satis tuti loci sibi esse; sed in-

super, id verum esse, re experti sunt. Mox vocem omnes ignorat Lovel. 2. sed, ea transposita, pacem omnes pretebant praecerunt Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 21. Tum, trium mensium frumento imperato] Dum, trium Volf. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. sollemni scribarum permutatione. V. ad 40, 42, 7. Deinde trium mensium frumento Florent. et Leid. 1. V. infra ad 29, 3, 5. Insuper frumento imposita Portug. Harlej. et Hearnii Oxon. B. quod ex glossa interpretis natum videtur. Imperare in hac re frequens ac sollemne est, et passim occurrit imperare milites, pecunias, frumentum. Supra 4, 26, 12. Hernicis Latinisque milites imperati. 23, 5, 6. Pedites vobis imperemus, tamquam equites habemus. 29, 15, 9. Stipendium praeterea iis coloniis in millia aeris asses singulos imperari. Et mox, Consules quum militem stipendiumque imperassent. (32, 38, 7.) 38, 13, 13. Quinguo et viginti talenta argenti, et decem millia medimna tritici imperata. c. 35, 9. Ut sociis Latini nominis quina dena millia peditum imperarent. 42, 31, 8. Mandari placuit: ut alteras decumas Siculis Sardinisque imperarent. 43, 4, 9. Quum centum millia denarium eo tritici*

foro decreta est, quae ante templum Castoris po-
23 sita est. Hernicorum tribus populis, Alatrinati,

quingaginta millia modium imperaret. et alibi saepe.

§. 22. *Statuamque equestris in foro decreta est, quae ante templum Castoris posita est]* Livio adfulpatur alia occasione Cic. Philipp. 6, [5.] non eodem merito L. Antonii equestrem similem in foro positam asserens, quo Q. Tremuli, qui Hernicos devicit, ante Castoris. Sed mendose in vulgatis exemplaribus appellatur Q. Trebellius, vel Tremellius, pro Q. Tremulus. Item Plinius 34, 6. *Et ante aedem* (inquit) *Castorum fuit Q. Marcii Tremuli equestris fuit, qui Samnites bis devicerat, captivamque Aenagnia populam stipendio liberaverat.* Haec approbare videtur Livius, scribens, Hernicos devictos stipendio frumentoque et singulis in militem tunicis pepigisse inducias, ut legatos pacis exorandae causa Romam mittere possent. Qua ratione populus Romanus, stipendio hostibus, ubi potuit, imperato, exercitum alere et hostium sumptibus coepit. Quod et postea saepius contigit. Ex iisdem Plinii verbis colligere est, statum dictam Q. Tremuli in foro ante Castorum non existisse suo tempore: fuisse enim dicit, quae tamen Ciceronis tempore videtur adhuc existisse. PIGH. in *Annal.* ad ann. CDXLVII. p. 375. Forte *decreta ei.* J. FR. GRON. *statua equestris, sine copulativaque,* Harlej. *statuamque equestris* inepte Haverk.

§. 23. *Hernicorum tribus populis]* Hernicis jam olim in ipsis initii nascentis reipublicae Romanae a Sp. Cassio tertium consule, cui senatus arbitrium de legibus foederis cum iis inequa-

di permiserat, civitatem datam, e Dionys. Halic. 8, 69. observarunt Sigonius 1. de Ant. jur. Ital. 6. et Spanhem. Orb. Rom. 1, 7. Sed ex eodem liquet, Cassium mandatum senatus latius, quam is voluerat, interpretatum fuisse, senatumque ac populum Romanum graviter tulisse hunc honorem Hernicis ab eo habitum; praesertim quod suspicio erat, id a Cassio per ambitionem et dominationis parandae causa factum. Nec ullum satis certum argumentum est, Hernicos deinde jure illo usosuisse. Dionysius quidem 11, 2. scribens Romanos, qui impatientes tyrannidis decemvirorum relicta Roma ad Hernicos se contulerant, ab his ob jus civitatis sibi nuper, id est, ante XL. circiter annos, a Romanis datum receptos, id ratum fuisse significat: sed tamen eos post civitatem a Cassio acceptam *συμμαχους* vocat, et inter socios militasse offendit l. 9, 5. 35. et 67. Idem constat ex Livio l. 2, 64. l. 3, 4. et 22. ubi Hernicos et Latinos *militum ex foedere dare* iustos scribit. Adde, quod nusquam ante hoc tempus ullum oppidum Hernicorum jure municipii donatum legitur. Unde suspicari licet, Hernicis jus civitatis, invito senatu populoque Romano a Cassio datum, deinde ademptum fuisse; vel eos, quum auctor illius non ita multo post supplicio adfectus fuisset, et res in magna invidia esset, sua voluntate eo abstinuisse. Atque ea causa esse potest, cur Livius, quum l. 2, 41. Sp. Cassio et Proculo Virginio consulibus foedus cum Hernicis ictum scribat, tamen nullam civitatis tum iis datae mentionem faciat. DUREB.

Verulano, Ferentinati, quia maluerunt, quam civitatem, suae leges redditae: connubiumque inter

Alatrinati, Verulano, Ferentinati, quia maluerunt, quam civitatem, suae leges redditae] Hunc locum tractarunt viri antiquitatis Romanae peritissimi, Sigonius 2. de Ant. Jur. Ital. 7. et Spanhemius Orb. Rom. exercit. 1, 12. Ille scribit, municipiis, quibus suffragium non dabatur, suas leges permissas; quae suffragio ornabantur, suis legibus spoliata, et Romanis obfrita fuisse: idque ex hoc loco Livii, et eo qui infra c. 45. legitur, intelligi. Et hoc probat Cl. Auctor libri de Aedilibus Coloniali. et Municipior. c. 1, 4. Spanhemius, auctoribus Cicerone et Gellio, qui municipia non aliis legibus Romanorum obfrita fuisse tradunt, quam in quas populi illi fundi facti fuerant, negat, municipia cum jure suffragii continuo suis legibus spoliata fuisse; et deinde post quaedam de populis fundis disputata, addit, negari non posse, eam fuisse municipiorum aliquot conditionem, ut cum Romana civitate Romanorum legibus, amisso legum suarum arbitrio, deinceps obfrita forent. Id enim haud obscure innuere adducta a Sigonio ejus rei e Livio de Herenicis testimonia. Ex his disputationibus summorum virorum nondum hactenus proficere potui, ut plane intelligerem, quodnam fuerit vetus jus municipiorum illius temporis, de quo hic agit Livius: quem locum lubricum esse, vere dicunt viri docti. Nam mihi de jure municipiorum sine suffragio omnia alia, atque illi voluerunt, ex Livio colligi videntur. Quum dicunt, municipia, quibus civitas Romana cum suffragio datur, simul cum illa leges Ro-

manas accepisse, eo ipso pro certo ponunt, Alatrinatibus, Verulanis, et Ferentinatibus civitatem cum suffragio oblatam fuisse. Hoc non disente quidem tradit Livius; sed tamen plane probabile est. Nam ratio suadet, ut credamus, Romanos, quum Anagninis ceterisque Hernicorum populis, qui ab iis defecerant, victis civitatem sine suffragio dederint, eorum, qui se a contagione defectionis ac belli adversus Romanos removerant, fidem praemio aliquo remunerandam, iisque plus, quam rebellibus, tribuendum existimasse. Hoc autem quid aliud esse potuit, quam datio civitatis Romanae cum suffragio? (nam Cellario 2. Geogr. 9. quasi auctore Livio scribenti, Alatrinates civitatem sine suffragio tulisse, haud dubie error obrepsit). Sed hi, ne leges suas amitterent, munere illo uti non voluerunt. Unde consequens est, eos, qui civitatem Romanam cum suffragio accipiebant, etiam leges Romanas una cum civitate accepisse. Sed qua ratione putaverint ex hoc loco Livii intelligi, eos, quibus civitas sine suffragio dabatur, leges suas retinuisse, non adsequor, et contrarium potius ex eo confici exikimo, quod Livius Anagninis ceterisque Hernicorum populis, qui defecerant, cum civitate sine suffragio data *magistratibus interdictum* scribit. Cur enim, si leges suae illis relictas erant, magistratus adimebantur? An enim, ubi leges sunt, magistratus non debent esse, qui ex iis jus dicant? Et Sigonius ipse sibi in hac re non satis constat. Nam quum 2. de Ant. Jur. Ital. 7. tradat, Anagninos, quibus civitas Romana.

25 terquam sacrorum curatione, interdictum. Eodem anno aedes Salutis a C. Junio Bubulco censore locata est, quam consul bello Samnitium voverat. ab eodem collegaque ejus M. Valerio Maximo viae
26 per agros publica impensa factae. Et cum Karthaginiensibus eodem anno foedus tertio renovatum: legatisque eorum, qui ad id venerant, comiter munera missa.

alioqui sacerdotia proprie non sunt magistratus. DUK. In nulla ed. notarum Sigonii hoc scholion adparet, nisi apud Gronov. in edd. quae cum notis variorum prodierunt annis 1665. et 1679. qui, unde hausisset, quum inquirerem, tandem inveni, totidem verbis existare inter notas Godelevaesi, eum vero excerptisse ex Sigon. 2. de ant. Jur. Ital. 10. et 12. Ceterum non quidem Hernicis eripiuntur magistratus antiqui, sed illis interdicitur aliud curare, quam sacra: quibus rite peragendis nulli praeesse posse existimabantur, quam qui titulo illo magistratuum veterum gaudebant: ex qua eadem substitutione Romanos regem sacrificulum creasse post reges ejectos, ut publica sacra, olim per ipsos reges factitata, curaret, auctor est Livius 2, 2, 1. Ceterum magistratibus, praeterquam sacrorum curatione, jus interdictum creandis interpolate praefertur Portug. Gaertn. et Haverk. Sed, in hac lectione quid velit librarius, probe video; at structura verborum vitiosa est. Nihil mutuo.

§. 25. *Aedes Salutis a C. Junio Bubulco censore locata est*] Vox *aedes* non adparet in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. cujus loco ea res praefert Leid. 1. *aedes Salutis*

ac *Junio* habet Florent. censoris praenomine C. priori voci adcrecente. V. ad 39, 3, 1. in eodem postea cod. litera *e* a m. 2. expuncta est, quia illud ac sensum commodum non efficere animadvertit, qui recognovit. a *Cons. Junio* erat in Lovel. 4. Sed et ibi, additis notis *to Cons.* delendum esse, librarius indicavit. ab C. *Junio* Portug. Gaertner. et Haverk. Tum *censore lata est* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Paulo post *bello Samnitio*, pro *Samnitium*, Portug. et Gaertn. et *voverat*, pro *voverat*, idem Gaertn. atque Haverk. V. ad 10, 37, 15.

Viae per agros publica impensa factae] *vige per agros* Leid. 1. *rugae per agros* Voss. 2. pro varia lectione in margine, et Lovel. 3. *virgae per agros* Lovel. 4. Tum *impensa publica factae* Harloj. Paulo ante copula *qui* deficit in Haverk. [*agros maxima impensa* Veith.]

§. 26. *Et cum Karthaginiensibus eodem anno foedus tertio renovatum: legatisque eorum*] Polyb. 3, [12.] aūt, primum foedus cum Carthaginiensibus ictum sub primis consulibus, quod Livius omisit. Tertium autem ictum eo tempore, quo Pyrrhus rex in Italiam trajecerit. Livius hoc anno tertio ictum. Antea etiam

XLIV. Dictatorem idem annus habuit P. Corneli-
um Scipionem, cum magistro equitum P. Decio
Mure. ab iis, propter quae creati erant, comitia
consularia habita, quia neuter consulum potuerat
bello abesse. Creati consules L. Postumius, Ti. Mi-
nucius. Hos consules Piso Q. Fabio et P. Decio
subgerit, biennio exempto, quo Claudium Volum-
niumque, et Cornelium cum Marcio consules factos

anno CDVII. [7, 27, 2.] Sed, pri-
mum ac secundum, incertum. GLAR. *tertium renovatum* edd.
principes; pro quo Aldus qui-
dem *tertio* substituit, sed inter
errata *tertium* revocavit; donec
Froben. anno 1531. iterum *ter-
tio* reciperet, quod post eum
reliqui servarunt, et tantum
non omnes scripti retinent. V.
ad 5, 16, 1. *tertio novatum* Voss.
2. et Lovel. 3. Mox *legationisque*
eorum Hearnii Oxon. B. *legatis-*
que eo Lovel. 4.

§. 1. Cum magistro equitum P.
Decio Mure] Pall. sec. Dictato-
rem idem annus habuit P. Corneli-
um Scipionem, magistrum equi-
tum P. Decium Murenam. GEB-
HARD. cum magistro equitum P.
Decio Murena Flor. a m. 2. Har-
lej. Gaertn. Portug. Haverk. a
m. 1. (qui habet P. Decio Mu-
rena a m. 2.) et Hearnii Oxon.
B. P. Decio Mure Leid. 2. P. De-
cio inire Lovel. 3.

§. 2. Quia neuter consulum po-
tuerat bello abesse] Ita primus
edidit Curio, quum priores edd.
praeferat potuerant; quod fir-
mant Flor. Leid. 1. et Lovel. 1.
ac 2. An id eodem modo dici
potuit, quo nemo crederent? de
quo supra dictum est ad 5, 39,
4. Praeterea neuter consul Por-
tug. a m. 1. et Gaertn. Paullo
ante quae propter creati erant alio

ordine Fragm. Hav. propter quae
creati erant Harlej. Tum habi-
taq; neuter consulum Lovel. 3.
Voces creati erant, comitia con-
sularia habita, quia desunt in
Haverk.

L. Postumius, T. Minucius] Ti.
Minucius tum ex fragmento con-
sulatus Capitolini, tum etiam
apertius ex Diodoro [l. 20. p.
774.] qui Τιβέριον Μινούκιον ε-
διδ. SIG. Pall. pr. et tert. Ca-
sum vocant, ut et Camp. Sigon-
nius vero pertendit legendum
Tiberius Minucius. GEBII. V. et-
iam Pighium in Annal. ad ann.
CDXLVIII. p. 375. Posteriori con-
suli perperam T. praenomen ad-
ditur in Leid. 2. Lovel. 1. Gaert-
ner. Haverk. et Fragm. Hav.
C. praenomen in Voss. 2. Lovel.
3. et Portug. Deest vero in Leid.
1. Lovel. 2. 4. et Hearnii Oxon.
L. 1. ac 2. Olim in Florent. scrip-
tum fuerat T. Minucius, sed
postea, praenominis eraso, al-
tera manu scriptum est et Mi-
nucius. Etiam Lovel. 2. qui pro-
nomen similiter omiserat, le-
git Minuciusque; quod et prae-
fert Harlej. licet de praenomi-
ne nihil moneatur. Minucius,
pro Minucius, est in Lovel. 1.
litteris perperam transpositis.

§. 3. Hos consules Piso Q. Fa-
bio et P. Decio subgerit] Si quis
dubitet, caraene fuerit Livio,

4 tradidimus, memoriae fugerit in annalibus digerendis, an consulto binos consules, falsos ratus, 5 transcenderit, incertum est. Eodem anno in campum Stellatam agri Campani Samnitium incursiones

ut consulum nomina diligenter describeret, habet hic, opinor, satisluculentum exemplum. Quare trium annorum consules omissos l. 2, ab urbe condita, puto injuria temporum, non Livii negligentia, accidisse. GLAREAN. De his consulibus a Livio omissis v. ad l. 2. in initio, et ad loca ibi laudata. Ceterum *Piso Fabio et P. Decio* praeferunt Lovel. 2. Port. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *Pisoq; Fabio et P. Decio* Leid. 2. et Lovel. 1. ac 3. *Piso et Fabio et P. Decio* Gaertn. *Piso et Fabio et P. Decio* Harlej.

Claudium Voluminiumque, et Cornelium cum Marcio consules] *Claudium Voluminiumque* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *Claudium Voluminiumque* Fragm. Hav. V. supra hoc lib. c. 42, 2. *Claudium Voluminium et Cornelium* Portug. et Haverk. *Claudium Voluminium et Q. Corneliium* Lov. 4. Verum haud magis Cornelio praenomen addendum est, quam Claudio, Voluminioque et Marcio; et insuper non Q. sed P. dictus est. Mox tradimus, pro tradidimus, Portug. a m. 1. V. infra ad 34, 29, 13.

§. 4. *Memoriae fugerit in annalibus digerendis*] Libri omnes cusi et calamo picti *memoriae fugerit*. GEBII. *memoriae* etiam apud me Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Klock. tum Neap. Latini, et Hearnii Oxon. B. praeterea omnes edd. usque ad Frobenianam anni 1531. quae dedit *memoriae*, quomodo a m. 1. legebatur in Fragm. Hav. in

quo deinceps alius substituit *memoriae*, tertius *memoriae*, quae postrema lectio etiam videtur in Gaertn. Quomodo fere Cic. loquitur 7. ad Att. ep. 18. *De Dionysio fugit me ad te antea scribere*. Sed nec vulgatum displicet. *fugerit memoria*, pro e memoria: quomodo *fugere sinu alicujus* in Propert. 1. eleg. 8, 38. ex conjectura emendat, et illustrat Broekhus. notis ad illum locum. Tum *fugerat Gaertner. fuerit* Lovel. 2. V. ad 27, 32, 6. Voces *tradidimus. memoriae* etc. *binos consules* desunt in Haverk. Mox certum est, pro *incertum est*, legit Lovel. 3. *Tō est exulat* ab Haverk.

§. 5. *In campum Stellatam agri Campani in campum Stellatam* Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. et ita peccant pauci codd. infra 10, 31, 5. et 22, 13, 6. *Campum Stellatam*, partem agri Campani, illustrat Camill. Peregrinus in Campan. Fol. Diss. 2, 33. [*Et anno Veith.*]

§. 6. *Tifernum Postumius, Boavianum Minucius, petissent*] Cum ambo consules in Samnium missi sint, necesse est, Tifernum in Samnio oppidum esse; cum omnes auctores Umbrorum esse oppidum, diverso coeli tractu, fateantur. Fieri tamen potest, ut duorum oppidorum hoc sit nomen. Libro etiam sequente [c. 30, 7.] Livius montem in Samnio Tifernum perhibet. Est et apud Plinium 3, 11. Tiferni amnis mentio, cujus meminit et Ptolemaeus apud Garganum [3, 1.] si codices non errant.

factae. Itaque ambo consules, in Samnium missi, 6
 quum diversas regiones, Tifernum Postumius, Bo-
 vianum Miaucius petissent; Postumii prius ductu
 ad Tifernum pugnatum. Alii haud dubie Samnites 7

GLAR. *Tifernum* cum sit in Um-
 bria oppidum, miratur Glarea-
 nus, hoc loco in Samnio poni,
 quod idem sit etiam sequenti
 libro [c. 14, 6.] Ego vero utro-
 que in libro *Trifernum* in om-
 nibus veteribus libris legi re-
 perio. SIG. Pall. pr. et tert.
Tifernum, sec. binaeque edd.
Trifernum. GEH. *Trifernum* et
 iam Portug. Gaertner. Haverk.
 Hearnii Oxon. B. N. et ed. Rom.
 anni 1472. *Tifernum* Voss. am-
 bo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3.
 et Fragm. Hav. *Tifinum*, vel
Tifinium, Hearnii Oxon. C. Et
 quidem Ortel. in Thes. Geogr.
 v. *Trifernum* hoc loco *Trifer-*
num legisse videtur, atque oppi-
 dum in Pelignis fuisse dicit. Clu-
 ver. autem in Ital. Ant. 4, 7,
 p. 1194. *Tifernum* vulgatum pro-
 bat, docens hujus nominis op-
 pidum situm fuisse circa Tifer-
 num flumen; quod exiguum,
 supra Bovianum exortum, per
 Samnites primum, mox Fronta-
 nos in superum mare evolvitur,
 vulgari nunc vocabulo *Biferno*
 dictam, atque illud oppidum
 esse, quod nunc *Molise* vocatur.
 Adde Cellar. Geogr. ant. 2, 9,
 p. 550. V. etiam infra ad 10, 14,
 6. Hinc *Bovindam* quaedam ex
 antt. edd. Tum *Munitius* Lovel.
 1. V. ad §. 2. Tandem petisset
 Voff. duo, Leid. duo, Lovel.
 2. 3. 4. Harlej. et Fragm. Hav.
 petivisset Gaertn.

Tifernum Lovel. 2. 4. ac Fragm.
 Hav. Insuper *pugnans* Leid. 2.
 et Lovel. 1. *pugnatur* Harlej.

§. 7. *Alii haud dubie Samnites*
victos, ac triginta millia inde ho-
minum capta tradunt] Malim in
 dubia inter auctores victoria
 duo millia, quam triginta, ut
 Diodorus [l. 20. p. 779.] scribit:
 Στρατιώτας δὲ ἐξῶρθησαν ὑπὲρ
 τοῦς δισχιλίους. SIG. Sigonius
 reponit ex Diodoro ac duo mil-
 lia inde hominum capta tradunt.
 Sed nostrae membranae etiam
 disertim habent: *Alii haud dubie*
Samnites victos, ad triginta mil-
lia hominum capta tradunt. MOD.
 Locus controversus inter criti-
 cos et Livii emendatores: equi-
 bus Sigonius mavult duo millia,
 quam triginta, e Diodoro. Pa-
 lat. pr. *alii haud dubie Samnites*
victos a consulibus, XX. millia
hominum capta tradunt. sec. *alii*
haud dubie Samnites victos, ad
triginta millia hominum capta tra-
dunt. tert. *alii haud dubie Sam-*
nites victos a consulibus, XX.
millia hominum capta Samnites
capta tradunt. Mihi Pal. sec. scri-
 ptura, quam et Modius e mem-
 branis Fuldensibus tradidit, non
 displicet. GEH. Duo Pall. Thuan.
 duo Voss. Helm. *ac viginti millia,*
hominum sine rō inde. Sigonius
 ex Diodoro duo millia. J. FR.
 GRON. *Samnites victos a consule,*
ac viginti millia hominum Voss.
 2. *Samnites victos a consuli, vi-*
ginti millia hominum Lovel. 3.
victos Samnites, ad CXX. millia
hominum Lovel. 4. *Samnites vi-*
ctos, ad viginti millia hominum
 Fragm. Hav. a m. 2. in quo *ac*
viginti fuerat a m. 1. Samnites

Postumii prius ductu ad Tifernum
pugnatum] cum *Postumii prius du-*
ctu Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.
 Deinde *ad Trifernum* Portug.
 Gaertn. et Haverk. *ad Tifannum*
 Leid. 2. *ad Tiferinum* Harlej. *ad*

victos, ac viginti millia hominum capta tradunt: 8 alii Marte aequo discessum, et Postumium, metum simulantem nocturno itinere, clam in montes copias abduxisse: hostes secutos duo millia inde locis munitis et ipsos consedissee. Consul, ut stativa tuta copiosaque (et ita erant) petisse videretur, postquam et munimentis castra firmavit, et omni

victos, ac triginta millia hominum Portug. et Hearnii Oxon. B. ac C. [Veith.] *Samnites victos, ad triginta millia hominum* Gaertner. et Haverk. Reliqui codices mei *Samnites victos, ac viginti millia hominum* praeferunt, nisi quod sollemni errore omnium sit in Leid. 1. V. ad 3, 54, 6. Ex solo Florent. nihil variantis lectionis notari video, ut verisimile sit, eum ita exhibere, quemadmodum notae Sigonii praescriptum est. *ad viginti* non displiceret, si meliorum codd. auctoritate firmaretur. *ad* enim pro circiter Livio familiare est. V. infra ad 10, 46, 5. Solent autem *ad* et *ac* a librariis permutari. V. ad 21, 32, 2. *ac viginti* tamen, quod Gronov. restituit, servavi, atque insuper *inde* ex contextu eieci, quia id in nullo, nisi forte in Flor. supererat, et facile *in*, sive *inde*, ex numeri millenarii nota *M* repeti potuit.

§. 8. *Metum simulantem nocturno itinere, clam in montes copias abduxisse*] Pallat. sec. *deduxisse*. Andreae ed. *adduxisse*. GEBH. *victum simulantem* Hearnii Oxon. C. *incertum simulantem* Lovel. 4. Tum *clam* non adparet in Lovel. 4. Deinde *copias deduxit* Haverk. *copias adduxisse* Gaertn. omnesque typis exarati usque ad Froben. qui anno 1535. *copias abduxisse* recte edidit. V. ad

27, 29, 1. Paulo ante copula et deerat in Haverk.

Hostes secutos duo millia inde locis munitis et ipsos consedissee] *hostes inssecutos duobus millibus passuum inde locis munitis et ipsis consedissee* praefert Lovel. 4. reliquis invitit.

§. 9. *Ut stativa tuta copiosaque (et ita erant) petisse videretur*] *ut statim tuta* Leid. 2. *ut stativa tuta* Lovel. 3. Hinc *et ita erat* Portug. quae lectio indicat, ideo praecipue Postumium copias in montem abduxisse, ut ibi stativa tuta et copiosa haberet. Sed praefert vulgatum. Primaria enim ratio, cur castra huc contulerit, erat, ut hostem strategemate fallendi occasio daretur; et hinc Postumius nocturno itinere metum simulavit, cum copias clam in montes abduceret, ne se id consilium animo agitare hostis suspicaretur, aut adtentius ad ea, quae acturus esset, animadverteret. Tum *videtur* Portug. V. ad 40, 14, 3. *videntur* Voss. 2. Lovel. 3. et Haverk. *viderentur* Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1.

Et omni adparaturorum utilium instruit] Pall. pr. et tert. *et omnia prope ratu rerum utilium instruxit*. Reliqui quoque *instruxit*. GEBH. Id est, ut puto, necessariorum victui, quae 3,

adparatu rerum utilium instruxit; relicto firmo 10
 praesidio, de vigilia tertia, qua duci proxime pot-
 est, expeditas legiones ad collegam, et ipsum ad-
 versus alios sedentem, ducit. ibi, auctore Postu- 11
 mio, Minucius cum hostibus signa confert; et,
 quam anceps proelium in multum diei processisset,
 tum Postulmius integris legionibus defessam jam a-

49, 5. *utensilia* vocat. nam sta-
 tiva copiosa fuisse dicit. Hac
 significatione *utilia* apud Aure-
 lium Vict. et Ammianum legi,
 docent Pricaeus ad Apul. l. 2.
 p. 108. et Gronov. 2. de Pec.
 Vet. 7. et ad Taciti 1. Ann.
 70. DUKER. *omnia pro paratu
 rerum utilium* Voss. 2. et Lo-
 vel. 2. ac 3. *omnia proparatu
 utilium rerum* Fragm. Hav. a
 m. 1. *omnia operatu a m. 2.
 omnia praeparatu utilium rerum*
 Lovel. 4. Sed error ortus est
 ex literis olim continua serie
 scriptis, et postea inperite in
 voces distributis. Prima enim
 litera *toti* apparatus voci praec-
 edenti *omni* juncta pro litē-
 ra secunda *p* scriptum credide-
 runt *p*, vel *p̄*, et ita *pro paratu*
 ac *praeparatu* dederunt. *instruit*
 autem errore operarum rece-
 ptum est in ed. Modianae con-
 textum; quod, a Grutero, Dan.
 Heinsio, et J. Fr. Gronovio ser-
 vatum, Cl. Jac. Gronovius e-
 mendavit, substituens *instruxit*;
 quomodo non modo edd. prio-
 res, sed et omnes codd. con-
 stanter legunt. Cl. etiam Ant.
 Perizonius, *instruxit* omnino le-
 gendum videri, ad marginem
 ed. Gronovianae anni 1665. mo-
 nuit.

§. 10. *Relicto firmo praesidio,
 vigilia tertia*] MS. Fuld. *de ter-
 tia vigilia*. MOD. Pall. tres *de
 vigilia tertia*. Campan. *relicto fir-*

mo praesidio inde vigilia tertia
 etc. GEBH. Fuldenses et om-
 nes scripti nostri *de vigilia ter-
 tia*, aut, quod malo, *de tertia
 vigilia*. Ante tertiam vigiliam
 exactam. 34, [61, 14.] *Ipse de
 tertia vigilia navem conscendit,
 et profugit*. 40, [4, 10.] *Sopitis
 omnibus de tertia vigilia conscen-
 dunt*. Caesar 1. Gall. [12.] *De
 tertia vigilia cum legionibus
 tribus e castris proficiscitur*. Ita-
 rum [c. 21.] *De tertia vigilia
 J. Labienum legatum propro ca-
 duabus legionibus summum jugum
 montis ascendere jubet*. J. FR.
 GRON. *de vigilia tertia* etiam
 omnes mei et Hearnii Oxonien-
 ses. Similiter etiam Aldus edi-
 dit, sed inter errata praeposi-
 tionem iterum ejecit. Non recte.
 Liv. 28, 7, 3. *Quum ab Deme-
 triade Scolussam, inde de tertia
 vigilia profectus trepidos hostes
 Heracleam compulsisset*. Caesar
 1. B. Gall. 21. *De quarta vigi-
 lia eodem itinere, quo hostes i-
 rant, ad eos contendit*. c. 40. *Pro-
 xima nocte de quarta vigilia ca-
 stra moturum*. c. 41. *De quarta
 vigilia, uti dixerat, profectus
 est*. 5, 9. *De tertia vigilia ad ho-
 stes contudit*. 1. B. Civ. 63. *Quum
 de tertia vigilia Petrojus atque
 Afranius castra movissent*. c. 64.
*Eos, qui de tertia vigilia exissent,
 consequerentur*. 3, 75. *Reliquas de
 quarta vigilia eodem itinere praec-
 misit*. c. 77. *De quarta vigilia
 ipso egreditur*. Hoc autem de

12 ciem hostium improviso invadit. Itaque, quum lassitudo ac vulnera fugam quoque praepedissent, occisione occisi hostes, signa unum et viginti capta :
 13 atque inde ad castra Postumii perrectum. Ibi duo victores exercitus perculsum jam fama hostem ad-

tertia vigilia notat post tertiam vigiliam inceptam, sive, ut Gronovius recte exponit, ante tertiam vigiliam exactam. Ita tempus, quod mediae nocti proximum est, *de media nocte*, quod meridiei, *de meridie* vocari, auctor est Censorin. de Die natali c. 24. Ceterum *de tertia fessera* Leid. 2. Vox autem *firma* in eodem cod. et in Lovel. 1. non adparet. Mox *ducis* deficit in Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 11. *Defessam jam aciem hostium improviso invadit* Pal. sec. *defessum jam acie hostem improviso invadit*. GEBH. Ita etiam Portug. Gaertn. et Haverk. *defensam jam aciem* Leid. 2. et Lovel. 1. ac 2. Paulo ante *ubi auctore Postumio*, pro *ibi*, Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 27, 5, 2. Praeterea *tum* exsulat a Gaertn.

§. 12. *Occisione occisi hostes, signa unum et viginti capta* occisione occidi hostes Lovel. 4. *occidiose occidi hostes* Haverk. Vox *occisione* omittitur in edd. vet. usque ad Aldum, qui primus contextui addidit. Consentiant reliqui scripti. De locutione *occisione occidere* v. ad 2, 51, 9. Tum *signa militaria duo et viginti capta* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. *signa unum et triginta capta* edd. vet. pro quo Aldus primus *viginti* reposuit, idque codd. omnium auctoritate firmatur. Paulo ante *lassitudo ac vulnera*, pro *lassitudo*, Lovel. 3. Sed, interdum *lassus*

ac *lassus* culpa scribarum commutari, olim monui ad Silli 8, 322. V. etiam viros doctos ad Rutilii Itiner. 1, 371. *lassitudo et vulnera* Lovel. 2. Tum *fuga quoque praepedissent* Port. Gaertner. et Haverk. *fuga perpendissent* Harlej. De verbo *praepedire* v. infra ad 28, 1, 6. Paulo post *perrectus*, pro *perrectum*, Gaertner.

§. 13. *Perculsum jam fama hostem adorti fundunt fugantque* percussum jam fama Portug. Saepius haec voces commutantur. V. ad 34, 15, 2. *perculsum jam fame* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. et Fragm. Hav. a m. 1. Neque aliter etiam Florent. a m. 1. in quo manus altera vocem *fame* deinde erasit. Tum *hostem* deest in Leid. 2. Deinde *fuderunt fugantque* Lovel. 1. a m. 1.

Signa militaria sex et viginti capta Deleo *et capta*. Sufficit enim mox poni *et castra utraque capta*. J. FR. GRON. Si codd. Gronovio delenti adimplerentur, vocem illam non requirerem: nunc quum in ea servanda omnes consentiant, libris invitis non mutandum arbitror. Similiter infra 10, 14, 21. *Tria millia et quadringenti caesi, capti ad trecentos ferme et triginta, signa militaria capta tria et viginti*. c. 17, 4. *Ibi duo millia Samnitium et centum pugnantes circumventi capti que: et alia praeda ingens capta est*. ubi iterum *capta est*, Gronov.

orti fundunt fugantque: signa militaria sex et viginti capta, et imperator Samnitium Staius Gellius, multi-
que alii mortales, et castra utraque capta: et Bovia- 14
num, ubi postero die coeptum obpugnari, brevi
capitur. magnaue gloria rerum gestarum consules

dispicet. 24, 16, 4. *Alii omnes caesi aut capti: capta et signa duodequadraginta. 41, 12, 8. Plus septingenti aut in proelio, aut in castris capti: et signa militaria unum et quinquaginta capta.* Neque Livium a vocis, quae praecessit modo, repetitione abhorrere, supra dictum est ad 1, 3, 9. Ceterum *militaria signa alio ordine Leid. 2. et Lovel. 1. etiam sex enim et viginti Harl. [duo et viginti Veith.]*

Staius Gellius, multi-que alii mortales, et castra utraque capta Diodorus [l. 20. p. 779.] vocat Γέλλιον Γαϊόν. SIG. Pall. pr. et tert. *Scatrus Cellius.* reliqui *Staius Cellius.* GEBII. *Scatrus Tellius* Lovel. 3. *Staius Tellius* Voff. 2. *Staius Celius* Leid. 2. et Harlej. *Staius Cellius* Hearnii Oxon. B. et C. *Staius Cellius* Florent. Voff. 1. Lovel. 1. 2. 4. Leid. 1. Portug. Gaertner. Haverk. Fragm. Hav. Klock. Oxon. N. et edd. antt. usque ad Sigonium, qui *Staius Gellius* substituit, quem Gruter. et deinde recentiores reliqui secuti sunt. Et *Gellius* etiam praefendum videtur tam ob auctoritatem Diodori a Sigonio laudati, tum etiam quod nomen sit, alibi inter Samnites notum. Certe *Gellius Egnatius ex Samnibus* auctor belli Etrusci memoratur infra 10, 18, 1. Pro *Staius* autem legendum videri posset *Staius*; quod antiquorum praenomen esse, auctor est Valer. Max. Epit. 10. *Staius a stabilitate, Faustus a favore praeno-*

mina sumta erant. Eadem ergo forma conceptum foret; quae *Mettus, Attus* et similia, de quibus v. ad 1, 23, 4. Praesertim quum *Staius* potius nomen servile fuerit. Gellius l. 4. cap. ult. *Staius autem servile nomen fuit. Plurique apud veteres servi eo nomine fuerunt. Cascilius quoque ille comediarum poeta inclitus servus fuit, et propterea nomen habuit Staius, quod postea versum est quasi in cognomen; adpellatusque Cascilius Staius.* Infra *Staius Minucium* ducem Samnitium Livius memorat 10, 20, 13. ubi Gronov. *Staium* malebat; cod. Flor. *Staium* praefert, ut *Staium* forte et ibi reponendum sit, quod in Port. existat. Verum ἐπέλω. Nam *Staius Metius* Campanus obcurrit infra 24, 19, 2. *Staius Staius* Bruttiorum et Lucanorum dux apud Valer. Max. 1, 8, 6. Aliam autem nominum apud Romanos, aliam apud reliquos Italiae populos rationem esse, saepius dictum est. Praeterea *et multi alii mortales* Harlej. Portug. Gaertn. et Haverk. *multi-que mortales* Lovel. 2. Tum *vocula et deficit* in Voff. 2. et Lovel. 3.

§. 14. *Et Bovianum, ubi postero die coeptum obpugnari, brevi capitur* Hoc oppidum anno CDXLIV. [c. 31.] rursus postea anno CDLV. capitur [10, 12, 9.] Ita Livius ter captum memorat, eum ne semel quidem defecisse uspiam scribat. GLAR. Miratur hoc etiam loco Glareanus, Bovianum, quod anno CDXLIII.

15 triumpharunt. Minucium consulem, cum vulnere gravi relatum in castra, mortuum, quidam auctores sunt, et M. Fulvium in locum ejus consulem subfectum: et ab eo, quum ad exercitum Minucii mis-

[c. 31.] supra expugnatum traditur, idem hoc anno iterum, sine ulla defectionis mentione, captum a Livio scribi ne miretur, Diodorus admonet, qui *Bolam*, non *Bovianum*, captum ait l. 20. [p. 779.] ubi res gelias his consulis edit. *Τῶν δυνάτων ἐνδὺς ἐλόντων πάλιν Βώλαν Γέλλιος Γόγιος ὁ τῶν Σαμνιτῶν ἡγεμῶν ἐφάνη, μετὰ στρατιωτῶν ἑξακισχιλίων.* †., Glareanus hic tibi „occasionem praebeuit inspiciendi locum apud alios auctores. „Quare pro gratia non erat redlegendum convitium. „†. SIG. Cl. Jac. Perizonius in *Animadv. Hist.* cap. 4. p. 164. *Bovianum* contra Sigonium defendit, quia ei, *Bolam* legendum ex Diod. Sic. conjicienti, refragantur omnes Mli; quod vix verisimile esse putat, ter (toties enim id oppidum hoc capite nominatur) eundem plane in modum et tam graviter fuisse corruptos. Praeterea addit, l. 10, 12, 9. idem oppidum denuo aliquot annis post a Cn. Fulvio vi captum narrari: et tamen postea iterum ita de eo loqui Livium c. 41, 11. quasi semper Samnitium fuerit; quandoquidem, iis proelio victis a L. Papirio consule, nobilitatem eorum et equites Bovianum perfugisse tradit. Quod itaque Livius narret, Bovianum, de cuius expugnatione supra egit, hic iterum obsideri, ac capi, vel errori ejus adscribendum existimat, dum imprudens alios aliis locis sequitur auctores, inter se in annis capti a Romanis oppidi variantes; vel, si vere toties in Romanorum potestatem redactum fuit, id

certe in diligentia ejus summo jure desiderari, quod nusquam, ad effugiendam incogitantiae speciem, ne verbo quidem monuerit, idemtidem ab hostibus fuisse recuperatum. Ceterum *Bovianum* etiam tribus locis hoc capite servant Mli mei, nisi quodd *Bobianum* sit hoc loco in Leid. 1. *Bodianum* in Harlej. *Bobianum* in Florent. Voss. duobus, Leid 2. et Lovel. 1. ac 3. quod etiam Florent. loco tertio praefert. V. de commutatione perpetua literarum *b* et *v* supra ad 5, 24, 5. Praeterea rationibus Perizonii conjecturam Sigonii rejicientis addi potest; ideo etiam eam minus placere posse, quod supra hoc cap. ambo consules in *Samnium* missi dicantur, quia Samnites in campum Stellatam agri Campani inpetum fecerant, scilicet ut eos inde ad sua defendenda revocarent. Urbs autem *Bola* vel *Bolae* non in Samnio, sed in Aequis fuit, adeoque Minucius *Bolam* petendo in patriam redeundi necessitatem Samnitibus non inposuisset. Insuper Livius hoc oppidum semper numero plurali *Bolae* vocat, ut 4, 49, 6. et 6, 2, 14. quamvis tamen ab aliis etiam *Bola* dicatur. Tandem intervallum locorum, quo *Bolae* in Aequis a Tiferno in Samnitibus distant, vix convenire posse videtur strategemati, quo Postumius hostes hic decepit, quamvis meminerrim alterius strategematis, quo Claudius Nero Hannibalem decepisse narratur infra l. 27, 43. et seqq. et apud alios. Deinde *coepit obpugnari* Florent. Voss. 1. Leid. duo, Lovel. 1. et Hear-

sus esset, Bovianum captum. Eodem anno Sora, 16 Arpinum, Censennia, recepta ab Samnitibus. Her- culis magnum simulacrum in Capitolio positum dedicatumque.

nii Oxon. N. quibus et Thuan. consentire, Gronov. ad §. seq. observat. Quod autem is inde patere putet, pro *Bovianum* olim *Bolsa* scriptum fuisse, mihi longe secus videtur. Quia enim rationes modo datae efficiunt, quo minus *Bolsa* probare possim, si tamen Livius, tot codd. optimis consentientibus, *coepit* scripsisse existimari debeat, inde factum erit, quod quaevis urbium nomina saepissime genere feminino efferantur. V. (* ad 37, 9, 8.) Inl. Heinsium ad Ovid. Ep. 1. Her. 48. Hinc optimis defendi potest vulgata lectio apud Statium 1. silv. 3, 86.

— — *cedant vitreae juga per-
fida Circes
Dulichiiis ululata lupis, arcus-
que superbae
Auxuris.*

ubi Cluver. in Ital. Ant. 3, 7. p. 1010. et nuper Markland. in notis, nullis addicentibus libris, legendum censuerunt *superbi Auxuris*: licet tamen etiam cum Holsten. ad d. l. Cluver. jungi possit *arcus superbae*. Quin etiam hinc patrociniū parari potest vulgatae scripturae apud Spart. in Pescenn. Nigr. 1. *Pescennius ergo Niger, ut alibi tradunt, medicis parentibus, ut alii, nobilibus fuisse dicitur, patre Annio Fusco, matre Lampri- dia, avo curatore Aquini, ex qua familia originem ducebat*. Ex qua, nempe Aquino, familia origi- nem ducebat. Hic enim, invi- tis M&is, Casaub. et Salmas. *ex quæstri familia* legendum opi-

nantur. Ut tamen dicam, quod sentiam, *coepit* hoc loco prae- ferendum puto. *coepit* oppu- gnari est legunt Portug. Gaertn. et Haverk. Verum *to est* libra- riorum esse puto; qui de suo addiderunt, quod Livius sub- intelligendum reliquerat.

§. 15. *Cum gravi vulnere vela- tum in castra, mortuum, quidam auctores sunt] tum gravi vulnere* Lovel. 3. Male. Livius 33, 25, 9. *Tuditanum, laetum cum gravi vulnere ex proelio, haud ita multo post exspirasse. Tum et Cum in Mstis commutari, infra vide- bimus ad Epit. Liv. 48. in fine. Hinc in castra velatum* Gaertn. Deinde vox *mortuum* deficit in Lovel. 4. *Tum quidem auctores sunt* Lovel. 1. V. ad 39, 17, 5.

M. Fulvium in locum ejus consu- lum suffectum] Edd. principes *L. Fulvium*. pro quo Aldus recte *M. Fulvium* reposuit. In fastis enim Capitolinis, qui hoc anno laceri sunt, superest ta- men Fulvii praenomen, et pri- ma litera nominis *M. F.::::* in fastis vero triumphalibus inte- gra nomina *M. FULVIVS. L. F. L. N. PAETIN.* Harlej. etiam male praefert *M. Fabium*. No- mina haec pariter infra confun- duntur hoc lib. c. 46, 1. (* 27, 25, 6.) Similiter Cl. Cockman in duobus codd. Oxoniensibus *Cn. Fa- bins*, pro *Cn. Flavius*, invenit apud Cic. 1. de Orat. 41. [*con- sulem* omittit Veith.]

[*Bolan captam*] Omnes libri *Bovianum captum*. Miratur Gla- reanus, oppidum, quod supra

XLV. P. Sulpicio Saverione, P. Sempronio
Sopho

expugnatum traditur, idem hoc anno iterum, sine ulla defectio- nis mentione, captum a Livio dici. Sigonius, ut causa mirandi cesset, auctore Siculo scribit *Bolam captam*, non hic modo, sed praeterea bis eodem capite, ubi *Boviani* mentio est. Modius ubique reddidit *Bovianum*, quod prioribus duobus locis reliquit Gruterus, hoc ultimo fecit *Bolam captam*. Florent. Thuan. Voss. medio loco, et *Bovianum*, ubi postero die coepta oppugnari, non coeptum. Scio defendi posse, ut *Eunuchum suam*. Non hoc tamen spectasse Livium puto: sed librarii, qui hoc retinuerunt, fatentur, fuisse aliquando: et *Bola*, ubi postero die coepta oppugnari. J. FR. GRON. Sententiam supra dixi ad §. praec.

§. 16. Eodem anno Sora, *Arginnum*, *Cessentia*, recepta ab *Samnitibus*]. Quidam *Cessennia* restituerant, quod nescio quam bene. quidam *Consentia*, quod minime quadrat. Est enim *Consentia* Brutiorum oppidum, longe a *Samnitibus*. Vide, num *Esornia* legendum, cujus in *Samnitibus* meminit cum *Ptolemaeus* [3, 1.] tum *Plinius* [3, 12.] GLAR. Vet. lib. *Cessennia*. *Diodorus* *Sorenniam* edit, l. 20. [p. 779.] Οἱ δὲ ὑπατοὶ τῶν θυμὰχίδων πόλεων τὰς ἀλούσας ἀνεκτίθησαν τὴν Σώραν, Ἀργίνας, καὶ Σεπεννίαν. *Consentia* certe locum non habet. Qua de re laborat *Glareanus*. SIG. *Cessennia* *Sigonius*, cum fecissent *Consentia*. Apud *Diodorum* est *Sorennia*. *Glareanus* et *Cluverius* [3. Ital. Ant. 8. p. 104.] *Assernia*. *Andreas* *Cessennia*. *Flor.* *Cessennia*. *Bott.* et *Helm.* *Cersennia*. ut credibile sit, *Cersenniam*,

vel *Cersenniam* esse, inter *Corsinium* et *Albam Fucentiam* in itinera- rio *Antonini* et *tabulae Peutingeri* conspicuam. quae conjectura est *Alberti Rubenii* J. FR. GRON. Eo anno 1087 ambo, *Leid.* ambo, *Level.* 2. 3. 4. *Portug.* *Gaerta.* *Haverk.* *Fragm. Hav.* et *Hearnii Oxon.* N. B. ac C. [Veith.] Saepissime ita eodd. variant. V. ad 10, 16. 6. Deinde *Cösela* *Haverk.* *Consentia* *Hearnii Oxon.* C. *Cessennia* *o* *iusdem* B. *Cosennia* *Harleji* *Consentia* *Level.* 4. *Cosennia* *Flor.* *rent.* *Cosennia* eodd. *Rom.* ann. 1472. et *Parm.* *Cossentia* *Medii* *anni* 1480. et *proximae.* *Cossentia* *Mogunt.* *Consentia* *Cervicorni* *Cosennia* *Aldus* cum plerisque recentioribus et eodd. reliquit *Sorennia*, ut *Sigonius* edidit, praeterea videtur *Ortel.* in *Theat. Geogr.* ea voce. De *Cersenniam* quod nomen restituendum *Gronovius* existimavit, vide viros doctos ad *Antonin.* *Itiner.* p. 30. Memoratur in lapide apud *Beneventum*. *Class.* 3. *inscr.* 80.

SIAM. CLAVDIAM. VALER.
A. CEFENNIA. OSTIA. ATE. . .
MVNIT. etc.

Praeterea a *Samnitibus* *Leid.* *Level.* 1, 2. *Portug.* *Haverk.* *Fragm. Hav.*

Herculis magnum simulacrum Capi-olio positum dedicatumque. Sic sane plerique eodd. In ne nullis vero magni recte, ut pinatur doctiss. *Montacutius*. *Diatr.* ad P. 1. *Seldeni Hist. D.* *cimarum* p. 440. nam hoc egnomen *Herculis*, ut satis liquet ex *Arnobio*, aliisque. *HEARN.* Omnes mei, non tantum scripti, sed et excusi, *Herculis magnum simulacrum* constan-

Sopho consulibus, Samnites seu finem, seu dilationem belli quaerentes, legatos de pace Romam

preferunt; neque ullum suorum codd. nominatim Cl. Hearne indicavit, qui aliter legerit. Mirariigitur subit, quinam codd. faciat, in quibus *magni* invenierit. Per *magnum simulacrum* intelligi potest statua colossae. Talis colossus Herculis in Capitolio Romano exstitit, sed eodem translatus ex urbe Tarento a Fabio Cunctatore, quum eo tempore belli Hannibalicum expugnasset. V. Strab. l. 6. p. 28. Plutarch. in vita Fabii p. 18. et Plinium 34, 7. ad quem posteriorem locum duo priora habuit J. Harduin. subjungere potest, dedicatam hoc *deinde* aemulicram esse, positumque in Capitolio, anno urbis ccccl. P. Sempronio Sopho, P. Sulpicio Saverione consulibus, ut Livius refert l. 9. Verum, si ad temporum rationem adtentum, nullo negotio videre poterit, Heracleum, quem Fabius Ferracocus Tarento Romam transtulit, *deinde* in Capitolio dedicatum non fuisse anno ccccl. eisdem Fabius, qui transtulit, demum Tarentum expugnatum circa annum dcliv. integro saeculo post, quam Heraculis magnum simulacrum hoc in Capitolio positum dedicatumque fuisse referatur. Restat itaque Just. Bycquius de script. Rom. c. 25. putat, vel utrum de alio Herculis simulacro, quod a Fabiano illo dictum erat, loqui, vel in dedicatione ejus adnotanda *μνημόνων ἀνάμνημα* commisisse: ut Livium de Hercule Romam translato nihil narrasse l. 16. ubi urbis expugnatae hinc refert. Ceterum *positum, statum*, omisso *et quo*, Lov. l. 4.

1. P. Sulpicio Saverione) Sallust. Tom. V. P. 1.

verrione ex tabulis Capitolinis. SIG. L. Sulpicius vocatur Plinio 33, 1. Eam autem lectionem probat Harduin. ad d. loc. quia ita habent libri Msti probatissimi et vetustissimae editiones: quibus merito obponimus primo omnes omnino codices et edd. Livii, qui *Publii* praenomen ei tribuunt, nisi quod Oxon. C. apud Hearniam id omittat; deinde consensum Diodori l. 20. p. 779. et factorum Capitolinorum tum consularium, tum triumphalium. Praeterea *Supplicio* Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 3, 10, 6. *Scripto* Harlej. Tandem *Averrius* Voss. 1. Leid. 2. Florent. Lov. 2. Klock. Gaertner. et Hearnii Oxonienses. *Averrius* Voss. 2. Haverk. et Fragm. Hav. literis *vi* in *n* male coalescentibus. V. ad 3, 30, 3. *Averrius* Lovel. 4. et Portug. A. *Verrius* Harlej. *Avenis* Lovel. 3. ubi partim literae *rr* in *n* coaluerunt: v. ad 4, 10, 9. partim litera *n* in *vi* dissoluta est. *Avenis* Lovel. 1. *Avenis* Leid. 2. Sed recte Sigonius substituit *Saverrius*. V. eundem ad 10, 9, 14. De causa hujus erroris dixi ad 6, 30, 9.

P. Sempronio Sopho] P. Sempronius Longus vocatur Plinio dicto l. 33, 1. eamque scripturam fide Mstorum probatissimorum et vetustissimarum editionum Plinii defendit ibid. Harduinus. Verum et hic *Sophi* cognomen ei tribuunt, quoscumque vidi, Livii codd. et excusi, nisi quod *Syphe* sit in Lovel. 4. Neque aliter Fassi Capitolini consulares et triumphales. Quin et, vocem *Longo* in Plinii Msto Chiffet. omitti, notatum est; quod praeferendum censeo, eamque non consultius fastis a gramma-

XLV. P. Sulpicio Saverrione, P. Sempronio
Sopho

expugnatum traditur, idem hoc anno iterum, sine ulla defectio- nis mentione, captum a Livio dici. Sigonius, ut causa mi- randi cõset, auctore Siculo scri- bit *Bolam captam*, non hic mo- do, sed praeterea bis eodem capite, ubi *Boviani* mentio est. Modius ubique reddidit *Bovia- num*, quod prioribus duobus locis reliquit Gruterus, hoc ul- timo fecit *Bolam captam*. Flo- rent. Thuan. Voss. medio loco, et *Bovianum*, ubi *postero die coepta oppugnari*, non *coeptum*. Scio defendi posse, ut *Eunuchum suam*. Non hoc tamen spectasse Livium puto: sed librarii, qui hoc re- tinuere, fatentur, fuisse ali- quando: et *Bola*, ubi *postero die coepta oppugnari*. J. FR. GRON. Sententiam supra dixi ad §. praec.

§. 16. Eodem anno Sora, Ar- pinum, Cessentia, recepta ab Sam- nitibus] Quidam *Cessennia* resti- tuerant, quod nescio quam bene. quidam *Consentia*, quod mini- me quadrat. Est enim *Consentia* Brutiorum oppidum, longe a Samnitibus. Vide, num *Eser- nia* legendum, cujus in Samni- tibus meminit cum Ptolemaeus [3, 1.] tum Plinius [3, 12.] GLAR. Vet. lib. *Cessennia*. Dio- dorus *Serenniam* edit, l. 20. [p. 779.] Οἱ δὲ ὑπάτοι τῶν συμμαχίδων πόλεων τὰς ἀλούσας ἀνεκτήσαντο Σώραν, Ἀρπινὰς, καὶ Σεπεννίαν. *Consentia* certe locum non habet. Qua de re laborat Glareanus. SIG. *Cessennia* Sigonius, cum fecissent *Consentia*. Apud Diodorum est *Serennia*. Glareanus et Cluverius [3. Ital. Ant. 8. p. 1044.] *Asernia*. Andreas *Cessensia*. Flor. *Cessennia*. Bott. et Helm. *Corsennia*. ut credibile sit, *Cerfenniam*,

vel *Cirfenniam* esse, inter Cor- finium et Albam Fucentiam in itinerario Antonini et tabula Peutingeri conspicuam. quae conjectura est Alberti Rubenii. J. FR. GRON. *Et anno* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearðii Oxon. N. B. ac C. [Veith.] Saepissime ita eodd. variant. V. ad 10, 19, 6. Deinde *Cõreta* Haverk. *Cessentia* Hearðii Oxon. C. *Cessenna* ejusdem B. *Cessentia* Harlej. *Cessennia* Lovel. 4. *Cassennia* Flo- rent. *Cessonia* edd. Rom. ann 1472. et Parm *Cessentia* Mediol anni 1480. et proximae. *Cossen- tia* Mogunt. *Consentia* Cervicorn *Cessennia* Aldus cum plerisque recentioribus et eodd. reliquit *Serennia*, ut Sigon. edidit, pro- basse videtur Ortel. in Theat. Geogr. ea voce. De *Cerfennia* quod nomen restituendum Gronov. existimavit, vide viros doctos ad Antonin. Itiner. p. 30. Memoratur in lapide apud Re- nes. Class. 3. inscr. 80.

SIAM. CLAVDIAN. SALER.

A. CERFENNIA. OSTIA. ATE : : : :
MVNIT. etc.

Praetorea a Samnitibus Leid. Lovel. 1. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav.

Herculis magnum simulacrum Capi-olio positum dedicatumque Sic sane plerique eodd. In no- nullis vero *magni*. recte, ut pinatur doctiff. Montacutius Diatr. ad P. 1. Seldenii Hist. D cimarum p. 440. nam hoc c gnomen Herculis, ut satis liquet ex Arnobio, aliisque. HEA- NE. Omnes mei, non tantu scripti, sed et excusi, *Hercu- magnum simulacrum* constant

Sopho consulibus, Samnites seu finem, seu dilationem belli quaerentes, legatos de pace Romam

praefuerunt; neque ullum suorum codd. nominatim Cl. Hearne indicavit, qui aliter legerit. Mirari igitur subit, quinam codd. fuerint, in quibus *magni* invenerit. Per *magnum simulacrum* intelligi potest status colossae. Talis colossus Herculis in Capitolio Romano exstitit, sed eo demum translatus ex urbe Tarento a Fabio Cunctatore, quum eam tempore belli Hannibalici vi expugnasset. V. Strab. l. 6. p. 278. Plutarch. in vita Fabii p. 187. et Plinium 34, 7. ad quem posteriorem locum duo priora laudans J. Harduin. subjungere potuit, dedicatum hoc *deinde* simulacrum esse, positumque in Capitolio, anno urbis cccc. P. Sempronio Sopho, P. Sulpicio Saverione consulibus, ut Livius refert l. 9. Verum, si ad temporum rationem attendisset, nullo negotio videre potuisset, Herculem, quem Fabius Verrucosus Tarento Romam transtulit, *deinde* in Capitolio dedicatum non fuisse anno cccc. siquidem Fabius, qui transtulit, demum Tarentum expugnavit circa annum dxlv. integro ferme seculo post, quam Herculis magnum simulacrum hoc anno in Capitolio positum dedicatumque fuisse referatur. Retius itaque Just. Rycquius de Capit. Rom. c. 25. putat, vel Livium de alio Herculis simulacro, quod a Fabiano illo diversum erat, loqui, vel in dedicatione ejus adnotanda *μνημονὸν ἀμάρτηα* commisisse: certe Livium de Hercule Romam translato nihil narrasse l. 9, 16. ubi urbis expugnatae historiam refert. Ceterum *positum, dedicatum*, omisso *et quo*, Lovel. 4.

J. 1. P. Sulpicio Saverione) Saverione) Liv. Tom. V. P. 1.

verrione ex tabulis Capitolinis. SIG. L. *Suspicius* vocatur Plinio 33, 1. Eam autem lectionem probat Harduin. ad d. loc. quia ita habent libri Msi probatissimi et vetustissimae editiones; quibus merito obponimus primo omnes omnino codices et edd. Livii, qui *Publii* praenomen ei tribuunt, nisi quod Oxon. G. apud Hearnium id o-mittat; deinde consensum Diodori l. 20. p. 779. et fastorum Capitolinorum tum consularium, tum triumphalium. Praeterea *Supplicio* Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 3, 10, 5. *Scipio* Harlej. Tandem *Averrius* Voss. 1. Leid. 1. Florent. Lov. 2. Klock. Gaertner. et Hearnii Oxonienses. *Averrius* Voss. 2. Haverk. et Fragm. Hav. literis *vi* in *s* male coalescentibus. V. ad 3, 30, 3. *Averrius* Lovel. 4. et Portug. *Averrius* Harlej. *Averrius* Lovel. 3. ubi partim literae *rr* in *s* coaluerunt: v. ad 4, 10, 9. partim litera *s* in *vi* dissoluta est. *Averrius* Lovel. 1. *Averrius* Leid. 2. Sed recte Sigonius substituit *Saverrius*. V. eundem ad 10, 9, 14. De causa hujus erroris dixi ad 6, 30, 9.

P. Sempronio Sopho) P. Sempronius Longus vocatur Plinio dicto l. 33, 1. eamque scripturam fide Mstorum probatissimarum et vetustissimarum editionum Plinii defendit ibid. Harduinus. Verum et hic *Sophi* cognomen ei tribuunt, quoscumque vidi, Livii codd. et excusi, nisi quod *Syphe* sit in Lovel. 4. Neque aliter Fassi Capitolini consulares et triumphales. Quin et, vocem *Longe* in Plinii Mso Chifflet. omitti, notatum est; quod praefereendum censeo, eamque non consultis fastis a grammata-

misere. quibus suppliciter agentibus responsum
 2 est, nisi saepe bellum parantes pacem petissent Samnites,
 oratione ultro citroque habita, de pace transigi
 potuisse. nunc, quando verba vana ad id locorum fue-
 3 rint, rebus standum esse. P. Sempronium consulens
 cum exercitu brevi in Samnio fore: eum, ad bellum
 pacemne inclinent animi, falli non posse: comperta om-

tico additam esse, quoniam id cognomen circa haec tempora in gente Sempronia frequens erat. Nisi potius dicendum sit, Sempronium hunc, quem populus Romanus Σοφόν, id est Sapientem, adpellavit, teste Pompon. l. 2. §. 37. ff. de Orig. Jur. ex familia Longorum fuisse, idque cognomen ex hereditate paterna atque avita accepisse, eoque a Plinio vocitatum esse, ut existimat Rupert. ad d. l. Mox delectionem belli, pro dilationem, Harlej. qui et miserunt, pro misere.

§. 2. *Oratione ultro citroque habita, de pace transigi potuisse*] MS. Fuld. *oratione ultro citro habita*. MOD. Ita et Florent. Leid. ambo, Lovel. 2. et Klock. Eo modo praeferunt optimus Memm. aliique codd. et edd. apud Suet. in Callig. 19. *Per hunc pontem ultro citro commensis*. ubi editur vulgo *ultro citroque*. Maluit tamen alibi Livius *ultro citroque*. ut 5, 8, 6. *Per legatos ultro citroque missos iurejurando inter se obligati*. 29, 23, 5. *Data ultro citroque fide, eosdem amicos inimicosque habituros*. 44, 23, 2. *Obsides ultro citroque darentur*. Tum *pace transigi potuisse*, omissa praepositione, Fragm. Hav. a m. 1. *de pace transigi potuisses* Florent. et Lovel. 4. Paullo ante ubi saepe bellum spernentes, pro nisi saepe bellum parantes, Lo-

vel. 2. ubi et nisi saepius in MSis commutari, supra vidimus hoc lib. ad c. 5, 3. *parantes* Voss. 2. et Lovel. 3.

Nunc, quando verba vana ad id locorum fuerint, rebus standum esse] nunc ipsi verba vana Harlej. nunc, quando verba varia Lovel. 4. saepius obvio in MSis errore. V. ad 22, 7, 4. *nunc, quando vana verba* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Portug. et Haverk. Vox *vana* deficit in Leid. utroque; cuius loco *varia* in margine secundi adscriptum existat.

§. 3. *P. Sempronium consulens cum exercitu brevi in Samnio fore*] Abest praepositio *in* a Pall. duobus: exin forte legendum *brevi Samnio adfore*. GEBH. Deest etiam in Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. Sed quum praepositio per compendium *l* scripta foret, a praecedentis vocis litera finali intercepta est. Alia ejusdem erroris exempla v. ad 35, 8, 9. Insuper *brevi cum exercitu*, trajectis vocibus, Portug. Gaerta. et Haverk. Sed voces *cum exercitu* exsulant a Lovel. 4. vox *brevi* a Leid. 1. Deinde *in Samnio forent* legunt Voss. 1. Leid. ambo, et Lovel. 1.

Eum, ad bellum pacemne inclinent animi, falli non posse] ad *bellum pacemne inclinatur animi* Klock. ad *bellum pacemne incli-*

nia senatui relaturum: decedentem ex Samnio consulem legati sequerentur. Eo anno quum pacatum Samni-⁴ um exercitus Romanus, benigne praebito com-
 tu, peragrasset, foedus antiquum Samnitibus red-
 ditum. Ad Aequos inde veteres hostes, ceterum⁵
 per multos annos sub specie infidae pacis quietos,
 versa arma Romana: quod, incalumi Hernico no-

net animi Gaertn. ad bellum pacem inclinat animi Leid. 2. Portug. Hearnii Oxon. L. 1. 3. B. C. et edd. vett. Primus Aldus, cumque secutus Froben. anno 1531. pacem ediderunt, quomodo etiam praefertur reliqui scripti. Alibi saepe ita aberrasse scribas, dictum est ad 5, 28, 5.

Comperta omnia senatui relaturum: decedentem ex Samnio consulem legati sequerentur] comperta omnia senatui relaturum Haverk. V. ad 39, 29, 5. comperta omni senatui relaturum Lovel. 3. comperta omni senatu relaturum Leid. ambo. Tum decedente ex Samnio consulem Voff. 2. et Lovel. 3. decedente ex Samnio cons. Fragm. Hav. et Lovel. 4. quorum posterior etiam sequuntur.

§. 4. *Quum pacatum Samnitum exercitus Romanus, benigne praebito com-
 tu, peragrasset] Pal. sec. pacatum Samnitium agrum. Mox reliqui duo benigno praebito com-
 tu. GEBH. pacatum Samnitium agrum exercitus Romanus, praebito benigne com-
 tu, cum peragrasset Portug. pacatum Samnitium agrum etiam Haverk. pacatum Samnitium agrum Gaertner. Tum praebito benigne com-
 tu Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn. benigno praebito com-
 tu 2. et Lovel. 3. benigno praebito com-
 tu Lovel. 4. [benigno emittit Veith.] Deinde peragras-*

sens Gaertn. quod placere posset, si alii codd. adsentirentur. V. ad 3, 28, 2. Nunc, iis omnibus invitis, non probandum puto.

§. 5. *Sub specie infidae pacis quietos] sub spem infidae pacis Leid. 2. et Portug. Sed patet, scriptum fuisse per compendium sp̄i, quod male redditum est spem, quum deberet specie. Vox pacis exulat a Voff. 2. pax infida, ut contra pax fida, de quo v. ad 5, 4, 13. Paulo ante deinde, pro inde, Lovel. 4. quae voces et alibi commutantur. V. ad 36, 24, 10. Hic vero forte ex glossate nata est lectionis varietas. nam inde nunc ponitur pro deinde. V. ad 42, 55, 6. Vox etiam veteres non adparet in plerisque edd. antt. Primi addiderunt Parm. et mox Aldus, consentientibus omnibus scriptis.*

Missitaverant simul cum illis Samnitum auxilia] statuerant Leid. 2. et Lovel. 1. mitti statuerant Leid. 1. Lovel. 2. Harlej. et Haverk. missi statuerant Voff. 1. in margine, Voff. 2. Lovel. 3. 4. Portug. a m. 1. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. misitaverant Gaertn. misitaverant pleraeque edd. antt. unde aliae fecerunt militaverant. quod recte Mediol. anno 1506. in misitaverant mutarunt. Adparet,

mine, missitaverant simul cum iis Samniti auxilia ;
 6 et, post Hernicos subactos, universa prope gens,
 sine dissimulatione consilii publici, ad hostes desciverat: et postquam, icto Romae cum Samnitibus
 7 foedere, feciales venerant res repetitum, *tentationem* ajebant esse, ut, *terrore incusso belli*, Romanos se fieri paterentur: quod quantopere optandum foret, *Hernicos docuisse*: quum, quibus licuerit, suas leges
 8 Romanae civitati praeoptaverint: quibus legendi, quid mallent, copia non fuerit, pro poena necessariam civi-

librarios verbum minus frequens ferre non potuisse, et pro co quaevis alia notiora, etiam sine sensu, sublituisse. Unum Plinium 31, 1. hoc verbo usum esse, lexicographi observarunt, neque aliud me exemplum observare memini, nisi apud Sallust. in Jug. 38. *Sugurtha, cognita vanitate atque inperitia legati, subdolos augere amensiam, missitare supplicantis legatos. ubi etiam Cortius in Mithis musitare et mussitare invenit.*

§. 6. *Sine dissimulatione consilii publici ad hostes desciverat*] publici consilii Portug. et Haverk. Tum *hostes deciverat*; omissa praepositione ad, Leid. 1. ad *hostes desciverant* Gaertn. Sed v. quae dicta sunt ad 1, 3, 2. In verbis sequentibus *repetitum res*, transpositis dictionibus, Harlej. *res repetitum* Leid. 2. Sed prima litera τφ *res* adcrevit ex ultima vocis praecedentis. V. ad 37, 29, 8.

§. 7. *Romanos se fieri paterentur*] *se Romanos fieri* Lovel. 4. *Romanos se ferri* Harlej. V. ad 5, 54, 6.

Quod quantopere optandum fo-

ret, Hernicos docuisse] Pall. duo meliores *quanto opere*, ut docui l. 4, 3. Deln cod. sec. *peroptandum*. GEBH. *quanto opere* etiam Voff. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. et Fragm. Hav. V. Cortium ad Plinii 5. ep. 17, 1. Plura infra dicentur ad Livii 28, 18, 4. Deinde *peroptandum* Portug. et Gaertn. *peroptatum* Haverk. Tum *Hernicos decuisse* Voff. 2. manifesta scribarum aberratione; quos ita etiam alibi lapsos esse, supra vidimus hoc libro c. 15, 4.

Quum, quibus licuerit, suas leges Romanae civitati praeoptaverint] *quibus licuerat* Gaertner. Deinde *praeoptaverunt* Harlej. *praeoptaverit* Leid. 2. *peroptaverint* Portug. a m. 1. V. supra ad hujus lib. c. 9, 7.

§. 8. *Quibus legendi, quid mallent, copia non fuerit, pro poena necessariam civitatem fore*] *quibus cum legendi, quid mallent* Lovel. 2. et Harlej. *quibus legenti, quid mallent* Leid. 1. *quibus legendi, qui mallent* Leid. 2. *Hinc prope na necessariam civitatem fore* Elorent. male disjunctis conjunctisque literis. *pro poena necessaria civitatem fore* Lov. 4.

tatem fore. Ob haec vulgo in conciliis jactata, populus Romanus bellum fieri Aequis jussit: con- 9
sulesque ambo, ad novum profecti bellum, qua-
tuor millibus a castris hostium consederunt. Ae- 10
quorum exercitus, (ut qui suo nomine permultos
annos inbelles egissent) tumultuario similis, sine
ducibus certis, sine imperio, trepidare. alii ex- 11
eundum in aciem, alii castra tuenda censent: mo-
vet plerosque vastatio futura agrorum, ac dein-
ceps cum levibus praesidiis urbium relictarum ex-

Ob haec vulgo in conciliis jactata, populus Romanus bellum fieri] vulgo jactata, omiſſis duabus vocibus mediis, Leid. 1. vulgo consiliis jactata Florent. vulgo in consiliis jactata Voff. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et edd. quaedam antiquiores. Sed indicari puto comitia vel conventum populi Aequorum; quem concilium, non consilium, vocari, docuit Gronovius ad Livii 44, 2, 5. vulgo in conciliis jactata Klock. cujus librarius forte jactata dēre voluit. Sed jactata probum est. V. ad 30, 31, 10. Deinde populo Romano Voff. 2. et Lovel. 3. populi Romani Fragm. Hav. a m. 1. Error ortus est ex compendiaria scriptura. V. ad 39, 47, 10. Tandem bellum Aequis fieri Harlej.

§. 9. Consulesque ambo, ad novum profecti bellum] Vox consulisque deficit in Voff. 2. et Lovel. 3. ex quibus prior etiam ambo novum profecti bellum. Sed ambo profecti ad bellum Lovel. 4.

Quatuor millibus a castris hostium consederunt] quatuor millia, vel ambigue quatuor mil. tantum non omnes codd. mei,

Hearnii Oxon. L. 1. B. C. [Veith.] et edd. vet. usque dum Sigonius millibus ederet. Utraque lectio ferri potest. V. ad 4, 9, 13. Et quidem millia, praeter loca ibi laudata, firmant insuper sequentia. 2, 39, 5. Ad fossas Clullias quinque ab urbe millia castris positae. 37, 38, 2. Quatuor millia ab hoste posuit castra. 45, 12, 3. Qui locus quatuor millia ab Alexandria abest. Et haec etiam lectio verior videtur.

§. 10. Permultos annos inbelles egissent] gessissent Leid. 2. quae verba infinitis locis commutarunt librarii. V. ad 22, 28, 1. Mox tumultuario simul, pro similis, idem Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 11. Alii exeundum in aciem] alius exeundum in aciem Voff. 2. Leid. uterque, Lovel. 1. 3. 4. et Fragm. Hav. alii alii exeundum, utraque lectione juncta, Florent. Mox monet plerosque vastatio futura agrorum, pro movet, Harlej. V. ad 35, 35, 5. movetque edd. Rom. anni 1472. et Parm. movet plerosque futura vastatio agrorum suorum Lovel. 2.

Urbium relictarum excidia] Ita hic etiam contra omnium codi-

12 cidia. Itaque, postquam inter multas sententias
 una, quae, omiffa cura communium, ad respectum
 13 suarum quemque rerum vertisset, audita; ut pri-
 ma vigilia diversi e castris ad deportanda omnia
 tuendaque moenibus in urbes abirent; cuncti eam
 14 sententiam ingenti adsensu acceperunt. Palatis hosti-
 bus per agros, prima luce Romani, signis prola-
 tis, in acie consistunt; et, ubi nemo obvius ibat,
 15 pleno gradu ad castra hostium tendunt. Ceterum,
 postquam ibi neque stationes pro portis, nec quem-

eum fidem edidit J. Clericus, pro *excidia*. V. supra ad 5, 15, 9.

§. 12. *Quae omiffa cura communium ad respectum suarum quemque rerum avertisset*] Pall. pr. ac tert. *quae omnis se cura communium ad respectum suarum quemque rerum vertisset*. Sec. cum Campano quoque *vertisset*. GEBHARD. Prima vocula *quae* non adparet in Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. cuius loco *quaeque* praefert Gaertn. *quae omnis se cura communium* Voff. 2. et Lovel. 3. ac 4. *quae obvixit cura communium* Lovel. 2. *quae omiffa cura communium conjugum* Lovel. 1. a m. 1. *vertisset* autem praeforunt omnes, quibus usus sum, codd. quare recte ita edidit J. Fr. Gronovius; qui tamen mutationis hujus causam reddere emisit.

§. 13. *Diversi e castris ad deportanda omnia tuendasque moenibus in urbes abirent*] Pal. sec. *habet tuendasque moenibus urbes*. GEBE. *tuendasque moenibus urbes* etiam Harlej. et Haverk. Gronovius, non admonito iterum lectore, vulgari curavit *tuendaque moenibus in urbes*; cui consentit Voff. 1. *ad deportanda tuen-*

daque moenibus praefert Klock. omiffa voce media. Tum *abirentur* Lovel. 1. V. ad 39, 22, 8. *adirent* Harlej. [*moenibus urbes adirent* Veith.] Praeterea voces *e castris* exulant a Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. Mox verbis sequentibus *eam cuncti sententiam* alio ordine obferunt Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 14. *In acie consistunt; et, ubi nemo obvius ibat, pleno gradu signis prolatis in aciem consistunt*] Voff. 2. et Lovel. 3. Tum *obvius* it Lovel. 4. Hinc *pleno gradu* Voff. 2. et Lovel. 3. Male. V. supra ad 4, 82, 10. Paulo ante *Palatis hostibus Romani per agros prima luce signis prolatis* Lovel. 4.

§. 15. *Animadvertunt; insolito silentio moti, metu insidiarum subsistunt*] *animadvertunt* Portug. Gaertn. Haverk. Harlej. et Hearnii Oxon. B. V. ad 10, 12, 4. Tum vocabulum *moti* abest a Voff. 2. Lovel. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. quod ob similitudinem sequentis *metu* intercidisse videtur. *insolito silentio victi* habet Lovel. 2. Tum *metu insidiarum subsistunt* Fragm.

quam in vallo, nec fremitum consuetum castrorum animadverterunt; insolito silentio moti, metu insidiarum subsistunt. transgressi deinde vallum, quam¹⁶ deserta omnia invenissent, pergunt hostem vestigiis sequi: sed vestigia, in omnes aequae ferentia partes, ut in dilapsis passim, primo errorem faciebant; post, per exploratores compertis hostium consiliis,¹⁷ ad singulas urbes circumferendo bello, unum et quadraginta oppida intra dies quinquaginta omnia obpugnando ceperunt; quorum pleraque diruta at-

Hav. Interdum haec voces inter se confunduntur, quod fraudi fuisse videtur loco Rhemii Fannii de Ponder. v. 150.

— — — propensior auri
Materies subsidet enim, furtum-
que docebit.

ubi vulgo editur *subsistat*. Paullo ante *et ibi* in multis deerrat edd. antt. quod in omnibus scriptis constanter superest, quamvis alio ordine *ibi postquam* sit in Lovel. 2. Tum *nemo stationes in portis, nec quemquam in vallo* Portug. et Gaertn. *nec stationes editi* Alde priores; quomodo librarii dedisse videntur, quia mox *nec* bis sequitur. Sed v. quae supra dicta sunt ad 9, 9, 14.

§. 16. *Sed vestigia, in omnes aequae ferentia partes, ut in dilapsis passim*] Vocula *sed* desuit in Lovel. 3. Deinde *in omnes aequae frequentia partes* legit Haverk. Perperam. Supra 1, 7, 6. *Pergit ad proximam speluncam, si forte eo vestigia ferrent. quae ubi omnia foras versa vidit, nec in partem aliam ferre.* Ita et *via aliquo ferre* dicitur; de qua locutione v. ad 39, 27, 10. Tum *ut in-*

de lapsis passim Voff. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. et Fragn. Hav. a m. 1. *ut inde dilapsis passim* Portug. Gaertn. et Haverk. *ut in dilapsis passis* Florent.

§. 17. *Ad singulas urbes circumferendo bello*] *circumferendo bella* Lovel. 3. *circumferendo bellum* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnti Oxon. L. 2. B. ac G. Sed optimi in vulgatum conspirant. V. ad 40, 49, 1. Paullo ante *post exploratores*, pro *post per exploratores*, Florent. Voff. 1. Leid. 1. Lovel. 2. 4. Harles. et Gaertn. *postquam per exploratores* ed. Rom. anni 1472. *postq; per exploratores* Parm.

Unum et quadraginta oppida intra dies sexaginta omnia obpugnando ceperunt] Vet. lib. *dies quinquaginta*. atque ita etiam Diodorus l. 20. [p. 785.] *Ἐξερρώσατο μα πόλεις ἐν ἡμέραις πέντασι v. SIG.* Sigonius inseruit *dies quinquaginta*. Verum numerus dierum horum plane abest a Pall. pr. et tert. qui *intra paucos dies* habent. sec. consentit Sigonio. Ceterum vetus *stiffimae* edd. *unum et triginta oppida intra dies quinquaginta*

que incensa, nomenque Aequorum prope ad internecionem deletum. De Aequis triumphatum: exemploque eorum clades fuit, ut Marrucini, Marsi, Peligni, Frentani mitterent Romam oratores

omnia oppugnando cepérunt. Porro hic locus stabilit lectiōnem supra c. 41. *Vocis impiae potestas expetere, qua se urbem Romanam oppugnaturus minati sunt, ubi venit substitutum Sigonius expugnaturus, exhibetque Pal. sec. GEBH. unum et triginta opida Florent. Harlej. et edd. Aldina priores. Deinde intra LX dies Lovel. 2. intra dies sexaginta Leid. 1. intra dies XL Lovel. 4. [intra dies quadraginta Veith.] intra dies, omisso numero, Voss. 2. et Lovel. 3. Reliqui codd. non tantum intra dies quinquaginta, sed et edd. principes; pro quo Aldus demum intra dies sexaginta substituit.*

Quorum pleraque diruta atque incensa] dirupta Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. L. 2. C. atque in margine N. Saepissime ita varijant scribae in codd. vetustis. V. supra ad 1, 23, 2. 2, 41, 11, 5, 21, 6, 6, 4, 9, 7, 27, 8, 8, 19, 4. c. 20, 7. c. 23, 6. 21, 13, 6, 27, 16, 9, 34, 17, 11. c. 22, 3, 38, 7, 5, 39, 33, 6. c. 37, 1. ad Epit. Liv. 5. 102. et Gebhard. ad Cic. 4. ad fam. ep. 5. Similiter commutantur obrutus et obruptus. V. ad 10, 29, 19. proruptus et proruptus. V. hoc lib. ad c. 37, 9. semirutus et semirutus. V. ad 10, 4, 7. subrutus et subruptus. V. ad 38, 7, 7.

Namenque Aequorum prope ad internecionem deletum] namenque et. quorum Leid. 1. Deinde internecionem Florent. internecionem Portug. et Haverk. internecionem Lovel. 2. 4. internecionem Voss. 2.

Leid. 1. Lovel. 1. 3. et Fragm. Hav. *interemptionem* Gaertn. V. infra ad 36, 34, 2.

§. 18. De Aequis triumphatum: exemploque eorum clades fuit] De Aequis triumphatur Gaertn. Tum exemplo eorum clades fuit Haverk. exemploque eorum clades fuit Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. exemploque omnium clades fuit Hearnii Oxon. L. 1. exemploque clades fuit Lovel. 4.

Marrucini, Marsi, Peligni, Frentani] Supra (hoc lib. c. 16, 1.) ostendi, legendum esse Frentani. Eadem menda est apud Caesarem l. 1. de Bello civili [23.] Per fines Marrucianorum, Ferentinorum, Larinatum in Apuliam pervenit. Diodorus item l. 20. [p. 785.] cum Marrucinis, Marsis, Pelignis amicitiam et societatem initam pariter scribit. SIG. *Frentani* est emendatio Sigonii. Pall. pr. tert. et Campan. *Feretrani*. sec. *Ferentani*. Andreas *Ferentini*. GEBH. *Marrucini* Leid. 2. Harlej. et Fragm. Hav. *Maruncini* Gaertn. *Maruncipi* Lovel. 2. *Mannucini* Lovel. 3. *Matrucini* Lovel. 4. *Maurucini* Portug. *Mauricini* Haverk. Similibus aliisque modis in hoc nomine aberrarunt scribae supra 8, 29, 4. Tum *Mansi* Lovel. 3. Hinc *Pelligni* Lovel. 4. *Pelignini* Lovel. 1. quod nomen deest in Lovel. 2. Deinde *Feretrani* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 4. et Fragm. Hav. *Ferentani* Gaertn. Portug. et Haverk. *Ferentani* Florent. et Lovel. 3. Sigonius *Frentani* scribendum conjicit. Eadem vocem Flore restituendam

pacis petendae amicitiaeque. iis populis foedus potentibus datum.

XLVI. Eodem anno Cn. Flavius Cn. filius scriba,¹ patre libertino, humili fortuna ortus, ceterum cal-

conjecit Cl. Duker. ad ejus 1, 18, 7. V. etiam Claver. 4. Ital. ant. 9. p. 1205.

Iis populis foedus potentibus datum] *his foedus populis potentibus* Leid. 2. Gaertn. Haverk. et Lovel. 1. *hic foedus populis potentibus* Portug. *iis populis potentibus foedus* Lovel. 2. Deinde *dat* Lovel. 3.

§. 1. Eodem anno C. Flavius Cn. filius scriba] Quidam etiam *filium Cn.* vocant. Gellius 6, 9. non *Cnei*, sed *Annii filium* ait. Et ita Cic. ad Atticum l. 6. [ep. 1.] Caeterum quod hic rursus de aureis annulis nobilium Livius tradit, supra contra Plinium esse offendimus. GLAR. Pall. duo *Cn. Flavius, signum scriba*. In MSS. per vetustatis vacuum erat relictum spatium, signo notatum, cujus hic meminit exscriptor. GEBH. *Et anno* Leid. 1. et edd. ante Aldum. V. ad 10, 10, 6. Vox *anno* deest in Haverk. et in contextu Portug. cujus margini deinceps adscripta existat. Tum *M. Flavius Cn. filius* Lovel. 1. *M. Flavius q̄rsii* Leid. 2. *C. Fabius Cn. filius* Gaertn. V. ad hujus lib. c. 44, 15. *cum Fabius Cn. filius* Voff. 1. additis notis, quibus librarius indicavit, voculam *cum*, quae praenomini substituta est, delendam esse. *cum Silvius scriba* Klock. *C. Flavius scriba* Hearnii Oxon. L. 1. *C. Flavius Signii filius* ejusdem L. 2. et Harlej. *C. Flavius signum filius scriba* Voff. 2. *Cn. Flavius signum filius scriba* Leid. 1. *Cn. Flavius signum scriba* Lovel. 3. *Cn. Flavius S. filius scri-*

ba Lovel. 4. *Cn. Flavius Segimii filius scriba* Lovel. 2. *Cn. Flavius Cn. filius scriba* Fragn. Hav. a m. 1. *Cn. Flavius Cn. filius scriba* Florent. *Cn. Flavius Cn. filius scriba* Hearnii Oxon. C. et in margine N. Quam scripturam in contextum recepi. Eo enim praenomine Flavius appellatum fuisse, plerique codd. partim aperte testantur, partim illorum vestigia, in quibus vel *M.* vel *cum* scriptum est, eodem ferunt. Saepe enim hoc modo praenomen *Cn.* librarii corruerunt. V. ad 7, 12, 1. et ad 8, 18, 13. Insuper praeter Diador. Cicer. et Pison. quorum auctoritate Sigon. ad §. seq. hic *Cn. Flavius* legendum censet, ita eundem Flavius vocant etiam Cic. 1. de Orat. cap. 41. Orat. pro Mur. 11. Valer. Max. 2, 5, 2. 9, 3, 3. Plin. 33, 1. et Ictus Pompon. l. 2. §. 7. ff. de Orig. Jur. Ceterum, pro *Cn. filius*, Piso a Sigonio laud. et Plinius d. l. Flavius *Annii filium* fuisse tradunt. Et quidem Pighius in Annal. ad ann. cōXLIX. p. 377. ac Gronov. ad d. l. Gellii *Cn. filium* dicendum contendunt; quibus, monente Hearnio, in priori editione Plinii adsentitur Harduinus; idem tamen in curis repetitis cum mendose a Livio *Cn. filium*, recte a Plinio *Annii filium* appellatum contendit; natum enim fuisse patre Annio libertino, matre Fulvia libertina; de more autem ex matris nomine vocitatum esse, quia Flavii nomen nobilius erat. Quae omnia, quasi ex tripode dicta, nullo testimonio probavit; neque etiam le-

2 lidus vir et facundus, aedilis curulis fuit. Invenio in quibusdam annalibus, quum adpareret aedili-

gitime probare potuit: quare iis refellendis nos inmorari necesse non est. Quod autem Corrad. ad Cic. 6. ad Att. ep. 1. pro *Anni filium*, in Mito inveniens *anci filium*, id *ancillae filium* interpretandum censet, firmari videtur testimonio Diod. Sic. qui l. 10. p. 751. *ὄτιν ἀπελευθέρου γυναιου Φλαύιον* vocat, eumque filium fuisse dicit *πατρὸς δεδουλευκότος*. Verum partim Miti ibi *Γυαιου* pro *γυναιου* legunt, partim Diodor. linguae Romanorum inperitia lapsus videtur. Potius enim credo Suetonio, qui auctor est in Claud. 24. *temporibus Appii*, qui ante quinque vel sex annos censuram gessit, *et deinceps aliquamdiu libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos*. Non itaque ipse Flavius, *patre libertino, humili fortuna ortus*, sed potius ejus pater, *filius ancillae*, id est servae, sed postea manumissae, dici potest. Forte conjici posset, recte in Mito Corradi Gelliano scriptum fuisse *Anci filium*, et ita apud Plinium emendandum esse; modo aliunde probari posset, Flavios ex Sabinis Romam migrasse. Nam, ut tradit Valer. Max. in Epit. l. 10. *Ancum pronomen Varro a Sabinis translatum putat. Valerius autem scribit, quod cubitum vitiosum habuerit, qui Graeco vocatur ἀγκών*.

Callidus vir et facundus, aedilis curulis fuit] *calidus vir* Lovel. 2. Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad Livii 35, 32, 13. Deinde *aedilis urbanus fuit* Lovel. 2. *aedilis curulis urbanus fuit*, utraque lectione simul juncta, Hearnii Oxon. C. C. *aedilis curulis academiae urbis fuit* Voss.

2. *C. edil curul sedam cum. R. fuit* Lovel. 3. Voces *aedilis curulis* omittuntur in Lovel. 4. relicta tamen lacuna, quae aliquid deesse indicio sit. Paulloq ante *caetera callidus vir*, pro *caeterum*, Klock. quod videri posset eodem modo dictum esse, quo *caetera Gregorius* 37, 7, 15. ubi vide. Quum tamen reliqui libri in *caeterum* conspirent, id praefereendum censeo. Est autem hoc loco positum pro *sed*, ut supra hoc libro c. 21, 1. *Non consultibus ab se creatis, caeterum dictatori L. Aemilio legiones tradiderunt*.

§. 2. *Invenio in quibusdam annalibus*] Piso in tertio Annali apud Gellium 6, 9. scribit, haec comitia ab *Aedili* habita fuisse. Sed Gruchius 2. de Comit. 3. ostendit, comitia aedilium curulium a consulibus fuisse habita, ob eamque causam in Pisonem legit *at ille*, non, ut vulgo, *at aedilis, qui comitia habebat*. Hanc observationem, etsi non indignam, quae consideraretur, praeterierunt editores Gellii. Sed perplexum est, quod ibidem scribit Gruchius, a *Livio Pisonem falsum dicere conargui*. Apertum est, Livium magnam partem hujus cap. e Pisonem descripsisse, nec tamen quidquam in Livio est, unde intelligi possit id, quod Gruchius putat; nisi quod non expressit, a quo comitia haec habita fuerint. Verum ex eo non satis firma ratio concludi potest, Pisonem in hoc a Livio falsi argui. Et si hoc voluit facere Livius, non erat, cur verba Pisonis emendarentur. DUKER.

Quum adpareret aedilibus, firique se pro tribu aedilem videret] pro tribu aedilem fieri, est a pri-

bus, fierique se pro tribu aedilem videret, neque accipi nomen, quia scriptum faceret; tabulam po-

ma tribu aedilem renunciari, ut sūt Piso [apud Gellium [6, 9.] SIG. Piso, quem laudat quoque Briffonius, cumque primas tribus aedilem curulem renunciaverant. Pal. sec. fieri quoque se pro tribu aedilem videret. GEBH. Muretus tentabat: fierique se a prima tribu. Amico, homini docto, non satisfaciebant, quae dixi 4. Observ. 1. neque enim simile illi videbatur: Tribus Sergia principium fuit: pro tribu Sex. L. F. Varro primus scivit. malebat denique per tribus, ut Cicero contra Bullam [orat. 2, 7.] Esquendo nisi per XXXV. tribus creasti sint? Mihi vero hoc multum abesse a sensu hujus loci, illa autem simillima videntur. Quid enim, pro tribu primus scivit, aliud est, quam in praerogativa tribu, vel in ea tribu, quae principium erat, primus suffragium tulit? At ita prorsus hoc loco quum fieri se pro tribu aedilem videret, est, quum in praerogativa, seu ea, quae principium esset, tribu se fieri cernebat. Qui pro tribu primus scivit de magistratu, is pro tribu et primus facit eum magistratum. De quo pro tribu suffragium optatum tulit, qui primus scivit, is pro tribu factus est ab eo, qui primus scivit. Ergo qui haec dissimilia putat, neutrum intelligit. J. FB. GRON. Dacierius ad Fest. v. Praerogativa Scaligerum describere, quam a Gronovio discere, maluit, qui haec pulchre exposuit. Sed quis primus in tribu praerogativa suffragium ferebat? In comitiis legum ex arbitrio illius, qui legem ferebat, lectum fuisse, qui primus scisceret, docent Gruchius 2. de Comit. 4. p. 232. ed. Ven. et Manut. ad Cic. pro Planc. 14. Non improbabile est,

hoc quoque locum habuisse in comitiis magistratum. DUK. O pávυ Gronov. in prima ed. notarum neque explicationem Scalig. ad Fest. in v. Praerogativa τὰυ pro tribu, id est, a praerogativa tribu, neque Sigonii hoc loco propositam probabat, quia hoc genus loquendi, nisi exemplum videret, capere non poterat: sed legendum conjiciebat a primis tribubus. Hanc conjecturam postea revocavit 4. Obs. 1. proponens explicationem Scaligeri, quam hoc loco in iterata ed. iterum firmavit. Illud pro tribu constanter in omnibus scriptis superest: neque aliter legunt edd. nisi quod in paucissimis sit pro tribuno. At insuper fieri quoque pro tribu aedilem est in Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. V. ad 5, 27, 1. fieri quae pro tribu aedilem in Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. fieri quae sors pro tribu aedilem in Lovel. 4. fieri quae aedilem pro tribu in Lovel. 2. Praeterea quum apparet aedilibus Portug. in contextu, pro quo recte adparet emendatur in margine. Sollemne enim verbum est de ministris magistratum, inter quos quin etiam scribae referendi sint, nullus dubitat. V. Manut. ad Cic. 13. ad fam. ep. 54. Alibi etiam haec voces commutari solent. V. ad 37, 32, 14. quum apparet aedilis est in Lovel. 4. de quo errore dicam ad 21, 60, 7.

Neque ejus accipi nomen] Vox ejus non est in vet. libris. Sic Piso apud Gellium [6, 9.] de eodem: Cn. Flavius, patre libertino natus, scriptum faciebat, isque in eo tempore aedili curuli apparebat, quo tempore aediles subrogantur. Cumque primas tri-

3 fuisse, et jurasse, se scriptum non facturum. quem aliquanto ante desisse scriptum facere, arguit Macer Licinius, tribunatu ante gesto triumviratibusque, nocturno altero, altero coloniae deducendae.

bus aedilem curulem renunciaverunt: at aedilis, qui comitia habebat, negat accipere, neque sibi placere, qui scriptum faceret, curulem aedilem fieri. Cn. Flavius dicitur tabulas posuisse, scripto sese abdicasse. Isque aedilis curulis factus est. Factum porro esse cum Q. Anicio Praenestino, scribit Plinius 33, 1. Hic autem non C. Flavius, ut vulgo, sed Cn. dicitur in veteribus libris, apud Diodorum [l. 20. p. 751.] apud Ciceronem in epistolis ad Atticum [6. ep. 1.] et apud Pisonem; ex quo perspicitur, etiam hoc loco Cn. Flavium esse scribendum. SIG. Pal. sec. nec nomen ejus accipi. GEBH. nec accipi nomen ejus Portug. Gaertn. et Haverk. neque ejus recipi nomen Hearnii Oxon. C. Ceterum, quae Modius ad hunc locum notavit de ejus, qui comitiis praeerat, jure circa accipienda vel non accipienda candidatorum nomina, expunxi, quod satis fore existimarem, si legerentur apud Brisson. de Formul. l. 2. p. 135.

Quia scriptum faceret] Ita primus edidit Cl. Jac. Gronovius, eique consentiunt omnes, quibus utor, codd. nisi quod Harlej. praeferat q; scriptum faceret. Sed q; , sive quo, et quia ob similitudinem compendii, quo utrumque vocabulum notari solet, saepe confunduntur in MSTis. V. ad 5, 29, 3. Priores edd. praeferunt quod scriptum faceret; quomodo datum a primis editoribus videtur, quoniam eo quia cum subjunctivo junctum displiceret. ex quo etiam fonte profuxit, quod in Lovel. 4. obvium

fuit, quia scriptum facerat. Sed male. V. ad 2, 8, 5. Cl. Hearne, qui, ipse priores edd. secutus, Gronovium quia faceret vulgasse monuit, de scriptura Oxoniensium suorum silet, ut hi quod legisse debeant. Vix tamen verisimile sit, eos omnes tam constanter a reliquis codd. dissentire. Ceterum scriptum facere Cl. Hearne exponit scribendo victum lucrari; admodum obscure: malim munus scribae gerere cum Brisson. de verbor. signific. hac voce. In verbis sequentibus tabulam petiisse, pro posuisse, perperam legit Florent.

§. 3. *Quem aliquanto antea desisse scriptum facere, arguit Macer Licinius] alia quanto Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Fragment. Hav. a. m. 1. aliquando Lovel. 4. V. ad 5, 29, 5. Tum ante, vel, quod tantumdem valet, añ, Florent. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 40, 12, 3. hand, pro ante, est in Lovel. 4. Deinde dedisset scriptum facere Voff. 2. desisse scriptum facere Florent. Voff. 1. Leid. ambo, Lovel. 2. 3. Portug. Klock. Haverk. Fragm. Hav. et omnes edd. usque ad Gruter. qui, incertum quam ob causam, desisse priori subposuit. Sed vetustam scripturam reduxi, partim ob codicum memoratorum auctoritatem, partim ob Livii consuetudinem, qui hac contractione uti gavisus est. Ita 4, 35, 10. Desisse postremo praebere ad contumeliam os. 5, 3, 2. Id ego hoc anno desisse dubitari, certum habeo. 23, 12, 10. Respondendum i-*

Ceterum (id quod haud discrepat) contumacia ad-
versus contemnentem suam nobiles cer-
tavit: civile jus, repositum in penetralibus ponti-
ficum, evulgavit, fastosque circa forum in albo

*gitur Himilconi, non desisse pos-
sitere me belli. 26, 30, 5. Num-
quam deinde principes Syracusa-
norum desisse ad Marcellum trans-
ire. Insuper Macer Lacinius Lo-
vel. 2.*

*Tribunatu ante gesto trinuvira-
tibusque] Plinius 33, 1. auctor
est, propter publicatos fastos
aedilem curulem creatum, et ei
additum fuisse, ut simul et tribu-
nus plebis esset. De duobus ma-
gistratibus eodem anno non ge-
rendis est aliquid apud Livium 7,
42, 2. quod utrum de duobus ordi-
nariis magistratibus, an ordinario
et extraordinario, accipiendum
sit, mihi non satis liquet. Illud
quidem constat, deinde multos
eodem anno et ordinarium et ex-
traordinarium gessisse. Sed duo-
rum ordinariorum magistratuum
simul gestorum vix ullum, vel Fla-
vii aetate, vel sequentibus tem-
poribus in historia Romana ex-
emplum existere credo. Nec te-
stis debet addi Plinio Pompo-
nius Jctus. Nam quod hic l. 2.
§. 7. D. de Orig. Jur. scribit,
quom Flavio populo legis ac-
tiones tradidisset, adeo gratum
fuisse id munus populo, ut tribu-
nus plebis fieret, et senator, et
aedilis curulis, id, auctore Lici-
nio Macro, ad diversos annos
referri potest. DUK. tribunato
ante gesto Florent. V. ad 1, 15,
7. Tum aut, pro ante, Portug.
Gaertn. et Haverk. V. ad 27, 35,
7. Hinc Florent. omittit copu-
lativam quo. quemadmodum et-
iam mox altero semel deficit in
Voss. 2. Lovel. 2. et Fragm. Hav.
a m. 1. V. ad 33, 27, 4.*

§. 4. *Adversus contemnentem hu-*

militatem suam nobiles certavit]
*nobiles etiam certavit] Pal. sec.
GEBH. Ita et Harlej. Gaertn.
et Haverk. nobiles etiam calum-
niavit Portug. in contextu, et
Hearnii Oxon. N. quae lectio
ex barbari interpretis expositio-
ne marginali in contextum in-
repsisse videtur. Medio enim
aevo calumniare et calumniari
notabat actionem adversus ali-
quem intendere, ut docet Du
Cange in Gloss. med. Latin. ea
voce. Paulo ante voces id quod
deficiunt in Fragm. Hav.*

§. 5. *Civile jus, repositum in
penetralibus pontificum, evulga-
vit, fastosque] Colerus ad Val-
ler. Max. 2, 5, 2. Fastos ex Pom-
ponio l. 2. §. 6. 7. D. de Orig.
Jur. interpretatur librum, quod
jus civile Flavianum postea dictus
est. Hoc non dicit Pomponius.
Flavius duo fecit: evulgavit jus
civile, et proposuit fastos. Ita
hic Livius, Valer. Max. l. d. et
Cic. 6. ad Att. ep. 1. Quod Li-
vius et Valer. jus civile, id Cic.
ad Att. et de Orat. 1, 41. et Pom-
ponius Actiones vocant, et hic
etiam legis actiones, et librum,
qui has actiones continebat, a
Flavio publicatum, jus civile Fla-
vianum appellatum scribit. Has
autem actiones, quibus homines
inter se disceptarent, certas sol-
lemnesque formulas fuisse, idem
docet. Ab his diversi erant fasti,
quibus continebantur dies, qui-
bus lege agi posset, ut hic Livius
et Cic. pro Murena 11. dicunt,
quos dies agendi vocat Cic. ad
Att. l. d. et dies fastos Plinius
33, 1. Itaque inter jus civile Fla-
vianum et Fastos tantum intere-*

proposuit; ut, quando lege agi posset, sciretur:
 6 aedem Concordiae in area Vulcani summa invidia
 nobilium dedicavit; coactusque consensu populi
 Cornelius Barbatus pontifex maximus verba praecire,
 quum more majorum negaret, nisi consulem aut
 7 imperatorem, posse templum dedicare. Itaque ex
 auctoritate senatus latum ad populum est, ne quis

rat, quantum inter rationem agendi et tempus agendi. Utrumque horum publicavit Flavius, quum antea eorum scientia penes collegium pontificum fuisset, ad quorum commentarios et ad fastos plebem non admissam fuisse dicit Canulejus apud Livium 4, 3, 9. Sed scriptores veteres tantum alterum eorum memorant. DUK. Glareanus ad l. l. Valerii Max. miratur, Valerium dicere, *Cn. Flavium jus civile vulgasse*, quod ante centum annos vulgatum fuit XII. tabulis: ac subdit, se credere, *fastos* eum vulgasse. Quum vero eadem, quae Valerius, hic etiam Livius dicat, ego vicissim miror, id mirari potuisse virum doctum Glareanum, qui ipse, integris decem annis ante Valerium, edidit Livium, ut vel admodum fuerit obliviosus, vel in Livio recensendo, ubi ad haec verba silet, negligenter versatus sit. Quid inter *jus civile* et *fastos* a Flavio evulgatos intersit, et utrumque Flavium publicasse, satis ad h. l. Cl. Dukerus docuit. Ex hoc autem Livii loco colligi nequit, utrum Flavium jus civile et fastos evulgarit, antequam aedilis curulis creatus esset, an postquam ad id honoris evectus fuerit. Posterius statuere videtur Valer. Max. l. l. prius Pompon. d. l. Pomponio autem favet Plinius 33, 1. Cicero etiam *Cn. Flavium*,

qui fastos protulit, *scribam* vocat; id tamen ambiguum est, utrum quia eo tempore adhuc scriba erat, an quia olim fuerat. V. Ampl. Bynkershoek. ad d. l. Pomponii. Ceterum *evulgavit* Lovel. 2. Contrario errore *provulgare* loco *totū promulgare* saepe occurrit. V. ad 3, 9, 5. Simplex *vulgare* in hac re usus est Valer. Max. loco supra laud. Deinde verbis sequentibus in *albo posuit* Leid. 2. et Lovel. 4. Scriptum fuerat *proposuit*, unde prius *p* cum addita nota facile excidit, vel a sequenti littera elidi potuit. *proposuit* Lovel. 1. Haec verba etiam supra mutantur 4, 29, 4. Plura v. supra hoc lib. ad c. 10, 7.

Ut, quando lege agi posset, sciretur] *agi lege posset* Harlej. *lege agri posset* Leid. 1. *lege agri posceret* Volk. 2. et Lovel. 3. Tum *scirent* Haverk. V. ad 2, 26, 4.

§. 6. *In area Vulcani summa invidia nobilium dedicavit*] *in ara Vulcani* Lovel. 2. 4. Aream Vulcani Livius etiam infra memorat 39, 46, 5. et 40, 19, 1. *in area Vulcani* Leid. 1. ultima littera *s* ex initio vocis sequentis adhaerente. V. ad 28, 25, 2. Tum *in summa invidia nobilium* Leid. 2. sed praepositio *in*, sive ejus compendium *s*, natum est ex praecedentis vocis littera finali. V. ad 35, 8, 9.

templum aramve injussu senatus aut tribunorum plebei partis majoris dedicaret. Haud memorabilem rem per se, nisi documentum sit adversus superbiam nobilium plebejæ libertatis, referam. Ad collegam aegrum visendi causa Flavius quum venisset, consensuque nobilium adolescentium, qui ibi adsidebant, adurrectum ei non esset, curulem

Coactusque consensu populi] coactus quoque consensu Lovel. 2. V. ad 5, 27, 1. coactusque assensu populi, teste Hearnio, Oxon. L. 1. Mox pontus, pro pontifex, est in Lovel. 3.

Quum more majorum negaret] Vox more deest in Lovel. 3. more majorum præfert Leid. 1. De hoc errore v. ad 2, 23, 3. morem majorum Leid. 2. ultima litera m in voce priori ex sequentis initio adhaerente. V. ad 40, 7, 8. morem aliorum Voss. 1. in contextu, veriore lectione margini adscripta, quæ contra existat in contextu Oxon. N. apud Hearnium, quum pro varia lectione in margine habeat more aliorum. At, duabus literis in medio vocis abundantibus, majorum majorum est in Lovel. 1. a m. 1. Mox verbum dedicare eisulat a Florent.

Nisi consulem aut imperatorem] De regibus exempla sunt 5, 19, 6. et 10, 46, 14. de dictatoribus 5, 23, 7. de consulibus 2, 8, 6. et 27, 5, 4, 29, 7. Sed non puto verum esse, quod prætexebat pontifex Max. Nam Livius 2, 27, 6. dedicationem aedis Mercurii primipili centurioni a populo datam, 2, 42, 5. aedem Castoris a duumviro ad id creato, et 6, 5, 8. a duumviro sacris faciendis dedicatam scribit. DUKER.

§. 7. Tribunorum plebei partis majoris] Ita Cel. Jac. Gronovius primus edidit. Consentiant Florent. Leid. 1. et Fragm. Hav. Antea edebatur tribunorum plebis, vel pl. partis majoris: quomodo est in reliquis scriptis, nisi quod tribunorum partis plebei majoris sit in Voss. 1. tribunorum partis plebejæ majoris in Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 2, 33, 2. Paulo ante ea auctoritate, pro ex auctoritate, Florent. Ejus aberrationis fontem infra v. ad 40, 59, 8. Insuper templum aramve, pro aramve, Lovel. 2. quem contra perperam ara, pro aera, dedisse modo vidimus ad §. præc.

§. 8. Haud memorabilem rem per se, nisi documentum sit] Voces per se non adparent in Lovel. 2. 4. et Harlej. At per se, ut infra 22, 8, 3. Pars non id, quod acciderat, per se affirmavit. 38, 47, 10. Gallos, remota universas gentis infamia atque invidia, per se ipsos affirmavit. 40, 5, 3. Quum se ne ad id quidem satis per se validum crederet. Sed rem peristi Leid. 1. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. rem peristi Voss. 2. rem per se, ut documentum sit Hearnii Oxon. C.

Documentum sit adversus superbiam nobilium plebejæ libertatis] adversus superbiam nobilium plebisque libertatem Lov. 2. (Veith.) adversus superbiam nobilium ple-

adferri sellam eo iussit, ac sede honoris sui anxios
 10 invidia inimicos spectavit. Ceterum Flavium
 dixerat aedilem forënsis factio, Ap. Claudii
 censura vires nacta, qui senatum primus libertino-
 rum

beinum libertatis Voff. 2. et ita etiam Lovel. 3. nisi quod insuper praeferat *superbam plebei*, pro *plebejao*, est in Portug. *plebe re* in Loid. 1.

§. 9. *Consensusque nobilium adulescentium*] *consensusque* Lovel. 2. quomodo etiam alibi peccarunt scribae. Vide viros doctos ad Plinii 2. epist. 19, 2. *concessuque* Hearnii Oxon. N. Et ita librariorum errare solitos fuisse, supra vidimus hoc lib. c. 7, 7. Tum *adulescentium* Florent. V. ad 6, 34, 11. Verba autem *consensusque nobilium* etc. ei non esset desunt in Lovel. 4. Paulo ante *Ad consulem*, pro *Ad collegam*, est in Haverk.

Sede honoris sui anxios invidia inimicos spectavit] *sedem honoris sui* Harle]. Male. *sede honoris sui* est de sede honoris sui, in sede illa considens. Tum *anxios in invidia* Portug. Haverk. et Oxon. N. ac B. apud Hearnium, qui in C. *inimicos suos se invenisse* testatur. Tandem *speravit* Klock. V. infra ad 34, 27, 3.

§. 10. *Ap. Claudii censura vires nacta, qui senatum primus*] *Ap. Claudii censuræ vires nacta* Florent. Voff. ambo, Leid. ambo, et Lovel. 1. 3. ac 4. sine commo sensu. Tum *primis libertinorum filiis* Leid. 2. *primus libertinorum filius* Lovel. 4. et Gaertn. Latinius legendum conjicit *senatum primum libertinorum filiis lectis inquinaverat*. Sed vulgatum mutandi causam non vi-

deo. Paulo ante *duxerat aedilem*, pro *dixerat*, Florent. Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. V. ad 38, 43, 1. Praeterea *forënsis actio*, pro *factio*, Gaertn. Sed litera initialis *f* intercepta est a finali *v* vocis praecedentis ob ductum similitudinem. V. infra ad 27, 50, 7.

Libertinorum filiis lectis] Id est, quorum avi servitutem servierant: nam his temporibus et deinceps aliquamdiu *libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos, ex his procreatos*, auctor est Sueton. Claud. 24. qua significatione *libertinos* apud Livium 10, 21, 4. accipit Lipsius 1. de Mil. Rom. dial. 2. Auctoritatem Suetonii elevare conati sunt Sigonius 1. de Ant. jur. civ. Rom. 6. et Cassalio Var. lect. c. 13. Sed non recte adversus eum utuntur testimoniis Cic. Liv. et recentiorum scriptorum, qui *libertinos* vocant ipsos, qui manumissi sunt. Nam Ciceronis et Livii aetate, id est, plus ducentis annis post Appium, jam dudum ab usu recessisse hanc significationem vocis *libertinus*, indicio sunt verba Suetonii temporibus *Ap. Claudii et deinceps aliquamdiu*. V. Ald. Manut. 1. de Quaesit. per Epist. 7. Torrent. ad Suet. l. d. Mercer. 1. Opin. et Obs. 10. et Masson. in vita Horat. p. 4. et in Add. quamquam ibi frustra adhibentur verba Livii 10, 8, 10. qui *patrem ciere avumque possent*: eo quod *avumque* neque in Sigonii, neque, ut videtur, in Gronovii

rum filiis lectis inquinaverat. et postquam eam lectionem nemo ratam habuit, nec in curia adeptus erat, quas petierat, opes urbanas; humilibus per omnes tribus divisis, forum et campum corrupit. tantumque Flavii comitia indignitatis habuerunt, 12

libris scriptis repertum est. Sed eos, qui parentibus e servitute manumissis nati erant, minus honestos habitos fuisse, quam ex ingenuis ortos, offendit oratio Ap. Claudii apud Liv. 6, 40, 6. *An hoc, si Claudius familiae tuae sim, nec ex patricio sanguine ortus, sed natus Quiritium quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum, et vivere in libera civitate sciam, reticere possim?* Ad alterum argumentum Sigonii, quaerentis, quo ergo nomine tum appellati fuerint, qui ex servitute manumittebantur? nam libertos non potuisse dici, quis libertus respectum habeat ad patronum, non ad statum et conditionem hominis, aliquanto difficilior est responsio, eo quod de hoc nihil ab antiquis proditum est. Manutius tamen et Massonus tum libertos dictos scribunt. DUKER.

§. 11. *Nec in curia adeptus erat, quas petierat, opes urbanas; humilibus etc.* Quid sit in curia nancisci opes, scio. 6, [11, 6.] de Manlio, *Postquam inter Patres non, quantum aequum censabat, excolere suas opes animadvertit.* Apud Sallustium [in Jug. 16.] *Homo clarus et sum in senatu potens Optimus.* Sed quo respectu hae opes appellentur urbanae, parum intelligo. Urbanas habere forsitan opes, qui domi multum possit, si contra ponantur opes apud exercitum: quarum hic nulla mentio; nec igitur debet fieri opum urbanarum. Scribe: *nec in curia adeptus est.* Liv. Tom. V. P. L.

rat, quas petierat, opes; urbanis humilibus etc. De quo uberius in nostro de Sertertii repetitae editionis [de Pecun. vet. 4, 9, p. 317.] J. FR. GRON. Cl. Ant. Perizonius in margine Livii sui vulgatum commode ferri posse existimabat, subintellecta illa obpositione, qua Livius supra usus est, de Ap. Claudio locutus. c. 42, 4. *Romas mansit, ut urbanis artibus opes auferret, quando belli decus praesertim esset.* Eo itaque respicientem Livium per opes urbanas intellexisse putabat opes urbanis artibus partas, et obposuisse opibus belli decore acquisitis. Praeterea *et in curia* Voss. 1. in contextu, Portug. et Haverk. *Tum quam petierat* Leid. 2. et Lovel. 1. *quia spreta erat* Lovel. 2. *qua spatia erat* Lovel. 3. et Voss. 2. *quae sperarant* Lovel. 4. Sed ambae hae voces exsulant ab Haverk. Hinc *militibus per omnes tribus divisis* Lovel. 3. Paulo ante eam electionem, pro *lectionem*, Portug. Gaertn. et Haverk. Deinde *memoratae habuit*, pro *nemo ratam*, Leid. 1. Portug. et Gaertn. *ratam nemo habuit* Lovel. 2.

§. 12. *Plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent* plerique nobilissimi Leid. 2. *Tum aureos annulos* editi ante Aldum. Glareanus supra ad §. 1. huius cap. monet, se supra offendisse, quae Livius de annulis aureis nobilium tradit, contra Plinium esse. Innuere videtur illa, quae notavit supra hoc lib. c. 7, 8.

B b

ut plerique nobilium annulos aureos et phaleras
 13 deponerent. Ex eo tempore in duas partes disces-
 sit civitas. aliud integer populus, fautor et cultor
 14 bonorum, aliud forensis factio tenebat; donec Q.
 Fabius et P. Decius censores facti: et Fabius, si-

ubi ex Plinio docet, longo tempore ne senatum quidem Romanum habuisse annulos aureos: nam his tantum, qui legati ad externas gentes ituri erant, annulos publice datos fuisse; neque aliis uti morem fuisse, quam qui ex ea caussa publice accepissent, et anulum in digito triumphantis ferreum fuisse. Verum Livii verba Plinio non ad-versantur: nam id quidem *longo tempore* obtinuisse Plinius dicit, ita tamen ut jam tempore Cn. Flavii mos abolutus, et jus annuli auri etiam aliis ex senatu concessus esse potuerit. Quin et vox *nobilium*, quam Livius adhibet, Glareanum falli ostendit. Plinius enim eodem l. 33, 1. hanc Flavii historiam referens, addit: *Annulos quoque depositos a nobilitate in An-nales velatum est, non a senatu universo*. Plerique igitur nobilium insignia sui ordinis deposuerunt; et quidem annulos aureos, quibus eos gestandi jus competebat; reliqui, et praesertim equites, phaleras, ut Plinius d. l. narrat. Ceterum post haec verba in Voss. 2. Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. l. 1. 2. B. ac C. additur, *Appium Claudium censorem libertinorum filii senatorum ordinem polluisse, nec tamen ratam ejus electionem fuisse*. Sed ex lemmate marginali nata sunt, et quidem ad §. 10. et 11. pertinent. Certo in Voss. 1. tantum ad marginem adscripta comparent. Alia ex-

empla hujus erroris v. supra ad 79 40, 4.

§. 13. *In duas partes discessit civitas* Flor. et Leid. 1. *discessit civitas* ed. Rom. anni 1472. [Veith.] *discedit civitas* Harlej. *discessit sitas* Klock. Paulo post *forensis factio tenebat*, pro *tenebat*, Klock. idem. Verba haec saepius in Mssis commutari, infra videbimus ad 24, 28, 1.

§. 14. *Et Fabius, simul concordiae caussa*] Voculam *et*, qua omnes priores edd. carebant, primus addidit Cl. Jac. Gronovius. Eam autem servant omnes, quibus utor, Mss, nisi quod in Portug. a m. 2. ei additae sint notae, quibus, aliquid delendum esse, librarii innuere solent. Contra Hearne, qui copulam illam omisit, memorata Gronovii lectione nihil tamen de Oxoniensium scriptura addit.

Ne humillimorum in manu] Non fuit ergo diuturnum horum regnum in foro et campo: nam Fabii et Decii censura in eundem annum, quo Flavius sedilis fuit, confertur. Sigonius tamen 2. de Ant. jur. civ. Rom. r3. non sine ratione suspicatur, humiles deinde a seditiosis ac turbulentis magistratibus rursus per omnes tribus diffusos fuisse, et c. 21. post Appii censuram diffusiones optimatum et popularium maxime emersisse. DUKER.

mul concordiae caussa, simul ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, urbanasque eas adpellavit. adeoque eam rem acceptam gratis animis 15 ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis

Omnes forenses turbas excre-
tam] Pall. duo *excretam*. sec.
excitatum. Legitima lectio est
excitatum. *Excretum* Onomasticum
reddidit ἀπόκριτον. GEBH. *excre-*
tam Voss. 1. Leid. ambo, Lovel.
1. et Fragm. Hav. *excretam* Voss.
2. Lovel. 3. Gaertn. et Portug.
a m. 1. *excreptam* Lovel. 2. et
Oxon. C. apud Hearnium, qui
se invenisse testatur *excreptam* in
L. 2. *excitatum* in B. quod ulti-
mum etiam praefereunt Harlej.
et Haverk. Sed recte vulgatum
probat Gebhardus. V. Gronov.
ad Livii 28, 39, 10.

In quatuor tribus conjecit, ur-
banasque eas appellavit] Sic et-
iam Valer. Max. 2, 2, 9. de Fa-
bio, *Omnes forenses turbas in*
quatuor tantummodo tribus descri-
psit, easque urbanas appellavit.
Hic ita accipit Gruchius 2. de
Comitiis 1. non longe ab initio,
quasi dicat Livius, turba forensi
in quatuor tribus urbanas con-
jecta, ea re simul tribus illas
numero civium auxit. Et Perio-
nius 2. de Magistratib. Graec.
et Rom. non novum numerum
tribuum effectum, sed quatuor,
quae prius erant, auctas fuisse.
Sigonius 1. de Ant. jur. civ.
Rom. 3. et 2, 14. nihil aliud scri-
bit, quam humillimos et liber-
tinos, qui ex instituto Serv. Tul-
lii in quatuor tribubus urbanis
erant, ab Ap. Claudio per om-
nes tribus dispersos, sed a Fa-
bio iterum in quatuor urbanas
reductos fuisse: sed quae sit sen-
tentia verborum, *urbanasque eas*
appellavit, non dicit. Si quem

haec juvant ad illa intelligenda,
non invideo: me nihil juvant.
Omnes veteres scriptores tra-
dunt, jam dudum ante hoc tem-
pus a Serv. Tullio instituta fuis-
se *quatuor tribus*, quae *urbanas*
dicerentur, in iisque humilli-
mos fuisse. Has autem qua
ratione Fabius dicitur *urbanas ap-*
pellasse, quae jam olim id no-
men habuerant, aut quomodo
appellare tribus exponi possit nu-
mero civium augere, non adsequor.
DUKER.

§. 15. *Quod tot victoriis non pe-*
pererat, hac ordinum temperatio-
ne pareret] non portat Voss. 2. et
Lovel. 3. non *peperat* Gaertn. cu-
jus librarius, quum *peperat*, vel
peperat, scriptum invenisset, ad-
ditam compendiarie scripturae
notam neglexit. non *poterat* Leid.
1. Lovel. 2. et Fragm. Hav. a
m. 1. non *poterat* Lovel. 4. Tum
hac ordinum temptationse Harl. Ita
et *temptare*, sive, ut barbaro scri-
bitur, *temptare* et *temperare* com-
mutantur supra 5, 24, 2. et infra
10, 43, 7. *hac ordinum reparatio-*
ne Hearnii Oxon. N. in margi-
ne. Deinde *pararet* Gaertn. *pa-*
reret Lovel. 2. *pararis* Lovel. 4.
pararet Voss. 1. Leid. 2. et Lo-
vel. 1. Sed nihil mutandum. Ver-
bum *parere* hoc sensu inlustrat
Cortius ad Sallustii Jug. 10, 4.
Id autem cum *parare* innume-
ris locis commutatur. V. ad 5,
6, 1.

Ut equites Idibus Quinctilibus
transvherentur] Satis concise hoc
tradit, quod Dionys. l. 6. [p.

non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. Ab eodem institutum dicitur, ut equites Idibus Quinctilibus transveherentur.

351.] post pugnam ad Regillum lacum copiose narrat. Meminit et Valerius Max. 2, 1. *Trabatos*, inquit, *equites Idibus Julii Q. Fabius transvehi instituit*. Quo in loco etiam tribus IV. a Q. Fabio descriptas memorat, cum paulo ante de equestri ordinis spectaculo differuisset, sed alio apparatu quam Idibus Quinctilibus. GLAR. Idem iisdem verbis tradidit Valerius. Ceterum id significare videtur, de quo Plutarchus in Pompejo [p. 630. c. 22.] ad sedentes in foro censores unumquemque equitem equum suum adduxisse, et de stipendiis legitimis interrogatos rationem iis reddidisse, ita:

Τότε προεκάθητο μὲν οἱ τιμηταὶ Γέλλιος καὶ Λέντουλος ἐν κόσμῳ, καὶ πάροδος ἦν τῶν ἰπέων ἐξεταζομένων. ὤφθη δὲ Πομπηῖος ἀνωθεν ἐπ' ἀγορῶν κατερχόμενος, τὰ μὲν ἄλλα παύσημα τῆς ἀρχῆς ἔχων, αὐτὸς δὲ διὰ χειρὸς ἄγων τὸν ἰππον. εἶτα ὁ πρεσβύτερος ἠρώτησε, πυνθάνομαι σου, ὦ Πομπηῖε, εἰ πάσας ἐπράτυσας τὰς κατὰ νόμον στρατίας. Ceterum de censura Ap. Claudii hujus copiose Diodorus l. 20. [p. 750.] SIG. De hac re v. Torrent. ad Suet. Aug. 38. et Inl. Spanhem. de Praest. et usu numism. Dissert. 10. p. 99.

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM

AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI,
SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR.
SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR.
GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC.
PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSI, FR. MODII, JANI GRUTERI;

HEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIO.


TOMUS QUINTUS. Pars 2.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WURTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXII.



T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI.

EPITOME LIBRI DECIMI.

Coloniae deductae sunt Sora, et Alba, et Carseoli. Marsi in deditionem accepti sunt. Collegium augurum ampliatur, ut essent novem, quum antea quaterni fuissent. Lex de provocatione ad populum a Valerio consule tunc tertium lata est.

Sora ac Alba] Ita primum editum vidi Paris. anno 1573. Priores legunt *Sora et Alba*. Et ita est in Leid. Berg. et Boenderm. quare id in contextum recepi. Quamvis enim in hoc scriptore elegantias veterum atque optimorum, qui ante vocem a vocali incipientem potius *et*, quam *ac*, dixerunt, non quaerendas existimem, praesertim tamen puto codd. scripturam ei, quae deinceps ab operis librariorum substituta est, praesertim quum id auctori epitomarum adherere potuerit ex Livio; quem ita semper locutum esse, videbimus ad 10, 36, 17.

Carseoli Marsi in deditionem accepti] Haec verba prioribus Liv. Tom. V. P. II.

junguntur praeposita copulativa et in Leid. Voss. Berg. et Hearnii N. Distinguendum itaque *Sora, et Alba, et Carseoli. Marsi*. Carseoli enim, sequae ac Sora et Alba, nomen est coloniae, cujus deductae meminit Livius hoc lib. c. 3, 2. et c. 13, 1. Praeterea male *Causioli* Leid. *Carsioli* Voss. 1. Berg. et Hearnii N. *Castoli* Boenderm. Deinde *accepti sunt* omnes hi quinque codd. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri, qui omisisse videtur, quod modo praecesserit. Horum testium auctoritate contextui addendum putavi.

A Valerio consule tunc primum lata est] Turpem mendam tolle ex veteris libri fide, et a

Duae tribus adjectae sunt, Aniensis et Terentina. Samnitibus bellum indictum, et adversus eos saepe prospere pugnatum est. Quum adversus Etruscos, Umbros, Samnites, Gallos, P. Decio et Q. Fabio ducibus, pugnaretur, Romanusque exercitus in maximo esset discrimine, P. Decius, secutus exemplum patris, devovit se pro exercitu, et morte sua

Valerio consule tunc tertium lata est restitue: id enim scribit Livius [hoc lib. c. 9, 3.] Primus autem legem de provocatione tulit anno ccxlv. P. Valerius Poplicola. [2, 8, 2.] deinde anno ccciiii. L. Valerius Potitus [3, 55, 4.] nunc demum tertium M. Valerius Corvus. SIG. a M. Murena consule Leid. a Murena consule Voff. Berg. Boend. Hearnii Oxon. N. Exc. Pithoei, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Deinde consule tunc lata est Boend. consule pretio tunc lata est Berg. consule tunc pretio lata est Leid. Voff. Hearnii Oxon. N. et Exc. Pithoei. An voluerunt tunc tertio lata est?

Aniensis et Terentiana] Terentina. SIG. Amnensis Leid. Armensis Boend. et ed. Rom. anni 1472. Arniensis Parm. Sed v. infra ad Liv. 10, 11, 14. Tum Terentia Voff. et Hearnii Oxon. N. Terentia Berg. Boend. et Exc. Pithoei. Sed TERENTI-NA tribus obcurrit in marmore apud Gruter. p. 333. n. 3. Utriusque tribus Aniensis et Terentinae meminit etiam Cic. pro Planc. 22. Terentiana a Sigonio rejectum primum obcurrit in ed. Vascos.

Bellum indictum, et adversus eos saepe prospere pugnatum] indictum est Voff. 1. Berg. et Hearnii Oxon. N. Sed illud

est librariis relinquo. Deinde adversus eos prospere, omissa voce, edd. principes usque ad Gruter. qui saepe addidit. Et sane nullus codicum eam vocem omisit. Grutero enim consentiunt Leid. et Voff. adversus eos saepe et prospere praefert Berg. adversus eos semper prospere Boend. et Hearnii Oxon. N. Sed Gruteri lectionem proba. Tum pugnatum est Leid. Voff. Berg. Boend. Hearnii Oxon. N. et omnes excusi usque ad Gruterum, qui in postrema ed. omisit. quare id loco restitui.

P. Decio et Q. Fabio ducibus, pugnaretur, Romanusque exercitus] Vet. lib. Q. Fabio consulibus ducibus. SIG. Vocem consulibus nullus meorum agnoscit. Contra vocem ducibus nescit Leid. Deinde pugnarent est in Voff. De hoc errore v. ad 2, 26, 4. Tum et Romanus exercitus Leid. Voff. Berg. et Boend. In verbis sequentibus in magno discrimine esset, pro in maximo, Hearnii Oxon. N. V. ad Epit. Liv. 6. in magno esset discrimine Berg. et Boend. Praeterea secutus patris exemplum, devovit se, alio ordine, Leid. Voff. et Berg. secutus patris exemplum, se devovit Boend.

Et morte sua victoriam ejus pugnae populo Romano dedit] populo Romano reddidit Hear-

victoriam ejus pugnae populo Romano dedit. Papius cursor Samnitium exercitum, qui jurejurando obstrictus, quo majore constantia virtutis pugnaret, in aciem descenderat, fudit. Censu actus est. lustrum conditum. censa sunt civium capita ducenta sexaginta duo millia, et trecenta viginti duo.

nii Oxon. N. Alibi similiter peccant librarii. Exemplum habuimus supra 7, 15, 4. Ceterum omnia haec verba cum quatuor sequentibus perperam exulant a Berg.

Qui jurejurando adstrictus fuerat, quo majore constantia virtutis in aciem descenderet] Vet. lib. *qui jurejurando obstrictus, quo majore constantia virtutis pugnaret, in aciem descenderat.* Probe. SIG. *obstrictus* Sigonius. vet. tamen lib. *astriectus*, atque hoc multis aliis locis noster usurpat. DELRIUS. Lectio, quae ante Sigonium vulgo exstabat, primum obcurrit in Froben. ed. anni 1535. Antea edebatur *qui jurejurando astriectus suo, quo majore constantia virtutis in aciem descenderet.* Sed Sigonio fere consentiunt libri scripti, nisi quod *qui, jurejurando adstrictus suo, majore praeferat* Voss. *qui, de jurejurando obstrictus suo, majore* Berg. *qui de jurejurando obstrictus, ut majore* Leid. Sigonium, cui Boend. consentit, sequor. Bis enim eodem vocabulo in hac historia usus est Livius: ut cap. 38, 12.

Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis. et c. 41, 3. His vinculis fugae obstricti stabant.

Censa sunt civium capita ducenta sexaginta duo millia, et trecenta viginti duo] Vocem *civium* non agnoscunt Voss. et Berg. Male. V. ad Epit. l. 1. Priora quatuor vocabula pejus adhuc exulant a Leid. Ceterum numerus hic civium, qui censi sunt, primum editus est ab Aldo. Antea edebatur, *ducenta septuaginta duo millia et trecenta viginti.* Et ita praeferunt Voss. Boend. et Hearnii N. *ducenta septuaginta duo millia, et ducenta viginti* Leid. CCLXX. M. et CCXX Berg. CCLXII. *millia et CCCXX.* Exc. Pithoei. In eo itaque omnes consentiunt, *to duo* ejiciendum: plerique autem, *septuaginta* pro *sexaginta* legendum esse. Verum ita dissentiet auctor ab ipso Livio hoc libro cap. ult. quod ne fieret, vulgatum mutasse Aldus videtur. Sed, non semper inter Livium et auctorem harum epitomarum convenire, supra dictum est ad Epit. l. 3. et ad Livii 3, 24, 10.

T. LIVII PATAVINI

LIBER DECIMUS.

1 I. L. Genucio, Ser. Cornelio consulibus, ab externis ferme bellis otium fuit. Soram atque Albam coloniae deductae. Albam in Aequos sex millia

§. 1. *L. Genucio, Ser. Cornelio consulibus*] Pal. sec. *Servio Cornelio consulibus Romae*. GEBH. Prioris consulis praenomen deficit in Lovel. 3. 4. \ off. 1. et Leid. 2. Pro *Genucio* etiam *Gemitio* est in Lovel. 4. *Genutio* in Leid. 1. Gaertn. et Haverk. Sed v. ad 2, 52, 3. Deinde copulativam particulam et interponit Lovel. 4. V. ad 2, 17, 1. Insuper *S. Cornelio* Fragm. Hav. a m. 1. *Serg. Cornelio* a m. 2. *Sergio Cornelio* Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 5, 29, 2. *Servilio Cornelio* Lovel. 2. saepius obvio errore. V. ad Epit. Liv. 72. Tandem vox *Romae*, quam in uno suorum invenit Gebhardus, in meorum nullo superest. Mox fuit otium, transpositis vocibus, Gaertn.

Sora atque Alba coloniae deductae] Quidam mutarunt hos casus in accusativum *Soram atque Albam*, sed inepte, meo quidem iudicio, cum id genus loquendi per nominativum saepius apud autores inveniatur, atque adeo maxime apud hunc, ut, praeter alia innumera loca, praecedente libro anno CDLII. (c. 28, 7.) ita ait: *Suessa et Pon-*

tiae eodem anno coloniae deductae. GLAR. Soram atque Albam colonias duas deductas esse decennio post Interamnam, tradit etiam Vellejus [1, 14.] Itaque videndum est, quid sit, quod Livius anno CDXXXIX. lib. priore [c. 23, 2.] Sorae coloniae meminerit, ubi ait: *Sora ad Samnites defecerat, interfectis colonis Romanorum*. Et post de eadem: *ad recuperandam coloniam*. SIG. Sora defecerat a Romanis, interfectis colonis Romanis, sed non multo post a Romanis recepta, deinde rursus a Samnitibus anno U. CCCXLVII. capta, anno sequenti a Romanis recuperata fuerat, l. 9, 23. 24. 43. et 44. Quod ergo Livius hoc loco, et Vellejus 1, 14. hoc anno, id est, anno U. CCCCL. eo coloniam missam scribunt, cum Cluverio 3. Ital. ant. 8. p. 1047. recte de nova colonia accipi potest, ut 8, 14, 8. *Antium nova colonia missa*. DUK. Pighius in Annal. ad ann. CDL. p. 379. sibi videri testatur, in duas has urbes colonos denuo reductos potius fuisse: quod de Sora concedi potest, quoniam coloni Romanorum eo deducti a veteribus

colonorum scripta. Sora agri Volsci fuerat; sed a possederant Samnites. eo quatuor millia hominum missa. Eodem anno Arpinatibus Trebularisque ci-

incolis interfecti erant, ut ex Livio Sigon. et Pighius docuerunt. Id autem ut de Alba etiam statuamus, nihil nos subigit: eam enim jam ante hoc tempus coloniam Romanorum factam fuisse, aliunde non adparet. Colonorum enim Albam et Soram deductio a Vellejo memorata ad hanc, cujus nunc Livius meminit, referri debet; quamvis tamen de tempore inter eos non conveniat: quod ex historicorum veterum, quos in hac re secuti sunt, dissensu factum est. Ceterum *Sora atque Alba*, quod in quibusdam edd. repertum Glareanus probavit, apud me tantum superest in Voss. 1. a m. 2. Leid. 2. Lovel. 1. et apud Hearnium in Oxon. C. Similiter etiam legisse videtur auctor Epit. Verum reliqui omnes codd. *Soram atque Albam* obferunt, nisi quod *Sorani atque Albani* sit in Haverk. *Soram atque Albam* est etiam in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Idque, a sequentibus mutatum, revocarunt deinde Medio! anni 1505. Aldina, et recentiores; quibus Glareanus adversari non debuerat. Ita enim etiam Livium locutum esse, infra videbimus ad 39, 44, 10. Quum igitur utrumque genus loquendi probum, et Livio usitatum sit, ut et plures et integriores codices sequamur, verius est.

Albam in Aequos sex millia colonorum scripta] Pall. pr. et tert. III. colonorum habent. sec. *Albam in Aequos quatuor millibus colonorum scriptis*. GERH. Paulo post *velut arcem finibus Aequorum impositam* dicit. V. Holsten. ad Cluverii Ital. ant. p. 150. DUK. III. colonorum scripta

Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 1. ac 3. (*v. ad 35, 2, 4.) *tria millia colonorum scripta* Lovel. 4. *quatuor millia colonorum scripta* Lov. 2. Harl. et Hearnii Oxon. B. ac C. qui *III. colonorum m. scriptis* invenit in N. et L. 2. *III. colonorum scripta* Fragm. Hav. a m. 1. *scriptis* a m. 2. *quatuor millibus colonorum scriptis* Portug. Gaertn. et Haverk. *V. millia colonorum scripta* Klock. VI. *colonorum scripta* Florent. Insuper atque *Albam in Aequos* Voss. 2. a manu recenti. *Alba in Aequos* Leid. 2. ultima prioris vocis litera a voce insequenti elisa. *Albani in Aequos* Haverk. litera m in ni dissoluta. V. ad 2, 41, 5. *Albam in Aequis* Portug.

§. 2. *Sed possederant Samnites. eo quatuor millia hominum missa] sed possederant eum Samnites* Neap. Latini. Deinde *eo III. millia hominum missa* Klock. Vox eo deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. Hinc, mutata distinctione, legi posset, *Soram (agri Volsci fuerat, sed possederant Samnites) quatuor millia hominum missa*. Paulo ante *agri Vulscini* Lovel. 2.

Eodem anno Arpinatibus Trebularisque civitas data] Illis sine suffragio, ut ex Livio 38, 36, 7. observat Sigonius 2. de Ant. Jur. Ital. 9. Trebulani cum, an sine suffragio civitatem acceperint, non constat. Nec convenit inter doctos, de qua Trebula hic agat Livius. Malaspina ad Cic. 5. ad Att. ep. 2. *Trebulam Campaniae* intelligit; Hol-

3 vitas data. Frusinates tertia parte agri damnati, quod Hernicos ab eis sollicitatos compertum: capitaque conjurationis ejus, quaestione ab consulibus ex senatusconsulto habita, virgis caesi ac se-
4 curi percussi. Tamen, ne prorsus inbellem agerent annum, parva expeditio in Umbria facta est; quod nunciabatur, ex spelunca quadam excursio-
5 nes armatorum in agros fieri. In eam speluncam

stenius ad Cluverii Ital. ant. p. 169. *Trebulam Mutuscam* in Sabinis. DUK. Eodem *Arpinatibus*, omiſſa media voce, Lovel. 3. et 4. Eodemque *Arpinatibus* Voss. 2. Tum *Trullanisque* Voss. 1. *Trublanisque* Leid. 2. et Lovel. 1. *Tebulanisque* Lovel. 4. *Tiburanisque* Portug. et Haverk. Praeterea *data civitas* Leid. 1. Ceterum quum *Arpinatibus* hoc tempore civitas data sit sine suffragio; *Trebulanos* alia, quam *Arpinates*, lege hoc tempore in civitatem acceptos esse, verisimile non fit.

§. 3. *Frusinates tertia parte agri damnati*] Pall. pr. et tert. *Frusinates etiam parte agri damnati*. GEBH. Non aliter Voss. 2. ac Lovel. 3. Ita etiam non exprimit Livius, quota parte agri *Veientes* multati sint, supra 1, 15, 5. *Agri parte multatis in centum annos induciae datae*. At contra 8, 1, 3. *Oppidum captum redditumque Privernatibus, valido praesidio inposito: agri partes duae udemtae*. Servo itaque vulgatum, quod et in reliquis scriptis superest, nisi quod voces *tertia parte* exsulent a Leid. 1. Praeterea *Frusinates* Harlej. et Gaertn. *Fidenates* Haverk. Mox quia *Hernicos*, pro quod, Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 38, 36, 4. Tum *compertum est*, ultima voce addita, Lovel. 4.

Capitaque conjurationis ejus quaestione ab consulibus ex senatusconsulto habita] *capita conjurationis ejus* Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *ab consulibus habita*, praeteritis vocibus mediis, Fragm. Hav. a m. 1. *ab consulibus habita ex senatusconsulto* a m. 2. Mox *caesa ac securi percussa*, pro *caesi et percussi*, Lovel. 4. Librarius non recte dici posse existimavit *capita caesi*. Sed aliter judicasset, si ad delicias Livianas diligentius animum advertisset. V. infra ad 37, 39, 12.

§. 4. *Tamen ne prorsus inbellem gererent annum*] Rectius *vetus imbellem agerent annum*. GELEN. In Flor. non apparet *tamen*. J. FR. GRON. In reliquis meis vox *Tamen* constanter superest, nisi quod ejus loco legat Harlej. V. ad 22, 17, 5. *agerent* autem recte superest in omnibus scriptis. V. ad 22, 28, 1. In verbis sequentibus *expeditio in Umbriam facta*, pro *in Umbria*, offendant Portug. a m. 2. et Hearnii Oxon. B. quod tamquam usitatius probarem, si graviores testes hanc lectionem confirmarent.

Quod nunciabatur, ex spelunca quadam excursiones armatorum in agros fieri] *ex spelun-*

penetratum cum signis est: et ex eo loco obscuro multa vulnera accepta, maximeque lapidum icta; donec, altero specus ejus ore (nam pervius erat) invento, utraeque fauces congestis lignis accensae: ita intus fumo ac vapore ad duo millia armatorum, 6 ruentia novissime in ipsas flammam, dum evadere tendunt, absumta. Mârcis Livio Dentre et Aemilio 7 consulibus, redintegratum Aequicum bellum. Co-

ca quasdam excursiones Hearnii Oxon. N. in cujus L. 2. erat in *agros factas*. Utrumque non modo superest in Harlej. sed insuper *incurSIONES* exhibet. Praeterea et *nunciabatur* est in eodem cod. sed vox initialis quod exulabat a Gaertn. [*in agro factas* Veith.]

§. 5. *Et ex eo loco obscuro multa vulnera accepta, maximeque lapidum ictu* Etiam hic vocula initialis non adparet in Lovel. 4. intercepta vel a praecedenti est, vel a sequenti ex. Prioris erroris exemplum v. ad Epit. Liv. 6. (*24, 15, 6.) posterioris infra ad 44, 43, 3. Deinde *ex eo loco obscura multa vulnera* Harlej. 3. quali errore §. praec. habuimus *ex spelunca quasdam incurSIONES*. Praeterea *maximo lapidum ictu* Harlej. V. ad 5, 40, 5. Paulo ante *penetratum signis*, pro *cum signis*, Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Sed vocula *cum* excidit ob similitudinem ultimae syllabae vocis praecedentis. Tale exemplum jam supra habuimus ad 8, 33, 9.

Specus ejus ore (nam pervius erat) invento, utraeque fauces congestis lignis accensae] specus ejus (nam parvus erat) ore invento Lovel. 4. *parvus erat* est etiam in Harlej. et Gaert-

ner. ejus specus ore edd. vett. usque ad Froben. anni 1535. Deinde *conjectis lignis* Lovel. 4. quomodo et alibi scribas variasse, supra vidimus ad 3, 38, 7.

§. 6. *Dum evadere tendunt, absumta] evadere tentant* [Veith.] edd. veteres ante Aldum, qui *tendunt* reposuit. Alibi haec verba commutari solent. V. ad 6, 38, 7. Aldo consentiunt scripti, nisi quod *evadere intendunt* sit in Harlej. Etiam male. *tendunt* hic ponitur pro *contendunt*; quod Livio frequens esse, videbimus ad 32, 32, 7. Et quidem haec constructione, ut supra 6, 38, 7. *Si tamquam captae civitatis leges inponere tendent*. Hinc *assumta* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *assumpto* Gaertn. V. ad Livii 2, 42, 4. Paulo ante *inter*, pro *intus*, male praefert Havork. *pavore* etiam, pro *vapore*, transpositis per errorem literis, eisd. vett. usque ad Mediol. anni 1505. et Aldinam.

§. 7. *M. Livio Dentre et C. Aemilio consulibus] Scribe M. Aemilio* ex Diodoro [l. 20. p. 787.] et ipsomet Livio, qui hunc eundem magistrum equitum hoc anno *M. Aemilium* vocat [c. 3, 3.] SIG. Pall. pr. et tert. *Livio Dentrice, Aemilio Coss. sec. Marco Lutio Dentato, C. Aemilio*. Andreae editio *M. Livio,*

loniam, aegre patientes velut arcem suis finibus inpositam, summa vi expugnare adorti, ab ipsis collonis pelluntur. Ceterum tantum Romae terrorem fecere, quia vix credibile erat, tam adfectis rebus solos per se Aequos ad bellum coortos, ut tumultus ejus causa dictator diceretur C. Junius Bubul-

Q. Aemilio. Camp. M. Livio Dentrice, C. Aemilio. Sigonius *M. Aemilium* fuisse appellatum contendit. GEBH. Praenomen hujus consulis (Aemilii) in scriptis desideratur. Addiderunt C. quod refutat Sigonius, et rescribit *M.* ex ipso Livio, qui hunc eundem magistrum equitum hoc anno *M. Aemilium* vocet, ut et Diodorus. Nimirum scripsit auctor, *Marcis Livio Dentre et Aemilio consulibus.* J. FR. GRON. Prioris consulis cognomen deest in Harlej. Hearnii Oxon. B. et edd. prioribus, nisi quod *M. Livio Dentre* in Romana principe esse Hearnius testetur. *M. Livio Dentrice* habent Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. Flor. Hearnii Oxon. N. et Neap. Latini. *M. Livio Dentrica* Voff. 2. et Fragm. Hav. Similiter in eodem gentis Caeciliae cognomine variare librariorum, infra videbimus ad 39, 56, 5. *M. Livio Dentato* Hearnii Oxon. B. *M. Lutio Dentato* Portug. Gaertn. et Haverk. Deinde vocula et inter utriusque consulis nomina non adparet in Voff. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Tum *Q. Aemilio* Harlej. et Klock. una cum edd. vet. usque ad Aldum, qui dedit *C. Aemilio.* Et ita praefertur Florent. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Neap. Latini. Sed Aemilii praenomen omittitur in reliquis meis, et Hearnii Oxon. N. L. 1. et B. Nihil itaque

propius video, quam ut cum Gronovio legamus *Marcis Livio Dentre et Aemilio consulibus.* Nam simili modo concepta oratio saepe librariis fraudi extitit. V. supra ad 4, 48, 1. Interim tamen adstruendo praenomini *Marco* inde argumentum sumi nolim, quod ipsemet Livius magistrum equitum hoc eodem anno creatum vocet *M. Aemilium Paullum* c. 3, 3. Eundem enim, qui consul fuit, etiam magistrum equitum fuisse, non constat. Quin contra, quum Livius, si quis, vel consul vel praetor, in eo magistratu vel dictator vel magister equitum dictus sit, id diligenter monere solitus fuerit, et tamen nihil tale hoc loco additum reperitur, potius est, ut credamus, *M. Aemilium* consulem a *M. Aemilio Paulo* magistro equitum diversum existisse, licet tabulae Cuspiniani apud Pighium in Annal. ad ann. CDLI. p. 380. etiam consuli *Paulli* cognomen tribuant.

Redintegratum Aequorum bellum] Manuscriptus Fuldensis *Aequicum bellum.* MOD. *Aequorum* in Junta primo reperio. nam Andreas et Bec. *Equitum.* Ascensius et Mog. *Equicum.* Rott. *aequi cum.* scribendum autem esse *Aequicum,* diximus ad 2, [58, 3.] et sic habet Flor. J. FR. GRON. *Aequorum* ante Juntam invenio apud Aldum, *Equicum* ante Ascensium in Ven. ed. anni 1495.

cus. is, cum M. Titinio magistro equitum profectus, 9 primo congressu Aequos subegit, ac, die octavo triumphans in urbem quum redisset, aedem Salutis, quam consul voverat, censor locaverat, dictator dedicavit.

II. Eodem anno classis Graecorum, Cleonymo

Et quidem *Aequorum* superest non tantum in Hearnii Oxoniensibus, sed et meis Mñis, nisi quod *Equitum* sit in Leid. 1. *Aequicum*, praeter Flor. in Klock. Hanc autem lectionem se Livio ex Mñis Italicis et Gallicis vindicaturum, Gronovius Heinsio promisit in epistola apud Cel. Burm. in Syll. Epist. tom. 3. n. 91. Mox *Coloniã* agro patenter, pro aegre patientes, nullo sensu Lovel. 4. *Coloniã Aequi aegre patientes* edd. princ. Sed primus Aldus expulit vocem *Aequi*, quam nulli etiam codd. agnoseunt. Tum *ab his colonis*, pro *ab ipsis*, Lovel. 3.

§. 8. *Ceterum tantum Romae terrorem fecere, quia vix credibile erat* Certum tantum terrorem Lovel. 4. a m. 1. Aliis locis ita peccare solent scribae. V. infra ad 34, 36, 4. Deinde *facere* Fragm. Hav. a m. 1. Tum *quod vix credibile* Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. [Veith.] V. ad 38, 36, 4. Mox *ad bellum exortos*, pro *coortos*, Voss. 2. V. ad 5, 29, 3. [afflictis Veith. sed in margine affectis.]

Ut tumultus ejus causa dictator diceretur C. Junius Bubulcus cum M. Titinio] Vet. lib. dictator diceretur C. Junius Bubulcus. is cum M. Titinio magistro equitum profectus. SIG. Reperi in Palat. sec. et Camp. ed. ut tumultus ejus causa di-

ctator diceretur C. Junius Bubulcus. is cum M. Titinio magistro equitum profectus. GEBH. una tumultus ejus causa dictator C. Junius Bubulcus Voss. 2. una, pro ut, etiam est in Lovel. 3. ut tumultus ejus cum dictator diceretur Harlej. sed, cã, sive causa, et cû, sive cum, saepe in Mñis confundi, supra vidimus ad 4, 44, 10. Tum C. Licinius Bubulcus Lovel. 4. Voculam autem is, a Sigonio insertam, defendunt etiam Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Neap. Latinii. Eandem sibi quoque in Oxoniensibus obviam fuisse, Cl. Hearnius testatur. Deinde C. M. Titinio Leid. 2. et Lovel. 1. cum M. Ticinio Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. 3, V. ad 54, 13.

§. 9. *Die octavo triumphans in urbem quum redisset* die octava Leid. 2. V. ad 8, 11, 15. Hinc *rediisset* Harlej. et Gaertn. V. ad 36, 35, 2. Mox *dedicaverat*, pro *dedicavit*, Gaertn. quomodo indoctus librarius scribendum credidit, quia praecessit voverat et locaverat. V. ad 6, 3, 8.

§. 1. *Cleonymo duce Lacedaemonio, ad Italiae litora adpulsa*] Hic sine dubio est Cleonymus, Cleomenis regis filius, Aroi regis patruus, quem postea Pyrrhus in regnum revocare tentavit. In prologo l. 15.

duce Lacedaemonio, ad Italiae litora adpulsa, Thuri-
 2 rias urbem in Sallentinis cepit. Adversus hunc hostem
 consilium consul Aemilius missus praelio uno fugatum
 compulit in naves. Thuriae redditae veteri cultori:
 3 Sallentinoque agro pax parta. Junium Bubulcum
 dictatorem missum in Sallentinos, in quibusdam

Trogi Pompeji legitur: *Cleonymi deinde Spartani res gestae Corcyrae et in Illyrico et in Italia*. Athenaeus 13, 28. obsides puellas a Metapontinis exegisse auctor est. A Tarentinis autem in auxilium vocatus fuerat, ut testatur Strabo [l. 6. p. 280.] H. VALES. *Cleonemo* Klock. *Cleomino* Harlej. *Cleomino* Voll. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. *Deonimo* Leid. 1. et Lovel. 4. literis *cl* in *d* coalescentibus. V. intra hoc lib. c. 24, 2. *Cleomene* Lovel. 2. *Cloentino* Haverk. *Helenio* Hearnii Oxon. L. 1. Voces etiam *duce Lacedaemonio* non adparent in Lovel. 3. Earum loco monstrum hoc lectionis *dyce Lacedaemonio* exstat in Klock. De majoribus *Cleonymi* v. Pausan. in Attic. 13. et in Lacon. 6. De ejus rebus in Italia et Corcyra gestis v. Diod. Sic. l. 20. p. 787. qui expeditionem ejus ad annum praecedentem refert. Ceterum non *Cleonymus* regnum Lacedaemone obtinuit, sed *Arcus* filius fratris ejus *Acrotati*, et *Leonidas* *Cleonymi* filius; unde inproprie *Livius* hoc cap. *regem* vocavit.

Thurias urbem in Salentinis cepit] Omnes fatentur, *Thurium* neutro genere, vel *Thurii* masculino genere, oppidum esse magnae Graeciae, ut videre est apud Strabonem l. 6. etiamsi initio fere ejusdem libri [p. 254.] supra *Thurios* fateatur regionem esse, quae *Thuriana* (sed cor-

rupte id ita legitur, *Tauriana* enim legendum) vocetur. Fieri autem potest, ut et in Salentinis ejus nominis fuerit oppidum. GLAB. Vet. lib. *Thurios*. oppidum est in Sallentinis, quod, auctore Stephano, *Thurii*, *Thuriae*, et *Thurium* dicitur. Itaque *Livius* paulo post *Thuriae redditae*. *Sallentini* duobus *ll* scribendi, ut post dicam. SIG. Pal. sec. et *Andreae* editio *Thurios*. GEBH. *Thurios* etiam Lovel. 1. et Klock. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Turrios* Portug. et Hearnii Oxon. B *Thirios* Leid. 2. *Turros* Haverk. *Durior* Leid. 1. *Turrias* Gaertn. *Thurorum urbem* Lovel. 2. *Turorum urbem* Harlej. et Hearnii Oxon. C. qui in L. 2. *Taurorum urbem* se invenisse monuit. [*Turriorum urbem* Veith.] Quia autem *Thurias* in *Sallentinis* nemo locavit, hinc errorem inrepsisse, et *Rudias* scripsisse *Livium*, existimat *Doujatius*, quod *Sallentorum* oppidum, non quidem ad litus, sed paucis ab eo passuum millibus situm esse docet. *Sallentinis* autem, non *Salentinis*, scribendum esse, supra vidimus ad 9, 42, 4. Et ita hoc loco praeferunt Flor. et Klock.

§. 2. *Adversus hunc hostem consul Aemilius missus*] Vocem *consul* omittit Lovel. 1. sequentem *Aemilius* Leid. 2. Sed utramque servandam puto: priorem quidem, quia paulo ante dictatoris et magistri equitum mentio

annalibus invenio: et Cleonymum prius, quam confligendum esset cum Romanis, Italia excessisse. circumvectus inde Brundisii promontorium, medioque sinu Hadriatico ventis latus, quum laeva inportuosa Italiae litora, dextra Illyrii Liburnique et Istri, gentes ferae, et magna ex parte latrociniis maritimis

facta est, posteriolem vero, ne incertum maneat, uter consulum missus sit. Patet itaque, verum non esse, quod existimasse videtur Sigonius ad Livii 22, 14, 13. Livium semper nomen magistratus nomini proprio postposuisse. Vide, quae ibi notantur. Mox *compulsi naves, pro in naves*, Gaerta. Deinde *Thure*, pro *Thuriae*, Harlej. et Lovel. 2. *Turriae* Lovel. 4. *Thiriae* Leid. 2. *Turriae* Gaertn. Haverk. et Portug. a m. 1. in quo deinceps *Turrii* emendatur. *Thurios* Klock. Denique *pax parata, pro parta*, Voff. 2. V. ad Livii 5, 6, 1.

§. 3. *Cleonymum prius, quam confligendum esset*] *Cleominum* Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. *Cleomenem* Lovel. 2. *Cleronium* Lovel. 1. *Cleominium* Voff. 2. *Deoninium* Lovel. 4. *Cleonium* Harlej. *Cleminum* Klock. V. ad §. 1. Paulo ante *C. Junium*, addito praenomine, edd. vet. usque ad Aldum, cui praenomen omittenti consentiunt scripti. Hinc in quibusdamque annalibus, inserta copula *que*, Gaertn.

Italia excessisse] Pall. duo *decessisse*. GEBH. Ita et Voff. 2. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Portug. a m. 2. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. [Veith.] Sed nihil muto. Supra 2, 13, 4. *Agro Romano excessit*. 30, 20, 7. *Raro quemquam alium magis molestum abisse ferunt, quam Hannibalem hostium terra exceden-*

tem. 37, 49, 7. *Intra quintum decimum diem Italia excedere*. 39, 54, 13. *Galli, redditis omnibus, quae sine cujusquam injuria habebant, Italia excesserunt*. 42, 26, 5. *Haesitantibus in responso, ut curia excederent, dictum*. c. 36, 7. *Intra undecimum diem juberet eos Italia excedere*. c. 48, 3. *Italia intra trigesimum diem excederent*. 45, 12, 5. *Priusquam hoc circulo excedas, redde responsum*. (*v. ad 8, 2, 8. et 34, 28, 12.)

§. 4. *Circumvectus inde Brundisii promontorium, medioque sinu Hadriatico ventis latus*] *circumventus* Voff. duo, Leid. 2. Lov. 1. Harl. et Fragm. Hav. a m. 1. [Veith.] Ita etiam supra peccabatur in uno cod. 3, 61, 9. V. et infra hoc libro c. 17, 4. c. 29, 12. c. 36, 14. et 21, 46, 7. (* 24, 17, 3. 36, 9, 12. c. 45, 4. 37, 30, 3.) Tum *Brundisii* Leid. 1. et Florent. idque voluisse videtur librarius Klock. qui tamen per errorem dedit *Prundisii*. V. infra ad 42, 17, 2. Hinc *promontorium* Voff. ambo, et Lovel. 1. *promunctorium* Leid. 1. *promunturium* Florent. *promunctorii* Gaertn. Alibi etiam optimi codd. *promuntorium* praefereunt: de qua scribendi ratione v. Voff. in Etym. ling. Lat. hac voce. Vulgatam orthographiam veriolem existimat Dausquej. de Orthogr. parte 2. hac voce. Deinde *medio sinu*, omissa copula, Gaertn. Praeterea *Adriatico* sine

infames, terrerent penitus ad litora Venetorum pervenit:

adspiratione Voff. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. Male. V. ad Livii 24, 10, 10. Tandem ventis latis Gaertn. V. ad 6, 3, 8.

Dextra Illyrici Liburnique et Istri] Vet. lib. et Capitolini triumphii *Illyrii*. SIG. Pall. duo *dextera Illyrii*. GEBH. *dextera* etiam Lovel. 3. *dextraque* Neap. Latini. Deinde *Illyrici* Klock. *Illyrici* Voff. 1. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. *Illyrici* Leid. 2. et Gaertn. *Illyrici* Fragm. Hav. *Hyllirici* Portug. et Haverk. *Hillirici* Leid. 1. *Illyrii* Florent. Voff. 2. et Lovel. 3. *Illyrii* Neap. Latini; quem admodum legendum esse, recte Sigonius docuit. V. infra ad E. pit. Liv. 20. Tum *Histri* Voff. ambo, Leid. 1. Florent. Lovel. 3. 4. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 41, 1, 1.

Magna ex parte latrociniiis maritimis infames] magna parte Gaertn. in vitis aliis, qui constanter praepositionem servant. V. ad 2, 48, 1. Vox *maritimis* deficit in Lovel. 2. quae in reliquis omnibus superest.

§. 5. *Ibi expositis paucis, q. l. e. quum audissent, tenue p. l. esse, quod t. stagna ab tergo sint, irrigua maritimis aestibus, agros h. procul campestris cerni, ult. colles videri esse, ostium fl. p. q. c. naves in stationem tutam vidisse, Meduacus amnis erat, eo i. cl. s. a. flumine jussit*] Haec verba ostium praealti fluminis, quo circumagi etc. adhuc exploratorum puto: sed quidam possint verbum sustulerunt ante verbum vidisse, sine quo sensus non constat. *Meduacus* autem nomen

non temere apud authores reperias. Boccatus, Venetorum aut flumen, haud dubie hoc ex loco, nihil praeterea addens. Quod autem Patavinos metu accolarum Gallorum semper in armis fuisse Livius dicit, causa innuitur, cur ita ubique Gallos elevet. Sed ab historico abesse oportebat odium. Ex hoc item loco satis apparet, quantum luminis sensui adferat vel addita vel detracta adspiratio in ostium et hostium. GLAR. Hoc in loco valde laborat Glareanus, ut aliquorum verborum ordinem reperiat, neque sese explicare potest. Est autem locus valde memorabilis, propter situm urbis hujus, quae post in aestuario, de quo loquitur, condita est. Interpungitur autem et legitur in veteribus libris hoc modo: *Ibi expositis paucis, qui loca explorarent, quum audisset, tenue praetentum littus esse, quod transgressis stagna ab tergo sint irrigua aestibus maritimis, agros haud procul proximis campestris cerni, ulteriora colles, inde esse ostium fluminis praealti, quo circumagi naves quum in stationem tutam vidisset (Meduacus amnis erat) eo invectam classem subire adverso flumine jussit* † „In Venetis facile concesserit „Sigonio Glareanus, tamen occasionem discutiendi loci ei de „dit. „ †. Est autem ita accipiendum: Cleonymus, quum audisset haec ab exploratoribus, itemque quum alia vidisset, ita fieri jussit. SIG. Connotabo, quomodo scriptura totius hujus loci concepta sit in Pall. codd. MSS. quorum pr. ac tert. cum audissent, tenue praetentum littus esse, quod transgressis stagna ab tergo sint irrigua vestibibus maritimis, agros haud procul pro-

nit: ibi expositis paucis, qui loca explorarent, 5
quum audisset, tenue praetentum litus esse; quod

*animos campestris cernit ulteriora collis videri esse: ostium flumini praealti, quo circumagi naves in stationem tutam vidisse, Meduatus amnis erat. Ergo invectam (pr. invertam) classem subire flumine adverso jussit. Sec. ibique expositis paucis, qui loca explorarent, cum audisset (et ita Andreas) tenue par ita littus esse: (supra scriptum tamen, praetentum. Andreae editio, tenue ita praetentum littus esse) quod transgressis stagna ab tergo sint irrigua aestibus maritimis: agros haud procul proximos campestris cernit, ulteriora colles, inde esse. (ad marginem videri collocat) hostium fluminis praelati (supra scriptum tamen praealti) quo circumagi naves in stationem tutam vidissent. GEBH. Accidit huic loco, quod multis aliis orationibus obliquis, de quibus ad 3, 14. Observat. notavimus. Primum igitur *to sint*, etsi habeant omnes libri, tamen suppositicium esse suspicor: nam cum dixisset Livius: *quod transgressis stagna ab tergo irrigua aestibus maritimis*: intelligi voluit vel ex praecedenti membro *esse*, vel ex sequente *cerni*. Habes deinde *quo circumagi naves cum in stationem tutam vidisset. To cum* in nullis veteribus reperi neque scriptis, neque editis ante Sigonium: pro *vidisset* autem alii codd. *vidissent*. rectius Thuan. Flor. et duo Pall. et Chifl. Vossianusque *alter vidisse*. idque verbum de exploratoribus, non de Cleonymo intelligendum. *Quum audisset*, nempe Cleonymus praeter caetera, *inde esse ostium fluminis praealti, quo circumagi naves in stationem vidisse*. Scilicet eos, qui expositi erant, ut loca*

explorarent. Et sic ediderunt olim Bec. Juntas, Frobenius, Gryphius, Curio. Ita solet autem nosser. Infra c. 34, 8. *Consuli referunt, excessum urbe solitudine haud dubia perspicuum esse, et recentibus vestigiis fugae, ac strage rerum*, etc. Ita uno spiritu continuandum, si retines, quod editur; nam scripti quidam et editi: *id perspicuum*. 24, [30, 3.] *Nuntius occurrit: captam urbem esse, caetera falsa mista veris ferens: caedem promiscuam militum atque oppidanorum factam, ne quemquam puberem arbitrari superesse*. J. FR. GRON. Admodum etiam hic variant codd. et edd. quibus usus sum. Eorum lectiones per satyram memorabo. *ibique expositis* legit Harlej. Sed *voculam ibi* non agnoscunt Florent. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. a sequentibus autem restitutam iterum expunxit Froben. anno 1535. sed certatim revocarunt Basileenses anno 1555. et Sigonius. Hinc *quum audissent* Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaerta. Florent. et Oxon. N. apud Hearnium, qui in C. invenit *audirent*. Ex editis primus Aldus *quum audissent* in contextum recepit, quod, licet *audisset* in erratis revocasset, et ita interim Sigonius etiam emendasset, reliquit tamen usque ad Gronov. servarunt. Sed referendum hoc ad Cleonymum, qui ex reversis exploratoribus audivit: exploratores enim non audita, sed visa, retulerunt: unde patet *quum audisset* legendum esse. Tum *tenue par ita littus esse Haverk. tenue ita littus esse* Portug. in cujus margine emendatur *tenue ita praetentum littus esse*. Et ita habent edd. antt. Aldus quidem

transgressis stagna ab tergo sint, inrigua aestibus
 6 maritimis; agros haud procul proximos campestres
 cerni; ulteriora colles; inde esse ostium fluminis
 praealti, quo circumagi naves in stationem tutam
 vidisse: (Meduacus amnis erat) eo invectam clas-
 7 sem subire flumine adverso jussit. Gravissimas na-

illud ita in contextu expunxit, sed inter errata iterum restituit, quod deinde Froben. anno 1531. ejusque exemplo reliqui recte e-
 jecerunt. De voce *praetentus* hoc sensu v. quae notavi ad Sillii 16, 253. et adde Cel. Burmann. ad Val. Flacci 5, 167. Mox quod *e-
 gressis* edd. Rom. anni 1472. et Parm. in vitis reliquis scriptis et edd. Postea *stagna sint a tergo irrigua* Lovel. 4. *stagna ab tergo sunt irrigua* Fragm. Hav. Harlej. et Hearnii Oxon. N. Reliqui *to sint*, quod Gronovium recte delendum monuisse arbitrator, servant. contra vox *stagna* negligentia librarii in Gaertn. omittitur. Deinde *vestibus marinis* Leid. 1. Lovel. 2. a m. 1. et Lovel. 3. ac 4. Praeterea *cernit* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac C. Sed recte cum editis *cerni* tuentur Florent. Port. et Klock. jungendum enim est *audivisset cerni*. Porro *ulteriora colles; inde esse hostium* Gaertn. et Haverk. Sed passim *ostium* et *hostium*, perperam detracta vel addita adspiratione, in Mllis commutantur. V. infra ad 37, 13, 8. *ulteriora colles videri; esse ostium* Florent. Hearnii Oxon. N. L. 2. C. et Exc. Pithoei. *ulteriora colles inde videntur, esse ostium*, tantum non utraque lectione juncta, Hearnii Oxon. B. *ulteriora videri; unde esse ostium* Fragm. Hav. *ulteriora colles inde viderit; esse ostium* Lo-

vel. 3. et Harlej. *ulteriora colles videri; esse hostium* Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 4. et, praeter Sigonium, omnes editores, (nisi quod in nonnullis interim emendatum fit *ostium*) usque ad Gruter. qui lectionem Sigonii *ulteriora colles; inde esse ostium* admisit. Recte. Ad voces enim *ulteriora colles* subintelligendum ex praecedenti *cerni*. Insuper *praealti fluminis*, transpositis vocabulis, edd. vet. usque ad Froben. qui anno 1535. dedit *fluminis praealti*. Et ita est in scriptis, nisi quod, trajectis literis, *fluminis praelati* sit in Lovel. 3. et Haverk. de quo errore v. ad 5, 37, 7. Post haec sequitur *quo circumagi naves quom in stationem tutam vidisse* in Gaertn. *quo circumagi naves cum in stationem tutam vidisset* in Port. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. *quo circumagi naves in stationem tutam vidisset* in Voss. 1. Lovel. 2. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. *quo circumvehi naves in stationem tutam vidisset* in Leid. 2. et Lovel. 1. sed *circumagere* in hac re infra obcurrit 38, 7, 3. *Quaecumque se classis circumegerat*. Recte autem *to cum deest*, et *vidisse* legitur in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Harlej. Klock. Fragm. Hav. a m. 1. et edd. omnibus, si excipiamus Rom. anni 1472. Parm. et paucas alias, quae habent *vidissent*. §. 6. (Meduacus amnis erat) eo invectam classem subire flu-

vium non pertulit alveus fluminis. in leviora navigia transgressa multitudo armatorum ad frequentes agros, tribus maritimis Patavinorum vicis colentibus eam oram, pervenit. Ibi egressi, levi praesidio navibus relicto, vicos expugnant, inflammant tecta, hominum pecudumque praedas agunt, et

mine adverso jussit me diutius atus erat Haverk. Medicius amnis erat Portug. Mediac; amnis erat Klock. Mediatu amnis erat Lovel. 3. 4. et Gaertn. Meducius amnis erat Harlej. et Hearnii Oxon. C. L. 2. atque in margine N. Meduacum autem, sive, ut etiam vocatur, Medoacum, cujus nomen non temere apud auctores reperiri tradit Glareanus, attamen memorari apud Strab. l. 5. p. 213. Plin. 3, 16. et in Tab. Peuting. docuit Cluverius 1. Ital. ant. 18. p. 143. Tum ergo in vectam classem subire Lovel. 3. et adverso flumine Lovel. 4.

§. 7. *Gravissimas navium non pertulit alveus fluminis* Negativa particula non desideratur in Pall. pr. ac tert. Secundus legit *Gravissimas naves non perculit*. Andreae editio, *Gravissimas navium sarcinas non pertulit alveus fluvii*. GEBH. *Graves summas navium* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Fragn. Hav. a m. 1. *Gravis summas navium* Flor. Videtur olim *Gravissimas* scriptum fuisse, quomodo saepe *optumus, maxumus* ac similia occurrunt. V. ad 3, 17, 5. ut ita error natus sit, partim ex vitiosa unius literae duplicatione, partim ex indocta divisione litterarum, quae erant conjungendae. *Gravissimas naves* praefereunt Portug. et Haverk. *Gravissimas navium sarcinas* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Adparet, mutationis causam librariis fuisse, quod non probarent

genus loquendi, quo tamen Livius alibi saepe usus est. Ita infra 28, 39, 14. *Qua terrarum ultimas finit Oceanus*. Ubi vide. Vocem *navium* omisit scriba Gaertn. quemadmodum vox negativa non deest in Voss. 2. et Lovel. 3. cujus loco se nec invenisse in ed. Aleriensi, testatur Hearnii. Mihi tamen in memoratis Rom. et Parm. non obvium fuit, in quibusdam autem sequentium nec. Quod autem Gebhard. in uno *perculit* invenit, negligentiae librarii adscribendum est. V. infra ad 35, 27, 16. Denique *fluvii* omnes typis excusi usque ad Aldum, cui *fluminis* reponenti concinunt omnes scripti. V. ad 38, 15, 7.

In leviora navigia transgressa multitudo armatorum Praepositio in deest in ed. Mediol. anni 1480. et quibusdam aliis, quae proxime *fluvii*, pro *fluminis*, exhibuerant, a cujus vocis littera finali praepositio illa, per compendium scripta, elisa est. V. ad Livii 35, 8, 9. et *leviora* praefert Mediol. anni 1505. pro quo Aldus primus in *leviora* dedit. Ei vero adimplantur scripti, nisi quod in *minora* legat Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] *minora* Harlej. omissa itidem praepositione, quam vocis sequentis littera initialis interceptit. V. quae infra notantur ad 37, 1, 2. Tum *transgressa multitudine* Lovel. 4. *Mox frequentes agros pervenit*, pro *ad frequentes agros*, Lovel. 2. V. ad 3, 6, 7.

§. 8. *Inflammant tecta, homi-*

dulcedine praedandi longius usque a navibus procedunt. Haec ubi Patavium sunt nunciata, (semper autem eos in armis adcolae Galli habebant) in duas partes juventutem dividunt. altera in regionem, qua effusa populatio nunciabatur; altera, ne cui praedonum obvia fieret, altero itinere ad stationem navium (millia autem quatuordecim ab oppido abe-

num pecudumque praedas agunt] Pall. pr. et tert. *hominumque pecudumque praedas agunt*. Andreas *inflammant tecta hominum: pecudumque praedas agunt*. GEBH. *hominumque pecudumque praedas agunt* etiam Voff. 2. et Lovel. 3. *hominum pecudum praedas agunt* Haverk. *hostium pecudumque praedas agunt* Lovel. 2. V. ad 23, 37, 11. Vulgatum verum est. *Praeda hominum* sunt homines jure belli capti. Infra 24, 16, 5. *Praeda omnis, praeterquam hominum captorum, militi concessa est*. 31, 18, 5. *Philippus, auro argentoque, quae coacervata erant, accepto, hominum praedam omnem amisit*. Paullo ante *praesidio levi*, transpositis vocibus, Florent. Voff. 2. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quorum fide recepi. *praesidio leni* est in Lovel. 4. sollemni scribarum aberratione. V. ad 36, 31, 8. Praeterea *vicos vi expugnant*, addita media voce, editiones Aldina priores. Ita supra loquitur Livius 5, 22, 8. *Operibus tamen, non vi, expugnata est*. Quum tamen in diversa abeant scripti, constanter vocem *vi* non agnoscentes, iis invitis etiam nihil muto.

Longius usque a navibus procedunt] Campan. *longiuscule a navibus procedunt*. GEBH. Ita et Neap. Latini. *longiusque a*

navibus procedunt, prima syllaba *rov* usque a finali vocis proxime praecedentis intercepta, Gaertn. et Haverk. *longiusquam a navibus procedunt* Hearnii Oxon. C. *longius inque manibus procedunt* Leid. 2. Sed de voce usque v. Gronov. 3. Obs. 19. *longius usque a navibus procedunt* Lovel. 2. Cl. Hearne notat, *Sigonium* edidisse, *longius, ut fit, a navibus procedunt*. Verum mihi ante oculos sunt tres ejus edd. quarum duae eo vivente, tertia post mortem ejus prodierunt; in nulla tamen earum hanc lectionem invenio.

§. 9. *In duas partes juventutem dividunt. altera in regionem] dividit* Leid. 2. *dividunt* Gaertn. Tum *alteram in regionem* Florent. Leid. 1. Voff. duo, Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Gaertn. et Fragm. Hav. Sed ultima litera priori voci adcrevit ex voce sequente. V. ad 3, 48, 5. Vel error ortus est ex eo fonte, quem indicavi ad 6, 3, 8. Paullo ante *semper auctores eos in armis* Harlej. *semper autem in armis eos* Lovel. 4.

Altero itinere ad stationem navium] Fortassis alio. J. FR. GRON. Codd. nulli aliquid mutant. Non displicet tamen Gronovii conjectura. Solent enim voces *alter* et *alius* in Mssis confundi. V. ad Epit. Liv. 50. Vel potius cum Cel. Burmanno legendum censeo *avio itinere*. No-

rat) ducta. In naves parvas, custodibus interem- 10
tis, inpetus factus; territique nautae coguntur na-
ves in alteram ripam amnis transjicere. et in terra
prosperum aequae in palatos praedatores proelium
fuerat: refugientibusque ad stationem Graecis Ve-
neti obsistunt. Ita in medio circumventi hostes 11
caesique; pars capti classem indicant regemque

lebant enim praedonibus obviam
feri: no itaque in eos inciderent,
avium iter consectabantur. Suct.
in Aug. 96. *Auctore Divo Caesare,*
cujus sibi species itinere avio ob-
currisset. Tum a statione na-
vium Fragm. Hav. a m. 1. *ad*
stationes navium Lovel. 4.

Millia autem quindecim ab
oppido aberat] Notabili negle-
gentia sive Gruterus, ultimum
Livium edens, sive is, cui edi-
tionis ejus curam commisit, of-
ficio suo functus est, praesertim
in numeris, qui in prioribus per
notas scripti erant, vocibus ex-
primendis; cujus hic novum e-
didit exemplum. Quum enim ad-
huc *XIII* editum fuisset, ibi
demum *quindecim* substitutum
est; quod recentiores servarunt.
Piskinam itaque lectionem re-
vocavi, siquidem non tantum
omnes codd. mei, sed et Hear-
nii Oxon. L. 2. N. B. ac C. vel
XIII, vel *quatuordecim* prae-
ferant. Cluverius tamen 1. Ital.
ant. 18. p. 148. *XXIII*. legen-
dum censet. Praeterea *millibus*
autem Lovel. 4. *milliaria* Hear-
nii Oxon. L. 1. et C. V. ad Epit.
Liv. 130. Deinde *ab oppido ab-*
erant edd. antt. ante Frobenia-
nam anni 1535. et Hearnii N. qui
in C. *ab oppido erant* invenit;
ut referendum sit ad praecedens
navium. Sed reliqui vulgatum
defendunt.

§. 10. *In naves parvas, cu-*

stodibus interemtis, inpetus fa-
ctus] *In naves, prius custodi-*
bis interemtis Lovel. 1. in con-
textu; sed pro *prius* in margine
emendatur *parvis*, quomodo et-
iam praeferunt Florent. Voff.
ambo, Leid. ambo, Lovel. 3.
et Fragm. Hav. a m. 1. *Ad na-*
ves etiam Voff. 2. et Lovel. 3.
Vox *parvas* deficit in edd. Rom.
anni 1472. ac Parm. quae eadem,
simul cum aliis tempore proxi-
mis excusis, insuper praeferunt
ignaris custodibus interemtis,
repentinus impetus factus. Pri-
mus Aldus vocem *ignaris*, dein-
de Froben. anno 1535. alteram
repentinus omiserunt, quas et-
iam nulli codd. meorum agno-
scunt. Mox *nautae cogunt,* pro
coguntur, Leid. 2. V. ad hujus
lib. c. 10, 1.

Et in terra prosperum aequae in
palatos praedatores proelium
fuerat] *et interea* Voff. 2. Lovel.
3. 4. et Gaertn. invitis reliquis.
Deinde *properum aequae in pela-*
gitis praedatores Klock. Eodem
modo *prosperae* et *propere* etiam
supra commutabantur 5, 46, 6,
(* 39, 31, 4.) Pro *palatos*, manu
recenti *palantes* factum erat in
Florent. Male. V. ad 1, 11, 1.
palatos praeda praedatores sine
sensu est in Haverk. Mox *fugien-*
tibusque Fragm. Hav. a m. 1. *re-*
fugientibus Gaertn. Tum *ad sta-*
tionem, pro *ad stationem*, ite-
rum Lovel. 4. V. ad §. praec.
§. 11. *Ita in medium circum-*

12 Cleonymum tria millia abesse. Inde, captivis proximo vico in custodiam datis, pars fluviatiles naves, ad superanda vada stagnorum apte planis alveis fabricatas, pars captiva navigia armatis complent. profectique ad classem, immobiles naves, et loca ignota plus, quam hostem, timentes, circum-

venti hostes caesique] Libri omnes in medio. GEBH. A Curione provenit: nam et Gryphius cum scriptis editisque ante in medio. Sic infra c. 20, 5. *Qui vagos praedatores in agros palantes excipiant fecerunt, fastidientes scilicet plebejum in agris.* J. FR. GRON. in medio etiam omnes mei. Ante Curionem vero in medium etiam dederunt Basileenses anno 1539. Praeterea *Inde in medio* Portug. et Hearnii Oxon. B. Voces etiam *hostes caesique* non adparent in ed. Rom. anni 1472. Mox omnia haec *pars capti classem etc. in custodiam datis* omittuntur apud Hearnium in Oxon. L. 1. cui errori ansam dedit repetitio vocis *pars*. V. ad 9, 11, 11.

Regemque Cleonymum tria inde millia abesse. Ibi captivis] Pall. pr. et tert. *regemque Cleonymum III. mil' abesse. Inde captivis. sec. regemque Cleonium quatuor milibus abesse. Inde captivis.* Andreas quoque edidit *tria millia abesse. Ibi captivis.* GEBH. Deficiunt omnes scripti 74] *Ibi:* habent autem *tria* (nonnulli *quatuor*) *millia abesse. Inde captivis.* ut et Juntas. Nam Andreas, Ascensius, Bechar. Mogunt. *tria millia abesse. Ibi captivis.* Vulgatam apud primum inveni Gryphium. J. FR. GRON. Primo *Cleonymum* Voss. 2. *Cleonymum* Lovel. 3. *Cleoninum* Lovel. 1. et Harlej. *Cleoninum* Gaerta. *Cleo-*

nium Lovel. 4. et Haverk. *Cleomenem* Lovel. 2. V. supra notata hoc cap. ad §. 1. Tum *tria millia abesse. Inde captivis* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Klock. Fragm. Hav. et Florent. *tribus millibus abesse. Inde captivis* Voss. 1. et Lovel. 1. [Veith.] Neque aliter Lovel. 4. nisi quod perperam verbum *abesse* omitat. *tribus millibus abesse. Ibi captivis* Harlej. cum primis edd. *tribus m. inde abesse. Captivis* Leid. 2. *quatuor millibus abesse. Inde captivis* Portug. Gaerta. et Haverk. *III millia abesse. Inde captivis* Lovel. 2. Hearnius etiam testatur, se *quatuor millia abesse* in Oxon. N. B. et Exc. Pithoei, *tribus millibus abesse* in cod. C. invenisse. Per compendium scriptum fuerat *III. M.* unde incerti, quemadmodum reddendum foret, librarii modo *tribus millibus*, modo *tria millia*, quod in optimis superest, dederunt. V. ad 25, 9, 16, et 40, 18, 5. Vulgatum autem ante Gryphium jam exstitit in Froben. anni 1535. Basileensi anni 1539. et Vascos. Nescio itaque, qua ed. Sigonii usus sit Cl. Hearne, ex qua didicit, Sigonium e vet. lib. emendare *Ibi captivis*, quod jam diu ante ipsum receptum erat: quum contra ad haec verba nihil in Scholiis adnotarit.

§. 12. *Fluviatiles naves, ad superanda vada stagnorum apte planis alveis fabricatas]* *fluviatiles naves* Fragm. Hav. a m. 1.

vadunt: fugientesque in altum acrius, quam repugnantes, usque ad ostium amnis persecuti, captis quibusdam incensisque navibus hostium, quas trepidatio in vada intulerat, victores revertuntur. Cleonymus, vix quinta parte navium incolumi, nulla regione maris Hadriatici prospere adita,

fluviales naves Harlej. *fluviales naves* Lovel. 1. *fluviales naves* Leid. 2. Portug. et Haverk. Sed meliores vulgatum cum editis servant. Tum apte planis alveis fabricatas Leid. 2. V. ad 31, 22, 8. apte planis alveis fabricatis Flor. apte planis alveis fabricatis nautis Lovel. 4. Qui mox etiam perperam complevit dedit, quia displicebat locutio pars complent. Sed de ea v. ad 5, 38, 5.

Loca ignota plus, quam hostem, timentes] *loca ignota postquam hostes timentes* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. qui omnes etiam paullo ante profectisque praefert, pro profectusque. Vocula que aberat a Gaertn.

§. 13. *Fugientesque in altum, ac nusquam repugnantes*] Membranae optima fugientesque in altum acrius, quam repugnantes. optime. MOD. Palat. sec. depugnantes. Modii lectionem in nostris non inveni codicibus. GEBH. Lectionem Fuldensem, *fugientesque in altum acrius, quam repugnantes*, confirmant nobis optimi quique et antiquissimi in Gallia, et Italia libri. J. FR. GRON. Cod. Fuldensis lectionem soli ex meis firmant Florent. et Klock. Reliqui vulgatum servant, nisi quod *ac nusquam depugnantes* habeant Portug. et Haverk. Passim verba cum vocalis *de* et *re* composita miscetur inter se. V. ad 9, 10, 6. *repugnantes* hic verius esse,

nullus non videt. hoc nusquam repugnantes se in Oxon. L. 2. offendisse, Hearnius monuit. *fugientes*, sine conjunctione *que*, praefertur edd. Rom. anni 1472. et Parm. [*captisque quibusdam* Veith.]

Usque ad ostium amnis persecuti] Vocula usque abest a Lovel. 2. Tum *persecutis* Leid. 2. et Lovel. 1. a m. 1. *prosecuti* Lovel. 4. et Gaertn. V. ad Epit. Liv. 99. *Mox ingentisque navibus, pro incensisque*, Florent. Praeterea *intulerat in vada*, mutato ordine vocum, Gaertn.

§. 14. *Cleonymus, vix quinta parte navium incolumi, nulla regione maris Hadriatici prospere adita*] *Cleomynius* Voss. 2. *Cleominus* Fragm. Hav. a m. 1. *Cleomimus* Leid. 2. et Lovel. 3. *Cleomenes* Lovel. 2. *Cleoninius* Gaertn. *Cleonitius* Haverk. *Cleonius* Lovel. 4. Tum *rex*, pro *vix*, Neap. Latinii. Supra etiam hoc cap. eum *regem* Livius vocavit. V. ad §. 1. hujus cap. Praesertatamen vulgatum. Hinc *quinta parte incolumi navium* Leid. 1. *Deinde maris Adriatici* Voss. ambo, Lovel. 1, 3. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *Adriatici maris* Lovel. 2. V. supra hoc cap. ad §. 4. *maris Adriatici* Leid. 1. *maris Adriaci* Lovel. 4. qua forma apud poetas potius obcurrit. *Hadriaticus* Livius ubique usurpavit. Denique *prospere addita* Leid. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. supra ad 4, 57, 11.

diocessit. Rostra navium spoliisque Laconum, in aede Junonis veteri fixa, multi supersunt, qui videntur. Patavii monumentum navalis pugnae eo die, quo pugnatum est, quotannis sollemni certamine navium in flumine oppidi medio exercetur.

Rostra navium spoliisque Laconum, in aede Junonis veteri fixa] Pall. duo et Andreas spoliisque Graecorum. Campanus spoliisque latronum, ut refert quoque Palat. sec. suprascriptum. GEBH. spoliisque latronum Leid. 2. et Lov. 1. spolia quoque Graecorum Lovel. 2. spoliisque Graecorum Lovel. 3. 4. Gaertn. Hearnii Oxon. L. 2. et pricae edd. pro quo Aldus Laconum substituit; quod recentiores servarunt, et meorum codd. reliqui firmant. spoliisque Graecorum ac Laconum, juncta utraque scriptura, in Oxon. N. superesse, Hearnii auctor est. Alibi tamen Livius potius *Lacedaemonios*, quam *Laconas*, vocavit; nisi quod bis occurrat 35, 12, 8. c. 13, 2. et inde formatum *Laconica ora* obcurrat 38, 30, 6. Deinde in aede Junonis veteri Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et quaedam vett. edd. V. infra hoc lib. c. 18, 8.

§. 15. *Patavii monumentum navalis pugnae eo die, quo pugnatum est, quotannis*] V. Victor. 18. Var. Lect. 4. DUK. Prima vox deficit in Lovel. 4. quemadmodum illae, *eo die, quo pugnatum*, in Voss. 2. sequens est in Gaertn. et Haverk. Tum *quot annis* Lovel. 1. Mox *flumine in oppidi medio* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Gaertn. Port. Haverk. Fragm. Hav. et ed. Parm. Sed praepositionem in neglexit Lovel. 4. vocem oppidi ed. Rom. anni 1473.

§. 1. *Cum Vestints etc. ictum*

est foedus. Multiplex deinde exortus terror] in Vestinis Haverk. cum Vescinis Gaertn. Tum *Multiplex inde exortus est terror* idem Gaertn. Sed deinde, quod reliqui omnes scripti firmant, et inde saepe in MS. commutari, infra videbimus ad 36, 24, 10. *Multiplex deinde terror ortus* Lovel. 4. Sed alibi verba oriri et exoriri in MS. commutantur. V. ad 4, 45, 7.

§. 2. *Etruriam rebellare, ab Aretinorum seditionibus motu orto, nunciabatur*] *Et Etruriam rebellare* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed vocula *Et* repetita est ex primis literis vocis sequentis. V. infra ad 10, 16, 3. Tum *Arretinorum* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. et multae edd. V. ad 9, 32, 1. Deinde *metu orto* Haverk. V. ad 3, 69, 2. *metus ortus* Voss. 2. Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1.

Ubi Licinium genus praepotens, divitiarum invidia pelli armis coeptum] Eram in Sequanis a gravissimo morbo ἀσθενῶν adhuc καὶ μαλακῶδους, cum opportune ad animi mentem recreandam adfertur mihi a Claudio Chifetio J. C. vetus exemplar Livii. Bibliothecae Vespasianensis esse ajebat. In illo MS. invenio ubi *Cilnium genus*. Assensi statim, eoque libentius, quod et veteres editiones Livii partim ubi *civium genus* habent, partim ubi *Licinium civium*, cum haesitantes videlicet librarii illud *Cilnium* in *civium* vertissent. Hi porro Cilnii sunt, nisi fallor, a quibus primam originem

III. Eodem anno Romae cum Vestinis, petenti-
bus amicitiam, ictum est foedus. Multiplex dein-
de exortus terror. Etruriam rebellare, ab Arreti-
norum seditionibus motu orto, nunciabatur: ubi
Cilnium genus praepotens, divitiarum invidia pelli

C. Maecenatis illius Musarum patri-
troni petendum est. Argumento
gentile ejus nomen Cilnius: ar-
gumento et hic Livii locus, qui
Cilnios istos Etruscos Aretinos
constituit. Atqui profecto Mae-
cenas populo Etruscus, domo
Aretinus fuit. Colligitur ex epi-
stola Augusti apud Macrobius
[2. Saturn. 4.] in qua praeter
cetera delicata nomina *Laser*
Aretinum a patria prima vocatur.
Emendandus ita Livius in-
fra [c. 5, 13.] *Seditionibus tan-
tum Aretinorum compositis, et*
*Cilnio genere cum plebe in gra-
tiam reducto.* ubi item vulgati
Licinio. In Silio Italico error
similis 7, [29.]

*Cilnius Arreti Tyrrenis ortus
in oris
Clarum nomen erat.*

ubi perperam vulgo *Cilnius*. Nec
dubitandum, quin aspexerit ad
gentem et ortum Maecenatis. Hu-
jus in Livio lectionis non solum
testem, sed etiam approbatorem
habeo eruditissimum Victorem
Giselinum, hominem junctum
mecum fidelissima gratia, et cu-
jus mihi non modo jucunda con-
suetudo fuit, sed etiam consilia
et fides salutaris. LIPS. 1. An-
tiq. lect. 22. Mendose in exem-
plaribus ubi civium *Licinium*
genus. Sic in Aldinis vetustiori-
bus. Sed genuina lectio *Cilnium*
est, ut opinor. Antiquissimo nam-
que regio stemmate clarissima
fuit apud Tascos haec gens Cil-
nia. Quod etiam testatur Hora-
tius poeta, qui *Cilnium* Maeca-

natem suum *regibus atavis edi-
tum* cecinit [1. od. 1, 1.] Itaque
duobus Livii locis verum hoc no-
men, a scriptoribus librariis non
intellectum, corrupta voce sub-
lata, restitui debet: sicut etiam
doct. Justus Lipsius nomen hoc
correxerat. PIGH. in *Annal. ad ann.*
cdlii. p. 381. Vetus codex, qui
est apud me, scriptus manu
doctissimi viri Poggii Floren-
tini, habet *Cilnium genus*,
non *Licinium*. Unde videtur,
tum hic *Cilnium genus* scri-
bendum esse, tum paulo post
Cilnio genere, non *Licinio*,
ut vulgo habetur his plane ver-
bis. *Pacatam*, inquit, *ab*
*Dictatore Etruriam esse, sedi-
tionibus tantum Arretinorum*
compositis, et Licinio genere
cum plebe in gratiam reducto
etc. Hujus autem loci emenda-
tio, ne quem sua laude fraude-
mus, debetur Octavio Pantaga-
tho, qui primus animadvertit,
tum apud Livium, qui fortasse
Maecenati hoc loco gratificari
voluit, tum apud alios scriptores,
in nullo magis nomine librario-
rum vitio erratum esse, quam in
eo, quo C. Cilnius Maecenas
affectus fuit. Quem tamen Arre-
tinum, splendido genere, et, ut
ait Horatius, *atavis Regibus or-
tum*, Augusti maxime familiarem
scimus fuisse. Equitem item Ro-
manum, nullo alio functum ma-
gisfratu, ut T. Pomponius At-
ticus, dimidium animae Cicero-
nis. Is verus aliquot scripsit, in
quos invehitur Seneca [Epist.
114.] licet aliquos etiam laudet
[Epist. 19.] Et in eum rur-

armis coeptum: simul Marsos agrum vi tueri, in

sus lusit Augustus in epistola, cuius aliquot verba refert Macrobius [2. Sat. 4.] sed mendosissima. Sunt autem haec. *Vale mel gentium, metuelle, * ebur ex Etruria, laser Arretinum, adamas supernas, Tiberinum margaritum, Ciliniorum* (sic enim legendum pro *Cilneorum*) *smaragde, jaspis figulorum, berylle Porseae carbunculum habes. Ινα συντέμω πάντα μαλάγματα moecharum.* Tacitus certe solus 6, [Ann. 11.] paene incorruptum hoc nomen edit, cum ait, *Caeterum Augustus bellis civilibus Cillinium Maecenatem equestris ordinis cunctis apud Romam et Italiam praeposuit.* Pantagathus autem emendationem suam Silianis maxime versibus tuebatur ex 7. belli Punici [39.]

*Cilinus Arreti Tyrrhenis ortus ab oris
Clarum nomen erat, etc.*

Nam a *Cilino Cilinius* est, ut a Licino Licinius, ab Aemilo Aemilius, a Tullo Tullius, a Rutilo Rutilius, a Plauto Plautius, a Planco Plancius, atque alia id genus. Nec potest Silianum carmen in *Licinum* mutari, nam prima syllaba corripitur, ut in hoc veteri carmine:

*Marmoreo in tumulo Licinus
jacet, at Cato parvo,
Pompejus nullo. credimus
esse Deos?*

Maecenatis autem cognomen reperitur in veteribus monumentis per *AE*, ut etiam in vetustissimis libris, non per *OE* scriptum, ut *Maecia tribus, Maecianus, et Maecilius* item in numismatibus antiquis. *URSIN.* Scio, Janum Doussam patrem collegisse ad Horatiana

sua, quidquid exstaret apud scriptores de Maecenate ejusque majoribus. Nescio tamen, an et locum istum adduxerit; qui hactenus delituit sub *Licinio genere*. At tangi data opera a Livio Maecenatis stirpem, nemo est, qui non sentiat. Emendationis hujus auctorem esse puto Pighium; nam et hujus amici, ut et alterius, commentariis destitutus nihil pronunciare possum. Interim nullum eorum, qui in Livium hactenus scripsere, suspicatum umquam fuisse, tangi heic viri illius liberalis familiam, plus quam monstri simile est. quae enim oblivisceretur Smaragdi hujus sui temporis Livius. *GRUT. Pall. pr. et tert. ubi civium Calvium genus. sec. ubi Cuilinum genus.* supra scriptum tamen *Cilinium*. quam scripturam quoque ex V. C. scripto manu Poggii consignavit notis suis Fulvius Ursinus. Forte legendum *ubi Cilnium genus*. nam notissimum jam est ex doctissimorum virorum lucubrationibus, nomen gentile Maecenati *Cilnium* exstitisse. Dein omnino verisimilis est Pantagathi sententia, occasionem cepisse Livium gratificandi, ejusque mentionem in historiam suam inserendi. Haec ante nos observavit decus literarum nostrarum, lampas Belgii, Justus Lipsius Antiq. lect. 1, 22. *GEBH.* In plerisque manuscriptis locus misere est depravatus. *verti linum genus* habet Harlej. *ubi Ciluinum genus* Portug. et Gaertn. *ubi Cuilinum genus* Haverk. *ubi cuium Calvium genus* Voff. 2. *ubi civium Calvium genus* Lovel. 3. *ubi civium Licinium genus* Lovel. 2. cum edd. Mediol. anni 1480. multisque sequentibus. *ubi Cilinium genus* Oxon. C. apud Hearnium, qui in Oxon. B. et N. *ubi civium Ci-*

quem colonia Carseoli deducta erat, quatuor mil-

linium genus invenit; ita tamen, ut ad posterioris marginem ubi *Licinium* vel *Sicinium genus* adscriptum fuerit. ubi *Licinium genus* est etiam in edd. Rom. anni 1472. et Parm. quod deinde mutatum Froben. anno 1535. revocavit, et proximi usque ad Grateram servarunt. ubi *civium Cilinium genus* Fragm. Hav. ubi *civium Cilutium genus* Flor. a m. 1. in quo ubi *civium Cilnium* emendatur a manu satis antiqua. neque aliter existat in Leid. 1. et Lovel. 4. At recte ubi *Cilnium genus* praeferunt Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. unde haud multum differt scriptura Klock. ubi *Cilneum genus*. V. Ant. Augustin. de nomin. pr. Pandect. c. 5. p. 345. De Arretinorum Etruscorum gente *Cilnia* v. Dempferi Etrur. reg. 2, 54. et Meibom. Maecen. c. 3. Adde commentatores ad Taciti 6. Ann. 11.

Simul Marsos agrum vi tueri, in quem colonia Carseoli deducta erat Postea anno cdlv. rursus deducta refertur [c. 13, 1.] Credo memoria lapsum Livium, non bis deductam coloniam. quatuor enim duntaxat anni intersunt, nec uspiam interea amissa describitur. GLAR. Aliquot libri habent *simum a Marsis*. Quo fit, ut putem legendum esse, *simul a Marsis agrum vi teneri*. Nam sequitur, *proelio uno Marsos fundit*. Carseolos coloniam biennio post Albam et Soram deductam scribit Vellejus [1, 14.] Cur autem Livius hanc deductam quadriennio post etiam repetat, ut de Sora ante admonui [cap. praec.] causa incerta est. SIG. Sigonius existimat, legendum *simul a Marsis agrum vi teneri*. Pall. pr. et tert. *simul Marsum agrum intueri*. sec. *simul a Marsis agrum tueri*. Andreas edidit *simul*

editiones principes defensitant vulgatum *facta*. GEBH. Sigonius magis probat *habita* e suo veteri. Sane tribus nostris ea vox profus exulat: verum in aliis tribus existat integra. Cum autem toties dicat Livius *perfecta comitia*, quare non et *facta* diceret. Habes hoc lib. [c. 16, 1.] *Comitiis perfectis veteres consules jussi bellum in Samnio gerere*. J. FR. GRON. Probum est *facta*. Liv. 5, 1, 1. *Comitia utriusque populilongè diversa ratione facta sunt*. Ibid. c. 14, 4. *Comitiis, auspiciato quae fierent*. Sic concilia *facere* 3, 10, 8. DUK. Idem Gronov. in priori ed. notarum testatus, vocem *facta* a melioribus codicibus suis deficientibus sententia profus exfulare, legendum suspicatur *ea comitia inita*. Nam ad sensum aliquid tale requiri, neque facilius quidquam a praecedentibus literis potuisse absorberi. Rectius tamen in posterioribus curis vulgatum contra Sigonium defendit. Nam *ea comitia habitu* tantum inveni in Lovel. 4. neque vox *facta* in aliis, quam Leid. 1. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a. m. 1. defuit. Non tantum *perficere comitia* apud Liv. obcurrit 22, 34, 3. 25, 41, 10. 30, 39, 5. et alibi: sed et *fieri*, ut hoc loco *facta*, dicuntur supra 1, 35, 1. *Eo magis Tarquinius instare, ut quam primum comitia regi creando fierent*.

Id unum non ambigitur, consulatum cum Appulejo Pansa gessisse] *id unum vero ambigitur* Lovel. 4. Error ex compendio non natus est, pro quo scriptum fuisse non existimavit Libarius. v. ad 31, 35, 1. Tum *Pansa* Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *ges-*

sisset Lovel. 4. gessisse M. Valerium Haverk.

§. 1. *M. Valerio*] Et hic rursus Valerium absque cognomine profert, ut anno ab urbe condita CDXLIII. [9, 28, 8.] fecerat, et bis, hoc adhuc anno [c. 9, 3.] et sequenti [c. 11, 4.] quamquam Maximus hic fuit dictator, ac illi consulatus duobus sequentibus annis datus videtur. Id unum apud me dubium, num Corvinus etiam Maximus sit cognominatus, an alius quispiam M. Valerius cum Corvino hoc tempore vixerit ex eadem familia. Nam a quadringentesimo ab condita urbe anno novies in magistratu M. Valerii nomen reperias: sed Corvinus anno CDVII. primum fit consul. in sex sequentibus locis aliquis alius semel fuit consul, non Corvinus. At qui ex illis locis sit, non satis liquet; suspicor tamen anno CDXLIII. Alioqui Corvinus hic erat VI. consul, ac anno sequenti VII. quod non videtur verisimile. Nemo enim ante C. Marium septies consul fuit Romae, auctore Plutarcho [in Mario p. 432.] Plinius sane 7, 48. a primo Corvini consulatu ad sextum usque ante intercessisse annos XLVI. quod ego intelligo non connumeratis extremis. At hic annus est XLVII. Quare sequenti, non hoc anno, puto Corvinum sextum fuisse consulem, ubi Torquato subrogatus fuit: et vel hunc locum, vel eum anno ab urbe condita CDXLIII. ut diximus, de alio intelligi Valerio. Sane lex de provocatione a Corvino magnae auctoritatis viro lata videri potest. Et fortassis dictatori prioris anni male additum *Maximus*. Nam et Livius in comparatione illa, ex nomine *Maximi* orta, la-

torum annorum cladibus domitum, haudum foederis novi poenitebat. Romae quoque plebem quietam et exoneratam deducta in colonias multitudo

psus videtur, ut paullo ante [c. 3, 4.] demonstravimus. Sane Livianus codex in his oppido negligens est, authorisne culpa, an temporum injuria, igitur. GLAR. Recte Glareanus contendit, M. Valerium, hujus anni ordinarium, et sequentis suffectum consulem, fuisse celeberrimum M. Valerium Corvum, quia Plinius docet 7. H. N. 48. inter primum et sextum Corvi consulatum quadraginta et sex annos interfuisse. Tot autem anni interesse reperiuntur a Corvo primum consule ad M. Valerium T. Manlio subsectum, si Plinius similes, ac Livius adhibuit, factos secutus sit, et annos utrimque extremos connumeraverit: nam secundum factos Capitolinos, connumeratis extremis, intersunt anni quinquaginta. Quod autem Glareanus annos quadraginta et sex interesse dicat, non connumeratis extremis, inde fit, quod a Livio discedens eo temporis spatio duos annos interponat. Glareani sententiam, *Corvum* cognominatum fuisse hujus anni consulem M. Valerium, confirmant Fasti Idatiani, secundum quos hoc anno consules fuerunt *Corvinus* et *Pansa*. Confirmant etiam Fasti, quos Noris. ex Biblioth. Caesarea depromsit, qui hujus anni consules vocant *Corvum V.* et *Pansam*. Sexti consulatus, anno sequente gesti, neque hi, neque illi fasti meminerunt, quia fuit suffectus, et suffecti rationem non habuerunt. Hinc sequitur, si M. Valerius hoc anno ex dictatore consul factus est, et Corvi cognomen habuit, anni prioris dictatorem non *M. Valerium Maximum*, sed *M. Valerium Corvum* fuisse; quod Glareanus quidem conjectura adsecutus est, sed monumenta

postea reperta verum esse docuerunt. Nam secundum Fast. Idat. annus, qui hunc nostrum praecedit, exactus est *sine consulibus*, eoque *Corvinus dictator*, et *Aemilius magister equitum mensibus sex deinde fuerunt*. Fasti autem Norisii, quibus et Cuspinianus usus est, eodem illo anno tamquam consules proferunt *Corvum II.* et *Rullianum II.* quos eo anno secundum dictatores fuisse, Pighius docuit in Annal. ad ann. CDLII. p. 381. Hinc iterum sequitur, si non *M. Valerius Maximus*, sed *M. Valerius Corvus* eo anno dictator fuit, Livium supra c. 3, 4. lapsum esse, quum crediderit, *ex Maximi cognomine ortum errorem annalium fuisse*. Vide, quae eo loco notavi. Praeterea, quum a primo Corvi usque ad subsectum M. Valerii consulatum septem M. Valerii consules recensentur, et Corvus tantum sexies consul fuerit, recte iterum Glareanus unum eorum, et quidem eum, qui anno CDXLIII. consul fuit, et Livio simpliciter *M. Valerius*, omisso cognomine, vocatur 9, 28, 8. a M. Valerio Corvo diversum fuisse, conjicit. Idenim probant postea reperti Fasti Capitol. Consul. et Triumph. eo anno integri, qui illius anni consulem *M. VALERIVM. M. F. M. N. MAXIMUM* vocant. Quod autem idem Glareanus apud se dubium esse testetur, utrum Corvus etiam *Maximus* cognominatus sit, de eo ita sentio; licet incertum sit, utrum Corvus ex familia Maximorum, an Publicolarum gentis Valeriae procreatus sit, ut docet Pighius in Annal. ad ann. CDV. p. 296. attamen verius videri, eum, postquam *Corvus* dici coepit, priscum cognomen, si-

praestabat. tamen, ne undique tranquillae res essent, certamen injectum inter primores civitatis, patricos plebejosque, ab tribunis plebis Q. et Cn. O-

vo illud *Maximus*, sive *Publicola* fuerit, omisisse. In *Fragm. enim Fast. Capitolin.* Consul. quo anno primum consulatum obtinuit, vocatur : . . . : *ERIVS. M. F. M. N. CORVVS* : reliqui vero consulatus cum utraque dictatura injuria temporum perierunt. in *Fastis etiam Triumph.* in secundo, tertio, ac quarto consulatu simpliciter tantum *CORVVS* cognominatur, neque in illis vel semel tantum etiam *Maximi* cognomen ei tribuitur, ubi tamen toties duo, immo nonnumquam tria, magistratum cognomina recensentur.

Q. Apulejo] *Appulejo* ex *Capitolinis tabulis.* SIG. V. supra ad *Epit. Liv. 5.* Ceterum plerique codd. hic et cap. praec. in fine *Apulejo* scribunt, quidam etiam *Apulegio* et *Appulegio*. Omnes autem voces *M. Valerio* et *Q. Appulejo* desunt in *Gaertn.* Mox vero transpositis vocibus *pacatae res foris fuere* praefertunt *Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et edd. Frobeniana* anni 1535. priores. *pacatae res foris fuerunt Lovel. 4.*

§. 2. *Etruscum adversae belli res et induciae quietum tenebant*] *Pall. pr. tert. et Andr. adversae belli res. sec. adversa res belli.* Denique *Camp. belli res adversa. GEBII.* Scripti plerique et editi ab *Andrea* omnes ante *Gryphium adversa. l. 4, [55, 5.]* est : *Ea adversa civitati res viri tribuniciae actioni adjecit. Tacitus 4. Hist. 5. Unde arcta Leptitanis res.* Quod haud scio, an jure sollicitent viri docti. *Virgilius [1. Aen. 563.] Res dura et regni novitas. Venit tamen in*

mentem, *to res* vocabulum esse auctori invito saepe inculcatum ; praeterea hic in tam propinquo non jucunde repeti : denique nec scripti omnes sibi constant. *Voss. et Pall. unus adversa res belli. Rottendorfsianus, quo nunc incipio uti, adversi belli res. Campanus belli res adversa.* Quae omnia me movent, ut scripsisse *Livium* putem : *Etruscum adversa belli, et induciae quietum tenebant.* Sic ipse *incerta belli. J. FR. GRON.* Quantum ex *Gronovio* et *Hearnio* intelligo, MSS. omnes habent *res*, nec ulla varietas hic est, nisi in voce *adversae.* Sed *adversae belli res* non minus recte dicitur, quam *3, 9, 1. secundae belli res.* Offendisse *Gronovium* credo bis in brevi intervallo repetitum *res.* Nec tamen hoc infrequens est *Livio. DUR.* Cum *Gronovio*, *adversa* ex scriptis plerisque et editis reponenti, faciunt non tantum *Hearnii Oxonienses*, sed et mei omnes, nisi quod tamen *adversae* fuerit in *Gaertn. a m. 1. et ex optimo Florent.* nihil notatum invenerim. Eorum itaque auctoritate in contextum admisi. Non tamen primus est *Gryphius*, qui *adversae* reposuerit ; sed ita ante *Gryphium* *Frobenius* anno 1535. eumque secuti plures *Gryphio* priores ediderunt. An tamen vox *res*, ut *Gronovius* censuit, delenda sit, alia quaestio est. *adversa res belli* praefertunt etiam *Leid. 2. Portug. Gaertn. et Haverk.* Eam vocem saepius a librariis alieno loco inculcatam esse, agnosco. Deinde *adversa* pro rebus adversis dici, infra videbimus ad *30, 12, 6.* Praeterea, *adversa belli*, simillique modo formatas locutiones, *Livio* in deliciis fuisse, supra di-

4 gulniis. qui, undique criminandorum Patrum apud plebem occasionibus quaesitis, postquam alia frustra tentata erant, eam actionem susceperunt, qua non infimam plebem accenderent, sed ipsa capita 5 plebis, consulares triumphalesque plebejos: quorum

etum est ad 7, 21, 8. Vallem tamen, repetitionem vocis *res*, quae modo praecessit, non numerari inter causas, cur hoc loco expungenda esse videatur. Non modo enim Livium a quarumvis vocum, verum etiam a repetitione *roures*, parum sibi cavisse, partim ad 1, 3, 9, partim ad 2, 18, 2. pluribus exemplis evici. Si itaque codices probatae fidei forent, quorum testimonio constaret, eam vocem a librariis insertam esse, Gronovio delenti inter primos adsentirer. Nunc vero, omnibus Mssis invitis, sententiam ejus probare nequeo.

§. 3. *Plebem quietam et exoneratam deducta in colonias multitudo praestabat*] Vocula et deficit in Voss. 2. sed eam interceptisse videtur vocis sequentis syllaba initialis. V. infra ad 44, 43, 3. Tum *exhonoratam* Leid. 1. Lovel. 1. 2. et Fragm. Hav. *exhonoratam* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 36, 40, 9.

Certamen inceptum inter primores civitatis] *certamen injectum* melius, quam *incoceptum*. GELEN. Gelenius emendabat *incoceptum*, ut habet Andreae editio. Pall. duo *certamen infectum inter* (Prim. *intra*) *primores civitatis*. Forte legendum *certamen invectum in primores civitatis*, GEBH. Quam neglegenter Gebhardus Gelenium consuluerit, ex praemissa ejus adnotatione patet. Quod enim ejecit, et ad sua tempora editiones obsederat, ab eo emendatum ac restitutum persuaders conatur. *infectum*

intra primores est etiam in Voss. 2. *infectum inter primores* in Leid. 1. Lovel. 1. 3. 4. et Fragm. Hav. unde infeliciter Gebhardus *invectum in primores* mutandum conjicit. Nam quis umquam dixit *invehere certamen in aliquos* pro operam dare, ut inter aliquos certamen oriatur? potius est, ut dicamus, *infectum* librarios per errorem dedisse pro *injectum*, ut reliqui praeferunt, ob similitudinem ductuum, quibus majusculae F. et I. scribi solent; (* v. ad 27, 28, 1.) ex qua causa etiam *conjeci* et *confeci* in Mssis confundi Manut. monuit ad Cic. 12. ad fam. ep. 25. Similiter *adjicere* et *adficere*. V. viros doctos ad Suet. Calig. 15. Etiam *jacere* et *facere*. V. infra ad 41, 4, 2. *Injicere certamen* autem, ut 21, 54, 4. *Injecto deinde certamine cedendo sensim citra flumen pertrahere*. 34, 4, 15. *Vultis hoc certamen uxoris vestris injicere?* Eodem modo *injicere contentionem, rixam*; de quibus locutionibus supra v. ad 3, 64, 6. Paulo ante *tum ne undique*, pro *tamen*, Portug. V. supra ad 22, 17, 5.

Patricios plebejosque ab tribunis plebis Q. et Cn. Ognulniis] Pall. pr. et tert. *Quinto et cum Ograniis. sec. Q. et C. Eguiniis*. Andreas et Camp. *Oguiniis*. GEBHARD. *patricios plebis et quod Eguinius*, reliquis omissis, Gaertn. *ab tribunis plebis quae et cum Ograniis* Lovel. 3. *ab tribunis plebis et Cn. Ogniniis* Flo-

rum honoribus nihil, praeter sacerdotia, quae nondum promiscua erant, desset. Rogationem ergo 6 promulgarunt, ut, quam quatuor augures, quatuor pontifices ea tempestate essent, placeretque augeri sacerdotum numerum, quatuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes, adlegerentur. Quemad-

rent. Q. et Cornelio Egniniis Lovel. 2. Q. et q. m. Oguiniis Voss. 1. Q. et M. Ogumiis Leid. 2. et Lovel. 1. Q. et C. Egniniis Portug. Q. et C. Egniniis Haverk. Tri unorum nomen gentile Ogulniis deerat in Lovel. 4. vacuo tamen spatio relicto. id Ogulinus est in Leid. 1. Ogniniis in Voss. 2. Oguiniis in Fragm. Hav. a m. 1. Eguiniis a m. 2. quomodo etiam praefert Oxon. B. apud Hearnium, qui Eguiriis invenit in C. Egniniis in N. Eguiniis in L. 2. Egarariis praefert Harlej. Oguinis exhibent etiam priscas edd. pro quo Froben. anno 1531. Ogulniis reposuit; quae vera est scriptura. Passim in nomine hoc minus noto errarunt librarii. V. infra ad 39, 56, 5.

§. 4. Qua non infimam plebem accenderent] Vet. lib. quae non infimam modo plebem. SIG. A Sigonio dissentiunt Pall. GEBII. Cum vet. lib. Sigonii faciunt unus meorum Portug. et unus Oxoniensium Hearnii B. Reliqui illud modo ignorant: quam vocem etiam non admittendam esse, monuit Gronov. ad 37, 20, 7. Et sane, non, sed, pro non modo, sed etiam poni, infra videbimus ad 39, 28, 1. (* 38, 22, 9.) Praeterea non deficit in Fragm. Hav. Ilic infimam plebem praefert Gaertn. errore scribarum, qui etiam alibi ita errarunt. Exemplum supra habuimus 4, 59, 6. Tum uccederet Leid. 1. Et hic error in scriptis frequens est. V. ad 23, 46, 2. In praecedentibus tā qui undique

Liv. Tom. V. P. II.

exulant, a Leid. 2. et Lovel. 1. Tum tentata etiam, pro erant, est in Haverk.

§. 5. Nihil, praeter sacerdotia, quae nondum promiscua erant, desset] quae nondum promiscuerant Leid. 1. et Fragm. Hav. V. ad 23, 19, 16. Voces promiscua erunt non adparent in Lovel. 4. relicta tamen est lacuna, ut aliquid deesse constet. Praeterea desset Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 3. Gaertn. et Fragm. Hav.

§. 6. Rogationem quoque promulgarunt] Melius Rogationem promulgarunt, absque conjunctione. GELEN. Vet. lib. Rogationem ergo promulgarunt. SIG. Ut monuit Sigonius, ita et ego reperi in libris omnibus hic Rogationem ergo promulgarunt. GEBII. Soli meorum Lovel. 1. et Harlej. (Veith.) servant lectionem a Gelenio damnatam. Reliqui adsentiuntur Sigonio et Gebhardo, nisi quod Rogationem igitur promulgarunt sit in Lovel. 4. Rogationem ergo promulgaverunt in Gaertn. Portug. et Haverk. Mox tum quatuor augures, pro quum quatuor, Haverk. idem, qui et pro ea tempestate, addita praepositione, perperam praefert.

Placeretque augeri sacerdotum numerum] placerentque augeri Florent. et Leid. 1. cum edd. Mediol. anni 1480. et Tarvis, utraque. placeretque augere Portug. et Gaertn. placeretque augeri Lovel. 4. Tum sacerdotium

D

modum ad quatuor augurum numerum, nisi morte duorum, id redigi collegiam potuerit, non invenio; quum inter augures constet, inparem numerum de-

numerum Harlej. Leid. 2. Portug. et Klock. At vox prior deficit in Gaertn. voces autem ea tempestate essent etc. quatuor pontifices, quinque in Voss. 2.

Quatuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes, adlegerentur] et quatuor sacerdotes pontifices et augures quinque Portug. quatuor sacerdotes pontifices et augures Gaertn. et Haverk. quatuor pontifices et augures Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. quatuor pontifices augures Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 3. 4. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. G. atque L. 2. Hinc *to omnes* deficit in Lovel. 2. Deinde *adlegerent* habent Leid. 2. et Lovel. 1. *eligerentur* Lovel. 2. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac C. *legerentur* codex L. 1. *crearentur* Lovel. 4. quod posterius ex glossa et expositione alterius in contextum inrepsisse videtur. *adlegere* etiam mox hoc cap. dixit: *Quia de plebe adlegebantur.*

§. 7. *Nisi morte duorum*] Si vera haec Livii conjectura est, ergo antea sex augures, omnes ex patriciis creati, fuerunt. Sui itaque oblitus est Livius paullo post in oratione Decii, innuens sacerdotum de plebe adlectione neminem patricium de loco pulsum, aut ullam huic ordini injuriam factam. Ita enim inquit c. 8, 3. *Nunc tribunus quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit, in quae plebeji nominentur; non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed ut adjuvent vos homines plebeji divinis quoque rebus procurandis.* Si enim pro sex auguribus patriciis deinceps tantum quatuor forent, omnino ius duo

augurum loca erepta esse negari nequit. Sed forte Livii l. l. ita accipiendus est, nullum patricium coactum fuisse, ut sacerdotio, quod obtinebat, se abdicaret, idque plebejo concederet. (* v. Act. Lips. anni 1741. p. 195.)

*Quum inter augures constet, inparem numerum debere esse] intra augures Voss. 2. Sed vox inter exsulat a Leid. 2. Tum esse debere, trajectis dictionibus, praefert Lovel. 4. Ceterum Doujatius multis ad hunc locum probare conatus est, vulgatam lectionem corruptam esse, et menti Livii convenire non posse. Putat enim, si impar augurum numerus esse debuit, vel quinque vel septem antea fuisse oportere, et sic non duorum, sed unius vel trium morte ad quaternarium redigi potuisse: deinde si tres antiquae tribus pari inter se numero augures multiplicaverant, et ex tribus auguribus sex facti erant, inparem non fuisse numerum: denique neque nunc pari numero multiplicatos esse, quum ad quatuor adjecti sunt quinque. Haec autem stare, vel aliter conciliari non posse iudicat, quam si vox *inparem* corrigatur, ita ut legamus vel divisis vocabulis *inparem numerum debere esse*, vel ita *parem numerum debere esse*: sic enim numeri paritatem vel inparitatem non ad ipsos augures referri, sed ad proportionem cum veteribus illis tribubus, ad quas vel impari vel pari numero augures delecti pro variis temporibus fuere. Verum quod ad primam ejus conjecturam attinet, requiro exemplum locutionis istius, *augures sunt in parem numerum.* Sed nec altera opus est, siue qua lo-*

here esse, ut tres antiquae tribus, Ramnes, Titien-
ses, Luceres, suum quaeque augurem habeant; aut, 8
si pluribus sit opus, pari inter se numero sacerdo-

cum Livii sanum puto. Docet enim, vel augurum inparem numerum esse, vel pari inter se numero sacerdotes multiplicari debuisse. Jam autem impari numero fuerunt, quum tantum tres essent, et quaeque tribus antiquae suum augurem haberet; at pari inter se numero multiplicati, quum pro tribus sex fierent: nunc vero iterum pari inter se numero multiplicantur, quum pro sex novem constituantur. Nam ex quinque plebejis adlectis duo in locum demortuorum ex sententia Livii subsuntur, tres veteribus multiplicandis adjiciuntur. *inpar* itaque fuit numerus augurum, quum tres essent; sed *pari inter se numero* multiplicati sunt, quum tot a Ramnibus, quot a Titiensibus et Luceribus augures adjicerentur.

Ut tres antiquae tribus, Ramnenses, Titienses, Luceres, suum quaeque augurem habeant] Has l. 1, [13, 8, et 36, 2.] vocavit *centurias*, quas nunc tribus nominat. Eisdem tamen et Plutarchus in Romulo [p. 30.] et Paedrianus [ad Cic. 1. in Verr. 5.] et Festus [v. *Turmam*.] tribus vocant. SIG. Thuan. Florent. duo regii, Voss. [pr.] Helm. Rott. Chif. Bual. Ramnes. Ita namque malebant interdum. Varro 4. de L. L. [p. 22.] *Tribuni militum, quod terni tribus tribubus, Ramnium, Lucerum, Titiensium, olim ad exercitum mittebantur.* Et inferius [p. 23.] *Singulae tribus Titiensium, Ramnium, Lucerum, millia singula militum mittebant.* Festus [v. *Turmam*.] *Terdeni equites ex tribus tribubus Titiensium, Ramnium, Lucerum, fiebant.* Sic

Tities Ramnesque viri Propertio [4. el. 1, 31.] *celsi Ramnes* Persio [immo Horatio in Art. Poët. 342.] et in Pervigilio Veneris *Ramnes et Quirites*. Nam quod in vet. lib. est *Samnes*, sciunt, qui codices ejusmodi tractant, inter *r* et *s* vix quidquam discriminis animadverti, et perperam eam vocem inde conjecturis obnoxiam reddi. *Ramnetum* casu patrio plurali format Servius ad 5. Aen. [560.] Sero hoc notavimus: debueramus ad 1, 36, 2. ubi vulgo *ad Ramnenses, Titienses, Luceres*. nam et hic Flor. et Helm. *ad Ramnis*. Et idem videtur Vossianus habuisse: nam vulgatum exstat in raso. J. FR. GRON. *Ramnesis* Fragm. Hav. *Ramnensis* Voss. 2. *Ramneses* Harlej. Portug. et Haverk: *Ramienses* Gaertn. Reliqui omnes mei, et cum illis Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. Gronovio *Ramnes* repONENTI consentiunt. Ovid. 3. Fast. 131.

Quin etiam partes totidem Titiensibus idem,
Quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit.

ubi videndus Inl. N. Heinsius, et quae supra notantur ad 1, 36, 2. Alia forma *Ramnetem* dixit Ampel. cap. 49. Deinde *et Itienses* Voss. 1. *et Itinenses* Leid. 2. et Lovel. 1. *Ticinenses* Lovel. 2. *Ticiensenses* Portug. *Tacienses* Haverk. *Titienses* rectius vocari, monuit Sigon. supra ad 1, 13, 8. Sed v. quae ibi notavi. Praeterea et *Luceres*, ut Sigonius edidit, etiam Portug. Gaertn. et Haverk. Verum reliqui codd. et editt. copulantem particulam ignorant; quam etiam omisit Liv. d. 1. 1, 36, 2. et Varro ac Festus locis, quae

tes multiplicent: sicut multiplicati sunt, quum ad quatuor quinque adjecti novem numerum, ut terni 9 in singulas essent, expleverunt. Ceterum, quia de plebe adlegebantur, juxta eam rem aegre passi Patres, quam quum consulatum vulgari viderent. Simulabant ad Deos id magis, quam ad se, pertinere: ipsos visuros, ne sacra sua polluantur. id se optare

Gronov. huc adtulit. [*Rannes Luceres et Clodius Veith.*] Hinc suumque augurem Voss. 2. et Lovel. 3. ubi quae interceptum est a sequenti quae suum quemque augurem Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. Voss. 1. Portug. et Haverk. cum edd. vet. ante Froben. anni 1531. V. supra ad 3, 12, 6. et 33, 46, 9. Originem erroris v. ad 6, 3, 8. [*suum quoque quaeque augurem Veith.*] Tum habeat Lovel. 2. [*Veith.*] quasi convenire deberet praecedenti quaeque, et non posset remotiori tres antiquae tribus. V. ad 6, 13, 8. habebant Lovel. 4. et Gaertn. unde haberent factum est in Haverk. Quod autem Livius nunc tribus adpellet, quas antea centurias dixerat, de eo supra v. ad 1, 13, 8.

§. 8. Si pluribus sit opus, pari inter se numero sacerdotes multiplicent] pluribus opus sit Leidens. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. pluribus fuit opus edd. Rom. anni 1472. et Parm. Tum intra se Voss. 2. V. mox ad §. praec. Deinde multiplicentur Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. C. [*Veith.*] multiplicant Fragm. Hav. Si quid mutandum, legendum videretur multiplicari. ut cohaerere oratio inparem numerum debere esse, aut sacerdotes multiplicari, sc. debere. Si vulgatum servamus, jungenda videntur quum constet etc. aut multiplicent.

Novem numerum, ut terni in

singulas essent, expleverunt] novum numerum, ut terni Lovel. 4. novere, ut terni Voss. 2. et Lovel. 3. ut cerni Portug. ut tantum Leid. 2. Deinde in singulis Leid. 2. Lovel. 1. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. C. [*Veith.*] Male. terni in singulas fere eodem modo dictum est, quo in millia aeris asses singulos. de qua locutione infra v. ad 29, 15, 9. Hinc expleverint Leid. 1. a m. 1. explevere Lovel. 4.

§. 9. Quia de plebe adlegebantur, juxta eam rem aegre passi] quae de plebe Lovel. 4. Tum eligebantur Portug. V. supra hoc cap. §. 6. adlegabantur Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 2. 4. Gaertn. et Haverk. Deinde iusta idem Haverk. V. ad 6, 6, 18.

Quam quum consulatum vulgari viderent] Vox quum deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. quam interceptit praecedens quam. (*v. ad 34, 48, 5.) Sed quam secundum consulatum praeferunt Voss. 2. Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. at, utraque lectione simul juncta, quam quum secundum consulatum edd. Rom. anni 1472. et Parm. Insuper videntur Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 39, 22, 8.

§. 10. Ad Deos id magis, quam ad se, pertinere] ad eos Leid. 2. Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Respicienda sunt, quae notantur supra ad 8, 30, 9.

tantum, ne qua in rempublicam clades veniat. Mi-¹¹
nus autem tetendere, adsueta jam tali genere cer-
taminum vinci. et cernebant, adversarios non id,
quod olim vix speraverint, adfectantes magnos ho-
nores, sed omnia jam, in quorum spem dubiam erat
certatum, tamen adeptos, multiplices consulatus,
censurasque et triumphos.

Id se optare tantum, ne qua in rempublicam clades veniat] Duae priores voces a m. 1. exsulant a Lovel. 4. Tum *optare tñ*, sive *tamen*, praefert Lovel. 2. V. ad 9, 12, 6. Deinde *ne qua in rempublica clades veniat* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. *ne qua publica clades eveniat* Lovel. 4.

§. 11. *Minus autem tetendere, adsueta jam tali genere certaminum vinci*] *Minus autem tetenderent* Gaertn. *Minus autem tendere* Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. neglecta priorum literarum geminatione. V. ad 37, 53, 7. Infuper *Minus aut tendere* Lovel. 4. V. ad 4, 42, 6. Deinde *in tali genere certaminum vinci* Gaertn. Ita infra 25, 5, 4. *Senes honoratosque juvenis in eo certamine devicit.* 37, 53, 7. *In certamine autem amicitiae vestrae minime aequo animo vinci possum.* At reliqui praepositionem illam ignorant. Ita 33, 47, 5. *Nec satis habere, bello vicisse Hannibalem.* 37, 54, 20. *Nisi quod longius a vobis absumus, nulla vincimur alia re.* Similiter *proelio vinci*, de quo v. ad E-pit. Liv. 128.

Adversarios non id, quod olim vix speraverint] *adversarios nunc, quod olim* Lovel. 4. Tum *quod olim vix omnia superaverint* Leid. 2. et Lovel. 1. *superaverint* etiam fuerat in Voss. 1. a m. 1. V. infra ad 21, 13, 3. *spera-*

verant Voss. 2. Lovel. 1. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2.

Sed omnia jam, in quorum spem dubiam erat certatum, tamen adeptos] Vocem *omnia* o-mittunt Leid. 2. et Lovel. 1. qui eam paullo ante inseruerant alieno loco. Sequens *jam* non adparet in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Deinde *iniquorum spem dubiam*, perperam interposita litera, Leid. 1. Tum alio ordine *certatum erat* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Hinc *tñ adeptos* Lovel. 2. Sed *tamen* deficit in Harlej. et quibusdam edd. antt. *in quorum spem dubierat certatum tu n̄ adeptos* Klock.

Multiplices consulatus, censurasque et triumphos] *consulatus multiplices* Leid. 1. *multi-plices consulatus, censuras, triumphos* Lovel. 4. Utraque lectio ferri potest. Certe ellipses conjunctionum in Livio frequentes sunt. V. ad 3, 68, 4. Id etiam frequens ipsi est, ut trium vocum secundae copulam *que*, tertiae et addat. V. ad 2, 31, 1. Quum itaque reliqui omnes codices vulgatum tueantur, inde recedendi legitimum causam non video.

§. 1. *Certatum tamen suadenda dissuadendaque lege*] *tamen audenda dissuadendaque lege* Lovel. 2. ac 4. Similiter et Leid. 1. nisi quod insuper vocem

- 1 VII. Certatum tamen suadenda dissuadendaque
 lege inter Ap. Claudium maxime ferunt, et inter P.
 2 Decium Murem. qui quum eadem ferme de jure Pa-
 trum ac plebis, quae pro lege Licinia quondam con-
 traque eam dicta erant, quum plebejis consulatus

*lege omittat. tam audenda dis-
 suadendaque lege* Voss. 2. *tamen
 audendaque lege* Lovel. 3. *tamen
 suadendaque dissuaden-
 daque lege* Florent. Infra 45, 21,
 6. *Ne quis prius intercederet le-
 gi, quam privatis suadendi dis-
 suadendique legem potestas fa-
 cta esset.*

*Inter Ap. Claudium maxime
 ferunt, et inter P. Decium Mu-
 rem*] fertur Lovel. 2. 3. et Voss.
 2. V. supra ad 7, 6, 3. *maxime fe-
 re et inter Lovel.* 4. Deinde inter
 posteriori loco deest in Voss. 2.
 Quod sine dubio placebit illis, qui,
 Cel. Bentlejo ad Horat. 1. sat. 7,
 2. adsensi, genus hoc loquendi
*inter Ap. Claudium et inter P.
 Decium* vitiosum et ἰδιωτικόν
 existimant, atque Hebraïsmis ad-
 scribunt; quum, eo iudice, qui-
 vis alius scriptor τὸ *Inter* semel
 tantum posuerit. Ne tamen hic
 delendam praepositionem cense-
 am, variae sunt causae. Primo
 enim in vulgatam lectionem con-
 spirant reliqui omnes codd. et in-
 ter eos etiam integerrimi: qui-
 bus invitis uni auscultare prae-
 ceptum et temerarium videtur. De-
 inde alii scriptores optimi, poë-
 tae et prosaïci, similiter locuti
 sunt. V. Cuningamii Animadv. ad
 Horat. c. 13. p. 244. et, quem ibid.
 laudat, Vavass. de vi et usu quo-
 rumd. verb. in v. *Inter et inter*,
 quamvis tamen non omnia, quae
 laudarunt, testimonia locutioni
 huic firmandae convenient. De-
 nique Livius praepositionum re-
 petitionem ubique consecrari so-
 let. V. quae notavi ad 6, 28, 6.
 Insuper *P. Decium minorem*

Gaertn. a m. 1. *P. Decium Mu-
 renulam* Hearnii Oxon. C.

§. 2. *Qui quum eadem ferme
 de jura Patrum ac plebis*] De
 jure Patrum contra legem Lici-
 niam dixerat Appius ad finem l. 6,
 [40.] Sed de jure plebis pro ea-
 dem lege tribuni plebis. Quare
 hoc loco *dixissent* numero plu-
 rativo legendum, quod quidam
 codices neglexerunt. Et quia li-
 bro sexto Livius Appii bene long-
 gam, omissa tribunorum, posuit
 orationem, hic eidem visum puto
 operae pretium esse, ut Decii po-
 neret, omissa Appii, non ejusdem,
 sed censoris, ut puto. Intercesse-
 runt enim anni plures l. GLAR.
ea ferme Voss. 2. et Lovel. 3. V.
 infra hoc lib. ad c. 10, 6.

*Quae pro lege Licinia contra-
 que eam dicta erant*] De hac li-
 bro 6. tradidit. SIG. *contra eam*
 Lovel. 1. *circa eam* Leid. 2. *Con-
 tra et Circa* in Mstis confundi, vi-
 debimus infra ad 37, 15, 7.

*Quum plebejis consulatus ro-
 gabatur, disseruissent*] *plebis
 consulatus* Voss. 2. et Lovel. 3.
plebejus consulatus Lovel. 2.
 Portug. Klock. Haverk. et Fragm.
 Hav. a m. 2. *plebeis consulatus*
 Florent. Leid. 1. aliique. Unde
 cenferi posset, legendum esse *ple-
 bei consulatus rogabatur*: ita
 enim pro *plebi* casu tertio Livius
 interdum formavit. V. ad 2, 42,
 2. Perinde tamen est, utro modo
 legamus: quare nihil muto. Tum
regebatur Harlej. Deinde *dese-
 ruisset* Leid. 1. et Haverk. *disse-
 ruisse et Lovel.* 4. *disseruisset*
 Florent. Voss. duo, Leid. 1. Lo-

rogabatur, differuissent; retulisse dicitur Decius pa-³rentis sui speciem, qualem eum multi, qui in concione erant, viderant, incinctum Gabino cultu, super telum stantem, quo se habitu pro populo ac legionibus Romanis devovisset. tum P. Decium consu-⁴

vel. 1. 2. 3. Gaertn. Fragm. Hav. Harlej. et edd. vetustae, pro quo primi Mogunt. deinde Froben. anno 1531. recte reposuerunt *disserruissent*; quod et Glarean. supra ad initium huius §. probavit, licet tamen manus ejus aberrans *dixissent* dederit.

§. 3. *Retulisse dicitur Decius parentis sui speciem*] *retulisse dicitur se Decius parentem suum speciem* Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *retulisse dicitur se Decius panis sui speciem* Lovel. 3. *retulisse dicitur si ejus pars aetas sui speciem* Lovel. 2. *retulisse dicitur sed cujus pars aetas sui specie* Lovel. 4. *retulisse dicitur sic Decii patris sui speciem* Hearnii Oxon. L. 1. *retulisse dicitur se Decius parentis sui speciem* Portug. *retulisse dicitur se Decius parreatas sui speciem* Leid. 1. in quo tamen librarius *parretas* emendandum manu interpolatrice indicavit.

Qualem eum multi, qui in concione erant, viderant, incinctum Gabino cultu] *qualem eum multi* Gaertn. Hujus erroris multa exempla notavimus supra ad 4, 19, 2. quibus adde, quae dicta sunt ad 7, 22, 11. 8, 21, 6. c. 22, 3. 9, 10, 3. mox hoc cap. ad §. 5. c. 21, 15. c. 22, 1. 21, 22, 2. (* 24, 8, 1. 27, 19, 3. c. 44, 9.) et Cel. Burm. ad Sueton. Calig. 4. Ex ea scriptura corruptius *qualem tum multi* dedit librarius Lovel. 4. V. ad 9, 35, 7. *qualem multi*, media voce omissa, Hearnii Oxon. L. 1. qui etiam *viderunt* praefert. Tum *qui contentione*

erant Voss. 2. *qui in contentione erant* Leid. 1. Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *sollemni aberratione*. V. ad 4, 6, 4. *qui contemptione erant* Lovel. 2. *qui in conitione erant* Flor. Forte volebat librarius *in conitione*. Solent enim etiam alibi *concio* et *coctio* commutari. V. supra ad 4, 13, 9. Sed nihil mutandum patet. Deinde *me victum Gabinum cultu* Lovel. 4. errore ex similitudine ductuum orto. Supra 8, 9, 9. *Ipse, incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit*. ubi v. quae notantur. *Incinctus* pro *cinctus* etiam est apud Ovid. Ep. 4. Her. 87.

Quid juvat incinctae studia exercere Dianae.

V. N. Heins. ad Nafon. 3. Met. 162. et ad 2. Fast. 633. Ita *infrenatus* pro *frenatus* infra est 37, 20, 4. ubi v. quae notantur.

Pro populo ac legionibus devovisset] Praepositio deest in Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. quae unius literae nota, ut fit, indicata a proxima vocis litera initiali intercepta est. Tum *populo Romano ac legionibus* Oxon. L. 1. apud Hearnium; qui *populo ac legionibus Romanis* se in N. ac B. invenisse testatus est. Neque aliter praeferunt Florent. Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. omnesque editi usque ad Gronov. qui primus vocem *Romanis* anno 1665. omisit; cui ex meis tantum consentiunt Voss. 1. Lovel. 1. et Harlej. At reliquorum auctoritas gravior

lem purum piūque Deis immortalibus visum, aequē
 5 ac si T. Manlius collega ejus devoveretur. eundem
 P. Decium, qui sacra publica populi Romani face-
 ret, legi rite non potuisse? id esse periculum, ne suas
 preces minus audirent Dii, quam Ap. Claudii? ca-
 stius eum sacra privata facere, et religiosius Deos co-
 6 lere, quam se? quem poenitere votorum, quae pro
 republica nuncupaverint tot consules plebeji, tot di-

esse videtur, ideoque vocem o-
 missam restitui.

§. 4. Tum P. Decium consu-
 lem purum piūque Deis im-
 mortalibus visum] tum Deci-
 um consulem, omisso prae nomi-
 ne, Hearnius invenit in Oxon. C.
 et ed. Romana Aleriensi. Sed ni-
 hil mutant non modo codd. mei,
 verum etiam neque ed. Rom. an-
 ni 1472. neque aliae omnes. Tum
 piūque de Diis Lovel. 4. cujus
 scriba duplicem scripturam Deis
 et Diis hac ratione junctam ex-
 primere voluisse videtur. piū-
 que de his immortalibus Klock.

Aequē ac si T. Manlius colle-
 ga ejus devoveretur] haecq; ac
 si Leid. 1. et Lovel. 2. ac 3. haec
 quae ac si Lovel. 4. Vocula si de-
 ficit in Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn.
 et Haverk. Tum evoveretur Lei-
 dens. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. de-
 voveret Voss. 2. Lovel. 3. et Oxon.
 C. testo Hearnio, qui tum se in-
 telligendum monuit.

§. 5. Qui sacra publica populi
 Romani faceret, legi rite non
 potuisse] sacra publica populo
 Romano faceret Lovel. 1. V. ad
 89, 47, 11. sacra publica praetor
 faceret Lovel. 4. V. ad 11, 10,
 4. Vox populi doerat in quibus-
 dam edd. vet. vox Romani in
 Fragm. Hav. a m. 1. Praeterea
 legi tamen rite non potuisse
 Hearnii Oxon. L. 2. legi rite po-

tuisse Lovel. 4. [legi tum rite
 Veith.]

Castius eum sacra privata
 facere] cum, pro cum, Gaertn.
 et Florent. V. supra hoc cap. ad
 §. 3. Tum sacra publica Lovel.
 2. Portug. Gaertner. et Haverk.
 Paulo ante idem esse pericu-
 lum, pro id esse, Lovel. 2. adesse
 periculum Gaertner. Contrario
 modo id esse, pro adesse, libra-
 rios dedisse, supra vidimus ad 6,
 15, 2. [periculum, ut suas Veith.]

§. 6. Votorum, quae pro re-
 publica nuncupaverint tot con-
 sules plebeji] veterum, pro vo-
 torum, Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4.
 Tum quae spondit nuncupave-
 rint Lovel. 3. quae respondit
 nuncupaverint Voss. 2. Leid. 1.
 Lovel. 4. et Fragm. Hav. a m. 1.
 Neque aliter est in Lovel. 2. nisi
 quod simul etiam praeferat nun-
 cupaverunt. nuncupaverunt legi
 quoque Lovel. 2. (?) nuncii pa-
 verunt Leid. 2. nominaverint ac
 nuncupaverint Gaertn. V. ad 4,
 55, 5. unde patebit, illud nomi-
 naverint ex interpretis glossa re-
 ceptum esse: quamvis tamen, nun-
 cupare in sollemni hac locutione
 non pro nominare, sed pro pro-
 mittere, poni, quidam velint.
 Fest. v. Nuncupata. Vota nun-
 cupata dicuntur, quae consules,
 praetores, quum in provinciam
 proficiscuntur, faciunt; ea in
 tabulas praesentibus multis re-

ctatores, aut ad exercitus euntes, aut inter ipsa bella? Numerarentur duces eorum annorum, quibus 7 plebejorum ductu et auspicio res geri coeptae sunt: numerarentur triumphi. jam ne nobilitatis quidem suae plebejos poenitere. pro certo habere, si quod re- 8 pens bellum oriat, non plus spei fore senatui populoque Romano in patriciis, quam in plebejis ducibus. Quod quum ita se habeat, cui Deorum hominumve 9

serunt. At Santra libro secundo de verborum antiquitate satis multis nuncupata conligit non directo nominata significare, sed promissa, et quasi testificata, circumscripta, receptaque: quod etiam in votis nuncupandis esse convenientius. Tum consules plebi Voss. 2. consules plebei Florent. Leid. 1. Portug. Gaertner. Haverk. et Fragn. Hav. Mox aut exercitus euntes, pro aut ad exercitus, Lovel. 4. Deinde intra ipsa bella pro inter, Portug. Gaertner. Haverk. et Fragn. Hav. V. supra ad 5, 27, 2.

§. 7. Numerarentur duces eorum annorum] Numerarent Klock. et ed. Rom. anni 1472. quod errori scribarum et typographorum adscribo. V. infra hoc lib. c. 10, 1. Sequitur enim mox Numerarentur triumphi; ubi quidem Klock. Numerarent praefert: sed ita simul legendum foret Numerarent triumphos, quod in nullo scripto superest. Ceterum haec verba cum novem sequentibus exfulant a Gaertner. culpa librariis, cui repetitio eos Numerarentur errandi ansam dedit. V. ad 9, 11, 11.

Res geri coeptae sunt] An potius sint? ut paullo ante recuperaverint. DUBER. coeptae sunt Leid. 1. Mox alio ordine ne nobi-

litis quidem suae Leid. 2. Lovel. 1. Port. et Haverk.

§. 8. Si quod repens bellum oriat] si quid repens bellum Lovel. 2. V. ad 38, 10, 1. si quidem repens bellum Hearnii Oxon. L. 1. si quod recens bellum Voss. 2. Male. V. ad 8, 20, 1. Deinde in plebeis ducibus, pro plebejis, Florent. Leid. 1. et Gaertn. [quam plebejis Veith.]

§. 9. Eis viris, quos vos etc. auguralia insignia adicere] In prima hoc reperio Mediolanensi, et secuta est Veneta anni 1408. Andreas eos viros, etc. insignia attingere indignos dicere. Tarvisina eos viros, etc. insignia attingere, qui Jovis. Scripti Thuan. Flor. duo Voss. Helm. Rott. eos viros: pro verbo autem in fine hujus periodi dicere, vel ducere, recte substitutum adicere jam in Mediolanensi. Flor. adicere, ut plerumque pro hoc verbo scripti. Sed alterum mutandum non erat. Eos viros pontificalia atque auguralia insignia adicere dixit Livius, sibi puta, vel suis aliis ornamentis. Plinius 10. epist. 8. Rogo, dignitati, ad quam me provexit indulgentia tua, vel auguratum vel septemviratum, quia vacant, adicere digneris. Ut post paullo [c. 8, 3.] Tribunus plebis quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit,

indignum videri potest, inquit, eos viros, quos vos sellis curulibus, toga praetexta, tunica palmata, et toga picta, et corona triumphali laureaue honoraritis, quorum domos spoliis hostium adfixis insignes

nempe illis, quae erant. Tale est apud Senecam in Troadibus v. 205. *quicquid adjecit morae illo remoto. ubi mirifice turbarunt.* Tale l. 2. initio [c. 1, 2.] *quas novas ipsi sedes ab se auctae multitudinis addiderunt.* 22, 61, 3. *Novusque super veterem luctum tot jactura civium adjectus esset.* Tacitus 11. Ann. 14. *Claudius tres literas adjecit.* V. ad Quintil. Declam. 338. J. FR. GRON. *eos viros omnes mei praeter unum Harlej. eis viris praeferebantem, cui consentiunt Exc. Pithoei. Tum insignia dicere Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 3. 4. Fragm. Hav. Exc. Pithoei, et apud Hearnium Oxon. C. L. 2. et N. in margine. insignia dñe Lovel. 1. insignia ducere Lovel. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. insignia adjicere, quod Gronov. recte vindicavit, etiam fuisse videtur in Harlej. eos viros etc. insignia adjicere in Hearnii Oxon. N. et B. ut et Klock. Supra 4, 52, 7. In legationes non plus singulis senatoribus inventes, coacti sunt binos equites adjicere. ubi v. quae notantur. 6, 6, 9. Si quid laboris vigiliarumque adjici possit. ubi etiam quaedam dixi. Paulo, ante aliquid, pro inquit, Gaertn.*

Tunica palmata, et toga picta, et corona triumphali laureaue honoraritis] Rott. *honoratis*, Vossianus alter *honorantis*, Thuan. *honoraritis*; quod verum censeo. Immo sic et Florent. et ab Andrea omnes editiones praeter postremas. J. FR. GRON. *honoraveritis*, quod ex codd. meis servat Voss. 1. Leid.

2. Lovel. 1. 2. Gaertn. Harlej. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. primum adparuit in ultima Gruteri. *honorantis* etiam est in Lovel. 3. *honoratis* in Fragment. Hav. a m. 1. *honoraritis* in reliquis scriptis; quam quidem rectionem recte Gronovium revocasse puto ob auctoritatem codd. integerrimae notae: ea tamen non exstitit in omnibus ante Gruteri postumam editionibus, ut existimavit. Errore enim librariorum datum est *honoraretis* in Mediol. anni 1480. quod etiam receperunt Tarvis. utraque, multae Venetae, pluresque aliae. Mediolanenses deinde anno 1505. et hinc Aldus *honoraritis* restituerunt. Ceterum quinque priores voces desunt in Gaertn. lapsu librarii. Super sunt enim in reliquis omnibus, et constituunt partem insignium, quibus ornantur triumphantes, quemadmodum praecedentia erant insignia magistratum. De tunica palmata et toga picta v. Salmas. ad Vopisci Carin. 20. Mox *inter alios*, pro *inter alias*, Lovel. 2.

[§. 10. *Jovis optimi maximi ornatu decoratus*] *Jovis optimi maximi* Portug. *Jovis optimi maximi* Harlej. at vox *optimi* deficit in Lovel. 2. Miror, in notissimis his Jovis cognominibus errare potuisse librariorum, quae centies centiesque in scriptis veterum obvia sunt. Praeterea *decoris* Lovel. 4. An voluit librarius *decorus*? Sed reliqui stant pro vulgato. Infra 37, 31, 6. *Rhodiis, parte praedae et spoliis navalibus decoratas, domum redire jubet.* Mox voces per ur-

inter alias feceritis, pontificalia atque auguralia insignia adjicere? qui, Jovis optimi maximi ornatu decoratus, curru aurato per urbem vectus in Capitolium adscenderit, si conspiciatur cum capide ac li-

bem exfulant a Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 2. 3. 4. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C.

Si conspiciatur cum capide ac lituo, capite velato victimam caedat] Pal. sec. *is aspiciatur cum lituo, et capite velato victimam caedat.* Neque aliter vetustissima editio. GEBH. Mediolani natum est, et inde accepit Tarvisina. Andreas et quod vidimus aut accepimus de manuscriptis, *cum lituo capite velato: aut solummodo cum capite velato.* Solus Florent. *cum li capide ac tuo, capite velato.* Quod satis est, quamvis distracta vox *lituo*, ut de hac lectione propter vitium promiscuorum librorum dubitare desinas. J. FR. GHON. Miscet, quae pontificum et augurum erant. *Capis* vas pontificale, *lituus* augurum erat. *Caput velare* proprie erat augurum in auguriis capiendis. Liv. 1, 18. *Augur ad laevam ejus capite velato sedem capit.* c. 36. *Statua Accii posita capite velato in comitio. Victimam caedat* puto ad pontifices pertinere. Sueton. Tiber. 25. *Inter pontifices sacrificanti simul pro secespita plumbeum cultrum subjiciendum curavit.* Norisius ad Genot. Pisaa. Diss. 2, 5. p. 102. haec verba laudans ita distinguit. *Cum capide, ac lituo, capite velato, victimam caedat.* Varietas scripturae apud Gronovium et Hearnium indicare potest. aliquid turbatam esse. DUH. *is conspiciatur.* transpositis literis, Florent. Leid. ambo, Voss. ambo, Lov. 1. 4. Harl. Portug. Haverk.

Exc. Pithoei, Hearnii Oxon. N. L. 2. C. [Veith.] et quaedam ex antt. edd. *is aspiciatur Gaertn. si aspiciatur Haverk. iis conspiciatur* ed. Rom. anni 1472. *his conspiciatur Parm. si conspiciatur* demum in Mogunt. adparuit. Deinde *cum lituo, capite velato victimam* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. Portug. [Veith.] et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *cum lituo et capite velato victimam Haverk. cum capite velato victimam* Voss. 2. Leid. 3. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. *cum lituo capite victimam* Gaertn. Perionius, teste Hearnio, in concionibus Livianis conjiciebat, *cum lapide et lituo, capite velato victimam*, quia augurium capturus in lapide sedebat; quod Aescens. in margine ostentat. aliae edd. *cum capsidae et lituo, capite velato victimam* praeferrunt. Sed genuinum est, quod Gronov. probavit, cui proxime accedunt Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. qui *cum capite et lituo, capite velato victimam* exhibent. Doujatius, nulla cogente necessitate, scribendum existimat *cum apices et lituo*, quod sibi quoque in mentem venisse Ampl. Cuperus ad marginem Livii testatus est. Idem tamen Doujatius, quum, Festo auctore, *capis* sit poculi genus, dictum a capiendo, conjicit id auguribus victimam caedentibus in usu esse potuisse. At *capis* potius videtur vas pontificale fuisse. Priscian. 6. Gramm. p. 708. *Capis vasis genus est pontificalis, diminutive capidula.* Cic. 3. de Nat. Deor. 17. *Docebo, meliora me didicisse de colendis Diis in-*

tuo, capite velato victimam caedat, auguriumve ex arce
 11 capiat? Cujus imaginis titulo consulatus, censuraque,
 et triumphus, aequo animo legetur; si auguratum aut
 pontificatum adjeceritis, non sustinebunt legentium
 12 oculi? Equidem (pace dixerim Deum) eos nos jam
 populi Romani beneficio esse spero, qui sacerdotiis

mortalibus jure pontificio et majorum more capedun-
 culis illis, quas Numa nobis reliquit. Et talis vox, quae ponti-
 fici proprium insigne indicabat, hic requirebatur. Quum enim su-
 pra memorarit pontificalia at-
 que auguralia insignia, mox
 autem auguratum et pontifica-
 tum; ita nunc capis debet esse
 insigne pontificatus, ut lituus in-
 signe auguratus, et ita mox ca-
 pite velato victimam caedere
 circumscriptio est muneris ponti-
 ficalis, augurium ex arce ca-
 pere muneris auguralis. Quod
 vero augures victimam immolasse
 putet, videat, unde probet; eos
 enim ad id inkitutos praecipue
 notum est, ut auspicia caperent.
 Ceterum, quae Modius de capi-
 te velato sacrificantium ex Bris-
 sonio congestit, satis commode
 apud eum videri possunt 1. de
 Form. p. 36. Quare hinc abesse
 jussi.

Victimam caedat, augurium-
 ve ex arce capiat] caedet Flo-
 rent. Voss. duo, Leid. 1. Lovel.
 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn.
 Haverk. Fragm. Hav. Hearnii
 Oxon. N. B. C. [Veith.] et edd.
 antt. usque ad Frobenianam anni
 1531. qui omnes libri praeter
 Flor. Voss. 2. et Fragm. Hav. mox
 etiam capiet, una cum Leid. 2.
 et Exc. Pithoei, contra sensum
 Livii praefereunt. Nam ad cae-
 dat et capiat ex praecedenti si
 conspiciatur repetenda est par-
 ticula si. Deinde augurium ut

ex arce Florent. augurium ex
 aere Voss. 2. auguriumve exer-
 cere Lovel. 3.

§. 11. Cujus imaginis titulo
 consulatus, censuraque, et tri-
 umphus etc. legetur] Cujus ima-
 ginis titulo consilio consulatus
 Voss. 2. et Lovel. 3. Cujus ima-
 ginis titulo consules consulatus
 Fragm. Hav. Cujus imaginis
 cons. consulatus Lovel. 4. Cujus
 et imaginis titulo consulatus
 Gaertn. Hinc censuraque trium-
 phus Lov. 4. Deinde legitur idem
 Lovel. 4.

Si auguratum aut pontifica-
 tum adjeceritis, non sustine-
 bunt legentium oculi] si augu-
 ria tñ, sive tamen, Leid. 2. Tum
 et pontificatum Gaertn. a m. 1.
 qui etiam praefert adjeceris.
 Deinde non deficit in Voss. 2. et
 Lovel. 3. Tandem oculi legentium
 Leid. 1.

§. 12. Pace dixerim Deum,
 eos nos jam populi Romani be-
 neficio esse spero] pacem dire-
 rim Deum Voss. 2. et Lovel. 3.
 Male. V. ad 3, 19, 7. Inde cum
 nos tamen populi Romani Lo-
 vel. 2. eos tam populi Romani
 Voss. 2. et Lovel. 3. eos nos tam
 populi Romani Leid. 1. eos nos
 tñ populi Romani Lov. 4. Dein-
 de populi Romani spero bene-
 ficio esse Leid. 1. Vox beneficio
 deficit in Leid. 2. et Lovel. 1.

Qui sacerdotiis non minus red-
 damus dignatione nostra hono-
 ris, quam acceperimus] Pall. pr.
 et tert. qui sacerdotii non minus
 reddamus dignitate vestra ho-

non minus reddamus dignatione nostra honoris, quam acceperimus; et Deorum magis, quam nostra causa expetamus, ut, quos privatim colimus, publice colamus.

VIII. Quid autem ego sic adhuc egi, tamquam integra sit causa patriciorum de sacerdotiis, et non

nones, quam deceperimus. sec. qui sacerdotii non minus reddamus dignatione nostra honores, quam acceperimus. Vulgata sustinetur lectio editione Camp. GEBH. qui sacerdotii non minus reddamus dignatione nostra honores Voss. ambo, Leid. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. qui sacerdotii non minus reddamus dignatione vestra honores Lovel. 1. qui sacerdotii non minus reddamus dignitate nostra honores Lovel. 3. sed dignitas et dignatio etiam alibi a librariis commutari, supra vidimus ad 2, 16, 5. sacerdotio non minus reddamus dignatione nostra honores Lovel. 4. sacerdotiis non minus reddamus dignatione nostra honores Florent. et ita etiam edd. vett. nisi quod reddam sit in ed. Rom. anni 1472. Nihil mutandum. sacerdotiis, nempe pontificatui et auguratum, quae sacerdotia secum communicari plebeji petebant. dignatione nostra, si nempe digni habeamur, qui ad ea admittamur. Deinde non minus honores reddit, quam accepit, qui quidem honores reddit, sed non semper aequa portione; at non minus honoris, qui, quantum honoris accepit, tantum etiam vicissim confert; quod hic Decius volebat. Deinde quam deceperimus Voss. 2. et Lovel. 3. quam accepimus Lovel. 2. et Gaertn. In ed. Cl. Jac. Gronovii anni 1679. operae typogra-

phorum per errorem dederunt acceperamus; quod quum in erratis notari omissum esset, in Amstelæd. ed. etiam mendae securus recepit J. Clericus. Antiquam igitur lectionem, quam reliqui codd. tuentur, reduxi.

Et Deorum magis, quam nostra causa expetamus] Sic Tarvisina prima. Quinque membranacei et Andreas expectamus. Spondet sibi desideratum eventum horum comitiorum. J. FR. GRON. et decorum magis Leid. 1. et de eorum magis, quam de nostra Lovel. 2. quam vestra causa Lovel. 1. et Leid. 2. Deinde expectamus Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. Harl. Fragm. Hav. a m. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Reliqui omnes vulgatum servant, nisi quod expetimus sit in Portug. et expectamus, ut quos etc. integra sit causa omittantur in Gaertn. ob repetitionem vocis causa. V. ad 9, 11, 11. Ego vero expetamus, in quod optimi fere libri consentiunt, verius puto: id enim exigere videntur praecedentia reddamus et acceperimus. Cohærent enim qui reddamus et qui expetamus. Solent autem passim verba expetere et expectare, sive expectare in Mssis confundi. Exempla v. ad 1, 22, 7. 2, 9, 3. 4, 57, 4. 5, 16, 8. 6, 33, 1. 7, 8, 2. et alibi saepe. Adde viros doctos ad Curt. 3, 5, 13. ad Valer. Max. 2, 6, 7. et Cor-tium ad Sall. Jug. 14, 7.

§. 1. Et non jam in posses-

jam in possessione unius amplissimi sumus sacerdotii? Decemviros sacris faciundis, carminum Sibyllae ac fatorum populi hujus interpretes, antistites eosdem Apollinaris sacri ceremoniarumque aliarum, plebejos videmus. Nec tum patriciis ulla injuria facta est, quum duumviris sacris faciundis adje-

sione unius amplissimi sumus sacerdotii] et jam non Gaertn. et non nos jam edd. usque ad Froben. qui rō nos, in nullo membranaceo obvium, anno 1535. expunxit. Tum in possessione et unius Portug. et Haverk. Hinc vox unius deficit in Gaertn. et Fragm. Hav. Deinde amplissimi sumus sacerdotiis Voff. 1. et Lovel. 1. sumus etiam Leid. 2. et Gaertn. amplissimus sacerdotii Klock. Vox sacerdotii deficit in Portug. at omnia praescripta vocabula in Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et in contextu Fragm. Hav. [Ante sic ad haec egi Veith.]

§. 2. *Decemviros sacris faciundis, carminum Sibyllae ac fatorum populi hujus interpretes] Decemviris sacris faciundis Portug. faciendis etiam Voff. 1. Leid. 1. Lovel. 1. et Haverk. Tum carminis Sibyllae Voff. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. [Veith.] At Livius carmina vocat numero plurali, si opus ejus universum indicat. Infra 38, 45, 3. Ne carminibus Sibyllae praedictam superantibus terminos fatales cladem experiri vellet. Contra vero carmen numero singulari quamque particulam, quodque vaticinium libris Sibyllinis comprehensum. Infra 29, 10, 4. Civitatem eo tempore repens religio invaserat, invento carmine in libris Sibyllinis. Praeterea fatorum populi hujus Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 3, 40, 9. fa-*

storum populi hujus Lovel. 4. Voces has a librariis in codd. scriptis; confusas fuisse, olim docuimus ad Silii 16, 131.

Antistites eosdem Apollinaris sacri antistites ejusdem Apollinaris sacri Gaertn. antistites eosdem Apollinis sacri Harl. eosdem antistites Apollinaris sacerari Lov. 4. a m. 1. Postea enim librarius additis notis duas literas delendas, et sacri scribendum indicavit. Apollinare sacrum eadem forma, qua ludi Apollinares, et similia plura.

§. 3. *Nec tum patriciis ulla injuria facta est, quum duumviris sacris faciundis adjectus est propter plebejos numerus] Pall. pr. ac tert. Nec aut tum: neque dissentit Campanus. Pal. sec. Nec autem tunc. Andreas Nec ut tum. GEBIL. Andreas, Tarv. duae Ven. Mog. nec ut cum. Juntas et Froben. nec et tum. Bechar. et alter Voff. nec aut cum. Primae Gryphianae elisam particulam mediam video. Voff. prior, Helm. Thuan. duo Pall. Campan. nec aut tum. Unde suspiceris, et mox aut nunc scribendum. Sed obstat, quod sequitur, non ut vos, Appl. ubi Voff. ut non vos. Deleatur rō non: et erit integra sententia: Nec aut tum patriciis ulla injuria facta est, quum duumviris S. F. adjectus est propter plebejos numerus; aut nunc tribunus, vir fortis et strenuus, quinque augurum loca, quatuor*

ctus est propter plebejos numerus : et nunc tribunus, vir fortis ac strenuus, quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit, in quae plebeji nominentur ; non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed ut adju- 4
vent vos homines plebeji divinis quoque rebus procurandis, sicut in ceteris humanis pro parte virili ad-

pontificum adjecit, in quae plebeji homines nominentur, ut vos, Appi, loco pellant. J. FR. GRON. *nec autem tunc patriciis* Portug. et Haverk. *nec autem cum patriciis* Gaertn. *nec autem tum patriciis* Hearnii Oxon. B. *nec ut tum patriciis* Harleij. cum edd. principibus, una vel altera excepta, omnibus usque ad Frobenianam anni 1535. quae, et non, ut Gronov. putabat, Gryphiana, prima mediam particulam omisit. *nec et tum primus* Aldus inter errata reposuit. *nec auctum patriciis* Leid. 2. *nec aut cum patriciis* Lovel. 3. *nec aut tum patriciis* Leid. 1. Lovel. 4. Fragm. Hav. Exc. Pithoei, et apud Hearnium Oxon. N. L. 2. et C. [Veith.] Neque aliter etiam Lovel. 2. nisi quod insuper omittat vocem *patriciis*. Si codd. in sequentibus conjecturae Gronovii faverent, ea per me recipi posset. Nunc probare non audeo: optimus enim Florent. cum Lovel. 1. hic nullam particulam inter voces *nec tum* agnoscit: mox omnes codd. confanter legunt *et nunc tribunus*; quemadmodum etiam postea negandi voeulam non defendunt, nisi quod cum proxima ut desit in uno Portug. ubi dictiones illae intercipi potuere ab ultimis syllabis vocis praecedentis nominentur. Insuper quum quatuor viris Lovel. 2. quum duo quatuor viris, juncta utraque lectione, Voss. 2. Leid. ambo, et Lovel. 1. 3. 4. quum duoviris

Florent. Deinde *sacris faciendis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Tandem est *adjectus propter plebejos numerus* Leid. 2. et Lovel. 1. *adjectus est numerus propter plebejos* Lovel. 4.

Quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit] Non sollicito: nam potest esse, adjicere vult. Praeferrem tamen *adjecit*, si MSS. paterentur, quia res nondum perfecta est. DUK. *augurum quinque loca* Port. Gaertn. et Haverk. Sed vox *quinque* deficit in Lovel. 4.

§. 4. *Non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed ut adjuvent vos*] ut non vos Gaertn. et Haverk. At duae priores voces omittuntur in Portug. V. ad §. praec. Tum nostro loco *pellant* Voss. 2. loco nostro *pellant* Haverk. locus *vestro* *pellent* Gaertner. loco *vestro* *pellant* Leid. 2. Lovel. 1. 4. et Portug. Hinc *sed adjuvent vos* Lovel. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. *sed ut adjuvent nos* Voss. 2. et Lovel. 3. Mox *plebeji homines divinis procurandis quoque rebus* Lovel. 4. *homines plebeji divinis rebus procurandis* Haverk. V. ad §. 27, 1. Insuper pro parte viri, pro virili, Voss. 2. Supra in Praefat. Juvabit tamen rerum gestarum memoriae principis terrarum populi pro virili parte et me ipsum consuluisse. 3, 71, 8. Quem agrum miles pro parte

5 *juvant. Noli erubescere, Appi, collegam in sacerdotio habere, quem in censura, quem in consulatu collegam habere potuisti: cujus tam dictatoris magister equitum, quam magistri equitum dictator esse potes. Sabinum advenam, principem nobilitatis vestrae, seu Attum Clausum, seu Ap. Claudium mavultis, illi antiqui patricii in suum numerum*

acce-

virili manu cepisset. ubi etiam vide. 7, 7, 5. *Ut plus sibi, quam pro virili parte, admittendum scirent.* 26, 36, 3. *Quum ex ea plus quam pro virili parte sibi quemque capere principum vident.* et alibi.

§. 5. *Quem in consulatu collegam habere potuisti*] Vox *collegam* deficit in Lovel. 2. quae etiam, si alii codd. consentirent, abesse, et ex praecedentibus commode hic repeti posset. At omnes reliqui in ejus conservationem conspirant. Mox qui tam dictatoris, pro cujus, idem Lovel. 2.

§. 6. *Principem nobilitatis vestrae, seu Ap. Clausum, seu Ap. Claudium mavultis*] Supra ostendi, legendum *seu Actium Clausum*. SIG. Pall. duo meliores *principem nobilitati vestrae, seu appium Clausum, seu Claudium* (Pal. tert. *cladium*) *mavultis*: quae videntur confirmare lectionem, quam et supra stabilivi, praeunte Sigonio, *Actium Clausum*. Nam et Camp. ed. *Accium Clausum* oggerit. Pall. sec. *seu Appium Claudium, seu Appium Clausum mavultis*. GEBH. Thuan. et duo Pall. *seu App. tum Clausum. Voff. seu App. cum Clausum. Helm. et Rott. seu Atium Clausum. Videntur Attum velle.* J. FR. GRON. *principem nobilitati vestrae Flo-*

rent. Voff. 1. Leid. uterque, Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. [Veith.] quod eodem modo accipi potest, quo adjutor consiliis, imperator Romanis, et similia, de quibus infra dicam ad 39, 47, 11. Deinde seu App. cum Clausum Voff. 1. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. seu App. tum Clausi Leid. 1. seu Appium tum Clausum Voff. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. seu Appium Claudium Lovel. 4. seu Appium Clausum Oxon. N. et B. auctore Hearnio. seu Atium Clausum Florent. Sed tres illae voces desunt in Lovel. 2. Harlej. Port. et Gaertn. alio ordine seu Appium Claudium, seu Appium Clausum Haverk. Lipsius ad Taciti 13. Ann. 25. malebat seu Attam Clausum: quod Klockius in codicis sui nota interlineari legi testatur. Sed rectius οὐκ ἔστι Gronovius opinatur, primam syllabam vocis Appium, ut et particulas tum et cum, quae in multis Mssis supersunt, Attum, quam Attam, verisimilius reddere. V. supra ad 2, 16, 4. Insuper seu Claudium mavultis, omisso praenomine, Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. Mox illum antiqui, pro illi, Lovel. 2. [Veith.] in sui numerum, pro in suum, Leid. 2. et accepere, pro acceperunt, Lovel. 4.

§. 7. *Ne fastidieris nos in sacerdotum numerum accipere*]

acceperunt. *Ne fastidieris nos in sacerdotum numerum accipere. multa nobiscum decora adferimus; immo omnia eadem, quae vos superbos fecerunt.*
L. Sextius primus de plebe consul est factus. C. Licinius Stolo primus magister equitum, C. Marcius Rutilus primus et dictator et censor, Q. Publilius Philo primus praetor. Semper ista audita sunt eadem, penes vos auspicia esse, vos solos gentem ha-

Pall. tres in sacerdotum numero. GEBH. Vocula *Ne* deficit in Voss. 1. et Lovel. 1. *Ne fastidieris* habent Florent. et Lovel. 4. *Ne fastidieritis* Lovel. 2. Tum in sacerdotum numero Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. in sacerdotio numero Haverk. Voces acceperunt. *Ne fastidieris nos in sacerdotum numerum* exsulant a Leid. 2. Mox *multa decora nobiscum adferimus* Lovel. 2. *multa nobiscumque decora adferimus* Lovel. 3. Deinde *fecere pro fecerunt*, Lovel. 4.

§. 8. *L. Sextius primus de plebe consul est factus*] Pall. duo Sequacius. Andreas scribit *Sestius*, omisso praenomine *Lucius*. GEBH. *L. Sequacius* Voss. 2. Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. *L. Secacius* Leid. 1. *L. Sestius* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *Sestius*, omisso etiam praenomine, Harlej. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad Livii 3, 33, 4. Vocula *est* non adparet in Lovel. 4.

C. Licinius Stolo primus magister equitum, C. Marcius Rutilus primus et dictator et censor] *C. Lucinius* Lovel. 4. quomodo et alibi scribae errarunt. *Stola* Gaertn. Hinc vox *primus* deficit in Lovel. 4. *equitum* in Lovel. 2. at illa *primus magister equitum, C. Marcius Rutilus*
 Liv. Tom. V. P. II.

in Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *Ruptilius* est in Lovel. 1. *Ruptilius* in Voss. 1. et Leid. 2. *Rutilius* in Leid. 1. Florent. Lovel. 2. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. V. ad 3, 7, 6. Tum *primus dictator et censor* Lovel. 4. et Fragm. Hav. V. ad 2, 44, 3. Sed vox *primus* non adparet in Gaertn. Mox *plerique mei* (praeter Florent. Leid. 1. et Klock.) atque Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. *Publius*, pro *Publii*, sollemni errore praeferunt. V. ad 8, 12, 4.

§. 9. *Penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere*] De patriciis loquitur, qui soli se gentem habere gloriabantur, quod est idem, atque gentiles esse. Sic enim definit gentiles in Topicis [6.] Cicero ex Scaevolae sententia, *Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum nemo servitutem servivit, neque capite diminutus est.* Ejusmodi vero esse se patricii profitebantur, quod Romulus tales legisset, id est, qui patrem gentemque haberent. nam paullo post *patricios* interpretatur, *qui patrem ciere possent, id est, nihil ultra quam ingenuos.* Itaque 6, [40, 6.] Ap. Claudius ita loquitur: *An hoc, si Claudiae familiae non sim, sed unus Quiritium quilibet, qui*

bere, vos solos justum imperium et auspiciam domi militiaeque. Aequae adhuc prosperum plebejorum ac patricium fuit, porroque erit. En umquam fando audistis, patricos primo esse factos, non de coelo demissos,

modo me duobus ingenuis ortum, et vivere in libera civitate sciam, reticere possim? Post autem haec laus gentilitatis cum plebejis etiam communicata est, ut hoc loco Decius argumentatur. SIG. *penes apud vos* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. a m. 1. Ubi apud ex interpretatione praecedentis *penes* natum est. Pro eo deinde *pene apud vos dederunt* Portug. Gaertn. et Haverk. Deinde *vos solos gentem esse habere* Oxon. C. ubi *to esse* interpretationis causa adscriptum esse conjecit Hearnii. Potius tamen puto, auctorem ejus lectionis ita distinguendum credidisse: *vos solos gentem esse: habere vos solos justum imperium*. Praeter ea *gentes habere* Harlej. cum edd. Aldina prioribus. Mox *domi militiae*, pro *domi militiaeque*, Gaertn.

§. 10. *Aequae adhuc prosperum plebejorum ac patricium fuit, porroque erit*] *Aequae id huc prosperum* Voss. 2. Quaeque id adhuc prosperum Lovel. 3. *Aequo adhuc prosperum* Gaertn. *Quin adhuc plebejorum prosperum* Harlej. et quaedam priscarum edd. *Aequae adhuc plebejorum prosperum* Rom. anni 1472. et Parm. Deinde *et plebejorum et patricium* Portug. Gaertn. et Haverk. *plebejorum et patricium* Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. *et patricium* etiam Harlej. et editi usque ad Aldum. Insuper priorque erit Voss. 2. et Lovel. 3. *porroque erit, Quirites*, addita ultima voce, Rloek. Eandem transponens, *porroque erit. En, Quirites* praeferebant Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

En umquam fando audistis, patricos primo esse factos] Voc. lib. *En Romae unquam fando audistis*. SIG. Sic etiam Pal. sec. At reliqui, amandantes illud Romae, monstrose referunt *Qui inquam fando*. Andreas vero *Quin nunquam fando audistis*. GEBH. Sic quidem unus recentissimus nostrorum: sed alii omnes deficientur *et Romae*, quod adjecit Sigonius. Sensu est superfluum; neque enim quisquam veretur, ne et haec et proxima alibi, quam Romae, facta significet Decius: usui particularum *En unquam* est importunum, quibus, nisi forte versu coacti, nihil medium interponere solent veteres. Eandem restituimus 24, 14, 3. et 30, 21, 8. J. FR. GRON. *En Romae unquam* Portug. et Haverk. *Ea Romae numquam* Gaertn. *En, Quirites, numquam* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. quod ob eandem causam, ob quam Gronov. *En Romae unquam* falsi convicit, rejiciendum est. Cui inquam fando audistis Voss. 2. et Lov. 3. *Numquam fando audistis* Hearnii Oxon. L. 2. *Quin nunquam fando audistis* Exc. Pithoei, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. [Et nunquam Veith.] *An unquam fando audistis* edd. Asc. anni 1513. et 1516. sed de locutione *En umquam*, quae genuina est, v. ad 24, 14, 3. Deinde *patricos esse factos primo* Portug. Gaertn. et Haverk. Vox esse aberat a Voss. 2. eadem autem et sequens factos ab Hearnii Oxon. B.

Non de coelo demissos, sed qui patrem ciere avumque possent] Voces avumque inducendae

sed qui patrem ciere possent, id est, nihil ultra quam ingenuos? Consulem jam patrem ciere possum, avum- 11 que jam poterit filius meus. Nihil est aliud in re, Quirites, nisi ut omnia negata adipiscamur. certa-

sunt. neque enim reperiuntur in veteribus lib. neque vero desiderantur. *Patriciorum* enim tradit etymologiam, eosque dictos ait, *qui patrem ciere possent*. Quod etiam Dionysius (2. Ant. p. 83.) et Plutarchus in Romulo [p. 24.] prodidit. Qui vero *avum* addiderunt, id, credo, ea moti ratione fecerunt, quod subdit: *Consulem jam patrem ciere possum, avumque jam poterit filius meus*. Cujus orationis hic est sensus: Si patricii sunt, qui patrem ciere possunt, ego certe patricius, qui patrem consulem, multoque magis filius meus, qui patrem et avum ciere consulem potest. SIG. *qui patrem ciere possent* etiam Pall. nam alii verbo auctiores, *qui patrem avumque ciere possent*, quod textu ipso refellitur. GRUT. Mercerus 1. Opinion. et Em. c. 7. quod ab eo huic loco explicando destinatum est, sequutus scripturam a Sigonio et aliis improbatam, scribit, nihil in ingenuis notari a Livio, quam *ingenuos esse illos, qui nobiles dicuntur, paterna avitaeque nobilitate illustres*. Haec non intelligo: nam nec veteres ita interpretantur ingenuos, nec fortassis in illa colluvie, quae ad Romulum confluit, quisquam paterna avitaeque nobilitate illustris fuit. Notum est hoc Juven. in fine Sat. 8.

Majorum primus, quisquis fuit ille, tuorum Aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

Decius nihil aliud significat, quam in omni illa multitudine paucis-

simos fuisse, qui patres suos ostendere ac nominare possent, eosque a Romulo patricios factos; id quod etiam e Graecis Dionys. Halic. et Plutarch. tradiderunt, et ex Latinis Cincius, qui apud Festum auctor est, *Patricios* vocatos, qui deinde *ingenui* dicti sunt. V. Sigon. ad Liv. 1, 8, 7. et 1. de Ant. Jur. Civ. Rom. 6. DUK. *de coelo dimissos* Voss. ambo, Leid. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 34, 50, 2. *de coelo missos* Leid. 1. Justin. 5, 4. *Hunc quasi de coelo missum contuentur*. Sed reliqui *dimissos* tuentur. Liv. 22, 29, 3. *Fabiana se acies repente, velut coelo demissa, ad auxilium ostendit*. Amm. Marc. 22, 2. *Effundebatur aetas omnis et sexus, tamquam demissum aliquem visura de coelo*. quem locum commode ad illum Justini laudavit Berneccerus. Et placuit Livio hoc genus loquendi, ut praepositio, quae verbo inest, in regimine repetatur. V. supra ad praefat. §. 11. Praeterea *avumque* in nullo apud me codice erat, solo excepto Harlej. qui unus retinet. Sed male. Aldus etiam in contextu omiserat; sed in erratis iterum revocavit. Mox *idem nihil ultra*, pro *id est, nihil ultra*, Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. *idē et id ē* saepius in Mssis confundi, supra vidimus ad 5, 4, 5. Adde, quae notavi ad 9, 19, 7. 10, 37, 15. 21, 10, 8. et Cel. Burm. ad Suet. Claud. 38. Caussam v. ad 10, 37, 13. *idem nihil ultra* Lovel. 4.

§. 11. *Consulem jam patrem ciere possum*) *Consules jam patrem ciere possunt* Lovel. 2.

men tantum patricii petunt, nec curant, quem even-
 12 tum certaminum habeant. Ego hanc legem, quod
 bonum, faustum, felixque sit vobis ac reipublicae,
 uti rogas, jubendam censeo.

1 IX. Vocare tribus extemplo populus jubebat,
 adparebatque accipi legem: ille tamen dies est in-
 tercessione sublatus. postero die, deterritis tribunis,
 2 ingenti consensu accepta est. Pontifices creantur

Consules etiam Lovel. 3. et 4. V. infra hoc lib. c. 10, 2. Tum acciere Hearnii Oxon. L. 2. Ceterum haec verba una cum praecedentibus, id est, nihil ultra quam ingenuos exulant a Gaertner. culpa librarii propter repetitionem τῶν possent, et possum. V. ad 9, 11, 11.

Nihil est aliud in re, Quirites, nisi ut omnia negata adipiscamur] 4, [4, 11.] Quid enim in re est aliud, si plebejam patricius duxerit, si patriciam plebejus? Seneca Epist. 116. Immo hercle aliud est in re: vitia nostra defendimus. J. FR. GRON. nihil esse aliud in re Leid. 1. Deinde nisi quod omnia Gaertn. Nescio, quid viro docto in mentem venerit, qui ad marginem ed. Curion. conjecit, nisi ut omnia negata non adipiscamur. Mox neque curant, pro nec, Harlej. Tum quem eventum certamina habeant, pro certaminum, Voss. 1. et Leid. 2.

§. 12. *Ego hanc legem, etc. uti rogastis, jubendam censeo] Legendum uti rogata est. GELEN. Supra ostendi, uti rogas, legendum esse. SIG. Sic quidem [uti rogata est] voluit Gelenius: sed MSS. tamen uti rogastis. GRUT. Gelenio debetur haec lectio uti rogata est: sed, an bene debeatur, ignoro. Pall. omnes*

et Andreae ed. uti rogas, subeundam censeo. Campan. uti rogastis, subeundam censeo. GEBII. Unus tantum apud me Harlej. uti rogastis probat. Reliqui omnes cum edd. antt. Rom. anni 1472. et Parm. recte legunt uti rogas. V. supra ad 6, 38, 5. ubi Sigonius jani monuerat, ita hoc loco legendum esse, et ad 31, 8, 1. ubi Gronov. emendationem Sigonii probat. Deinde subeundam Voss. 1. et Leid. 2. subeundum Lovel. 3. subeundam Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. Exc. Pitthoei, Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et excusi omnes usque ad Froben. qui anno 1531. jubendam substituit, quod in hac re sollemne ac proprium verbum est. V. supra ad 3, 30, 6. et Briffon. de Formul. l. 2. p. 131.

§. 1. *Vocare tribus extemplo populus jubebat] Vocari tribus Lovel. 4. adversantibus reliquis scriptis; quibus invitis nihil multo. V. ad 42, 24, 5. Mox apparebat, omissa vocula que, Haverk. Deinde trajectis vocibus intercessione est sublatus Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Exc. Pitthoei.*

§. 2. *P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Marcius Ru*

suasor legis P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Marcus Rutilus, M. Livius Denther. Quinque augures item de plebe, C. Genucius, P. Aelius Paetus, M. Minucius Fessus, C. Marcus, T. Publilius. Ita octo pontificum, novem augurum numerus factus. Eodem anno M. Valerius consul de provocacione legem tulit, diligentius sanctam. tertio ea tum post reges exactos lata est, semper a familia ea-

tilus, M. Livius Denther] Primi pontificis cognomen *Mus* deficit in Harlej. et Hearnii Oxon. L. 1. ac 2. Tertii cognomen perperam *Rutilus* scribitur in omnibus meis, Hearnii Oxon. L. 2. B. C. Exc. Pitthoei, et edd. Sigonio prioribus. V. ad 3, 7. 6. Deinde *M. Livius Dentatus* Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Ox. B. *M. Livius Denteo* Portug. Cognomen vero exsulat a Lovel. 4. *M. Livius. Dantur quinque augures* Lovel. 2. Harlej. et Hearnii Oxon. L. 1. V. ad 10, 1, 7.

C. Genucius, P. Aelius Paetus] *C. Genitus* Lovel. 3. qui dare voluisse videtur *Genutius*, ut multi alii perperam praecerunt. V. ad 2, 52, 3. *C. Gemicius* Lovel. 4. *C. Gemitius* Hearnii Oxon. L. 1. et C. Deinde *Pelivius Paetus* Florent. Lovel. 1. 2. Harlej. et Gaertn. praenomine male nomini adhaerente, et cum eo coalescente. Alia exempla v. ad 38, 35, 2. *Pelivius Petitus* Lovel. 3. *P. Aelius Petitus* Voff. 2. *Petivius Paetus* Hearnii Oxon. C. Paulo ante *idem de plebe*, pro item, Portug. et Haverk. V. infra ad Epit. Liv. 69.

M. Minucius Fessus, C. Marcus, T. Publilius] *T. Publilius* legendum puto, quod antea toties de Q. Publilio Philone admonuimus: erant enim Publilii ex ple-

be, et ex *Publilii* quam cito factum *Publius*. GLAR. *M. Munivius* Hearnii Oxon. *N. M. Munivius* Lovel. 2. *M. Numitius* Voff. 2. et Lovel. 3. V. ad 2, 21, 1. Tum *Fesus* Leid. 1. Exc. Pitthoei, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Sissus* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Deinde reliqui quidem *T. Publius*, at *C. Publius* Voff. 2. et Lovel. 3. V. ad 8, 12, 4. Si praenomen mutet, videri posset is indicari, qui se ob aes alienum paternum nexum dedisse supra narratur l. 8, 28.

Ita octo pontificum, novem augurum numerus factus] *octo pontifices* Leid. 2. *Tum novus augurum numerus* Lovel. 2. *novum augurum numerus* Leid. 1. Deinde *factus est* Voff. 2.

§. 3. *Legem tulit, diligentius sanctam. tertio ea tum post reges exactos lata est*] *diligentius sancitam* Hearnii Oxon. C. Male. Infra 30, 19, 9. *Contra quam sanctum legibus erat.* ubi ante Gronov. etiam *sancitum* edebatur. *diligentius factam* Voff. 2. Lovel. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. ac 2. quomodo etiam supra peccarunt librarii 8, 37, 2. et dicto l. 30, 19, 9. *Vox sanctam* deerat in Lovel. 3. De locutione *sancire legem* v. ad 3, 55, 5. Deinde *tertia ea tum* Voff.

4 dem. *Causam renovandae saepius haud aliam fuisse reor, quam quod plus paucorum opes, quam libertas plebis, poterant. Porcia tamen lex sola pro tergo civium lata videtur: quod gravi poena, si quis verberasset necassetve civem Romanum, san-*

2. et Portug. a m. 1. *tertio ex tum* Leid. 1. V. ad 40, 59, 8. *tertio ea tñ, sive tamen*, Haverk. V. ad 22, 17, 5. et mox hoc cap. ad §. 6.

§. 4. *Causam renovandae saepius haud aliam fuisse reor) renovandi saepius* Leid. 2. et Lovel. 1. *renovand' saepius* ambigue Lovel. 2. *saepius renovandae* Portug. et Haverk. *saepius renovando* Gaertn. quod eo modo accipi posset, quo *causas bello* apud Tacitum exposui supra ad Livii 3, 46, 2. Verum optimi Mñi stant pro recepta lectione. Praeterea *haud aliam fuisse arbitror* Lovel. 4. ex interpretis glossa. Verbum *reor* saepe librarii in quaevis alia commutarunt. V. ad 27, 25, 11.

Quam quod plus paucorum opes, quam libertas plebis, poterant Vocula quod deest in Leid. 2. intercepta a praecedenti *quam*. V. ad 37, 54, 4. Ejus loco q; praefert Lovel. 3. V. ad 2, 41, 8. Deinde poterat, ut ad proximum referatur, Voff. ambo, Leid. ambo, Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. Fragm. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii Oxon. L. 3. Sed nihil mutandum.

Porcia tamen lex sola Vet. lib. *Porcia inde lex*. SIG. Ita et Haverk. invitis aliis omnibus. Originem et exempla hujus erroris v. ad 5, 18, 8.

Quod gravi poena, si quis verberasset necassetve civem Romanum, sanxit Sigonius 1. de Ant. Jur. Civ. Rom. 6. his addit

quasi verba Livii, *sed exsilium irrogari ab eo permisit*. Sed haec non sunt in Livio. Manutius quoque c. 19. lege Porcia civibus *aqua et igni interdictum* scribit. Non volo quidem hoc negare: nam quum haec lex virgas et securas a tergo ac cervicibus civium removisset, tamen, ne maleficia facinorosorum hominum impunita essent, probabile est, illis eadem poenam aliquam facinorum constitutam fuisse; quae vix alia, quam aquae et ignis interdictio, esse potuit. Nec tamen ullo testimonio veterum scriptorum comprobant, lege Porcia quidquam nominatim de aquae et ignis interdictione, et, quod hanc necessario sequebatur, exsilio cautum fuisse. Et Sallust. in Catil. 51. videtur indicare, exsilium civibus condemnatis aliis legibus permittum fuisse, An, inquit, *quia lex Porcia vetat* (cives verberari et necari?) *At aliae leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exsilium permitti, jubent*. Et ibid. *Tunc Porcia aliaeque leges paratae sunt, quibus legibus exsilium damnatis permittum est*. Verum haec non incommode ita accipi possunt, quum lex Porcia, ut antea aliae leges de provocatione, negligi coepisset, eam deinde ab aliis, et forsitan a C. Graccho, a quo Porciam relatum opinatur Sigonius, renovatam fuisse. DUK. *quae gravi poena* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. [Veith.] V. ad 37, 35, 4. *quod ea gravi poena* Haverk. et plures principum

xit. Valeria lex, quum eum, qui provocasset, vir-
gis caedi, securique necari vetuisset, si quis ad-
versus ea fecisset, nihil ultra, quam inprobe factum,
adjecit. Id (qui tum pudor hominum erat) visum, 6
credo, vinculum satis validum legis. nunc vix serio

edd. Quae scriptura inde nata esse videri potest, quod librarius duplicem sectionem hoc modo junctam proposuerit *quod ae gravi poena*; id deinde non intelligens nasutus mutavit in *quod ea*. Deinde *si quis verberassetve civem Gaertn. verberasset necassetne* Florent. Tum sanxit non adparet in Leid. 1.

§. 5. *Si quis adversus ea fecisset, nihil ultra, quam inprobe factum, adjecit*] An facturum? Cic. de Harusp. resp. [8.] *Qui meam domum violasset, contra rempublicam esse facturum.* 2. ad Att. ep. 24. *Qui eum emisisset, contra rempublicam esse facturum.* J. FR. GRON. *adversus eam fecisset* Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. intellige adversus eam legem. *adversus eam fecisset* Voff. 2. V. ad Epit. Liv. 47. Reliqui vulgatum tuentur. *Adversus ea*, quae nempe lege statuta erant. Deinde *factum* servant omnes libri; at *quam in plebe factum* praefert Hearnii Oxon. L. 1.

§. 6. *Id, qui tum pudor hominum erat*] *Id quia tum pudor* Voff. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 36, 33, 5. *Id, quod tum pudor* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] V. ad 37, 35, 3. *Idq; tum pudor* Gaertn. *Id qui tamen pudor* Lovel. 3. V. paullo ante ad §. 3. In verbis sequentibus *vinculum satis validae legis, pro satis validum*, Lovel. 1. et Leid. 2.

Nunc vix servo ita minetur quisquam] *Servo* profecto nihil mirum, cum gravius multo et severius servis minari conveniat, quam liberis et ingenuis hominibus. Et recte Petronius [115.] *Poenam ignis gravissimam credimus, ubi servis irascimur*. Quid igitur, si unius literulae facili mutatione sic legamus? *nunc vix serio ita minetur quisquam*. quod ego temere rejiciendum non putem. PETH. PITHOEUS 2. Advers. subsec. 2. Quidam legunt *serio*. quod non probo. Significat enim, cum servis minantur, gravius minari, quam ut dicant *improbe fecisse*. malum enim minabantur. ut 4, [49, 13.] *Audistis, Quirites, sicut servis, malum minantem militibus*. SIG. Sigonii liber *serio*, quod approbe damnat. Pall. duo *nunc vix servata minetur quisquam*. GEBH. Pithoeus 2. Advers. 2. *serio*. Neutrum placet. Quidam editi *nunc vix servo suo ita*. Non juvant scripti, nisi quod Flor. *servos ero*. Helm. et Rott. *nunc vix si summo serio minetur*. Unde timide conjiciebam: *nunc vix si summas poenas minetur*. Nempe ipsa lex satis validum vinculum habet. Voff. alter, *nunc vix servata minetur quisquam*. J. FR. GRON. *nunc vix servo ita minetur*, ut erat in edd. Rom. anni 1472. et Parm. praefert etiam Voff. 1. Leid, 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. quod ferri non posse recte Pithoeus vidit. Non enim illud pronuncia-

7 ita minetur quisquam. Bellum ab eodem consule
 haudquaquam memorabile adversus rebellantes Ae-
 quos, quum praeter animos feroces nihil ex anti-
 8 qua fortuna haberent, gestum est. Alter consul Ap-
 pulejus in Umbria Nequinum oppidum circumscdit.

tum *inprobe factum* nimis acerbum, sed nimis leve legis vinculum fuisse indicat. Quid mirum itaque, si dominus servo, in quem majus imperium, quam lex in civem habebat, ita Livii tempore non minaretur. Hinc neque placet *nunc vix servis ita minetur*, quod praefert Lovel. 2. neque *nunc vix servo suo ita minetur*, quod superest in ed. Mediol. anni 1480. et quibusdam sequentibus. *nunc vix servata minetur* est in Voss. 2. et Lovel. 3. *nunc vix servo ita minetur* in Harlej. *nunc vix servos ero ita minetur* in Florent. unde Cl. Salvinus conjiciebat *nunc vix servo herus ita minetur quisquam*. quod ob causam jam datam admittere nequeo. Pighius in Annal. ad annum CDLIII. p. 383. Pithoei conjecturae et quarumdam edd. lectionis vestigiis insistentem, scribendum conjicit *vix serio suis ita minetur quisquam*. Doujatius, una tantum litera in scriptura codd. Helm. et Rott. quam Gronovius dedit, mutata, legebat *nunc vix si summa serio minetur quisquam*; et, per *summa* intelligens summa supplicia, simul repetendum existimabat *ne tunc quidem satis validum fore legis vinculum*. At, si ea lectio probanda erit, tria priora vocabula repeti necesse non est; sufficit enim *nunc vix*, sc. satis validum legis vinculum videtur, *si summa serio minetur quisquam*. Sed vellem exemplum protulisset, ubi *summa minari* pro summa supplicia minari ponatur. Pithoei conjecturam firmat cod. Klock.

neque multam inde recedit Leid. 1. qui *vix serii ita minetur* praefert. Eandem conjecturam etiam Cl. Ant. Perizon. probavit, qui ejus hunc sensum constituebat: illam comminationem *inprobe factum* tam parvam vim nunc habituram, ut vix ab serio animo et in re seria proficisci posset. Id, quod Gronovio in mentem venit, quamvis longius paullo a Mf'is recedat, non displicet, nisi, pro *summo* emendans *supplicia* vel *supplicia*, legas, *nunc vix, si supplicia serio minetur quisquam*. Voces *serio ita* deerant in Lovel. 4. lacuna tamen relicta, ut constet aliquid deesse, quod librarius adsequi non potuit. In eodem cod. deerat etiam *to quisquam*.

§. 7. *Haud quaquam memorabile adversus rebellantes Ae- quos] haud quamquam* Florent. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Gaertn. V. ad 7, 26, 8. *haud quicquam memorabile* Leid. 2. Mox *fortuna antiqua*, transpositis vocibus, Portug. Gaertn. et Haverk. et sequens vox *haberent* omittitur in Leid. 1.

§. 8. *Appulejus in Umbria Nequinum oppidum circumscdit]* *Apulejus* unico p Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 3. Port. Gaertn. Haverk. et Fraggm. Hav. V. ad Epit. Liv. 5. *Nequinum* est in Lovel. 4. V. ad cap. seq. §. 1. *circumscdit* in Voss. 1.

Locus erat arduus, atque in parte una praeceps] arduus, altus, atque in parte una prae-

locus erat arduus, atque in parte una praeceps, ubi nunc Narnia sita est. nec vi, nec munimento capi poterat. Itaque eam infectam rem M. Fulvius Paetinus, T. Manlius Torquatus, novi consules, acceperunt. In eum annum quum Q. Fabium con-

ceps Florent. Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] Sed illud *altus* ex vocis praecedentis interpretatione natum puto. Mox verbum est non adparet in Haverk.

Nec vi, nec munimento capi poterat] Pall. *nec in momento capi poterat*. sec. autem et Camp. *nec vi, nec momento capi poterat*. GEBH. *nec vi, nec in momento* Voff. 2. et Portug. V. ad 4, 27, 4. *nec vi in momento* Fragm. Hav. a m. 2. *nec vi momento* Voff. 1. a m. 2. Gaertn. et Haverk. *nec in momento* Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. *nec vi momento* Voff. 1. a m. 1. et Lovel. 1. V. ad Livii 4, 10, 6. *nec in momento* Leid. 1. *vis et munimentum* hic fere eo modo sumuntur, quo alibi *vis et opera*, vel *arma et opera*. 32, 23, 6. *Omnis inde spes pugnantis in vi, et armis, et operibus erat*. et 36, 23, 1. *Romani quidem operibus magis, quam armis, urbem oppugnabant*.

§. 9. *Itaque eam infectam rem M. Fulvius Paetinus*] *Itaque infectam rem* Voff. 2. Leid. ambo, Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *M. Fulvius Paetus* Florent. Voff. 2. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et edd. omnes usque ad Gronov. *M. Fulvius Paetus* Oxon. N. At recte Gronovius in ed. anni 1665. substituit *M. Fulvius Paeti-*

nus; quem ita adpellandum esse ex fragmentis Fastor. Capitolin. Triumphal. docet Pighius in Annal. ad annum DCCLV. p. 584. Mox etiam *et Manlius*, pro *T. Manlius*, Florent.

§. 10. *Quum Q. Fabium consulem non petentem omnes dicerent centuriae*] Helm. *consulem appetentem*. Rottend. *consulem appatentem*. Suspicio fuisse *consulem absentem*. V. Sigonius ad c. 22, 9. hujus libri. Neque obest, quod sequitur *ipsum auctorem fuisse*. Potuit enim, ubi audivit hoc agi, venire in Campum. 8, [22, 4.] *Tribunatumque plebei proximis comitiis absens petentibus praefertur*. J. FR. GRON. *non petentem* servant omnes mei, nisi quod levi et alibi saepius obvio errore *non petentem* datum sit in Voff. 2. V. ad 5, 14, 5. Nihil itaque mutandum puto. Supra 5, 18, 1. *P. Licinium Calvum praerogativa tribunum militum non petentem creant*. 10, 5, 14. *Non petentem, atque adeo etiam absentem, creatum credidere* quidam. Praeterea Fabii praenomen Q. deficit in Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. Portug. Haverk. [Veith.] et omnibus edd. usque ad Froben. anni 1535. quod interceptisse videtur vox praecedens *quum*. sed *quumq; Fabium* legit Lovel. 2. V. ad 22, 31, 7. Eadem transposita *Q. Fabium non petentem, vel potentem, quum omnes praefertur* Voff. 2. et Lovel. 3. Tum *dicerent omnes centuriae* Leid. 2. Lovel. 1. Portug.

sulem non petentem omnes dicerent centuriae, ipsum auctorem fuisse Macer Licinius ac Tubero tradunt differendi sibi consulatus in bellicosiore annum: eo anno majori se usui reipublicae fore, urbano gesto magistratu. ita nec dissimulantem, quid mallet, nec petentem tamen, aedilem curulem cum L. Papirio Cursore factum. Id ne pro certo ponerem, vetustior annalium auctor Piso effecit; qui eo

Gaertn. et Haverk. [non petentem consulem dicerent Veith.]

Ipsum auctorem fuisse Macer Licinius ac Tubero tradunt actorem Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. quem eundem errorem iidem codices mox infra committunt §. 12. V. ad 1, 26, 5. Tum *Macer Linius* Voff. 2. et Lovel. 3. *Marcellinius* Klock. *M. Licinius Hearnii* Oxon. C. Deinde *ac Tubero* Florent. Mox *disendi*, pro *differendi*, Leid. 1.

§. 11. *Eo anno majori se usui reipublicae fore*] eodem anno Gaertn. V. ad cap. seq. §. 6. *major* Lovel. 1. Voff. 1. Leid. 2. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. *eo anno majoris ut suae rei prae furore sine ullo sensu* Lovel. 2. *eo anno majori seu sui seu reipublicae fore* Voff. 2. et ita etiam Lovel. 3. nisi quod *furore*, pro *fore*, legat. *eo anno major seu sui rei pro furore* Lovel. 4. *eo anno majori se usui fore* Fragm. Hav. a m. 2. priori scriptura erasa. Mox *nec petentem tum*, pro *tamen*, Lovel. 2. Portug. et Haverk. V. ad 22, 17, 5. *nec petentem tandem* Lovel. 4. V. ad 22, 2, 11.

§. 12. *Fuisse tradit C. Domitium Cn. F. Calvinum et Sp. Carvilius Q. F. Maximum*] Pall. pr. et tert. *fuisse Cl. Domi-*

tium. sec. fuisse tradit L. Domitium C. Philum Calvinum, Alius Q. Spurium Carvilius et Q. Fabium Maximum. Vetustae quoque editiones *Cl. Domitium* appellant. GEBH. Non facile reperies in Domitiis hoc praenomen. Natum est autem Maguntiaci. Andreas et caeteri usque ad Ascensium *Cl. Domitium*, ut et Florentinus. Rott. *C. L. Domitium*. Ergo vel *Cn.* vel *L.* scribendum. *Cn.* mavult Pighius [in Annal. ad ann. cdliv. p. 385.] et esse filium *Ca. Domitii* Calvini cum *A. Cornelio Cosso* anno U. C. cxxx. consulis. J. FR. GRON. V. Suet. in Ner. 1. Sigon. ad Epit. Liv. 13. et Pighium in Annal. ad ann. U. ccccxxxiii. DUK. *tradit* deest etiam in Voff. 2. et Lovel. 3. Tum *L. C. Domitium Cn. F. Calvinum* Voff. 1. Lovel. 1. et Harlej. *L. C. Domitium cum F. Calvinum* Leid. 2. *L. C. Domitium* se etiam in Oxon. B. L. 2. et N. invenisse, Hearne testatur. *Cl. Domitium Cn. F. Calvinum* Leid. 1. *Cl. Domitium Cn. F. Columnium* Lovel. 4. *D. Domitium C. N. filium Calvinum* Lovel. 3. *D. Domitium* etiam Oxon. C. apud Hearnium, qui *M. Domitium* in L. 1. offendit. *L. Domitium Cn. F. Calvinum* Fragm. Hav. *L. Domitium C. Fulvium Calvinum* Lovel. 2. *L. Domitium C. Philum Calvinum* Haverk. *L. Domitium Cn. Philum Calvinum* Portug. Consensio Grono-

anno aediles curules fuisse tradit C. Domitium Cn. F. Calvinum et Sp. Carvilius Q. F. Maximum. Id credo cognomen errorem in aedilibus fecisse: secutamque fabulam mixtam ex aediliciis et consularibus comitiis, convenientem errori. Et lustrum eo anno conditum a P. Sempronio Sopho et P. Sulpicio Saverione censoribus: tribusque additae duae, Aniensis ac Terentina. Haec Romae gesta.

vio, vel Cn. vel L. Domitium scribendum esse. Domitios enim non nisi haec praenomina usurpasse, observat Torrent. ad Suet. Aug. 17. V. etiam Inl. Spanhem. de praef. et usu numism. disert. 10. p. 25. ubi eorum, qui Cn. Domitium legunt, sententiam probat. Deinde et Sp. Carvilius Q. Fabius Maximus Lovel. 2. alius Q. Sp. Carvilius et Q. Fabius Maximus Portug. Haverk. et Gaertn. Hearnii se invenisse testatur et Q. et Sp. Carvilius Q. F. Maximus in Oxon. N. et alius Q. Sp. Carvilius Q. F. Maximus in B. et C. Canulium Q. F. Maximus in L. 1. et Sp. Carvilius Q. Tuberonem Maximus in C. Reliqui codd. nihil mutant. Patet itaque, vel Mfos omnes aperte velle, Carvilius hunc fuisse Quinti filium; vel idem ex eorum aberrationibus non obscure colligi posse. Contra Pighius in Annal. priori loco eum C. Filium fuisse existimat, idque non aliam ob causam, quam quod eundem esse credat illi, qui sex annis postea cum L. Papirio Cursore consulatum gessit, et in Fast. Capitol. Triumph. SP. CARVILIUS. C. F. C. N. MAXIMVS vocatur. Sed potuerant Sp. Carvilius consulis pater Cajus et Sp. Carvilius aedilis curulis pater Quintus fratres fuisse, quorum aedilis nullus postea in republica honores

gessisset. Paulo ante fecit, pro effecit, Haverk.

§. 13. *Errorem in aedilibus fecisse* in *sedilibus* Lovel. 3. quemadmodum mox *sediliciis* Voss. 2. eodem errore, quo *aedes* et *sedes* in membranis commutari supra vidimus ad 5, 42, 1. in *aedibus* Leid. 1. in *aediles* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Tum fuisse Haverk. V. ad 31, 45, 2.

§. 14. *A P. Sempronio Sopho et P. Sulpicio Averrione* Sulpicio Saverione ex Capitolinis lapidibus. SIG. Transpositis nominibus gentilitiis P. Sulpicio Sopho et P. Sempronio Florent. Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Klock. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. C. B. et quaedam edd. antt. P. Sopho et P. Sempronio Hearnii L. 2. P. Sulpicio Sex. Averrione edd. Rom. anni 1472. et Parm. Deinde Averrione servant Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 2. Harlej. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. N. ac C. Avenione obserunt Voss. 2. et Lovel. 3. Averione Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Arrione Lov. 4. Averone Fragm. Hav. Aversione Hearnii B. Sed recte Sigonius emendavit Saverione; quod sibi in Mfo suo obvium fuisse, Klockius notavit. V. ad 9, 45, 1.

Aniensis ac Terentina An-

1 X. Ceterum ad Nequinum oppidum quum segni
obsidione tempus tereretur, duo ex oppidanis, quo-
rum erant aedificia juncta muro, specu facto ad
2 stationes Romanas itinere occulto perveniunt: inde
ad consulem deducti, praesidium armatum se intra
3 moenia et muros accepturos confirmant. Nec ad-

tensis Gaertn. *Anniensis* Leid. 2. et Lovel. 3. Haec posterior, ut et vulgata lectio ferri posse videntur. Nam tribus illa passim in lapidibus literatis *AN. ANI. ANIENS. ANIESIS, ANNIENSIS*, et *ANIENSIS* vocatur; at ultimo modo longe frequentius; ut *Anniensis* potius ex lapsu sculptorum ortum esse credi possit. Turnebus ad Cic. orat. 2. Agrar. 29. *Arniensis* legi debere censet; quomodo in Epit. Liv. hoc lib. etiam praefert ed. Parm. At meminisse oportuera, duas diversas fuisse tribus *Aniensem* et *Arniensem*; illam hoc loco reliquis additam memorari, hujus institutionem jam supra referri 6, 5, 8. Deinde et *Tarentina* Gaertn. et *Tarentina* Voff. 2. Portug. et Haverk. ac *Tarentina* Voff. 1. Leid. ambo, Lovel. 2. 3. 4. Fragm. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. ac *Tarentina* Lovel. 1. Sed nihil mutandum. V. supra ad Epit. Liv. hoc libro.

§. 1. *Ad Nequinum oppidum quum segni obsidione tempus tereretur*] Video in duabus bonae fidei membranis *tereret*. Forte *quum segni obsidio tempus tereret*. J. FR. GRON. Est inusitatum genus loquendi *obsidio terit tempus*. Aliter Livius 1, 57, 5. *Otium conviviis commessionibusque inter se terebant*. Et 6, 34, 6. *Quum inter se sermonibus tempus tererent*. Non *otium convivia terebant*, nec

sermones tempus tererent. Et sic alibi. Propius ad scripturam duorum librorum Gronovii accederet *tererent*. DUK. *terretur* Florent. et Leid. 1. *terrentur* Haverk. Solent passim in Mstis verba *terere* et *terrere* inter se confundi. V. supra ad 6, 8, 10. Id quod Gronovius in duabus honeste fidei membranis se vidisse retulit, in nullo mihi codice obvium fuit. Si tamen reperissem, id locum tentandi causa non exstitisset, sed errori librariorum adscripsissem. Novi enim, eos terminum passivum *ur* vel ejus notam infinitis (* l. innumeris) locis omisisse. Exempla v. ad 1, 17, 6. c. 32, 5. 2, 14, 4. c. 37, 8. Epit. 1. 3. in fine. 3, 4, 6. c. 5, 13. c. 23, 2. c. 30, 3. c. 64, 9. 4, 6, 3. c. 12, 4. c. 35, 11. c. 41, 10. c. 51, 4. 5, 5, 6. c. 6, 11. c. 12, 4. c. 16, 1. c. 33, 2. c. 37, 7. c. 43, 2. c. 45, 3. Plura adscribere omitto, ne lectori taedio sim. Paulo ante *Nequinum*, pro *Nequinum*, est in Voff. 2. Lovel. 3. 4. et Portug. V. ad cap. praec. §. 8. et mox hoc cap. §. 5.

Quorum erant aedificia juncta muro] aedificia inertia muro Voff. 2. et Lovel. 3. unde conjici posset *inhaerentia*. Sed nihil muto. Mox iidem codd. *cez itinere occulto*, addita prima voce, praeferrunt.

§. 2. *Inde ad consulem deducti] ad consules* Leid. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Male. Quamvis enim

spernanda res visa, neque incaute credenda. cum altero eorum (nam alter obses retentus) duo exploratores per cuniculum missi: per quos satis com-⁴perta re, trecenti armati, transfuga duce in urbem ingressi, nocte portam, quae proxima erat, cepere. qua refracta, consul exercitusque Romanus sine

cap. praec. Nequini oppidi obsidionem M. Fulvius Paelinus et T. Manlius accepisse dicantur, verius tamen videtur, alteri tantum eorum obsidionem commissam esse. Mox enim addit Livius hoc cap. *consul exercitusque Romanus sine certamine urbem invasere*, ubi, paucis exceptis, plerique codd. in hanc lectionem consentiunt. Quin et, alteri consuli T. Manlio Etruriam provinciam sorte evenisse, cap. seq. narratur, eique in expeditione mortuo successisse suffectum consulem M. Valerium. Eam sententiam firmant etiam excerpta Fastor. Capitol. triumphal. ubi solius M. Fulvii Pactini triumphus *DE SAMNITIBVS. NEQVINA-TIBVSQVE* refertur; quem et egisset T. Manlius, si, antequam in Etruriam proficisceretur, junctis viribus rem cum collega ad Nequinum gessisset. Error itaque, qui in codd. scriptis est, inde natus videtur, quod per compendium scriptum fuerit *ad cos.* vel *ad cons.* in quo compendio passim indocti librarii, nescientes quemadmodum reddendum foret, vel in numero, vel in casu, vel in utroque simul turpiter errarunt. In unius Livii codd. tanta est copia exemplorum, quae partim jam praecesserunt, partim infra sequentur, ut, si ea recensere vellem, lectoris patientia abuterer. Et quidem tanto facilius peccare potuerunt, quod numero plurali non tantum scriperint antiqui *cos.* ut nunc fe-

re fit, sed etiam *cons.* vel *cos.* quo nunc tantum singularis vulgo indicatur. Exemplum est in senatusconsulto de Bacchanalibus, at alibi passim. Similes errores committuntur in explicandis notis, quibus indicantur voces *tribunus militum*. V. supra ad 4, 57, 9. et 6, 6, 3. voces *tribunus plebis*. V. ad 7, 16, 1. (* *praetores* v. ad 24, 23, 1.) *patres conscripti*. V. ad 7, 41, 7. *senatusconsultum*. V. ad 38, 60, 1. et 42, 33, 4. *populus Romanus*. V. ad 39, 47, 11. *censores*. V. ad 43, 14, 6. quaelibet notae numerales. V. ad 42, 12, 9. *res publica*. V. hoc lib. ad c. 37, 16. Mox *inter moenia*, pro *intra*, Lovel. 3. V. ad 5, 27, 3.

§. 3. *Nec aspernanda res visa*] *Haec aspernanda* Haverk. V. ad 32, 20, 7. *Nec aspernanda* Gaertn. Mox *obsessus retentus* Harlej. Deinde *exploratores et per cuniculum missi* Leid. 2. et Lovel. 1. *exploratores per cuniculum missum* Leid. 1. *exploratores per cuniculum missi sunt* Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.]

§. 4. *Per quos satis comperta re*] *satis comperata re* Voff. 2. et Leid. 3. V. infra ad 89, 29, 5. Vox autem *re* exsulat a Leid. 1. Deinde *ceperunt*; pro *cepere*, Lovel. 4. et ed. Rom. anni 1472.

Qua refracta, consul exercitusque Romanus] *qua re facta* Voff. 2. et Lovel. 2. 3. ac 4. Ita saepe *factus et fractus* confundi

5 certamine urbem invasere. Ita Nequinum in ditio-
nem populi Romani venit. Colonia eo adversus Um-
bros missa, a flumine Narnia adpellata: exercitus
6 cum magna praeda Romam reductus. Eodem anno
ab Etruscis adversus inducias paratum bellum. sed
eos alia molientes Gallorum ingens exercitus, fines

solent. V. supra ad 6, 17, 6. *Refringere* in hac re proprium est. Supra 6, 17, 6. *Refracturosque carcerem minabantur.* 10, 34, 12. *Refractis foribus, paucos graves aetate aut invalidos inveniunt.* c. 43, 5. *Simul et refringebantur portae, et vis undique in muros fiebat.* Infra 23, 18, 2. *Moliri portas, et claustra refringere parat.* 24, 46, 3. *Ex interiore parte vi claustra refringere jubet.* 25, 9, 15. *Ceteros vigiles obtruncant, refringuntque portam proximam.* c. 24, 3. *Prope Hexapylon est portula magna vi refringi coepta.* c. 25, 9. *Refractisque foribus quum omnia terrore ac tumultu streperent.* 27, 15, 18. *Inde et proxima refracta porta.* 28, 3, 13. *Securibus dolabrisque caedebantur et refringebantur portae.* Tam *cōss. exercitusque Lovel.* 4. *consules exercitusque Lovel.* 3. Portug. Gaertn. et Haverk. V. modo ad §. 2. *Mox invaserunt Lovel.* 4.

§. 5. *Ita Nequinum in ditio-
nem populi Romani venit] Nequinum* Voss. 2. Lovel. 4. et Portug. V. supra hoc cap. §. 1. *Tum in dictionem Lovel.* 1. *in dedicio Lovel.* 2. *in dedicionem* Gaertn. *in deditioem* Leid. 2. Portug. et Haverk. *Vulgatum, reliquorum codicum auctoritate firmatum, verius est. Ditio et Deditio saepius in Mfīs commutantur.* V. ad Liv. 26, 21, 17. *Deinde pervenit Haverk.* Sed et hic receptam le-

tionem praefero. V. infra ad 33, 37, 4.

A flumine Narnia adpellata] a *Nare flumine Narnia adpellata* edd. vet. usque ad Frobenium, qui, consensu omnium scriptorum, anno 1535. vocem *Nare* omisit, nisi quod unus eam servet Harlej. quem non audiendum censeo. *Narvia* Portug. *Mox Romam deductus, pro reductus,* Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] V. ad 6, 26, 8.

§. 6. *Eodem anno ab Etruscis adversus inducias paratum bellum]* Biennio ante, consulibus M. Livio et C. Aemilio, induciae datae erant Etruscis ad biennium ab dictatore M. Valerio. quo pacto igitur parabant bellum *adversus inducias?* GLAR. Induciae datae erant in biennium Livio et Aemilio consulibus extremo anno CDLI. At hoc anno, qui est CDLIV. *adversus inducias* parant bellum. Recte, non enim biennium completum est, neque enim annus, quo datae sunt, numeratur. Hoc dixi, ut defenderem a Glareani calumnia Livium. †. „ Magna vero calumnia, si „ quis dicat, aliquem memoria „ lapsus! „ †. SIG. Recte Sigonius Livium contra Glareanum defendit. Non tamen necesse est, ut cum eodem Sigonio annum, quo induciae datae sunt, non computemus. Anno enim, qui consulatum M. Valerii et Q. Apuleji proxime praecessit, sive

ingressus, paullisper a proposito avertit. Pecunia 7
 dcinde, qua multum poterant, freti, socios ex ho-
 sibus facere Gallos conantur, ut eo adjuncto exer-
 citu cum Romanis bellarent. De societate haud ab- 8
 nuunt barbari: de mercede agitur. qua pacta ac-
 ceptaque, quum parata cetera ad bellum essent, se-

eo M. Livius Denter. et C. Aemi-
 lius consules fuerint, sive eo M.
 Valerius sine consulibus dictatu-
 ram gesserit, Etruscis *induciae*
biennii datae sunt supra c. 5,
 13. et quidem, ut ex ordine nar-
 rationis Liviana patet, anno il-
 lo exeunte. Anno proximo M. Va-
 lerio et Q. Appulejo consulibus
 Etruscum adversae belli res, et
 induciae quietum tenuerunt. V.
 c. 6, 2. Sed anno, qui proxime
 secutus est, ab Etruscis adversus
 inducias paratum est bellum, ut
 hoc loco refert, et quidem, quod
§. 10. *Quid ergo attinet le-
ges ferri, rogitans* Lego, quid
ergo attineret, non attinet.
GELEN. Scribendum attinere.
ut 2, (41, 6.) Quid attinuisse,
Hernicis paullo ante hostibus
capti agri tertiam partem red-
di? 6, (23, 7.) Quid attinere,
cum mortali corpore uno civi-
Liv. Tom. V. P. II.

tatis, quam immortalem esse
deceat, consensescere vires? 37,
[15, 2.] Sin autem manendum
ibi nihilominus sit, quid atti-
nere claudi portum? J. FR.
GRON. V. Gronov. 2. Obs. 14.
3, 9. ad Livii 2, 3. c. 44. 8, 33. 10,
2. 24, 3. DUK. attinet, ut ante
Gelenium edebatur, etiam ex
scriptis Gaertn. et Haverk. Sed
v. ad 40, 14, 11. Gronovio nullus
consentit codex. V. tamen, quae
notavit 2. Obs. 14. p. 322. Prae-
terea quid igitur attineret Lovel.
4. V. ad 21, 40, 6. Tum lege fer-
ri Haverk. ubi ultima litera prio-
ris vocis excidit ob similitudinem
primae vocis sequentis. V. supra
ad 4, 33, 11. Leges ferre Gaertn.
[legem Veith.] Paulo ante prae-
stabat, pro perstabat, Leid. 2.
Gaertn. Haverk. et edd. Rom. an-
ni 1472. ac Parm. V. ad Ept.
Liv. 49.

Quibus per eosdem, qui tul-
sent, fraus fieret] Forte jussis-
sent. Neque enim populus fert
legem, sed jubet vel accipit, fe-
rente magistratu. Scio §. 15. Inll.
de lege Aquilia haberi: plebem
Romanam, quae Aquilio tribu-
no rogante hanc legem tulit.
Sed et hujus auctor scripsit jus-
sit, si Latine locutus est. Non
ignoro 3, (34, 5.) Livii: Quae
consensus omnium non jussisse
latae magis, quam tulisse, vi-
deri posset. Est enim sensus,
quasi quisque eas pro se aliis ju-
bentibus tulissent. J. FR. GRON.
Non hic populus intelligitur, sed
tribuni plebis. Hi enim erant,
per quos frangebatur lex semel
confirmata. Nec potest dici a po-
pulo fraus ferri legibus, quibus

- 11 Populus nihilominus suffragia inibat: et, ut quae-
 12 que intro vocata erat centuria, consulem haud du-
 bis Fabium dicebat. Tum demum consensu civita-
 tis victus, *Dii adprobent, inquit, quod agitis,*
acturique estis, Quirites. Ceterum, quoniam in me,
 13 *quod vos vultis, facturi estis, in collega sit meae*
apud vos gratiae locus. P. Decium, expertum mihi
concordi collegio virum, dignum vobis, dignum pa-

quid derogat, sed tribuni, quod semel ad populum tulissent, directo antiquare veriti, oblique et e longinquo elidebant. JAC. GRON. Meliori ratione receptam lectionem adversus conjecturam paternam vindicavit Jac. Gronovius, quam Doujatius; qui, licet fatcatur, proprie loquendo, populum legem non ferre, sed ferente magistratu jubere vel accipere, nihilominus contendit, ferre quoque dici populum vel plebem tum a Livio, tum a Juliano Imp. quae loca Gronovio erroris suspecta erant. Eadem autem, quae Jac. Gronovio, expositio vulgatae scripturae etiam Cl. Ant. Perizonio in ora cod. sui in mentem venerat: similiter anim tulissent referendum putat ad tribunos plebis, qui Fabium legibus solvere volebant, eamque patris sententiam probavit etiam Cl. Jac. Perizonius. Ceterum qui retulissent est in Lovel. 2. Mox etiam non lege, pro regere, est in Lovel. 4.

§. 11. *Populus nihilominus suffragia inibat* Populus nihilominus suffragia inibat Leid. 1. Lovel. 2. 4. et Fragm. Hav. *Populus nihilominus suffragia inibant* Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. An forte librarius voluit *populus inibant*? Certe talia multa apud Livium obcurrunt. 1, 36, 22. *Non tulit populus patris la-*

crimas, absolventque. c. 41, 1. *Clamor inde concursusque populi, mirantium quid rei esset.* Epit. 1. 2. *Iurejurando populum adstrinxit, neminem regnare Romae passuros.* ubi v. quae notantur. 4, 31, 7. *Uni Fidencium populo rebellare placuit, et, novorum colonorum caede indutis armis, Vejentibus sese conjungunt.* 6, 21, 5. *Tum, ut bellum juberent, latum ad populum est.* 21, 11, 2. *Populum Romanum injuste facere, si Suguntinos vetustissimae Carthaginiensium societati praepo- nant.* 23, 30, 14. *Ad populum ferret, ut Q. Fabium duumvirum esse juberent.* 38, 48, 9. *Non cum Gallis bellum senatus decreverat, et populus jusserat, sed simul, ut opinor, cum his decreverant jusserantque.* c. 46, 13. *Non ad populum ferri, velint, jubeantque, cum Gallis bellum geri.* 39, 51, 9. *Liberemus diuturna cura populum Romanum, quando mortem senis expectare longum censent.* D. Lucas in Evang. 1, 21. *Kal ην ο λαός προσδοκῶν τὸν Ζαχαρίαν, καὶ Ἐλισάβητον.* V. ad Liv. 6, 39, 10, 8, 23, 6, 30, 27, 3, 34, 49, 11, 39, 39, 4. Cl. Duker. ad Flori 1, 9, 8. Cortium ad Sallust. Jug. 22 et viros doct. ad Val. Max. 2, 10, 8.

Ut quaeque intro vocata erat centuria, consulem haud dubie

rente suo, quaeso, mecum consulem faciatis. Justa suffragatio visa. omnes, quae supererant, centuriae Q. Fabium, P. Decium consules dixerunt. Eo anno plerisque dies dicta ab aedilibus, quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent. nec quisquam ferme est purgatus: vinculumque ingens immodicae cupiditatis injectum est.

XIV. Consules novi, Q. Fabius Maximus quar-

fabium dicebat] intra vocata Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Fragu. Hav. Male. Cic. Fragu. orat. pro C. Cornelio. *Nec criminosis tribus ad legem accipiendam, quam ad collegam reddendum privatum intro vocare.* Liv. 10, 24, 18. *Priusquam intro vocarentur ad suffragium tribus.* Deinde haud dubia Klock.

§. 12. *Dii adprobent, inquit, quod agitis, acturique estis] Pal. ter. Dei approbent, inquit, quod agitis.* GEBH. *Dei etiam* Leid. 1. Lov. 3. Port. Haverk. Fragu. Hav. Hearnii Oxon. N. B. et edd. quas vidi, usque ad Modium. V. infra hoc lib. c. 40, 13. *approbent, inquit, Dii* Klock.

Quoniam in me, quod vos vultis, facturi estis] quoniam nunc, quod vos vultis Lovel. 4. *quoniam in me, quod vultis* Voss. 2. qui idem cum Lovel. 3. praefert factum est. [Casterumque quoniam Veith.] Praeterea mox etiam apud me, pro apud vos, idem adhuc Voss. 2.

§. 13. *Dignum vobis, dignum parente suo, quaeso, mecum consulem faciatis]* Duae priores voces omittuntur in Lovel. 2. et 4. tertia in Leid. 2. et Lovel. 1. *vobis dignum, dignum parente suo praefertur* Harlej. et edd. ante Aldum. Deinde mecum, quaeso, consulem mecum faciatis Gaertn. quibus, mecum consu-

lem facite edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Justa suffragatio visa] Justa suffragio visa est Voss. 2. additis tamen signis voci postremae, quibus eam perperam scriptam esse librarius indicare voluit. *Justa suffragia* vis Portug. Supra 4, 44] 2. *Nec potestas, nec suffragatio horum valuit. Mox Q. Fabium et P. Decium* Harlej.

§. 14. *Dies dicta ab aedilibus, quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possidebant] dies dicta aedilibus* Voss. 2. et Lovel. 3. quod, ne ambigam Livii orationem reddat, rejiciendum est. Deinde plus, quam lege finitum Portug. plus, quam quod lege functum Voss. 2. et Lovel. 3. plus, quam quod lege futurum Gaertn. *Finire* hic est definire, modum alicui rei statuere. V. infra ad Epit. Liv. 34. Mox autem in verbis sequentibus *ferre*, pro *ferme*, Voss. 2. et Lovel. 3. V. infra ad 37, 38, 5.

Vinculumque ingens immodicae cupiditatis injectum est] Utrum intelliges possessoribus? forsitan. nam libri nihil mutant. Secus posses cupiditatis. ut 3; [26, 1.] Terror injectus urbi est. J. FR. GRON. Gronovio cupiditatis rescribenti unus favet Portug. reliqui vulgatam servant: quibus adsentiri malo, et cum eodem Gronovio vinculum cupiditatis.

tum et P. Decius Mus tertium, quum inter se agitent, uti alter Samnites hostes, alter Etruscos deligeret; quantaeque in hanc aut in illam provinciam copiae satis, et uter ad utrum bellum dux idoneus magis esset; ab Sutrio et Nepete et Faleriis legati, auctores, concilia Etruriae populorum de petenda pace haberi, totam belli molem in Samnium aver-

injectum possessoribus intelligere. *Vinculum cupiditatis, ut vinculum fugae* infra hoc lib. c. 41, 3. *His vinculis fugae obstricti stabant.* Ceterum *vinculum quod ingens* legit Fragm. Hav. *vinculum ingens* Lovel. 2. *Tò est autem* exsulat a Lovel. 3.

§. 1. *P. Decius Mus tertium*] Decii cognomen deficit in Hearnii Oxon. L. 1. et 2. et in uno meorum Harlej. *quartum* etiam, pro *tertium*, male praefert Lovel. 4. Paulo ante etiam vox *Fabius* non adparebat in Gaorta.

Inter se agitent, ut alter Samnites hostes, alter Etruscos deligeret] *intra se agitent* Voff. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. *Tum uti alter Samnites* Florent. Leid. ambo, Lovel. 1. Harlej. Portug. Gaorta. Haverk. et edd. usque ad Paris. anni 1573. Quod recepi. Deinde *alter et mixtos* Lovel. 3. Tandem *delegeret* Portug. *diligent* Florent. *diligere* pro *deligere*, quomodo fere *dilectus*, pro *delectus*, est in optimis codd. V. ad 37, 51, 7. *diligent* autem, quia referendum ad *strumque* consulem. Ita mox hoc cap. *Fabius per Soranum, Decius per Saticinum agrum in Samnium legiones ducunt.* et 2, 10, 9. *Dum alius alium circumspectant.* ubi vido.

§. 2. *Quantaeque in hanc aut in illam provinciam copiae sa-*

tis essent] *essent* redundat. GELLEN. Dele *tò essent* auctoritate Th. Voff. [pr.] Helø. Rott. Sufficit Livio *quantaeque in hanc aut in illam provinciam copiae satis, et uter ad utrum bellum dux idoneus magis esset.* J. FR. GRON. Deest etiam *tò essent* in Florent. Leid. 1. Klock. Fragm. Hav. omnibusque meis, exceptis tantum Voff. 2. Lovel. 3. et Harlej. Non adparere etiam in suis codd. auctor est Hearne, in solo tamen Oxon. C. legi *quantaeque in hanc aut in illam provinciam copiae sint.* Transpositis etiam vocibus *provinciam satis copiae* legit Portug.

§. 3. *Ab Sutrio et Nepete et Faleriis legati*] *Nepet*, ut ante dixi. SIG. Ita est etiam in Portug. et Hearnii Oxon. B. et Nepete in Harlej. et Gaorta. V. ad 6, 9, 3. *ab Sutrio repente et Faleriis* est in Oxon. L. 1. Prius et a m. 1. non comparet in Lovel. 1. Tum et *Faletiis* Harlej. et *Falerii* Gaorta.

Auctores, concilia Etruriae populorum de petenda pace haberi] *consilia Etruriae populorum* edd. Rom. anni 1472. et Farm. *auctores concilii et Etruriae populorum* Leid. 2. et Lovel. 1. *auctores concilii Etruriae populorum* Florent. Voff. 1. Leid. 1. et Lovel. 2. [Veith.] Et ita edidit Aldus, sed inter errata priorum lectionem rececit. Prae-

terunt. Profecti consules, quo expeditiores comme- 4
 atus essent, et incertior hostis, qua venturum bellum
 foret, Fabius per Soranum, Decius per Sidicinum
 agrum, in Samnium legiones ducunt. Ubi in ho- 5
 stium fines ventum est, uterque populabundus effu-
 so agmine incedit. explorant tamen latius, quam
 populantur. Igitur non sefellere ad Tifernum hostes 6

terea de pace petenda Leid.
 1. (habiti Veith.)

Totam belli molem in Sam-
 nium averterunt] adverterunt
 Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1.
 Haverk. et Fragm. Hav. sollemni
 librariorum aberratione. V. ad
 6, 23, 8. advertunt Harlej. V. su-
 pra hoc lib. ad c. 12, 4. averte-
 ret Lovel. 3. advertere Lovel. 4.

§. 4. Quo venturum bellum
 foret] Duo Voss. Rott. qua. Cic.
 Qua adiri poterat. J. FR. GRON.
 qua et qua differant. Supra 9,
 3, 2. Quo, aut qua sanus. ubi
 locum Senecae, etiam huc adpri-
 me facientem, laudavi. Certus
 erat hostis, quo bellum venturum
 foret; at incertus, qua. Nov-
 rat, bellum ad se venturum es-
 se, at qua parte hostis invade-
 ret, ignorabat. qua itaque om-
 nino legendum; id enim pro
 qua parte, qua via poni solet.
 Supra 4, 39, 2. Nec perrumpere
 eadem, qua transierant, posse.
 25, 21, 4. Duo ferme millia equi-
 tum, qua fugam inclinaturam
 credebat, omnia itinera inside-
 re jubet. 33, 29, 9. Evastatis
 prius agris, qua ad Elatia duo
 diversa agmina iere. 40, 58, 8.
 Retro, qua venerat, Transda-
 nubianam regionem repetiit.
 42, 1, 11. Singula jumenta per
 oppida, iter qua faciendum e-
 rat, imperabant. 44, 2, 5. Quum,
 exponerent in consilio, jussis-
 set, qua quisque ducturus esset.

48, 9, 6. Arabas hinc Indiamque,
 qua terrarum ultimus finis Ru-
 brum mare amplectitur, pera-
 gravit. c. 29, 6. Trans Nessum
 ad orientem versus, qua Per-
 seus tenuisset vicos. V. supra ad
 1, 38, 6. et ad 5, 47, 9. Adde Gron-
 nov. ad Liv. 1, 23, 5. et Curtium
 ad Sall. Catil. 57, 3. et ad Jug. 18,
 2. Solent autem qua et quo in
 Mtkis commutari. V. ad 4, 37, 9.
 5, 48, 2. et Pierium ad Virg. 1.
 Aen. 401. Et quidem qua hic su-
 perest in omnibus meis, et Hear-
 nii Oxoniensibus membranarum, ni-
 si quod unus meorum Gaertn.
 praeferat quem. Similiter etiam
 qua servant omnes editores, us-
 que ad Gruteri postremam, quae,
 incertum cujus auctoritate, quo
 subposuit, usque ad Gronovium,
 qui anno 1665. qua revocavit.
 Praeterea bellum venturum esset
 Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. (* v. ad
 25; 2, 6.) Mox Sedicinum, pro
 Sidicinum, Leid. ambo, et Lo-
 vet. 1. Sidicionum Gaertn.

§. 5. Explorant tamen latius,
 quam populantur] et explorant
 tamen Voss. 1. explorantque ta-
 men Voss. 2. Tum qua populan-
 tur Gaertn. V. ad 6, 35, 9. quam
 populabuntur Haverk. Paullo
 ante depopulabundus Lovel. 4.
 invitis omnibus reliquis, V. su-
 pra ad 2, 62, 2.

§. 6. Igitur non sefellere ad
 Tifernum hostes] Admonuimus
 de hoc priore etiam libro. Et hoc

in occulta valle instructi, quam ingressos Romanos 7 superiore ex loco adoriri parabant. Fabius, impedimentis in locum tutum remotis, praesidioque medico inposito, praemonitis militibus adesse certamen, quadrato agmine ad praedictas hostium latebras subcedit. Samnites, desperato improvise tu-

sane loco oppidum sit, an mons, an fluvius, sciri non potest. Ptolemaeus fluvium facit, Livius montem postea [c. 30, 7.] atque haec non in Umbria, ubi Tifernum oppidum omnes fatentur. GLABR. *Tifernum*, ut ante. SIG. Pal. sec. et Andr. ed. *Trifernum*. Pal. tert. *Ufernum*. GEBH. *Trifernum* Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. B. et edd. Rom. anni 1472. et Parm. Reliqui omnes codd. *Tifernum*. De Tiferno Samnitium oppido v. supra ad 9. 44, 6. In vulgatis Ptolemaei codd. fluminis Tiferni hodie mentio non occurrit. Sed apud eum 3, 1. memorantur *Φιτίρρον ποταμού ἐκβολαί*. pro quo *Τιφίρρον* legendum esse, Cluverius docuit 4. Ital. Ant. q. p. 1207. Hunc itaque locum indicasse videtur Glareanus, integriore codice usus. At male confundit Tifernum in Samnio, de quo ad librum praec. et Tifernum in Umbria, Metaurense cognominatum, de quo Cluver. 2, 6. p. 621. Ceterum non sefellunt hostes ad Tifernum Lovel. 4. at Tifernum Tarent. frequenter obvio scriarum errore. V. ad 6, 24, 8.

Occulta valle instructi, quam ingressos idem et Helm. Thuanus, *que quam ingressos*. J. FR. GRON. *ingredi via* supra inlustrav. ad 3, 17, 6. Hic tamen *quam*. Gronovio consentiens, verum poto. Nam *qua ingressos* tantum inveni in Portug. et Hearnii in solo Oxon. B. Reli-

qui *quam* probant, quod etiam tumentur edd. Rom. anni 1472. et Parm. Pari errore *egredi urbe* edebatur ante Gronoviam infra 29, 6, 4. Hic vero ultima litera *του* quam ab initialibus vocis sequentis *ingressos* elidi potuit. V. ad 37, 29, 8. Deinde *occulta valle instincti* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 9, 40, 7. Mox *superiori ex loco*, pro *superiore*, Portug. et Haverk. *superiori loco* Gaertn. *ex superiori ex loco* Harlej. *ex superiore loco* reliqui typis descripti Aldo priores.

§. 7. *Praesidioque medico inposito* inposito medico Voss. 2. et Lovel. 3. quorum prior mox omittit vocem *latebras*.

§. 8. *Samnites desperantes improvise tumultu* desperato rectius. GELEN. MS. Fuldens. *disperatos*. Nimirum recte Gelenium monere, legendum videri *disperato*, seu quod pro eodem est, *desperato tumultu*. MOD. Legendum *desperato*; quandoquidem haeret in Pall. pr. tertioque *desperatos*; expressitque liquide Campan. *desperata*; quod inter lineas in Pal. sec. scriptum reperi. GEBH. Scribe cum Gelenio: *desperato improvise tumultu*. nam o. MSS. *desperatos*. 40, [33, 2.] *Desperato auxilio suorum in deditionem venit*. Lentulus ad Ciceronem 12. ad Famil. [ep. 14.] *Rhodii nos et rempublicam quam valde de-*

multu, quando in apertum semel discrimen evasura esset res, et ipsi acie justa maluerunt concurrere. itaque et in aequum descendunt, ac fortunae se, majore animo, quam spe, committunt. Ceterum, 9 sive quia ex omnium Samnitium populis, quodcumque roboris fuerat, contraxerant, seu quia

speraverint, ex literis, quas publice misi, cognosces. J. FR. GRON. *desperantes servant Florent.* Harlej. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. ac B. *desperatos* Voff. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 3. 4. Klock. Fragm. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii C. Neque aliter Mediol. anno 1505. ediderant. *desperati* Lovel. 2. et Hearnii L. 2. Verum recte vjri docti substituerant *desperato inprovisio tumultu*, cujus lectionis vestigia in solo obcurrerunt mihi Gaerta. Exhibet enim *desperantes de desperato inprovisio tumultu*: cujus librarius hac ratione duplicem, quam in cod. suo invenerat, lectionem simul jungere voluisse videtur. Supra 9, 14, 15. *Ne desperata venia hostes caecos in supplicia eorum ageret.* 23, 17, 5. *Desperata tutela urbis, per intermissa munimenta dilapsi.* 42, 25, 3. *Quum desperato jam conloquio profecti essent.* 23, 14, 6. *Quia non desperabat voluntariam de ditionem.* Florus 4, 11. *Quod ubi desperavit a principe, servarique se triumpho vidit.* Hac forma dicendum fuisset, *desperantes inprovisum tumultum.* Hunc enim se Romanis inlaturos speraverant; quae spes quum fellisset, aciem infruxerunt. Mox nullo sensu quando imperatum semel discrimine evasura esset res Haverk. Vox res deficit in Voff. 2.

Itaque et in aequum descen-

dunt] ita et... discedunt, laevum relicta, Lovel. 4. itaque et neque discedunt Leid. 1. *itaque in aequum descendunt* Florent. *itaque et in aequum discedunt* Fragm. Hav. Sed *discedere et descendere* passim confundi solent. V. ad 9, 14, 7. *Vocula et non adparet in Voff. 2. Lovel. 3. Harlej. et edd. Aldina prioribus.* Paullo ante *asie inserta maluerunt concurrere, pro acie justa, Leid. 1. valuerunt* Haverk.

§. 9. *Sive quia ex omnium* 1 Vet. lib. *seu quia ex omnium.* Sequitur enim alterum membrum, *seu quia discrimen.* SIG. Nulla est ratio, qua hanc scripturam confirmat Sigonius. Virg. 2. Aen. 34.

Sive dolo, seu jam Trojae sic fata ferebant.

7. Aen. 199.

Sive errore viae, seu tempestatibus acti.

Ovid. 2. Amor. el. 10, 9. *Siva bonus color est, etc. Seu malus. et contra 2. Amor. el. 2, 53. Seu tepet, etc. Sive amet.* Et, ne quis solos poetas ita loqui putet, Livius 45, 8, 5. *Utrumque tamen haec sive errore humano, seu casu, seu necessitate inciderunt.* DUK. *seu quia* etiam Portug. Gaerta. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Contra in altero membro Fragm. Hav. quod hic vulgatum servat, *sive quia*

**discrimen summae rerum angebat animos, aliquantum
10 aperta quoque pugna praebuerunt terroris. Fabius,**

discrimen praefert. Nihil mutandum. Male enim Sigonius ideo vet. lib. scripturam probandam existimavit, et in contextum recepit, quod mox sequatur seu in altero membro. Saepe enim particulae illae in utroque membro mutantur, atque altera alteri subijci solet. Supra 7. 18, 2. Empulum captum, sive duorum consulum auspicio bellum ibi gestum est; seu per idem tempus Tarquinienensium quoque sunt vastati agri. 9, 26, 7. Sive timors ejus, seu conscientia, Calvius mors judicio subtrahit. Plaut. in Mercat. 2, 2, 35. Seu cenam, seu istic rutilum, sive atrum est, amo. in Stichus 3, 1, 28.

*Here, sive ego taceam, seu loquar, scio scire te,
Quam multas tecum miseras multaverim.*

Ovidius Ep. 2. Her. 123.

*Sive die laxatur humus, seu frigida lucent
Sidera.*

Caesar 1. belli Gall. 23. *Seu quod timore perterritos discedere exstimarent, sive quod re frumentaria intercludi posse confiderent. 2. belli civ. 27. Si seu vere, quam habuerant, opinionem perferunt, sive etiam auribus Vari serviunt. Sallust. in Catil. 31. Sive praesentiam ejus timens, seu ira commotus, orationem habuit luculentam. ubi v. Cortium, et quae infra notantur ad 35, 21, 6. Ejusdem generis est, quod conjunctioni quae subjungantur et vel ac. V. ad 2, 31, 2. 6, 40, 1. et ad hujus lib. c. 30, 2. quod tamen nec subjungatur ne-*

que, ac vicissim. V. ad 9, 9, 14. Praeterea omnibus Samnitium populis unus Hearnii Oxon. C. ut infra 45, 31, 3. In omnibus Graeciae gentibus populisque. Verum nihil muto. Nam omnium Samnitium populi, pro omnes Samnitium populi, eadem ratione dictum est, qua speciosi ministerii procuratio, pro speciosa ministerii procuratio, de quo supra v. ad 4, 8, 6. V. etiam Cel. Burm. ad Suet. Domit. 9. Mox quacumque roboris Florent. et Lovel. 3.

Discrimen summae rerum angebat animos] Pall. omnes Campanique ed. agebat animos. Verum agere, ut supra dixi, monuique ad Propertii 2. el. 19, 20. est ἡγεῖσθαι. GEBH. angebat animos Florent. sollemni errore. V. supra ad 4, 51, 6. et infra ad 27, 40, 2. (° 30, 23, 6.) Error ortus est ex similitudine litterarum et us in scriptura Longobardica. V. ad 5, 13, 7. agebat animos Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 2. 3. 4. Portug. Gaerta. Haverk. et Fragm. Hav. quod ex priori agebat natum videtur. V. ad 29, 6, 7. Quin saepe etiam agere et augere confunduntur. V. ad 27, 9, 11. Praeterea quia discrimen est summae rerum Haverk.

Aliquantum aperta quoque pugna praebuerunt terroris] aliquantum quoque aperta pugna Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Port. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et editt. antt. usque ad Froben. anni 1535. Praeterea terroris praebuerunt Leid. 2. et Lovel. 1. praebuerre terroris Lovel. 4. [praebuerant Veith.]

ubi nulla ex parte hostem loco moveri vidit, M. Fulvium et M. Valerium, tribunos militum, cum quibus ad

§. 10. *Ubi nulla ex parte hostem loco moveri videt] ex nulla parte* Lovel. 2. Male. Ita magna ex parte, aliqua ex parte. v. ad 2. 48. 1. alia ex parte 3, 38, 5. ulla in parte 39, 36, 4. omni a parte 40, 29, 8. Adde, quae dicta sunt ad 2, 19, 8. Tum hostium loco moveri Lovel. 4. hostem moveri Leid. 2. hostem moveri loco Lovel. 2. et 3. Deinde vidit Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. quorum auctoritatem sequor.

M. Fulvium et M. Valerium tribunos militum, cum quibus ad primam aciem procurrerat] Duo Voss. et Thuan. *Maximum Fulvium.* Ut verum videatur, quod est in Helm. et Rott. *Maximum filium et M. Valerium.* Neque mirum, patre imperatore filium militasse tribunum. J. FR. GRON. *Max. Fulvium Lovel. 4. Maximum Fulvium,* praeter Vossianos a Gronovio memoratos, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. C. atque Exc. Pithoei. Sed *Maximum filium* Florent. et Klock. Quae lectio tanto magis placere posset, quod nullus plane circa haec tempora *M. Fulvius* memoretur, et contra *Fabii* consulis filius post quinquennium consulatum obtinuerit, ideoque nunc id aetatis fuerit, ut tribunus in exercitu Romano merere potuerit. Quo minus tamen probare audeam, id obstat, quod *Fabii* filius *Gurges*, non *Maximus*, cognominetur infra hoc lib. cap. ult. *Creavit consules Q. Fabium Maximi filium Gurgitem et D. Junium Brutum Scævam.* et Anet. Ep. Liv. 11. *Quum*

Fabius Gurges consul, male adversus Samnites pugnasset. etiam apud Val. Max. 5, 7, 1. *Fabius Rullianus legatus ire Fabio Gurgiti filio gravatus non est.* Neque censendum est, *Gurgitis* cognomen demum postea inditum fuisse. Id enim ipsum primore aetate ex vitiiis nactum esse, docet Macrob. 2. Saturn. 9. *Ut taceam Gurgitem a devorato patrimonio cognominatum, quia insignibus virtutis secutae vitia primoris compensavit aetatis.* Quin et, quum consul crearetur, jam ad meliorem frugem sese respicisse, indicat Val. Max. 4, 1, 5. referens, *Fabium Maximum,* quum filius ejus summo consensu consul creabatur, cum populo egisse, ut vacationem aliquando hujus honoris *Fabiae genti* darent. non quod *filii virtutibus diffideret, (erat enim illustris) sed ne maximum imperium in una familia continuaretur.* Si quis tamen contenderet, *Fabii* filio, licet ex moribus *Gurgitis* cognomen traxerit, attamen paternum etiam cognomen *Maximum* adhaesisse, eoque hic a *Livio*, altero alibi appellatum esse, pertinaciter non adversabor. In fragmentis enim *Fast. Capit. Triumphalium* aliquis *XIMVS ANN. CDLXII.* triumphasse dicitur. Annus is est proximus post consulatum *Fabii Gurgitis.* Quare per literas has *XIMVS*, quibus temperum injuria pepercit, prioribus abollitis, intelligendus omnino est celeberrimi *Fabii Maximi* filius, quem etiam *Maximum* cognominatum fuisse lacerum illud *Fastorum* fragmentum probat. Nam, eum triumphasse, docet Auctor Epit. Liv. 11. *Ejus (Fabii Maximi patris) consiliis et opera si-*

primam aciem procurrerat, ire ad equites jubet,
 21 et adhortari, ut, si quando umquam equestri ope
 adjunctam rempublicam meminerint, illo die adnitantur,
 22 ut ordinis ejus gloriam invictam praestent. Peditum certamine immobilem hostem restare; omnem reliquam spem in impetu esse equitum. et ipsos nominatim juvenes, pari comitate utrumque, nunc

Ilius consul adjunctus, caesis Samnitibus, triumphavit. V. etiam Valer. Max. 5, 7, 1. et Plut. in Fabio Max. p. 188. In secundo etiam consulatu triumphavit, ubi jam in Fragm. Fast. Triumph. omnibus nominibus describitur anno cdlxxvii. *Q. FABIVS Q. F. M. N. MAXIMVS GVRGES.* Vocatur itaque hic *Maximus*, at *Maximi filius Gurges* cap. ult. hujus lib. simili varietate atque supra dixit Liv. 4, 26, 2. *T. Quinctius L. F. Cincinnatus: eidem et Penno cognomen additur: quem deinceps c. 30, 4. et alibi simpliciter T. Quinctium Pennum* vocavit. Per me itaque incertum sit, utrum *M. Fulvium*, an vero *Maximum filium* hoc loco legendum sit. Ceterum *L. Valerius* solus hic praefert Harlej. cum edd. Aldina prioribus.

Cum quibus ad primam aciem procurrerat, ire ad equites] cum quibusdam ad primam aciem Voss. 2. *cum quibus in primam aciem* Lovel. 4. Tum *praecurrerat* Fragm. Hav. V. ad 9, 10, 7. (* 40, 30, 5.) *concurrerat* Harlej. Deinde *et ire ad equites, et adhortari* Haverk.

§. 11. *Adhortari, ut si quando umquam equestri ope adjunctam rempublicam] adhortati* Voss. 2. *adhortare* Fragm. Hav. *hortari* Harlej. Tum *ut quando umquam* Lovel. 4. *ut si quando*

numquam Haverk. Deinde *equestri opem ad vitam rempublicam* Gaertn. *equestri ope adjuncta rempublicam* Lov. 4. *equestri ope adjunctam rempublicam* Haverk. sed errore amanuensium, qui et alibi *adjutus* et *adjunctus* commutantur. Exemplum habuimus supra ad 8, 13, 4. habebimus etiam 21, 50, 9. *Mox admictantur, pro adnitantur*, Fragm. Hav. *adjutantur* Haverk. *adjuvantur* Harlej. Tandem *ejus ordinis gloriam*, trajectis vocibus, Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 12. *Peditum certamine immobilem hostem restare] Peditum certamen* Gaertn. Tum *restare* desit in Portug. *ejus loco stare* praefert Hearnii Oxon. C. [Veith.] ut infra h. cap. *Adversus incitatas turmas stetit inmotam Samnitium acies.* Sed nihil muto. *restare* hic est resistere. Supra 4, 58, 4. *Summa vi restare nunciabantur*, ubi plura vide. Mox praepositio *in* desit in Gaertn. Verum ea vel intercepta est a litera finali vocis praecedentis; de quo v. ad cap. praec. §. 3. vel a prima syllaba vocis sequentis; de quo v. ad 8, 33, 6.

Pari comitate utrumque. nunc laudibus, nunc promissis onerat] Vet. lib. utcumque. SIG. Sigonius e suo libro profert ut-

laudibus, nunc promissis onerat. Ceterum, quando 13
ne ea quoque tentata vis proficeret, consilio gras-
sandum, si nihil vires juvarent, ratus, Scipionem 14
legatum hastatos primae legionis subtrahere ex acie,
et ad montes proximos, quam posset occultissime,
circumducere jubet: inde adscensu abdito a con-
spectu erigere in montes agmen, aversoque hosti

cumque. Sed sic erit contradi-
ctio in adjecto. quomodo enim
utrumque quia laudibus onera-
tur? *utrumque* ὅπως δὴ ποτε.
GEBH. *utrimque* Leid. 2. et Ha-
verk. *utrumque* Portug. quod
recte Gebhardo displicuit. Ita
alibi etiam variant scripti. V.
ad 8, 24, 25. (* 35, 30, 7.) Deinde
non *laudibus*, non *promissis*
Haverk. Similiter etiam pecca-
rant librarii supra 3, 61, 8. *lau-
dibus nunc promissis* Leid. 1. a
m. 1. *nunc laudibus promissis*
Leid. 2. *Insuper honorat* Voss.
1. a m. 2. Leid. 2. et Lovel. 1. V.
ad 4, 13, 13. *ornat* Harlej. V. ad
22, 11, 2.

§. 13. *Ceterum, quando ne ea
quoque tentata vis proficeret,
consilio grassandum*] *Et, quan-
do ne ea quoque tentata vis pro-
ficeret* Lovel. 2. *Ceterum, ne ea
quoque tentata vis proficeret*
Gaertn. *nec ea quoque tentata
vis* Leid. 1. Harlej. et edd. Aldo
prioris. *ne deest* in Lovel. 4. *ten-
tata* in Leid. 2. *vis* in Voss. 2. et
Lovel. 3. ejus loco *vis* erat in
Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 4, 24,
9. Tum *consilio* omittit Gaert-
ner. *crassandum* vero praefer-
rant Leid. 1. et Lovel. 2. ac 4.
quomodo etiam alibi peccarunt
librarii. V. ad 2, 12, 15. *Litterae
C et G* ob ductum ad finitatem
saepius in *M*is confunduntur.
V. ad 6, 25, 6. *Mox vires juva-
rent ratas, pro ratus*, Lovel. 3.

§. 14. *Scipionem legatum*] P.
Upponem legatum corrupte,
pro P, *Scipionem*, se invenisse
testatur Hearnius in Oxon. L. 1.
At phenomenon in nullo apud me
codice obvium fuit. *Mox ex acie
subtrahere*, trajectis dictioni-
bus, Lovel. 2.

*Ad montes proximos, quam
posset occultissime, circumdu-
cere*] *quaque posset occultissi-
me* Voss. 2. et Lovel. 3. Si autem
quaque pro *et quae* positum ac-
cipiatur, eodem modo dictum
esse posset, quo *qua proxime
potest*. V. ad 1, 23, 5. Sed nihil
muto. Supra 9, 2, 1. *Circa Cau-
dium castra, quam potest occul-
tissime, locat*. V. ad 37, 20, 10.
Deinde *ducere* Voss. 2. Leid. 1.
Lovel. 2. 3. 4. et Fragn. Hav.
Mox inde jubet alio ordine Leid. 1.

*Inde adscensu abdito a con-
spectu erigere in montes agmen*]
*inde primo adscensu abdito ac
conspectu* Lov. 4. *inde abscensu
abdito a conspectu* Fragn. Hav.
*inde ascensu abdito et a conspe-
ctu* Haverk. *inde abscensu abdito
et a conspectu* Port. *inde adscen-
su abdito et a conspectu* Gaertn.
et Hearnii Oxon. N. ac B. Male.
adscensus abditus a conspectu,
est remotus a conspectu, quo sen-
su Virgilianum illud 3. Georg. 96.
abde domo, remove a domo,
exposuit Gronov. 4. de Pec. vet.
8. Tum *erigere ad montes* Har-
lej. Neque hoc probe. V. infra
hoc lib. ad c. 26, 8.

- 15 ab tergo repente se ostendere. Equites, ducibus tribunis, haud multo plus hostibus, quam suis, ex inproviso ante signa evecti, praebuerunt tumultus.
- 16 Adversus incitatas turmas stetit inmota Samnitium acies, nec parte ulla pelli aut perrumpi potuit. Et, postquam irritum inceptum erat, recepti post signa

Aversoque hosti ab tergo repente se ostendere] Vet. lib. et *adverso hosti*. SIG. Pal. sec. congruens Sigonio per omnia fere libro, *adverso hosti*. Pr. tertiusque *aversique hosti a tergo repentes eos intendere*. Camp. vero vulgavit *aversoque hosti*. GEBH. *accersoque hosti* Lovel. 2. *aversique hosti* Voff. 2. et Lovel. 3. *aversoque hosti* Gaertn. *adverso hosti* Portug. et Haverk. Sed nihil mutandum. *aversum hostem invadere* pro eum a tergo invadere poni, supra vidimus ad 4, 27, 8. quo sensu hic non accipiam, ne redundet ab tergo: sed potius *hostem aversum* expono alio versum, quo sensu *avertere* inlustrat N. Heinsius ad Valer. Flacci 1, 66, (* v. ad Liv. 30, 8, 1.) Passim *aversus* et *adversus* commutari, supra vidimus ad 2, 31, 6. Hinc a tergo Voff. ambo, Lov. 1. 3, et Leid. 2. Deinde *repentes eos intendere* Voff. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav. *repentes eos incidere* Lovel. 3. *repente eos intendere* Lovel. 2. *repente eo intendere* Lovel. 4. Vox *repente* exulat ab edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 15. *Ante signa evecti praebuerunt tumultus*] *prevecti* Leid. 2. *prevecti* Lovel. 1. a m. 1. duplici lectione juncta. Insuper *praebuere* Lovel. 4.

§. 16. *Et, postquam irritum inceptum erat, recepti post signa proelio excesserunt*] *Eo postquam irritum inceptum erat* Por-

tug. et Gaertn. [Veith.] Sed et atque eo etiam supra commutabatur 6, 23, 2. *Et, quamquam irritum inceptum erat Haverk. Tum proelia recesserunt* Voff. 2. et Lovel. 3. *Excedere proelio, acie, agro supra inlustrantur* ad 8, 2, 8. *proelio excessere* Lovel. 4. qui paullo ante etiam praefert *prorumpi, pro perrumpi*. V. ad 9, 43, 15.

§. 17. *Nec sustinere frons prima tam longum certamen increscentemque fiducia sui vim potuisset*] Vox *prima* deficit in Gaertn. quam reliqui omnes servant. Tum *increscentemque fiducia sui vim* Lovel. 2. quasi collectivae poneretur *frons*, pro militibus in prima acie positis. Quum tamen reliqui omnes fient pro vulgato, hanc lectionem ex aberratione librariorum ortam puto.

Ni secunda acies jussu consulis in primum successisset] Vet. lib. in *primam*. SIG. Omnes Pall. Campanique ed. pertendunt legendum in *primam*. GEBH. in *primam* ab se fatetur esse Sigonius, cum ante illum editi, non modo scripti, haberent in *primum*. Quod certe sollicitandum numquam fuit. 2, 20, 10. *Desiliunt ex equis, provolant in primum, et pro antesignanis parmas objiciunt*. Ubi Sigonius ex suo in *primum agmen*: etsi concedat utrumque esse usitatum. Non nego, sed hoc

proelio exceſſerunt. Crevit ex eo hoſtium animus; 17
nec ſuſtinere frons prima tam longum certamen in-
crescentemque fiducia ſui vim potuiſſet, ni ſecunda
acies juffu conſulis in primum ſubceſſiſſet. Ibi in- 18
tegrae vires ſiſtunt invehentem ſe jam Samnitum:
et tempore inproviſa ex montibus ſigna clamorque

poſterius hic ſjo eſſe magiſtri, non Livii. Eodem libro [c. 46, 7.] ſic in primum inſeſtis haſtis provolant duo Fabii. 3, [62, 11.] Ex equis deſiliunt, cedentibusque jam ſuis provolant in primum, ſimulque et hoſti ſe opponunt. Hoc l. 10. infra [c. 41, 6.] Arma ſignaue per turbidam lucem in primo apparebant. 25, 21, 6. Prima legio et ſiniſtra ala in primo inſtructa. Sic enim ſcribendum ex Put. Vulgo praeſcriptio deeft. 36, [18, 2.] Levis armaturae partem ante vallum in primo locavit. Sic Salluſius in Jug. [59.] Qui in primo locati fuerant, paullisper territi perſurbantur. Eodemque libro c. 48. Equites in primo late, pedites quam artiſſime ire, et ſigna occultare jubet. Male editur in primolatero. Nec additamentum eſt rō latere, ut ſuſpicatur Gruterus, ſed corruptum ex late, ut Palmerio et Colero viſum, qui tamen perperam faciunt adverbium imprimo. Seneca epiſt. 108. In aetate noſtra quod optimum, in primo eſt. Ubi fruſtra tentat Lipſius. Juſtinus 12, 7. Quod in primo ex Perſico ſuperbiae regiae more diſtulerat. Sic enim MSS. nec faciendum imprimo adverbium, atque excuſandum pro antiquario, quod facit Acidalius. Ne primo quidem et primum adverbium eſſe, demonſtrat Groſippus in epiſtola ad Alexandrum. Ubi tamen, quod mallum, quo Germani ex-

plicant, quod Itali volta, aut Galli fois, derivat ab illa ſignificatione, qua convivium aut conventum notat, non perſuadet. Commodior enim eſt, qua ſignum dicitur idem mahl ſive mallus. Sic pro ſemel dicunt einmahl, quaſi uno ſigno, et ſic deinceps. Et imitantur Itali. Arioſto can. 5. Pel valore, Ch' avea moſtrato in arme a piu d'un ſegno. J. FR. GRON. in primam, erranti codici Sigoniano contentientes, tuentur Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. ac-C. in primus Florent. Reliqui recte ſunt pro vulgato, quod optime Gronovius vindicavit. V. etiam, quaſe notat ad 2, 40, 3. et ad 25, 21, 6. Praeterea viſu conſulis Voff. 1. in contextu, rō juffu margini adſcripto. V. ad 9, 24, 4. juffu conſulum Haverk. Sed unus tantum conſulum bellum cum Samnitibus, alter cum Etruriſis adminiſtrabat, ut Liv. in principio cap. narravit.

§. 18. Siſtant invehentem ſe jam Samnitum] ſi ſunt invehentem Lovel. 3. ſiſtunt invehentem Gaertn. Alibi vehens et vehemens in ſcriptis confunduntur. V. Cel. Burm. ad Suet. Aug. 80. jam ſe, trajectis vocalis, Lovel. 2.

Et tempore inproviſa ex montibus ſigna] MS. et tempore ex ſe viſa. Lego, et tempore, ecce, viſa ex montibus ſigna. V. Petrum Colvium ad Apuleji Me-

sublatus non vero tantum metu terruere Samnitium animos. nam et Fabius Decium collegam adpropinquare exclamavit, et pro se quisque miles, *adesse*

tam. l. 7. p. 94. KLOCK. Helm. et Bott. *eo tempore visa*. Forte *eodem tempore visa ex montibus signa*. J. FR. GRON. *tempore dicit*, pro in tempore, id est opportune, tempestive. Varro 1. de re rust. 69. *Si tempore prœmas*. V. Scheff. et Burm. ad Phœdri 4. fab. 25. DUK. *ex tempore provisâ montibus signa* Lovel. 4. *et tempore inproviso et montibus signa* Gaertn. *et tempore inproviso ex montibus signa* Portug. et Haverk. quod etiam Doujatius invenit in cod. Memmiano, idque planum esse judicat. Idem vero in uno Colbertino esse testatur *et tempore provisâ ex montibus signa*, quod exponit tempestive, sive opportune visâ. Quin et vulgatum *improvisa* accipi posse existimat pro ex improviso apparentia. Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii forte refingendum adscripsit *et tempore ipso visa ex montibus signa*. Propius ad vulgatum accederet, si conjecisset *et tempore in ipso visa ex montibus signa*. V. Tennul. ad Front. 1. Strat. 1, 1. *in tempore* alibi sæpe Livius dixit. Supra 8, 7, 5. *Aderunt in tempore, et cum illis aderit Jupiter ipse*. ubi plura vide.

Clamorque sublatus non vero tantum metu terruere Samnitium animos] Vet. lib. non *vero metu tantum*. SIG. Cluverius 4. Ital. Antiq. 6. [p. 1194.] corrupta hæc aut mutila censet. Nequicquam, nisi forte ipse mutila fecit omitendo *et sublatus*, quod et ad signa et ad clamorem pertinet. Quis autem non intelligit, mox explicare Livium, præcipuum illis terrorem factum

ex vano metu, alterum adesse consulem et recentem exercitum. J. FR. GRON. Quæ Clericus Art. Crit. part. 3. sect. 1, 5, 1. et Heumannus in Parergis criticis p. 149. scribunt, nihil me ad hæc intelligenda juvant. Ille emendat *non vero tantum motos metu terruere Samnitium animos*, idque explicat, Samnites non tantum motos fuisse signis infectis legionum, aut equestri procella, quibus non sine ratione terreri potuissent, utpote vero metu, quantum falso illo metu pauculorum hastatorum. Sed, præterquam quod Livius Samnitibus magnos animos in pugna tribuit, nec ullam eorum metum a legionibus et equitibus memorat, metus ille hastatorum falsus non erat. Nam quod de pauculis hastatis dicit Clericus, vanum est: quam Samnites utique ignorent, quæ et quantæ illæ copiae essent, quæ se iis repente ex montibus a tergo ostendebant, atque adeo his conspectis non sine causa vero metu terrerentur. Heumannus distinctionem maximam post *sublatus* ponendam censet, et, quod de vero metu dicit Livius, ferme eodem modo, quo Clericus, ita exponit: hastati hi non tantopere Samnites terruerunt vero metu, quam in seie stantes contra eos pugnarent, quam falso illo metu per dolum excitato. Sed hæc interpretatio iisdem, quas dixi, rationibus refellitur. Oratio Livii quidem satis obscura est, et non nihil dubito, an quædam exciderint: nam verba illa *nam et Fabius* non optime cum præcedentibus necti et coherere videntur: sed puto Gronovium recte percipisse sententiam horum

alterum consulem, adesse legiones, gaudio alacres fremunt; errorque utilis Romanis oblatus fugae 20 formidinisque Samnites implevit, maxime territos,

verborum, nimirum, ea, quae memorat Livius, non tantum teruerunt Samnites vero metu, quantum falsus rumor de adventu alterius consulis et exercitus, qui eos vano quidem, sed tamen magno, metu perfudit; eo enim maxime territos paulo post dicit. DUK. *non novo tantum metu Hearnii Oxon. N. in margine, qui non tamen metu se in L. 1. invenisse professus est. non vero metu tantum, vet. lib. Sigonii consentientes, praerunt Port. Gaert. et Haverk. Deinde animos Samnitium Voss. 2. et Lovel. 3. Id autem Cluverio suspicionem movisse videtur, locum corruptum, aut saltem mutilum esse, quod particulis non tantum nihil deinceps respondeat. Sed, quae sequuntur, satis ostendunt, hic intelligendum esse, sed etiam vano. Similia omittuntur et in l. 31. ff. de rei vind. Quum de fructibus servi petiti quaeritur, non tantum pubertas ejus spectanda est, quia etiam imuberis aliqua operae esse possunt. V. Cel. Burm. ad Phaed. praef. l. 1. 6. et ad Calpurn. Ecl. 7, 64. Quod autem Gronov. dicat *et sublatus* et ad signa et ad clamorem pertinere, ita demum verum est, si antea vulgatam scripturam et tempore inprovisa servemus, non autem, quemadmodum voluit, legamus eodem tempore visa.*

§. 19. *Nam et Fabius Decium collegam adpropinquare*) Vocem *Decium* ignorat Voss. 2. Deinde *propinquare* praerunt Leid. 2. et Lovel. 1. Mox *esse*, pro *adesse*, Fragm. Hav. *tre-muat* autem, pro *fremunt*, Florent. *collemai scribarum aberrat-*

tione. V. quae notavi ad Sillii 17, 259.

§. 20. *Terrorque utilis Romanis oblatus*) Non *terror* Romanis offerebatur, sed *error*: nam suos quoque in acie stantes fefellerat Fabius, ratos adesse alterum consulem et exercitum, atque eo gaudio exsultantes frementesque. Neque excusare possis, quasi *et Romanis ad utilis*, non *oblatus* pertineat, vel quia sequitur *maxime territos*. Non est Livii sic loqui *terror formidinis implevit Samnites, territos, ne*. Praeterea non hic modo, sed quivis alius *terror* hostibus iniectus utilis foret Romanis, atque ideo fatuum et otiosum illud epitheton. Sed elegans et verum: *error utilis Romanis oblatus*. Nam plerumque error inutilis et damnosus est, praesertim belli, ubi non licet his peccare: hic autem error, dum putant vincere se, victores eos fecit: atque eadem res, quae errori, sed utili, fuit Romanis, fugae formidinisque Samnites implevit; eo maxime timefactos, quod ipsi lassis et exhaustis sibi putarent cum recentibus et integris fore pugnandum. Infra c. 41, 7. *fefellitque non Samnites modo, sed etiam Romanos, et consul affirmavit errorem, clamitans inter prima signa, ita ut vox etiam ad hostes accideret, captum Cominium, victricem collegam adesse*. Conjecturam hanc meam rebar esse: nunc video, *terror* post *Mediam* passim esse receptum: priusce omnes ipsamque adeo Curionem expressisse *error*. J. FR. GRON. Vere Gronovius *errorque* revocavit; quam scripturam ex meo

ne ab altero exercitu integro intactoque fessi ob-
 21 primerentur: et, quia passim in fugam dissipati sunt,
 minor caedes, quam pro tanta victoria, fuit. tria
 millia et quadringenti caesi: capti trecenti ferme et
 triginta: signa militaria capta tria et viginti.

XV. Sam-

is servasse videntur Harlej. et Gaertn. ex Hearnii autem Oxon. L. 1. et N. [*terrorque* Veith.] Non tamen post Modianam deum ed. *terrorque* receptum est, sed eam lectionem primum inveni in Sigonianis, quam inde acceptam servarunt Paris. anni 1573. et Francof. anni 1578. Modiana priores. Quin Aldus quoque in contextu *terrorque* dedit; sed alteram scripturam in erratis restituit. Solent autem voces *error* et *terror* saepe in Mssis confundi, praesertim si, ut hoc loco, praecedat vocabulum, cui littera t finalis est. V. infra ad 24, 30, 6.

Maxime territos, ne ab altero exercitu integro intactoque) maximeque territos Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Exc. Pithoei, Oxonienses Hearnii N. L. 2. B. et edd. usque ad Froben. qui anno 1531. conjunctionem que expunxit. Tum neq. ab altero exercitu Lovel. 3. Hinc *integre intactoque* Haverk.

§. 21. *Tria millia et quadringenti caesi*) *tria millia et trecenti caesi* Voss. 2. et Lovel. 2. ac 4. neque aliter Leid. 1. et Hearnii Oxon. L. 2. nisi quod numerum notis exhibeant. *tria millia et trecenti*, omissa ultima voce *caesi*, Lovel. 3. *tria millia et quadringenta caesa* Haverk. *tria millia et quadringenta caesa* Portug. et Gaertn. (*tria millia quadringenti caesi* Veith.)

Capti trecenti ferme et viginti) Vet. lib. *capti ad trecentos ferme et triginta*. SIG. Vitiosissima haec sunt in Pall. pr. actert. secundus autem *capti ad trecenta ferme et triginta*. GEBH. Lectionem vet. lib. Sigonii probant Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *capta ad trecentos ferme et triginta* praefert Portug. *capta ad trecenta ferme et triginta* Gaertner. et Haverk. *capta CCC ferme et XXX* Leid. 1. *capta trecenta et triginta* Lovel. 4. a m. 1. *capti trecenti et triginta* a m. 2. *capti trecenti ferme et triginta* Harlej. *capti et CCCXXX ferme et XXIX* Lovel. 3. *capti et trecenti ferme et XXIX*. Voss. 2. *capti aut trecenti triginta ferme* Hearnii Oxon. C. pro quo scribendum conjicit *capti autem*, quod existat in Lovel. 2. (Veith.) *capti a CCCXXX ferme et XXX* Fragm. Hav. *capti a CCC ferme et XXX* Florent. Ex his videmus, *viginti*, quod scholiis suis Sigonius praescripsit, in nullo Mssito superesse; quin idem demum adparuit in ed. Froben. anni 1535. et a paucis servatum est: deinde *capti trecenti ferme et triginta*, ut primae edd. praefecerunt, et jam Curio revocavit, ut et *capti ad trecentos ferme et triginta*, quod Sigonius, et post eum Gronov. etiam in contextum receperunt, tantum in paucis exstare, iisque ferme deterioris notae, certe non primae auctoritatis membranarum. Quamvis autem Livius voculam ad sas-

XV. Samnitibus Apuli se ante proelium conjunxissent, ni P. Decius consul iis ad Maleventum castra objecisset, extractos deinde ad certamen fudisset. Ibi quoque plus fugae fuit, quam caedis. duo millia Apulorum caesa: spretoque eo hoste, Decius in Samnium legiones duxit. Ibi

missime eo sensu adhibuerit, ut videbimus infra hoc lib. ad c. 17, & hic tamen omnino a manu Livii profecta non videtur. Quum enim numeralibus juncta notet circiter, plus minus, ut Gronov. ipse agnoscit infra hoc lib. ad c. 46, 5. patet eam hoc loco non necessariam esse, quia *ferme*, ejusdem potestatis particulam, quam uno excepto omnes codices tuentur, addit Livius. Quis ferret Livium dicentem *capti circiter trecenti ferme et triginta*? Neque lectioni Sigoniana favet, quod capite seq. obcurrit: *Caesi ferme pugnantes ad quadringentos triginta*. Vel enim locum hunc aliter exponendum, vel ex vestigiis Mitorum emendandum esse, ad eum videbimus. Nihilominus lectiones in codd. obviae haud obscure indicant, inter voces *capti et trecenti* aliquid medium intercessisse, quod non intellectum ab his omissum, ab illis varie scriptum est. Nimirum ad veram scripturam investigandam praevaluet id, quod in optimis Florent. et Fragm. obvium est: eorum autem ope adjutus legendum puto *caesi octingenti ferme et viginti*. Numerus enim videtur notis scriptus fuisse *DCCC*. Nota autem numeri quingenarii *D* vel *II*. a librariis non intellecta est, quare alii ejus loco *a*, alii alia reposuerunt. V. infra ad 38, 37, 6. Quamvis autem hanc lectionem certam putem, in contextum tamen recipere ausus non

sum. Sed quum nec Sigonii lectio ferri possit, priorem revocavi. Mox *et signa militaria*, addita prima vocula, Lovel. 2.

§. 1. *Ni P. Decius consul iis ad Maleventum castra objecisset*] Vet. lib. *ni P. Decius consul alter*. SIG. Ita etiam Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Sed melioris notae codd. additam vocem constanter repudiant. Hinc *ad Maleventum tum castra* Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Sed, voculam *tum* ex praecedentis vocis syllaba finali natam esse, quisque videt. Ejus loco cum praeserunt Voss. 2. et Lovel. 3. *tam* Leid. 1. *clam* Lov. 4. quae ex priori depravata sunt. Deinde *objecissent* Leid. 1. Paullo ante *se Apuli* Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. Hinc *conjunsissent* Lovel. 1. et Klock. *commississent* Leid. 2.

Extractosque deinde ad certamen fudisset] Copula *que* deficit in Pall. omnibus. Camp. edidit olim *et tractos deinde ad certamen effudisset*. GEBH. Eam copulam, quam omnes edd. usque ad Gronovianas servant, solus agnoscit Harlej. Sed addita est ab illis, qui aine ea verba Livii non recte cohaerere putarunt, non observantes copulae vice fungi vocem *deinde*. Ex eodem fonte promanavit, quod *et extractos* praeserant Portug. Gaertn. et Haverk. Ubi tamen *to et* perperam repeti potuit ex praecedentis vocis literis finali.

duo consulares exercitus, diversis vagati partibus, 4 omnia spatio quinque mensium evastarunt. Quadraginta et quinque loca in Samnio fuere, in quibus Decii castra fuerunt: alterius consulis sex et

bus. V. ad 39, 18, 8. Praeterea extractus deinde ad certamen fudisset Florent. extractus deinde ad certamen fudisset Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. extractus ad certamen deinde fudisset Leid. 2. extractus deinde ad certamen fudisset Voss. 1. et Lovel. 1. extractus deinde ad certamen fudisset Voss. 2. penultima tamen voci additis signis, quibus cam delendam indicatur. fudit et fuit etiam alibi commutantur. V. ad 8, 13, 5.

§. 2. Decius in-Samnitium legiones duxit] Ita Cl. Jac. Gronovius edidit, eumque secutus est J. Clericus, qui tamen in praefatione jactavit, se Livium ad J. Fr. Gronovii mentem quam accuratissimo edidisse. Lectio haec per se spectata ferri posset. Absolute enim ducere sine casu addito Livio frequens est. V. supra ad 1, 23, 5. Praeterea, licet legiones Romanorum propriae fuerint, adeo ut copiae auxiliares, quae in castris Romanis militarent, non legiones, sed alae dicerentur; ut Livius monet 31, 21, 7. aliorum tamen, quam Romanorum, legiones saepe ipse Livius memoravit. Supra 8, 9, 8. Legiones auxiliae hostium mecum Diis Manibus Tellurique devoveo. Ita Sabina legio obcurrit 2, 26, 3. legiones Faliscorum 4, 17, 11. Bruttiae Lucanaeque legiones 8, 24, 4. legiones Etruscorum 10, 5, 4. Samnitium legiones, ut hoc loco, 8, 38, 2. 9, 2, 3. similiaque plura. (* v. Duker. ad 42, 51, 4.) Verum lectio haec non alibi mihi obvia fuit, quam in edd. Rom.

anni 1479. et Parm. Reliquae omnes editt. ut et codd. praeferrunt in Samnium, nisi quod in Samninium sit in Portug. Ducere autem in Samnium, ut ducere in Etruriam 21, 58, 2. ducere in Asiam 37, 7, 7. ducere in Maedicam 40, 21, 1. et passim alibi. Quin et in Samnitium legiones, si ad sequentia attendamus, ferri nequit. Ita enim non haberet sequens Ibi, quo referri posset. At si in Samnium legamus, Ibi erit in Samnio. In Samnitium itaque typographorum aberratione in ed. Gronovianam inreptisse puto; quia ipse vir Clariss. mutatae lectionis non meminit. At Clericus mendam illud emendare neglexit, quia nulla ejus in syllabo erroris mentio facta erat. Tanta diligentia operi, quod suscepit, praefuit. Priscam itaque lectionem revocavi. Insuper ducit Harleij. inivitis reliquis omnibus. Paulo ante plus fugae, quam caedis, fuit, alio ordine, Portug.

§. 3. Ibi duo consulares exercitus] Cl. Ant. Perizonius in margine Livii scribendum conjecit Ubi duo. Ad quod inductus fuisse videtur, quia Ibi mox praecessit. Sed in aliam lectionem omnes libri conspirant. [duo mittit Veith.] Mox quinque mensium spatio evastarunt, trajectis vocibus, Lovel. 2. quinque mensium spatio evastaverunt Leid. 2. evastare praefert Lovel. 4.

§. 4. Quadraginta et quinque loca in Samnio fuere] Et XLVX loca Voss. 1. Leid. 2. et Fragm. Hav. Et XL et XV loca Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. Et quadra-

octoginta. nec valli tantum ac fossarum vestigia re-
 licta, sed multo illis insigniora monumenta vastita-
 tis circa regionumque depopularum. Fabius et-
 iam urbem Cimetricam cepit. ibi capta armatorum

ginta et quinque loca Voff. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] Deinde in Samnio fuerunt Lovel. 4. et Gaertn. quorum prior vicissim mox praefert castra fuere, alter castra fuerant.

§. 5. *Nec valli tantum ac fossarum vestigia relicta*] Hic locus pulchre confirmat, quod observarunt Lipsius 5. de Milit. Rom. Dial. 1. et Schelius ad Hygin. p. 2112. Romanos in expeditionibus nullam noctem sine castris egisse. DUK. *nec valli tantum nec fossarum vestigia* Haverk. *nec valli tantum aut fossarum vestigia* Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. V. ad 21, 53, 3. *nec valium tantum aut vestigia* Hearnii Oxon. L. 1.

Sed multa illis insigniora monumenta vastitatis circa regionumque depopularum] Vet. lib. *sed multo illis insigniora monumenta, vastitatis circa regionibus depopularisque.* SIG. Pall. pr. et tert. *multo aliis insigniora. sec. sed multo illis insigniora monumenta, vastitatis circa regionibus depopularisque.* Denique Camp. *multo aliis insigniora monumenta vastitatis circa regionumque depopularum.* GEBH. Sigoniani: *vastitatis circa regionibus depopularisque.* Non succinit, nisi unus juxta suspectus. Forte: *sed multo illis insigniora monumenta vastitatis circa regionum depopularum.* Nec mirere monumenta vastitatis. Justinus 12, [10.] *Ibi in monumenta rerum a se gestarum urbem condidit, arasque statuit.* Rott. et Helm. *vastitatis.* J. FR. GRON. *sed multa illis insignia-*

ra Harlej. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. et edd. usque ad Froben. qui anno 1535. *multa* vulgavit, errore, ut videtur, operarum, quem tamen praeter Sigonium secuti omnes editores probarunt usque ad Gronov. qui anno 1665. *multo* restituit. Certe illud *multa* in nullo scripto obvium fuit. Reliqui enim eodd. Florent. Voff. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. praefereunt *multo aliis insigniora*, culpa scribarum, qui etiam alibi *illa* et *alia* in membranis antiquis confuderunt. V. ad 23, 7, 3. *multo insigniora*, ut *multo validior* 1, 48, 3. ubi v. quae notav. Deinde *castrorum circa regionumque depopularum* Lovel 2. *vastitatis circa regionumque depopularum* Voff. 2. et Klock. *vastitatis circa regionibus depopularisque* Portug. Sigonii vet. lib. consentiens, quod et se in uno eod. reperisse Doujatius monuit. *vastitatis circa religionibusque populatisque* Haverk. quasi esset a vastitare; quod tamen nondum alibi apud Livium obvium fuit, nisi quod perperam ei unus cod. obtrudere conatus sit supra 5, 12, 5. Quin et ipsa compositio illa, licet pro *religionibusque* substituatur *regionibusque*, barbara, certe non Liviana est. Contra *vastitatis* apud Livium saepe occurrit. Supra 4, 21, 6. *Tantum metum vastitatis in urbe agrisque fecit.* 8, 9, 12. *Fugam ac vastitatem late fecerunt.* 21, 22, 9. *Quae moles ea. quidve prodigii esset quaerentem audisse, vastitatem Italiae esse.* 24, 3, 2. *Post vastitatem eo bello factam vis pars dimidia ha-*

duo millia quadringenti: caesi ferme pugnantes ad 7 quadringentos triginta. Inde, comitiorum caussa Romam profectus, maturavit eam rem agere. quum primo vocatae Q. Fabium consulem dicerent omnes centuriae, Ap. Claudius consularis candidatus, vir

bitabatur. Vulgatum itaque, quod integerrimi codices servant, verius esse puto.

§. 6. *Fabius etiam urbem Gimeram cepit*] Varie hoc in exemplaribus legitur, caeterum certi nihil. videnda sunt exemplaria vetustiora, et fieri potest, ut nomen cum loco interierit. GLAR. Hanc ex solo hoc loco memoravit Ortelius. Cluverius et Cellarius praeterierunt. DUR. Ita in nullo cod. obvium fuit. Quin et ita demum Mediol. anni 1480. editum vidi. Priores praeferunt *Gimetram*, quomodo etiam legunt Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. et Klock. *Cimetrum* Hearnii Oxon. N. *Simetrium* Portug. et Gaertn. *Simetiam* Haverk. *Cunetram* invenit Doujatius in Colbert. *Cimetriam* in Memm. Reliqui, quos consului, exhibent *Cimetram*, quomodo Aldus primus, et post eum tantum non omnes reliqui ediderunt. Oppidum Samnii obscurum est, cuius praeter Livium hoc loco, nullus veterum meminit. Praeterea *vi cepit* Portug. et Haverk. *vi capit* Gaertn.

Ibi capta armatorum duo millia quadringenti, caesi ferme pugnantes ad quadringentos triginta] Supra ad cap. praec. §. ult. contendit, Livio indignum esse, ut *ferme* et *ad* pro circiter eadem periodo jungat, cuius tamen hoc loco exemplum occurrit. Verum ibi ita iungebantur, ut ad unum referenda forent *capti ad trecentos ferme*, quasi diceret *capti ferme circiter trecenti*: quod ferendum non videtur.

Hic autem eadem periodo juncta tamen ad diversa referri debent. Indicat enim Livius ad sive circiter quadringentos triginta caesos esse, et quidem caesos esse *ferme* pugnantes, maximam partem pugnantes, vix alios quam pugnantes. Ut autem dicam, quod videatur, puto locum vitio laborare, quam suspicionem codd. et edd. vett. dissensus movit. *ad CCCCXXX* per notas exhibent plures codd. quod omnibus literis perscriptum demum inveni in Mediol. anni 1495. ac Ven. anni 1498. priores praeferunt *a quadringentis triginta*. quibus consentit Harlej. *ad CCCXXX* habet Lovel. 2. *mille CCCcti et XXX* Lovel. 4. *ac CCCXXX* Lovel. 3. a m. 2. a *CCCCXXX* a m. 1. neque aliter erat in Florent. Voff. 3. Leid. 1. et Fragm. Hav. quam varietatem considerans a Livio scriptum esse videtur *ICCCCCXXX*, sive *nongenti triginta*. Ut iterum non intellecta nota numeri quingenarii, de quo cap. praec. loco laudato dictum est, librariis errandi caussa existerit. Hinc ulterius progressus etiam in numero praecedenti librarios errasse existimavi, pariterque legendum *duo millia nongenti*: quum enim ibi quoque per notas scriptum esset, ad eundem lapidem obfendentes similiter dederunt, *duo millia a CCCC*, ut exstat in Florent. quia autem ex illo *a* jam ad efficere non audebant, hinc *duo millia ac CCC* datum est in Leid. 1. et Fragm. Hav. *duo millia et CCCC* in Voff. utroque,

acer et ambitiosus, non sui magis honoris causa, 8 quam ut patricii recuperarent duo consularia loca, quam suis, tum totius nobilitatis viribus, incubuit, ut se cum Q. Fabio consulem dicerent. Fabius primo, de se eadem fere, quae priore anno, dicen-

Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. alij deinde per literas scripserunt *duo milia et quadringenti*, quemadmodum in Portug. Haverk. Hearnii Oxon. B. et Exc. Pithoei. Verum hae tantum conjecturae sunt, quas, licet admodum verisimiles, certe priorem, nemini obrudo. Praeterea *ita ibi capta*, prima voce addita, Haverk. Tum *caesi pugnantes ferme* Leid. 1. Lovel. 2. 4. et Fragg. Hav.

§. 7. *Comitiorum causa Roma profectus* Gaertn. *Romam profecturus* Harlej. et edd. Frobeniana anni 1535. priores. Vox *Romam* deficit in Lovel. 3. et 4. quorum prior etiam habet *aprofectus*.

Quum primo vocatae Q. Fabium consulem dicerent omnes centuriae primo *vocatae centuriae* dicebantur, quae primo post praerogativas vocarentur. Nam sic paulo post loquitur [c. 22, 1.] *Eumque et praerogativae et primo vocatae omnes centuriae consulem cum L. Volumnio dicebant*. Ex quo convincitur, in veteribus libris esse mendosum cum *primo vocatum Q. Fabium*. SIG. *quum primum vocatum Q. Fabium consulem* Portug. Gaertner. et Haverk. *quum primo vocatae Q. Fabium consules* Voss. 1. *quum primo vocatum Q. Fabius cōs.* Leid. 1. *quum primo vocatum Q. Fabium consules* Leid. 2. *quum primo vocatum Q. Fabium consulem*, quam scripturam etiam Sigon. in vet. lib. invenit, et recte damnavit, Voss. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej.

Klock. Fragg. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et edd. principes, nisi quod *vocat praefertant Rom.* anni 1472. ac Parm. *primo vocatae* superfuisse videtur in solo Florent. unde nihil notatur. Et ita restituit Froben. anno 1531.

§. 8. *Quum suis, tum totius nobilitatis viribus incubuit, ut se cum Q. Fabio consulem dicerent* tum *suis, tum totius* Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. Gaertner. et Hearnii Oxon. C. atque ita etiam Florent. a m. 2. [Veith.] cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. supra ad 6, 23, 3. Tum *vocula ut deficit* in Florent. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Haverk. Fragg. Hav. et Hearnii Ox. L. 2. N. B. ac C. Deinde *secumque Fabium consulem dicerent* Voss. 2. *secumque Fabium consulem dicerent* Leid. 3. et Lovel. 1. ac 3. *cumque Fabium consulem dicerent* Lovel. 4. et Fragg. Hav. *se cumque Fabium consulem dicerent* Voss. 1. *se cum Q. Fabio consule dicerent* Haverk. Fabii praenomen Q. omititur in Lovel. 2.

§. 9. *Fabius primo, de se eadem fere* Vox *primo* non est in veteribus libris, nec desiderari videtur. SIG. Non est etiam in Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Ea transposita *Primo Fabius praefert* Lovel. 4. Quod vero Sigonio eam non desiderari visum fuerit, forte inde factum est, quod videret, post eam non inferri *deinde* vel simile aliud, quod requiri puta-

do, abnuere. circumstare sellam omnis nobilitas;
 orare, ut, ex coeno plebejo consulatum extraheret,
 majestatemque pristinam tum honori, tum patriciis
 10 gentibus redderet. Fabius, silentio facto, media
 oratione studia hominum sedavit. *facturum enim se*
fuisse dixit, ut duorum patriciorum nomina reciperet,
 11 *si alium, quam se, consulem fieri videret: nunc se*
sui rationem comitiis, quum contra leges futurum
 12 *sit, pessimo exemplo non habiturum.* Ita L. Volum-

bat. At, Livium etiam ita loqui solitum fuisse, infra videbimus ad 22, 43, 3. [Appius pro Fabio Veith.] Mox *abnuere*, pro *abnuere*, Fragm. Hav. V. ad 36, 34, 6. Tum *nobilitas omnis* alio ordine Haverk. et denique *extraherent*, pro *extraheret*, Hearnii Oxon. L. 1.

Majestatemque pristinam tum honori, tum patriciis gentibus redderet] Id fore putabat nobilitas, si duo, ut ante, patricii consules facti fuissent. SIG. cum honori, tum patriciis Leid. 1. Lovel. 4. Portug. Haverk. et Exc. Pithoei. V. ad §. praec.

§. 10. *Silentio facto, media oratione studia hominum sedavit*] Duae priores voces non adparent in ed. Rom. anni 1472. quam tamen omnes servant reliquae, cum codd. scriptis. Deinde *sedavit* aberratione librarii Florent. Mox *facturum enim fuisse*, pronomine *se* omisso, Lovel. 4. *facturum eum se fuisse* Harlej. V. ad 6, 8, 6.

Nomina reciperet, si alium, quam se, consulem fieri videret] nomina reciperentur Lovel. 4. Deinde *sed alium* Portug. Verbum autem *fieri* exsulat ab Haverk.

§. 11. *Se sui rationem comitiis, quum contra leges futurum sit*] *se suam rationem* Voff. duo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *se suam orationem* Lovel. 2. et 4. Ita etiam scriptum erat in Leid. 1. sed postea primae literae ultimae vocis addita erat nota, qua indicabatur, eam delendam esse. Deinde *contra legem* Harlej. Gaertn. et edd. principes, pro quo Frobenius anno 1536. *contra leges* reposuit, quod in ceteris scriptis superest.

§. 12. *Ita L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consul est factus*] Fortasse *Lucius Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consules fiunt*, priore item *consulatu inter se comparati*. J. FR. GRON. Si vulgata lectio displicet, propius accedet ad eam *consules facti sunt*. De locutione autem *L. Volumnius cum Ap. Claudio consules fiunt*, vel *facti sunt*, infra videbimus ad 21, 60, 7. At pro recepta lectione stant omnes, scripti et editi, nisi quod *factus est* praeferat Haverk. Praeterea *Inde*, pro *Ita*, Klock. *Itaque* Gaertn. V. ad 21, 53, 7. Tum *Volumnii et Claudii praenomina* omittantur in Voff. 2. et Lovel. 3. Deinde *Volumnius* habent Fragm. Hav. Harlej. et ed. Rom. anni

nus de plebe cum Ap. Claudio consul est factus, priore item consulatu inter se comparati Nobilitas objectare Fabio, fugisse eum Ap. Claudium collegam, eloquentia civilibusque artibus haud dubie praestantem.

XVI. Comitibus perfectis, veteres consules iussi bellum in Samnio gerere, prorogato in sex menses imperio. Itaque insequenti quoque anno, L. Volunnio, Ap. Claudio consulibus, P. Decius, qui con-

1472. *Voluminus* Lovel. 1. *Voluminus* Voss. 1. Leid. 2. et Portug. *Volunninus* Lovel. 3.

Priore item consulatu inter se comparati] priore enim consulatu Lovel. 2. 3. Gaertn. Portug. et Haverk. *priore ei consulatu* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 4. et Fragm. Hav. Deinde *comparanti* Florent. Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. *Mox fuisset, pro fugisse*, Florent. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 27, 32, 6. Denique *civilibus artibus*, copula *que* omissa, Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 1. *Veteres consules iussi bellum in Samnio gerere*] Prima vox perperam exsulat a Lovel. 4. Neque melius *iussit* praeserunt Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *in Samniti gerere* Leid. 1. *in Samnitio gerere* Fragm. Hav. *in Samnites gerere* Voss. 2. et Lovel. 3. V. infra ad Epit. Liv. 21. Praevaleat tamen auctoritas aliorum codd. qui vulgato adhaerent. *Mox in VII menses* Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2.

§. 2. *Insequenti quoque anno L. Volunnio et Ap. Claudio consulibus*] Legendum *iterum consulibus*, hoc quod ipse paulo

ante [cap. praec.] innuit, *Priore* (inquiens) *item consulatu inter se comparati*. Fuere enim ante una consules anno cdxlvii. [supra 9, 42, 2.] GLAR. *insequenti anno*, media voce omissa, Leid. 1. et Gaertn. *insequenti anno quoque* Haverk. Tum *Volunnio* Harlej. et Fragm. Hav. *Volunnio* Lovel. 3. *Voluminio* Voss. 1. a m. 1. et Leid. 2. Similes varietates supra habuimus cap. praec. §. ult. V. etiam ad 9, 42, 2. Deinde copula inter nomina duorum consulum non adparet in Florent. Voss. 2. Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. quorum auctoritatem secutus sum. V. ad 2, 17, 1. Quamvis autem ambo consules jam antea dignitatem hanc gesserint, non audiendum tamen Glareanum esse, qui *iterum consulibus* scribendum existimavit, patebit ex illis, quae supra notantur ad 2, 16, 7.

P. Decius, qui consul in Samnio relictus a collega fuerat] *P. Decio* Harlej. Praenomen mittitur in Lovel. 2. *To* qui non comparat in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. Verum ita etiam delendum erat *sequens fuerat*. Quod, si Gruterus in Pall. suis invenisset, ipsi non

sul in Samnio relictus a collega fuerat, proconsul idem populari non destitit agros, donec Samnitium exercitum, nusquam se proelio committentem, postremo expulit finibus. Etruriam pulsus petierunt: et, quod legationibus nequidquam saepe tentaverant, id se tanto agmine armatorum, mixtis terrore precibus, acturos efficacius rati, postulaverunt principum Etruriae concilium. Quo coacto, per quot annos pro libertate dimicent cum Romanis, exponunt.

displiciturum fuisse, verisimile sit ex illis, quae notat infra ad 23, 34, 15. Sed mihi potius nihil mutandum videtur. *fuerat relictus a collega* alio ordine praefert Gaertn.

Nusquam se proelio committentem nunquam se proelii committentem Leid. 2. et Lovel. 1. [Veith.] Male. Supra 3, 42, 4. *Persecutis hostibus nusquam se aequo certamine committentes.* ubi alia vide. Verba sequentia *postremo expulsi finibus. Etruriam pulsus petierunt* nulla de causa omisit scriba Gaertner. Paulo ante *populari agros non destitit*, trajectis vocabulis, Haverk.

§. 3. *Acturos efficacius rati, postulaverunt principum Etruriae concilium efficacius acturos rati* Voss. 1. *acturos rati efficacius* Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Vox *rati* deficit in Harlej. Deinde *postulaverunt principum et curiae concilium* Voss. 2. et Lovel. 3. Paulo ante *Et Etruriam pulsus petierunt* iidem ambo codd. Sed *vocula et nata est* ex sequentis literis prioribus. Ejusdem erroris exempla supra v. ad 5, 4, 14. 10, 8, 2. (*37, 48, 7.) et alibi. *petiere* Lovel. 4. Deinde *mixtis ter-*

roribus precibus Harlej. Verum ita legendum foret *id tanto agmine*. Ubi quum *se* constanter in omnibus supersit, et reliqui etiam hic *terrore* servent, *terrores* librarii errori adscribo, quem etiam Aldus in contextum recepit: sed recte in *erratis terrore* revocavit. De locutione *mixtae terrore* *precet* v. ad 8, 36, 5.

§. 4. *Quo coacto, per quot annos pro libertate dimicent cum Romanis, exponunt* Quod coacti Lovel. 3. et 4. *Quo coacto* Leid. 1. et Fragn. Hav. *Quo coacti* Voss. 2. Deinde *per quot annos* Leid. 1. V. ad 44, 1, 1. *per tot annos* Lovel. 3. et 4. Hinc *exponit* Voss. 2. et Lovel. 3.

Si suismet ipsorum viribus tollerare tantam molem belli possent si suis in ipsorum viribus Fragn. Hav. si uismet ipsorum Florent. in quo tamen alia manu *suismet* emendatur. si *suismet ipsorum* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Atque ita edidit Curio, cuius lectionem, solo Sigonio excepto, secuti editores servarunt usque ad Modium, qui recte iterum *suismet*, injuria loco suo pulsum, restituit. Est autem id dictum, quemadmodum illud supra 7, 40, 9. *Quod meum factum dictumve consultis gra-*

omnia expertos esse, si suismet ipsorum viribus tolerare tantam molem belli possent: tentasse etiam 5
 haud magni momenti finitimarum gentium auxilia: petisse pacem a populo Romano, quum bellum tolerare non possent: rebellasse, quod pax servientibus 6
 gravior, quam liberis bellum, esset. Unam sibi spem
 reliquam in Etruscis restare. Scire, gentem Italiae opulentissimam armis, viris, pecunia, esse: habere adcolas Gallos, inter ferrum et arma natos, feroces

vias, quam tribuni, audistis. ubi v. quae notantur. si suismet ipsorum viribus tolerare non possent tantam molem belli Harlej.

§. 5. *Petisse pacem a populo Romano, quum bellum tolerare non possent*] petiisse pacem Lovel. 4. V. ad 37, 45, 2. Tum ab populo Romano Haverk. [a Romanis Veith.] bellum tolerare nisi possent Lovel. 3. bellum tolerare possunt Leid. 1. Paulo ante tentasse haud etiam magni, transpositis vocibus, Portug. et Haverk. In verbis sequentibus pax fugientibus gravior, pro servientibus, Exc. Pithoei.

§. 6. *Unam ipsi spem reliquam in Etruscis restare*] Pall. duo, totidemque vetustissimae edd. *Unam sibi spem.* sec. *Unam spem sibi.* GEBH. *Unam ipsi spem* primus edidit Curio, pro quo frustra vir doctus in margine ejus ed. conjicit *Unam ipsis spem.* Curionis autem lectionem servant, praeter Sigonium, reliqui editores usque ad Gruter. qui in postrema editione *Unam sibi spem* restituit; et recte. Ita enim non tantum Curione priores vulgarunt, sed et idem servant codd. nisi quod sibi desit

in Leid. 2. et Lovel. 1. et *Unam spem sibi reliquam* praeferant Voss. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Praeterea stare Portug. et Gaertn. Dispicuit forsitan librariis *ta reliqua* et *restare* hic conjungi, sed ita etiam Terent. in Hec. 4, 2, 11. *Neu caussa ulla restet reliqua.* et Flor. 3, 10. *Reliqua, quae restabant in Europa, fortuna in Caesarem transtulit.*

Feroces quum suoapte ingenio, tum adversus Romanum populum: quem captum a se] Flor. *Romanos populum;* super os positum u cum lineola. An forte? *tum adversus Romanos, quem populum.* J. FR. GRON. *Romanum populum,* excepto Flor. servant reliqui codd. nisi quod *populum Romanum* sit in Lovel. et Haverk. Altera quidem verborum conlocatio insolentior est; non tamen sine exemplo. Supra 8, 23, 6. *Aegre pati civitatem Samnitium, quod Fregellas restituerit Romanus populus.* ubi in hunc ordinem consentiunt omnes, quos vidi, et scripti et editi. Alibi etiam id in Livii vel codd. vel edd. conspicitur, ubi nunc recentiores inverterunt. V. ad 3, 26, 8. c. 48, 1. 5, 2/1, 8. et q. 22, 32, 5. 34, 49, 11. V. etiam viros doctos ad Val.

quum suopte ingenio, tum adversus Romanum populum: quem captum a se auroque redemptum, haud
 7 vana jactantes, memorent. Nihil abesse, si sit animus Etruscis, qui Porsenae quondam majoribusque eorum fuerit, quin Romanos, omni agro cis Tiberim pulsos, dimicare pro salute sua, non de intolerando
 8 Italiae regno, cogant. Samnitum illis exercitum paratum, instructum armis, stipendio, venisse: confestim secuturos, vel si ad ipsam Romanam urbem obpugnandam ducant.

1 XVII. Haec eos in Etruria jactantes molientes-

Max. 3, 4, 2. Similiter interdum plebis tribuni, plebis aediles obcurrere, supra vidimus ad 4, 69, 11. Si quis tamen, quemadmodum Gronov. scribendum docuit, praefere velit, non adversabor. Praeterea *feroces suopte ingenio* Hearnii Oxon. C. *feroces tum suopte ingenio* Florent. a m. 2. Voff. 2. et Lovel. 1. ac 3. V. ad 6, 23, 3. *feroces tum suo ingenio* Voff. 1. et Leid. 2. *feroces cum suo ingenio* Lovel. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Non est, cur vulgatum displiceat. V. ad 6, 15, 12. Deinde *quem a se captum* Leid. 1. *quem captum ab se* Portug. et Haverk. Mox *vana laetantes, pro jactantes*, Hearnii Oxon. N. in margine. *jactatus et laetatus* in Mâis etiam alibi commutari, vidimus ad Silii 11, 405.

§. 7. *Qui Porsenae quondam majoribusque eorum fuerit* Porsinnae Flor. Proscennae Leid. 2. V. ad 2, 9, 1. *Tum quondamque majoribus eorum* Haverk. at *copula que non adparet* in Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

Quin Romanos, omni agro cis Tiberim pulsos quin Ro-

manos omnia grecis Tiberim pulsos Leid. 1. *qui Romanos omnia grecis Tiberim pulsos* Voff. 1. *qui Romanis omnia grecis Tiberim pulsos* Lovel. 1. a m. 1. *qui Romanis omni cis Tiberim pulsos* a m. 2. *qui Romanos omnia cis Tiberim pulsos* Leid. 2. *qui, pro quin, etiam* Haverk. et Fragm. Hav. quorum prior quoque *omni ejus Tiberini pulsos* legit. *Romanos ent agro* Gaertn. Mox *de tolerando Italiae regno, pro de intolerando*, Leid. 2. et Portug. a m. 1. *de intolerandae Italiae regno* Gaertn.

§. 8. *Samnitum illis exercitum paratum, instructum armis, stipendio, venisse* et *Samnitum illis exercitum paratum instructumque* Voff. 2. et Lovel. 3. In verbis sequentibus ut *confestim secuturos*, addita prima vocula, Gaertn. *secutores* Voff. 1. et inter versus Leid. 2. *securos* Lovel. 3.

§. 1. *Haec eos in Etruria jactantes molientesque* Pal. sec. *jactantes atque molientes*. GEBHARD. Ita et Portug. Haverk.

que bellum domi Romanum urebat. nam P. Decius, ubi comperit per exploratores profectum Samnitium exercitum, advocato consilio, *Quid per agros, inquit, vagamur, vicatim circumferentes bellum? quin urbes et moenia adgredimur? nullus jam exercitus Samnio praesidet. cessere finibus, ac sibimet ipsi exsilium conscivere. Adprobantibus cunctis, ad Murgantiam, validam urbem, obpugnandam ducit: tantusque ardor militum fuit, et caritate ducis, et spe majoris, quam ex agrestibus populationibus, praedae, ut uno die vi atque armis urbem caperent. ibi*

et Gaertn. nisi quod eorum posterior insuper legat mollientes.

Advocato concilio] advocato consilio Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. Haverk. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quod probandum videtur, si quidem intelligantur legati, tribuni militum, quosque, quoties aliquid deliberandum incidebat, in consilium advocabant imperatores. Id autem *consilium*, non *cunctilium*, vocari, docet Gronov. infra ad 44, 2, 5. In contextum itaque recepi.

§. 2. *Quin urbes et moenia adgredimur*] Ita primus edidit Cl. Jac. Gronovius, quum antea ac moenia vulgaretur. Gronovio vero consentiunt omnes scripti mei, solo Harlej. excepto. Hearnem autem, qui priorum edd. lectionem servavit, memorata illa Gronovii, de suorum codd. scriptura nihil monet. Praeterea *adgrediamur* Lovel. 1. in margine. Male. V. ad 1, 57, 7. Paullo ante *circumferendo bellum*, pro *circumferentes*, Portug. reliquis omnibus invitis.

Cessere finibus, ac sibimet

ipsi exsilium conscivere] cessarunt et consciverunt solus Lo; vel. 4. *conscivere* sollempni scribarum lapsu Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 3. et Fragm. Hav. V. ad cap. seq. §. 2. De locutione *conscivere sibi exsilium* v. ad 5, 53, 5. Tum *et sibimet ipsis* Gaertn. ac *sibimet ipsis* Lovel. 4. Perperam. V. supra ad 2, 19, 5.

§. 3. *Ad Murgantiam, validam urbem, obpugnandam ducit*] Stephanus: *Μοργέντιον πόλις Ἰταλίας λέγεται καὶ Μοργεντινα. τὸ ἰθὺκὸν Μοργεντινοσ.* SIG. *Murganciam* Leid. 2. *Mugantiam* Voss. 2. *Margantiam* Lovel. 3. *Margantiam* Lovel. 2. 4. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et 2. et ita infra hoc cap. §. 11. legant Lovel. 2. 3. et Voss. 2.

Ut uno die vi atque armis urbem caperent] una die Portug. et Haverk. Sed v. infra ad 28, 28, 9. *urbem vi atque armis caperent*, alio vocam ordine, Gaertn.

§. 4. *Et centum pugnantes circumventi*] Fall. duo MSS. codd.

duo millia Samnitium et centum pugnantes circumventi captique: et alia praeda ingens capta est, quae ne impedimentis gravibus agmen oneraret, convocari milites Decius jubet. *Haccine*, inquit, *victoria sola*, aut *hac praeda contenti estis futuri?* *Vultis vos pro virtute spes gerere? omnes Samnitium urbes, fortunaeque in urbibus relictæ, vestrae sunt;*

primus ac tert. circumvecti. GEBH. Ita et Voss. 2. ac Lovel. 3. sollemni scribarum aberratione. V. supra hoc lib. ad c. 2, 4.

Captique: et alia praeda ingens capta est) Recidenda pro alienis videntur *capta est*. J. FR. GRON. Quum omnes codd. voces *capta est* pertinaciter servent, Gronovio eas ejicienti consentire non audeo. V. supra ad 9, 44, 13.

Quae ne impedimentis gravibus agmen oneraret) Vocula *ne* deficit in Florent. et Lovel. 4. Deinde *honeraret* addita adspiratione dederunt Voss. 1. Lovel. 1: et Fragm. Hav. V. supra ad 4, 13, 13.

§. 5. *Haccine, inquit, victoria sola, aut hac praeda contenti estis futuri?* *Hacine, inquit* Florent. et Leid. 1. V. ad 6, 17, 3. *Hiccine, inquit* Lovel. 3. *Haecine, inquit* Lovel. 4. a m. 1. Deinde *et hac praeda* Gaertn. Eaedem voculae etiam supra commutantur 3. 39, 5. Tum *contenti estis futuri* Lovel. 4. a m. 1. pro quo postea emendatur aeque inepte *futuras*.

Urbes, fortunaeque in urbibus relictæ, vestrae sunt) *vires, fortunaeque* Lovel. 1. Tum in *urbibus derelictæ* editi priores. Infra 39, 30, 5. *Castra ingressi, quae derelicta inter nocturnam*

trepidationem erant. Sed Aldo, qui primus *relictæ* reposuit, favent omnes scripti: quare vulgatum servo. (*relicta* Veith.) in *viribus relictæ* Gaertn. Hinc nostrae sunt Lovel. 2. et 3. [Veith.] sunt nostrae Voss. 2. Paulo ante *Si vultis vos*, addita prima vocula, edd. priores usque ad Froben. qui eam anno 1535. recte expunxit: addita enim ab interprete videtur.

Quando legiones eorum, tot proeliis fusas, postremo finibus expulistis) *cremando legiones eorum male* Haverk. nec melius *tot proeliis fuis* Portug. De origine hujus erroris v. ad 6, 3, 8. Deinde *finibus repulistis* Gaertn. et Hearnii Oxon. B.

§. 6. *Illicite lucro mercatorem, ut sequatur agmen*) Habet Pal. sec. *Illicite lucro mercatores, ut sequantur agmen*. GEBH. *illicita* a m. 1. fuerat in Florent. pro quo postea *illicitæ* emendatum est. De verbo *illicere* v. ad 6, 33, 3. *illicite lucro mercatorum, ut sequantur agmen* Lovel. 1. *illicite lucro mercatorum, ut sequatur agmen* Lovel. 3:4. et Fragm. Hav. *illicite lucro mercatorum, ut sequantur agmen* Voss. 1. *illicite lucro mercatorem, ut sequantur agmen* Gaertn. *illicite lucro mercatores, ut sequantur agmen* Portug. et Haverk. Nihil male.

quando legiones eorum, tot proeliis fusas, postremo finibus expulistis. Vendite ista, et illicite lucro mercatore, ut sequatur agmen. ego subinde subgeram, quae vendatis. Ad Romuleam urbem hinc camus, ubi vos labor haud major, praeda major manet. Divendita praeda, ultro adhortantes imperatorem ad Romuleam pergunt. Ibi quoque sine opere,

Mercator pro mereatoribus, ut miles, eques, pedes et similia poni solent sensu collectivo. V. ad 7, 35, 2. Mox subgeram, ut vendatis, pro quae vendatis, Hearnii Oxon. L. 2.

Ad Romuleam urbem hinc camus] De hac sic Stephanus. Ρώμυλια τῶν ἐν Ἰταλία Σαρμυτῶν πόλις, τὸ ἐνικόν Ρώμυλιατῆς. SIG. Palat. sec. habet Ad Romuleam hinc camus. GEBH. Eadem vox, quam optimi codd. servant, non comparet etiam in Portug. Haverk. et Gaertn. quorum posterior etiam legit Romuliam, sed Romuleiam Lovel. 2. Deinde hinc eramus Haverk.

Ubi vos labor haud magnus, praeda major manet] Pall. duo MSS. pr. et tert. et Andreae vetusta editio: ubi labor vos haud major, praeda major manet. Sec. ubi labor vos, haud major praeda, manet. Campanus vero edidit: ubi vos labor haud major praedaeque potior manet. Vulgata jam lectio e libris melioribus eruta est, quam non facile est aspernandum. GEBH. Duo Pall. duo Voss. Helm. Chiflet. Andreas. labor haud major, praeda major manet. J. FR. GRON. ubi nos labor Lov. 2. et 4. ubi labor nos Gaertn. ubi labor vos Portug. et Haverk. Deinde labor haud magnus, praeda potior manet Harlej. labor haud ma-

ior praedaeque potior manet Neap. Latini. labor haud major, quam praeda, manet Voss. 2. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. labor, aut major praeda manet Haverk. labor haud major, praeda major manet reliqui mei Voss. 1. Leid. ambo, Florent. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. et Gaertn. et cum illis Exc. Pithoei, Doujatii Memm. ac Colbert. ut et edd. Rom. anni 1472. et Parm. pro quo deinde Mediol. anno 1480. dederunt labor haud major, praeda potior manet; idque proximi servarunt usque ad Aldum, qui eam lectionem primus substituit, quae deinceps constantiter obtinuit. Verum codicum numerus et auctoritas effecit, ut priorum edd. scripturam revocarim, licet eam Gebhardus improbasse videatur. Labor haud major, praeda major eadem ferme figura dictum est, qua illud apud Cicer. orat. pro Ligar. 6. Principum dignitas erat poene par, non par fortasse eorum, qui sequebantur.

§. 7. Divendita praeda, ultro adhortantes imperatorem] Hi vendita praeda Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. [Veith.] Male. Divendere in hac re Livio frequens est. Supra 3, 13, 10. Ut, divenditis omnibus bonis, aliquamdiu trans Tiberim viveret. 21, 21, 2. Partitis divenditisque reliquiis praec-

sine tormentis, simul admota sunt signa, nulla vi deterriti a muris, qua cuique proximum fuit, scolis raptim admotis, in moenia evasere. captum oppidum ac direptum est. ad duo millia et trecenti occisi; et sex millia hominum capta; et miles ingenti praeda potitus: quam vendere, sicut priorem,

dae. 37, 5, 3. Partim dividenda, partim divisa praeda. Deinde ultro exhortantes Haverk. Mox iterum Romuleiam Lov. 2.

Simul admota sunt signa, nulla vi deterriti a muris] simul ut admota Voss. 1. inter versus, Leid. 2. et Lovel. 1. simul a admota Portug. quasi voluisset simul ac admota. Sed v. supra ad 6, 1, 6. Tum nulla inde territi Gaertn. Error natus primo est ex similitudine litterarum ui et in, praesertim in scriptura Longobardica. V. ad 3, 49, 6. Deinde quod disjungenda juncta sint, et jungenda disjuncta sint; quemadmodum inde fatigationem dederunt librarii, pro in defatigationem, supra 8, 38, 11. Paulo ante Ibi que sine opere, pro Ibi quoque, Lovel. 2. V. ad 5, 27, 1.

Qua cuique proximum fuit, etc. in moenia evasere] Prima vocula deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. quacunque proximum fuit praefert Lovel. 3. Verbum autem fuit non adparet in Gaertn. Hinc in moenia vasere Voss. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav. in moenia evaserunt Lovel. 4.

§. 8. Captum oppidum ac direptum est] et direptum Gaertn. et Haverk. ac directum Fragm. Hav. V. ad 37, 31, 5. Sed duae illae voces omittuntur sine causa in Portug.

Ad duo millia et trecentos oc-

cisi] Hoc postremae Gruteri debetur. Andreas et omnes usque ad Frobenium ultimum trecenti. Gryphius, Curio, Sigonius, Graterus prius, CCC, ut et fere scripti, sed Vossianus [sec.] elare ad duo millia trecenti. Et genus est loquendi Livio haud insolens. 3, [15, 5.] Exsules servique ad quatuor millia hominum et quingenti, duce Appio, etc. 4, [59, 7.] Quorum ad duo millia et quingenti vivi capiuntur. 27, [12, 16.] Cecidere in pugna fugaque ad duo millia et septingenti. 35, [22, 4.] Ad mille quingenti ad consules transfugerunt. J. FR. GRON. ac duo millia Haverk. V. ad 21, 32, 2. Vocula et deficit in Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Haverk. et Fragm. Hav. Recte autem Gronov. trecenti revocavit. Certe trecenti etiam Lovel. 3. tricenti Portug. V. eundem Gronov. ad Liv. 8, 18, 8. 23, 41, 2. 28, 36, 13. Jac. Gronov. ad 22, 50, 11. 28, 34, 2. et quae notavi infra hoc lib. c. 43, 8. 27, 12, 16. ac 41, 18, 2. Eandem lectionem non intellexerunt Nannius ad Liv. 3, 15, 5. et Tan. Faber. ad Liv. 4, 59, 7.

Et sex millia hominum capta; et miles ingenti praeda potitus] et V. millia hominum Klock. et sex millia hostium Portug. et Haverk. V. ad 23, 37, 11. et mox hoc cap. §. 10. Deinde praeda potitur Leid. 2.

§. 9. Quam vendere, sicut priorem, coactus, Ferentinum in-

coactus, Ferentinum inde, quamquam nihil quietis dabatur, tamen summa alacritate ductus. Ceterum 10 ibi plus laboris ac periculi fuit. et defensa summa vi moenia sunt, et locus erat munimento naturaque tutus: sed evicit omnia adsuetus praedae miles. ad tria millia hostium circa muros caesa: praeda

de] De Ferentino libris hujus decadis duobus primis (ad 1, 51, 9. et 2, 38, 1.) admonuimus, sed in Volscis oppido, cujus agrum Romani Hernicis postea dederunt, anno ab urbe condita CCCXLII. [4, 51, 7.] GLAB. *coactus est* Portug. Sed vox *coactus* deficit in Leid. 1. Tum *Ferentinum* Lovel. 1.

Quamquam nihil quietis dabatur, tamen summa alacritate ductus] nihil qui dabatur Voff. 2. et Lovel. 3. *nihil quietis diebatur* Leid. 2. a m. 1. pro quo inter versus adscriptum dicebatur. Tum cum summa alacritate ductus Haverk. de qua locutione v. ad 43, 23, 1. Sed potius nihil mutuo, et arbitror varietatem scripturae ortam esse ex similitudine ductuum, quibus compendia tñ, id est tamen, et cū, id est cum, scribi solent. V. ad 9, 3, 8.

§. 10. *Et defensa summa vi moenia sunt*] Vet. lib. nam et *defensa*. SIG. Tò nam interposuit Sigonius: nos reperimus nusquam. J. FR. GRON. Reperi in uno meorum Portug. Hearnus etiam in uno Oxon. B. Sed particulam hanc additam puto a librariis connectendae orationi, quam ceteroquin male cohaesuram existimabant. V. infra ad hujus libri c. 30, 1. et supra ad 6, 24, 2. Adde, quae notantur ad hujus lib. c. 39, 4, (* 34, 33, 8.) in praecedentibus tò plus deficit in Portug.

Locus erat munimento naturaque tutus] locus erat munimento namque tutus Lovel. 3. locus munimento erat edlti ante Aldum cum uno ex scriptis Harleij. munimento et natura Portug. et Haverk.

Sed evicit omnia adsuetus praedae miles] Nonne praeda? V. paterna 31, 35, 3. JAC. GRON. Quae pater illius ibi adnotat, eo pertinent, ut ostendat, adsuetus recte ablativo jungi, non ut neget, ei etiam dativum addi posse. Livius 5, 48, 3. *Quorum intolerantissima gens, humori- que ac frigori adsueta*. Curtius 10, 5, 8. *Nobiles pueri, custodiae corporis ejus adsuetti*. Et cur adsuetus minus cum tertio casu dici possit, quam ad- suescere, quo optimi scriptores utuntur? Non magis hic quidquam invitis Mitis tentandum est, quam 38, 17, 5. *Romanis Gallici tumultus adsuetis*. quod nemo mutare conatus est. DUK. *devicit omnia* Voff. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] *devincit omnia* Lovel. 3. Sed litera initialis d in his codd. adhaesit ex ultima vocis praecedentis. V. ad 37, 29, 8. Ceterum si qui codices Gronovio praeda scribenti adsentirentur, non adversarer; ita enim passim scriptores loquuntur, ad d. l. Livii videbimus. Nunc vero, quum omnes praedae retineant, ejus conjecturam probare non audeo. Et quidem praedae vel accipi potest casu tertio: illa enim ordinat

11 militis fuit. Hujus obpugnatarum urbium decoris
 pars major in quibusdam annalibus ad Maximum
 trahitur. Murgantiam ab Decio, a Fabio Ferenti-
 num Romuleamque obpugnatas tradunt: sunt, qui
 12 novorum consulum hanc gloriam faciant. Quidam
 non

ria et consueta est hujus vocis
 constructio: (* v. ad 27, 47, 5.)
 vel casu secundo. Nam, ita et
 Livium locutum esse, infra vide-
 bimus ad 38, 17, 5.

*Ad tria millia hostium circa
 muros caesa: praeda militis
 fuit] ad tria millia hominum
 Harlej. quas voces librarii fre-
 quentissime in codd. commutant.
 V. ad 23, 37, 11. et supra hoc cap.
 §. 8. Deinde praeda militi fuit
 Gaertn. Haverk. Exc. Pithoei, et
 Hearnii Ox. N. Sed litera sibilans
 finalis vocis mediae intercidit ob
 similitudinem initialis vocis pro-
 ximae. V. ad 4, 33, 10. praeda
 militum fuit Voff. ambo, Leid.
 ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. et
 Fragm. Hav. cum Oxon. B. et C.
 apud Hearnium. Qua mutatione
 opus non esse, docent, quae no-
 tantur supra hoc cap. §. 6.*

§. 11. *Hujus obpugnatarum
 urbium decoris pars major] op-
 pugnatorum Port. oppugnatu-
 rum Leid. ambo. Tum major
 pars Haverk. et Fragm. Hav.*

*Murgantiam ab Decio, a Fa-
 bio Ferentinum Romuleamque
 obpugnatas] a Decio Voff. 2. et
 Lovel. 3. ac 4. Tum ab Fabio
 Gaertn. sed praepositio deest in
 Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. quo-
 rum posterior etiam praefert
 Ferentinum. Hinc Romulam
 Fragm. Hav. Romulejam Lovel.
 §. Insuper oppugnandas Leid. 1.*

§. 12. *Sed alterius, P. Volum-
 ni] L. Volumnii ex ipsomet Li-*

vio et Capitolinis tabulis. SIG.
 Primae edd. praenomen ignorant.
 Publium vocant Parm. tum Al-
 dus, hinc reliqui: quibus fere
 consentiunt codd. Insuper P.
 Voluminii Voff. duo, Leid. 2. Lo-
 vel. 1. et Fragm. Hav. f. P. Vo-
 luminii Lovel. 3.

*Ei Samnium provinciam eve-
 nisse] Verba haec desunt in
 Gaertn. et Hearnii Oxon. N. vox
 prima in Haverk. cujus loco et
 praefert Harlej. Tum Samniti-
 um, vel Samnitum, provinciam
 evenisse Voff. uterque, Leid. 2.
 Lovel. 1. 3. Fragm. Hav. Exc. Pi-
 thoei, et Hearnii Oxon. B. et L. 2.
 Verum ita Livius potius dixisset
 Samnites provinciam. V. ad 5,
 12, 6. provinciam Samnitium
 Lovel. 4. Samnitium provincia
 Portug. Samnitum pugnam Ha-
 verk.*

§. 1. *Dum ea in Samnio, etc.
 gererentur] Nulli codd. aliquid
 mutant, nisi quod in Samnium
 praeferat Gaertn. et gerentur Lo-
 vel. 1. Interim tamen verisimi-
 lis est conjectura J. Fr. Gronovii,
 qui ad 2, 47, 5. legendum existi-
 mat Cum gererentur, vel Dum
 geruntur. Et quidem a posteri-
 ori conjectura haud longe abit
 Lovel. 1. scriptura. V. supra ad
 1, 40, 7.*

*Romanis in Etruria interim
 bellum ingens multis ex genti-
 bus concitur] Tres Pall. iterum
 bellum. GEBH. Pall. et Voff. al-*

non amborum, sed alterius, L. Volturnii: ei Samnium provinciam evenisse.

XVIII. Dum ea in Samnio, cujuscumque ductu¹ auspicioque, gererentur; Romanis in Etruria iterum bellum ingens multis ex gentibus concitur; cujus auctor Gellius Egnatius ex Samnitibus erat. Tusci fere²

ter iterum bellum ingens. J. FR. GRON. *Romanis interim in Etruria bellum* Harlej. et excusi Aldo priores. *Romanis in Etruriam interim bellum* Leid. 1. et Fragm. Hav. *Romanis in Etruria itim bellum* Lovel. 2. incertum, utrum librarius *iterum*, an *interim*, scribere voluerit. *iterum* autem, si excerptis meis fides habenda sit, non tantum alter, sed uterque Voss. praeferunt, quod etiam superest in Portug. Lovel. 3. Gaertn. et Haverk. seque in codd. Oxoniensibus reperisse, Hearne monuit. Reliqui Florent. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. *interim* servant. Solent voces *iterum*, sive *interim*, et *iterum*, quae ductibus parum differunt, saepe in Mssis confundi. V. supra ad 3, 7, 4. c. 17, 4. c. 63, 7, 4, 51, 4. 5, 15, 1. c. 49, 8. 6, 3, 6. (* 24, 9, 3, 25, 20, 1.) Gronovius *iterum* in contextum recepit. Verum, quum vix interesse videatur, utrum praeferamus, et pro altero fient integriores codd. id etiam, si mei arbitrii fuisset, retinuissem. Insuper vox *ingens* non adparet in Voss. 2. Tum *concicere* Harlej. *conciatur* Gaertn. V. ad 9, 37, 1.

Cujus auctor Gellius Egnatius ex Samnitibus erat] *cujus auctor* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 1, 26, 5. Deinde *Gelius Egnatius* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. Haverk. et principes edd. *Gelius Egnarius* Port. *Gellius Egnatius* Lovel. 3. *Gellius Egnoni-*
Liv. Tom. V. P. II.

us Lovel. 4. Infra tamen plerique codd. in vulgatum consentiunt, aut adhuc aliter legunt. V. ad c. 21, 2. et c. 29, 16. *Tò erat* deficit in Gaertn.

§. 2. *Tusci fere omnes consciverant bellum*] *Tusci vero omnes* Lovel. 2. Harlej. et Gaertn. Et ita ediderunt Mediol. anno 1480. Tarvis. utraque, et variae Venet. usque ad Aldum. V. mox ad §. 8. *Tusci fere nonis non consciverant bellum* Lov. 1. Deinde *consciverunt bellum* Gaertner. *conciaverant* Neap. Latini, et edd. Rom. anni 1472. Parm. Venet. anni 1495. 1506. Mediol. anni 1505. Ascens. omnes. Vascos. Curio, et omnes recentiores usque ad Gronov. nisi quod *interim* Sigoniana anni 1592. pejus legerit *conciataverant*. Gronovius vero substituit anno 1665. *consciverant*, quomodo praeferrunt reliqui codd. Et recte. Non enim *Tusci conciverant*, id est concitaverant, bellum; sed, a Gellio Egnatio uno Samnitium, qui belli auctor erat, concitati, bellum *consciverant*, id est simul omnes jufferant. De verbo *consciscere* hoc sensu v. ad 1, 32, 23. quaedam etiam infra ad 21, 8, 7. *Populus*, quum aliquid in comitiis jubet, dicitur id *sciscere*, ut notum est; unde *plebiscita* vocantur: si alii in eadem re jubenda consentiant, dicuntur *consciscere*: quo sensu hic capiendum est. Solent verba *consciscere* et *consciscere* a librariis

omnes consciverant bellum: traxerat contagio proximos Umbriae populos: et Gallica auxilia mercede sollicitabantur. omnis ea multitudo ad castra Samnitium conveniebat. Qui tumultus repens postquam Romam perlatus est, quum jam L. Volumnius consul cum legionibus secunda ac tertia, sociorumque millibus quindecim profectus in Samnium esset, Ap. Claudium primo quoque tempore in Etruriam ire

commutari, praesertim autem in praeteritis *conciui* et *consciui*, quae una tantum litera addita vel detracta differunt. V. ad 3, 53, 4. hoc lib. cap. praec. §. 2. c. 34, 13. 22, 1, s. (* 33, 49, 2.) 41, 8, 4. Adde N. Heinsium ad Claud. 1. de Laud. Stil. 243. Mox in verbis sequentibus in *Gallica auxilia*, pro *et Gallica*, Haverk. Deinde pronomén *ea* deficit in Harleij. et edd. Aldina prioribus. Eius loco *illa* praefert Fragm. Hav.

§. 3. *Qui tumultus repens postquam Romam perlatus est, quamquam Romam* Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *Romae* Haverk. Deinde verbum *est* deficit in Voss. 1. Leid. utroque, Lovel. 1. 2, 4. Fragm. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii Oxon. N. B. ac C. ejus loco *quam* praeferunt Voss. 2. et Lovel. 3. At eo transposito *est perlatus* legunt Florent. Portug. Gaertn. et Haverk.

L. Volumnius consul cum legione secunda ac tertia, sociorumque millibus quindecim Consulis praenomen omittitur in Gaertn. et Haverk. Ipse *Volumnius* dicitur in Voss. utroque, Leid. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. V. ad c. 16, 2. Hinc *cum legione veterna, sociorumque* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Oxon. N. apud Hearnium, qui in ejus mar-

gine recte *secunda ac tertia emendatum* monuit. *cum legione II. actria* Leid. 1. Videtur per notas scriptum fuisse *II. ac III.* quod, quemadmodum reddendum foret, non adsecutus librarius ita per errorem dedit. Similiter fere *cum legione actria* Lovel. 4. *cum legione secunda et tertia* Portug. Gaertn. et Haverk. *cum legione secunda ac tertia* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harleij. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. C. [Veith.] et edd. priscae, pro quo Frobenius anno 1535. primus *legionibus* substituit; quod in solis Florent. et Klock. superfuisse videtur. Certe ex illis nulla in excerptis scripturae varietas occurrit. Id etiam eruditius est, nec facile librariis in mentem venire potuisse existimo, si antea *cum legione* scriptum fuisset. Similis est oratio infra 20, 2, 5. *cornua dextrum Illergetes, laevum ignobiles tenebant Hispaniae populi.* quomodo recte Rhenanus emendat, pro *cornu*. Neque hinc multum abit *Sp. et L. Papii*, de quo supra dictum ad 6, 22, 1. Deinde *sociorumque militibus* XV Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. quod reddendum foret *sociorumque militibus quindecim millibus*. Librarii enim linea transversa, quae capiti notarum numeralium inponitur, numerum millies mul-

placuit. duae Romanae legiones secutae, prima et quarta, et sociorum duodecim millia. castra haud procul ab hoste posita. Ceterum magis eo profectum est, quod mature ventum erat, ut quosdam spectantes jam arma Etruriae populos metus Romani nominis comprimeret, quam quod ductu consulis quidquam ibi satis scite aut fortunate gestum sit. Multa proelia locis et temporibus iniquis commissa: 6

tiplicandum esse, indicare solent. Locutio autem militibus quindecim millibus eodem jure defendi potest, quo alia defendit Cl. Perizon. ad Sanctii Minerv. 4, 8. n. 2. Potius tamen existimo, librorios per errorem militibus, pro millibus, scripsisse; quas voces saepe alibi commutare soliti fuerunt. V. ad 23, 41, 10. Mox in *Samnium est*, pro *esset*, Haverk.

In Etruriam ire placuit] in *Etruria* Voff. 1. et Leid. 1. in *Etruriam ne placuit* Voff. 2. et Lovel. 3. Similitudo literarum *ir* et *n* posterioris erroris causa exstitit. V. ad 7, 26, 1.

§. 4. *Legiones secutae, prima et quarta, et sociorum duodecim millia*] *secutae sunt*, addita ultima voce, Portug. a m. 1. *legiones secunde secunda et quarta* exhibet Gaertn. *legiones secutae, mercenariorum quinquaginta et quatuor* Lov. 2. [*secutae mercenariorum quinquaginta et quinque et duodecim millia* Veith.] *legiones secutae L. et III* Leid. 1. et Lovel. 4. *legiones secutae L. et vim* Lovel. 3. *legiones secutae prima et quinta* Hearnii Oxon. L. 2. Posteriorius et ante *ro sociorum* deficit in Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn.

§. 5. *Ceterum magis eo profectum est, quod mature ventum erat*] Vet. lib. *eo magis*. SIG. Similiter Haverk. et Exc. Pithoei. Deinde *quo mature ventum* Voff. 2. et Lovel. 3. *quod adeo mature ventum* Portug. et Haverk. Sed interposita vox est a librarii glossa, qui simpliciter ut pro *adeo* ut usurpari ignorabat. V. ad hujus lib. c. 11, 3. Verbum *erat* exsulat ab Haverk.

Quosdam, spectantes jam arma, in Etruria populos metus Romani nominis comprimeret] Tres Pall. *Etruriae populos*. Neque discrepant vetustissimae edd. GEBH. Pall. Vossiani, Helm. Th. et editi omnes ante Frohenium *arma Etruriae*. J. FR. GRON. *Etruriae populos* omnes Hearnii Oxonienses et mei codd. nisi quod ex Florent. qui cum editione alteram lectionem praeferente conlatus est, nihil notetur. Tum *quosdam spectantes* Lov. 3. et Haverk. *quosdam exspectantes* Leid. 2. V. ad 6, 33, 1. Praeterea *metus magis Romani nominis comprimeret* Portug. et Hearnii Oxon. B. *metus Romani nominis Romam opprimeret* Leid. 2. Vox *nominis* deficit in Florent.

Quam quod ductu consulis quidquam ibi satis scite aut fortunate gestum sit] *quamquam ductu consulis quicquid sine sen-*

spesque in dies graviorem hostem faciebat, et jam prope erat, ut nec duci milites, nec militibus dux 7 satis fideret. Literas ad collegam arcessendum ex Samnio missas, in trinis annalibus invenio. piget tamen incertum ponere, quum ea ipsa inter consules populi Romani, jam iterum eodem honore fungentes, discrepatio fuerit; Appio abnuente missas;

su Haverk. neque melius quamq; ductu consulis quicquam Lovel. 3. Tum scite ac fortunate gestum est Hearnii Oxon. B. qui gestum est etiam invenit in N. neque aliter Voff. 1. Leid. 2. Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 6. *Spesque in dies graviorem hostem faciebat] spesque inde graviorem hostem faciebat* Leid. 2. Paulo ante *Et multa proelia*, addita prima vocula, Portug. Gaertn. et Haverk.

Ut nec duci milites, nec militibus dux satis fideret] quod nec duci Gaertn. Hinc *ne militibus dux* Voff. 1. Leid. ambo, et Lovel. 1. Deinde *fideret satis* Haverk.

§. 7. *Literas ad collegam arcessendum ex Samnio missas, in trinis annalibus invenio] Literas ac collegam* Leid. 2. V. ad 21, 32, 1. *ad collegam accersendam* Gaertn. *ad collegam accersendum* Voff. 1. Lovel. 1. 2. et Portug. *ad collegam accersendum* Leid. ambo, Lovel. 3. 4. Harlej. Haverk. et Fragm. Hav. Vide superius notata ad 9, 9, 12. Tum *in tribus annalibus* Haverk. et Fragm. Hav. *in ternis annalibus* Leid. 2. in margine. V. infra ad 23, 49, 6.

Quum ea ipsa inter consules populi Romani jam iterum eodem honore fungentes discrepa-

tio fuerit] quum jam ipsa inter consules iterum, mediis omisis, Lovel. 4. Tum iterum eorum honore fungentes Gaertn. *iterum eundem honorem fungentes* ed. Mediol. anni 1480. et quaedam aliae. Verum nulli codicum consentiunt, neque alibi Livium hac constructione uti memini. Deinde *disceptatio* edd. antiquiores cum Floront. a m. 1. in quo manus altera, sed satis etiam antiqua, substituit *discrepatio*, quomodo reliqui codd. servant, et primus Aldus in contextum recepit. V. ad 21, 31, 7.

Appii se literis adicitum] literis se accitum Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. Haverk. et Portug. a m. 2. Paulo ante ipso *Appio abnuente*, addita prima vocula, Lovel. 4. *Appio annuente* Fragm. Hav. V. ad 36, 34, 6.

§. 8. *In quibus ad tria millia hostium caesa erant, dimidium fere ejus captum] in quibus tria millia* Gaertn. invitis reliquis scriptis omnibusque excusis. Livium saepius ad praepositione pro circiter, plus minus, usum esse, supra vidimus ad 6, 20, 7. *millia hostium caesa sunt* Lov. 4. Tum *dimidium fore ejus* Lovel. 1. *dimidium vero ejus* Gaertner. Alibi voces *fere* et *vero* in Mssis confunduntur. Modò exemplum ejus erroris habuimus hoc cap. §. 2. V. supra ad 9, 29, 1.

Volumnio adfirmante, Appii se literis adcitum. Jam Volumnius in Samnio tria castella ceperat, in 8 quibus ad tria millia hostium caesa erant, dimidium fere ejus captum: et Lucanorum seditiones, a plebejis et egentibus ducibus ortas, summa optimatum voluntate per Q. Fabium proconsulem, missum eo cum veteri exercitu, compresserat. Decio depopu- 9

Et Lucanorum seditiones, a plebejis et egentibus ducibus ortas] Prima vocula deficit in Lovel. 4. Hinc ab *plebeis et egentibus* Portug. Gaertn. et Haverk. a *plebejis cogentibus* Lovel. 4. a *plebejis et agentibus* Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde orta Gaertn. Sed ultima ejus vocis litera intercepta est a prima sequentis. V. ad 37, 29, 5.

Summa optimatum voluntate per Q. Fabium proconsulem] *summa optima et voluntate* Haverk. *summa opinantium voluntate* Gaertn. *summa optimatum voluntate* Lovel. 4. V. infra ad Epit. Liv. 79. Tum *per quas Fabium* Lovel. 3. Praeterea *Fabium consulem* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] *Fabium proconsule* Voss. 2. et Lovel. 3. quomodo etiam Sigonius in prioribus edd. excudi curavit, quod deinceps in Aldina, quae nomen ejus praefert, sed eo demum mortuo Venetiis anno 1592. prodiit, mutatum est. V. infra ad 23, 30, 19.

Missum eo cum veteri exercitu, compresserat] *amissum locum veteri exercitu* Klock. *missum eo cum veteri exercitu* Florent. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. idque etiam voluisse videtur scriba Lovel. 3. qui tamen per errorem

cum venire exercitu dedit. Eadem varietas in terminatione ablativi hujus vocis etiam supra erat 9, 31, 9. c. 39, 11. 10, 2, 14. Hinc *compressae erant* Harlej. et multae ex vetustis edd. V. ad 23, 29, 16. *compresserat Volumnius* Haverk. Sed ultima vox, quae jam initio periodi praecesserat, est ex glossa interpretis.

§. 9. *Decio populandos hostium agros relinquit*] Pall. omnes, Campanique editio *depopulandos hostium agros.* GEBH. Scripti *depopulandos.* J. FR. GRON. *populandos* in uno est Harlej. et forte in Florent. ex quo nihil in excerptis notatur. *ad populandos* Haverk. Reliqui mei, Neap. Latini, et Hearnii Oxonienses *depopulandos.* Saepius ita variasse librariorum, supra vidimus hoc lib. c. 12, 7. Praeterea *Decio* non adparet in Voss. 2. quemadmodum nec *hostium* in Leid. 2. et Lovel. 1. Mutato ordine *agros hostium* praefert Haverk. *relinquit* Voss. 2. Lovel. 2. Portug. et Harlej.

Ipsae cum copiis in Etruriam ad collegam pergit] Haec ita legunt Pall. duo *ipse cum ipsis suis copiis in Etruriam pergit ad collegam.* sec. Andreaeque editio *ipse cum suis copiis.* GEBH. Scripti *cum ipsis copiis.* sed legendum *cum suis*, ut Vossianus, et edd. ante Modianam

landos hostium agros relinquit. ipse cum suis copiis in Etruriam ad collegam pergit: quem advenientem
 10 laeti omnes acceperunt. Appium ex conscientia sua credo animum habuisse haud inmerito iratum, si nihil scripserat: inliberali et ingrato animo, si egue-
 11 rat ope, dissimulantem. Vix enim salute mutua reddita, quum obviam egressus esset, *Satin' salvae*, inquit, *L. Volumni? ut sese in Samnio res habent?*

jam occuparunt. J. FR. GRON. Duobus Pall. Gebhardi consentit unus ex meis Lovel. 3. sed reliqui cum Hearnii Oxoniensibus legunt *ipse cum suis copiis*, ut Gronovius restituit. Lectionis autem, quam damnavit, non Modius auctor censendus est, sed ita jam ante eum receperunt Curio, Lugdun. anni 1553. Basil. anni 1554. Parisina anni 1573. et Francof. anni 1578. Mox in verbis sequentibus *exceperunt*, pro *acceperunt*, Lovel. 2. Passim ita variant scribae librarii. V. ad 6, 9, 12. 8, 6, 7. hoc lib. c. 26, 12. (* 27, 6, 5. 29, 34, 12. 31, 14, 12. 32, 3, 2. 37, 7, 15.) Plura exempla habes ad 2, 47, 7. *acceperunt* Lovel. 4.

§. 10. *Animum habuisse haud inmerito iratum, si nihil scripserat: inliberali et ingrato animo, si eguerat ope, dissimulantem*] Videtur *eo animo* insititium esse: Livio enim satis fuerat, paullo ante vocem eam posuisse, unde facillimum repeti. Nisi scripsit: *credo animum fuisse: haud inmerito iratum, si nihil scripserat, inliberali et ingrato animo*. J. FR. GRON. *haud merito natum* Haverk. *haud inmerito elatum* Hearnii Oxon. L. 1. *haud inmerito irritatum* Leid. 2. *sollemni scribarum errore*. V. infra ad 34, 36,

6. *Tam in inliberali et ingrato* Fragm. Hav. *inliberali, etiam ingrato* Lovel. 2. *Voces habuisse haud inmerito etc. ingrato animo* desunt in Lovel. 4. *neglegentia librarii, cui fraudi fuit vocum animum et animo repetitio; quales errores innumeris locis committi, saepius supra vidimus. Vocem ope omittunt* Lovel. 3. et 5. Cl. Ant. Perizon. scribendum conjecit ad marginem Livii, *animum habuisse haud inmerito iratum, si nihil scripserat; inliberalem et ingratum, si, quum eguerat ope, dissimulavit*. Id nimium a vulgato et codicum lectione discedere, quisque videt. Neque satis placet alterutra Gronovii conjectura; non posterior, quia et ipsi idem, quod modo propositae, obstat; non prior, quia ejusdem, quae modo praecessit, vocis repetitionem per se satis idoneam locum emendandi rationem non existimo. V. ad 1, 3, 9. *Judicium suslineo*.

§. 11. *Satin' salvae, inquit, L. Volumni? ut sese in Samnio res habent*] *Sed ni salvas, inquit, L. Volumni, in Samnio res has* Lovel. 2. *Satin' salvae* Voss. 2. *Satini salvae* Leid. 2. Lovel. 1. et Haverk. *Satin' salvae* Portug. et Fragm. Hav. *Sed vulgatum probum est*. V. ad 1, 58,

Quae te causa, ut provincia tua excederes, induxit? Volumnius in Samnio res prosperas esse ait, literis ejus adcitum venisse. quae si falsae fuerint, nec usus sui sit in Etruria, extemplo conversis signis abiturum. Tu vero abeas, inquit, neque te quisquam moratur: etenim minime consentaneum est, quum bello tuo forsitan vix sufficias, hic te ad opem ferendam aliis gloriari venisse. Bene, Hercu-

7. *Tum inquit Lucio Volumnio Florent. Sed et hic omnino vulgatum praefero. Livium enim in adlocutionibus praenomine et nomine uti solitum fuisse, supra vidimus ad 6, 12, 10. et c. 15, 4. Deinde ut sese res in Samnio habent Haverk. Paulo ante male salute mutua reddita est, addita ultima voce, Fragm. Hav.*

Quae te causa, ut provincia tua excederes, induxit] Pall. duo, ut provinciam tuam excederes. GEBH. Quae te causa, ut e provincia tu excederes Lovel. 2. Quae te causa, ut de provincia tua excederes Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Quae te causa, ut in provinciam tu excederes Leid. 1. Quae te causa, in provinciam tuam excederes Voss. 2. Quae te causa, ut provinciam tuam excederes Lovel. 3. Quae lectio non displiceret, si plures ac certiores codd. eam firmarent. Livius enim ita saepe hoc verbum construere solet. Deinde movit, pro induxit, Hearnii Oxon. C. quod ex glossa in contextum receptum videtur. Eo sensu inducere est 26, 11, 9. Quum rudera milites, religione inducti, jacerent.

§. 12. *In Samnio res prosperas esse ait: literis ejus adcitum venisse] Praepositio in non ad-*

paret in Haverk. Tum prosperas esse: at literis ejus Leid. 2. Mox nec usus sui sit in Etruriam Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. Harlej. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] Quod fere dictum esse videri possat, ut 34, 6, 6. In navis administratione alia in secundam, alia in adversam tempestatem usui sunt. ubi vide. Praeterea habiturum, pro abiturum, Gaertn. V. ad 22, 59, 19. [abituos Voith.]

§. 13. *Tu vero abeas, inquit, neque te quisquam moratur] Tum vera habeas Gaertn. Tum vero, abeas, inquit Voss. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 4. Portug. et Fragm. Hav. [Veith.] Sed nihil muto. Supra 2, 12, 14. Tu vero abi, inquit, in te magis, quam in me, hostilia ausus. Ubi eandem lectionum diversitatem notavi. V. infra hoc lib. ad c. 40, 11. Tum nec te quisquam Lovel. 2. Harlej. et eod. ante Aldum. nec te quispiam Lovel. 4. V. ad 35, 42, 7. nec te quisque Gaertn. V. ad 9, 38, 9.*

Hic te ad opem ferendam aliis gloriari venisse] huc te ad opem ferendam Lovel. 2. et Neap. Latini. ut jungatur huc venisse. Reliqui servant hic, quod jungendum cum gloriari. Tum gloriaris venisse Portug. gloriaris venisse Hearnii Oxon. B. et C. Paulq

les, verteret, dicere Volumnius: malle frustra operam insumtam, quam quidquam incidisse, cur non satis esset Etruriae unus consularis exercitus.

1 XIX. Digredientes jam consules legati tribunisque ex Appiano exercitu circumsistunt: pars imperato-

ante enim minime, pro etenim, Voss. 1. Deinde vix forsitan sufficias, alio ordine, Lovel. 4. forsitan vix efficias Portug.

§. 14. Bene, Hercules, vertere] Hercule Loid. 2. et Lovel. 1. Hercle Lovel. 2. V. ad 6, 4, 10. et 7, 11, 1. Bene verteret, Hercules Portug. Gaertn. et Haverk. Dii verterent Lovel. 2. Utraque formula in communi usu fuit, vel simpliciter bene vertat, res bene vertat, vel etiam Dii bene vertant. V. Briffon. 1. de Formul. pag. m. 65. Nihil itaque reliquis invitis mutandum.

Malle frustra operam insumtam, quam quidquam incidisse] male frustra opera sua usum, tamquam quidquam incidisset Lovel. 2. male frustra operam suam visam, tamquam quidquam incidisse Fragm. Hav. male etiam Lovel. 1. et Haverk. [operam suam insumendam Veith.] operam frustra, quam quidquam, omisso media voce, sed tamen relieta lacuna, Lov. 4. Insumere operam est inpendere. Cic. 2. de Invent. 38. Quid sumtus in eam rem, aut laboris insumserit. Deinde accidisse Lovel. 4. quod ex vulgatae lectionis interpretatione natum puto. Saepe enim incidere et accidere apud Livium est. 1, 46, 5. Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur. c. 58, 5. Ita facto maturatoque opus esse: rem atrocem incidisse. 2, 27, 2. Quod ubi cui militi inciderat, colle-

gam adpellabat. 3, 38, 8. Quidnam incidisset, cur rem desuetam usurparent. c. 40, 9. Quoniam fato incidisset, mirari se dictitans, ut decemviros obpugnarent. hoc lib. cap. seq. Si qua clades incidisset, deserto ri magis, quam deserto, noxiae fore. 26, 23, 2. Forte ita incidit, ut comitiis perfectis nunciaretur. 38, 49, 9. Infeliciter incidit, ut talem civem amitteremus. c. 58, 9. Forte ita incidisse, ut die-rum aliquot via abesset. 45, 8, 5. Utcumque tamen haec, sive errore humano, seu casu, seu necessitate, inciderunt. V. etiam Broekhus. ad Propert. 1. El. 15, 28. incidisset Lovel. 2. qui etiam mox omittit vocem esset.

§. 1. Digredientes jam consules legati etc. circumsistunt] Digredientē jam consules, legati Lovel. 3. Digredientem jam consulem legati Voss. 2. a m. 1. Lovel. 2. 4. Harlej. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. et priscae edd. Digrediente jam consule legati Voss. 2. a m. 2. et Haverk. Sed recte Frobenius, consentientibus reliquis scriptis, anno 1535. Digredientes jam consules edidit. Deinde circumsistant Gaertn.

Auxilium, quod accipiendum ultro fuerit, sua sponte oblatum sperneretur] A Curione est. Priores acciendum. Verissime: loquantur enim tamquam credentes Appio, neganti accitum esse. Itaque jam recepimus in secundam editionem nostram.

rem suum orare, ne collegae auxilium, quod addendum ultro fuerit, sua sponte oblatum sperneretur: plures abeunti Volumnio obsistere atque obtestari, a ne pravo cum collega certamine rempublicam prodant. Si qua clades incidisset, desertori magis, quam de-

Sed nec pejus mox foret sperneret, vel aspernaretur. Nemo enim spernebat praeter ipsum imperatorem. J. FR. GRON. accipiendum, quod Gronovius recte damnavit, ex nostris nihilominus servavit Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et forte Florent. unde nihil notatum video. Ex Hearnii autem Oxoniensibus similiter peccant N. L. 2. et C. [Veith.] Quin etiam ante Curionem pariter edidit Aldus, qui tamen inter errata revocavit acciendum. Alibi saepe accipere et accire in Mssis commutantur. V. ad 7, 37, 4. 8, 3, 10. 9, 3, 8. 36, 37, 2. et 40, 47, 4. ubi etiam locutio adcirc auxilia inlustratur. Similiter acciri et accipi confunduntur. V. ad 23, 17, 7. ultro adcirc, ut 1, 35, 3. Numam non petentem in regnum ultro adcircum. Tum ultro fuit Gaertn. V. ad 40, 14, 11. Deinde Doujatius sperneretur contra Gronovium defendit; ne, si sperneret, vel aspernaretur, legamus, tribuni ac legati culpam sprete auxilii Appio praesenti exprubrare videantur: quasi vero id se facere Appius negaret. Sane oblatum sperneret praeferunt Lovel. 2. et Gaertn. sperneret oblatum Lovel. 4. V. ad 39, 22, 8. Paulo ante vox pars omittitur in Leid. 1.

§. 2. Ne pravo cum collega certamine rempublicam prodant] ne prave Portug. ne parvo Voff. 2. Leid. 2. et Lovel. 3. cum edd. Parm. et Tarvis. priori, facili ac frequenti lapsu. V. ad 29, 37,

16. Deinde prodant Haverk. prodant Lovel. 2. 3. et Leid. 1. perdant Lovel. 4. perdat Harlej. et edd. vet. ante Frobenianam anni 1535. Sed nihil mutandum. Prodere hic est desistueret, id, quod curae ac tutelae suae commissum erat, deserere. Supra 2, 54, 8. Desertam ac proditam causam publicam queri. et saepe alibi. V. quae notantur ad Silii 16, 621. Perdere autem et Prodere saepe in Mssis commisceri, patet ex illis, quae notat Gruter. ad 1, 13, 5. et N. Heins. ad Ovid. 4. Fast. 715. Adde infra ad 21, 19, 9. 22, 53, 4. (31, 24, 2.) et aliis locis.

Desertori magis, quam deserto, noxae fore] Pal. pr. nosse fore. Reliqui duo cum ed. Campani noxae fore. 34, 19, 5. Publica fide accepta, nihil eam rem noxae futuram. Ubi tamen MSS. Pall. et vet. editio noxae. 36, 7, 5. Nec iis noxae futurum sit. Ubi libri omnes noxae. GEBH. nosse fore Voff. 2. et Lovel. 3. noxae fore Voff. 1. in marg. Leid. 2. Lovel. 1. 2. et Haverk. At ita nasuti librarii dedisse videntur, quia veram crediderunt Grammaticorum distinctionem, qui noxa crimen, noxia poenam notare existimarunt. Quum vero, ea vocabula sine discrimine, vel pro crimine, vel pro poena criminis, usurpari, supra dictum sit ad 2, 54, 10. (* et ad 8, 28, 8.) atque optimi codd. vulgatam tueantur, nihil mutandum censeo.

3 *serto, noxiae fore. Eo rem adductam, ut omne rei bene aut secus gestae in Etruria decus dedecusque ad L. Volumnium sit delegatum. neminem quaesitum, quae verba Appii, sed quae fortuna exercitus*
 4 *fuerit. Dimitti ab Appio eum, sed a republica et ab exercitu retineri; experiretur modo voluntatem mili-*
 5 *tum. Haec monendo obtestandoque, prope resti-*

§. 3. *Eo rem adductam, ut omnis rei bene aut secus gestae in Etruria decus* Pal. sec. *omne rei bene aut secus gestae in Etruria decus.* GEBH. Flor. Rott. Helm. Voss. omni. Ergo omne. quod etiam notavit Muretus. J. FR. GRON. *Eo rem adductam* Harlej. V. ad 27, 29, 1. *Eo rem deductam* Lovel. 2. Male. Livius 25, 8, 11. *Ubi jam eo consuetudinis adducta res est, ut, quocumque noctis tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur.* 37, 49, 3. *Et eo rem adduxerunt, ut haud paullo plurium maleficiorum gentis, quam beneficiorum memoria subiret animos.* 42, 12, 6. *Eo rem prope adductam, ut aditus et in Achajam daretur.* Tum vocula ut exsulat a Gaertn. Deinde omni rei Leid. 2. et Lovel. 1. *omne rei* Portug. et Haverk. Ita interdum codices, quos minime credas, meliorem lectionem retinent. Hinc *gestae in Etruriam* Leid. 2. et Lovel. 1. Ita loquitur Justin. 3, 1. *Bello in Graeciam infeliciter gesto, etiam suis contemptui esse coepit.* ubi videndi sunt viri docti. Eamdem locutionem multis locis codices Livio adscribunt. V. ad hujus lib. c. 16, 1. hujus cap. §. 9. c. 24, 13. ad 30, 27, 3. 37, 53, 12. ad Epit. Liv. 84. Adde Doet. Oudendorp. ad Frontini 1, 3, 5. Similiter fere loquitur auctor Epit. Liv. 21. *In Italiam belli Punici secundi ortus*

narratur. ubi alia vide. Quia tamen optimos codices pro vulgato stare video, id praefendum omnino puto.

Ad L. Volumnium sit delegatum ad *L. Volumnium delegatur* Harlej. cum editis ante Aldum. *sit delatum* Lovel. 2. Male. Similiter errarunt scribae supra ad 9, 13, 11. (* 25, 23, 7.) De verbo *delegare* v. ad 29, 20, 2. Mox quia verbi Appii, *sed quia fortunae exercitus fuerit* Lovel. 2. verbi et fortunae etiam Leid. 1.

§. 4. *Sed a republica et ab exercitu retineri* Probo, si rejecta copula legatur, ut exhibet Palat. sec. *sed ab republica, ab exercitu retineri.* Idem paullo post rescribat *experiretur modo militem.* GEBH. *sed ad republicam et ab exercitu retineri* Leid. 1. et Fragm. Hav. *sed ab republica exercitu retineri* Haverk. *sed ab republica, ab exercitu retineri* Portug. et Gaertn. *sed a republica, ab exercitu retineri* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Quod, si primae notae codices firmarent, probari posset. V. ad 38, 18, 12. Paulo ante *Dimitti Appio*, omissa praepositione, Leid. 1. Lovel. 2. et Fragm. Hav. In verbis sequentibus *experiretur modo militem* Portug. *experiretur modo militum voluntatem* Haverk.

§. 5. *Haec monendo obtestandoque, prope resistentes consu-*

tantes consules in concionem pertraxerunt. ibi orationes longiores habitae in eandem ferme sententiam, in quam inter paucos certatum verbis fuerat. Et quum Volumnius, causa superior, ne infacundus quidem adversus eximiam eloquentiam collegae visus esset; cavillansque Appius, sibi acceptum referre, diceret, debere, quod ex mutuo atque elingui

les] Vetus lectio habet *resistantes*, non *resistentes*. GELEN. Pal. sec. rescribat, *Haec movendo detestandoque apud resistentes consules*. Perperam, ut nemo non videt. GEBH. *Haec movendo obtestandoque* Haverk. V. ad 35, 35, 5. *Haec inducendo obtestandoque* Lovel. 2. *Haec dicendo obtestandoque* Hearnii Oxon. C. Male. Sallust. in Jug. 10. *Per hanc dextram, per regni fidem moneo obtestorque*. *Da inde resistentem consulem* Hearnii Oxon. C. *resistentes consules* ejusdem Hearnii B. cum Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] *restantes consules* Voss. 1. *resistantes* Florent. Sed recte *resistantes* Gelenius emendavit: quod non tantum superest in reliquis scriptis meis, sed etiam in multis edd. antt. ut Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. 1505. aliisque. Alibi saepe haec verba inter se commutantur. V. ad 6, 7, 2. ubi de τφ *restitare* plura vide. 7, 39, 14. et ad 30, 31, 8.

In eandem ferme sententiam, in quam inter paucos certatum verbis fuerat] Vet. lib. *in quam paucis ante certatum verbis fuerat*. recte. iccirco enim a longiores nunc orationes habitae. SIG. Nisi fallor, congruit scriptura Pal. sec. Sigoniano libro, *in quam ante paucis certatum fuerat verbis*. GEBH. Qui Sigonio interpolatum ediderunt in

quam paucis ante certatum verbis fuerat, non adsecuti sunt leporem Livii. *Inter paucos est inter comites et proximos utriusque*. *Certare autem verbis*, quum *longioribus orationibus diversum ponitur*, est brevibus dictis alternis et altercatione contendere. Donatus ad Terentii in in Phormione [4, 3, 33.] *tria non commutabitis verba hodie inter vos: Proprie verba commutare est, quod altercari dicimus*. *Eaque Plauti est verbis velitatio* [in Asia. 2, 2, 41.] Turpilii [apud Nonium in *Velitatio*.] *Comperce verbis velitare, ad rem redi*. Auctor Moralium sub nomine Catonis [1. carm. 10.]

Contra verbosos noli contendere verbis.

J. FR. GRON. *in quam ante paucis certatum verbis fuerat* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *in quam paucis ante certatum verbis fuerat* Hearnii Oxon. N. et L. 2. *in quam ante paucis certatum fuerat verbis* Portug. Gaertn. et Haverk. Sed recte Gronov. vulgatum tuetur, quod reliqui codd. et inter eos omnes optimi, firman.

§. 7. *Cavillansque Appius, sibi acceptum referre, diceret, debere*] *cavillans Appius, sine copula que*, Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *sibi acceptum diceret, quod, o-*

facundum etiam consulem haberent: priore consula-
tu, primis utique mensibus, hiscere cum nequisse,
8 nunc jam populares orationes serere. Quam malle-
inquit Volumnius, tu a me strenue facere, quam
ego abs te scite loqui didicissem. Postremo condi-
tionem ferre, quae decretura sit, non orator, (ne-
que enim id desiderare rempublicam) sed imperator
9 uter sit melior. Etruriam et Samnium provincias
esse: utram mallet, eligeret. suo exercitu se vel in
10 Etruria, vel in Samnio rem gesturum. Tum mili-

missis duobus verbis referre et debere, Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. Eorum prius deest in Voss. 2. sibi acceptum referre diceret deberet Leid. 1. sibi acceptum referre diceret deberi Lovel. 2. Mox etiam facundum, transpositis vocibus, Voss. 2. et Lovel. 3.

Hisocere eum nequisse, nunc jam populares orationes serere] Pronomen eum omittunt Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. B. et primae edd. quod recte Aldus adscivit, et reliqui codd. servant. Tum nequissime Lovel. 4. V. ad 5, 10, 10. Deinde hunc jam populares Lovel. 2. solita scribarum aberratione. V. ad 9, 9, 9. nunc tam populares Haverk. V. ad 11, 11, 12. De particulis nunc jam inter se junctis v. ad 7, 32, 14.

§. 8. Quam abs te scite loqui didicissem] quam ego absque te Lovel. 2. quam abs te Lovel. 4. Deinde scire loqui Lovel. 3. Portug. et Gaertn. scite eloqui Florent. a m. 1. Sed prima litera τὸν eloqui, quam manus altera erasit, ex litera ultima proximae vocis repetita erat.

Neque enim id desiderare rempublicam] Pessime Pal. sec. ne-

que enim id desiderat republica. GEBH. Ita etiam ex meis errant Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 9. Suo exercitu se vel in Etruria, vel in Samnio rem gesturum] Pal. sec. suo exercitu se in Etruriam vel in Samnium rem gesturum. GEBH. Ita et in Portug. atque Haverk. [Veith.] inveni. V. supra hoc cap. §. 3. vel in Samnium etiam Leid. 2. et Gaertn. prius vel etiam omittitur in Harlej. Gaertn. et edd. Aldina prioribus. Paulo ante utramque mallet, eligeret, pro utram, Leid. 2. V. ad 8, 6, 13. utrum mallet, eligeret Gaertn. [Veith.] utram mallet eligere Voss. 2. Lov. 3. Haverk. et Fragm. Hav.

§. 10. Tum militum clamor ortus] tum clamor militum exortus Lovel. 2. reliquis scriptis, omnibusque editis invitis. Tò exortus receptum videtur ex §. 12.

§. 11. Non committam, ut, quid vos velitis, obscurum sit] nunc omittam Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. nunc et non saepe confunduntur. V. ad 9, 7, 5. Similiter etiam omittere et omittere vel committere. Exem-

tum clamor ortus, ut simul ambo bellum Etruscum susciperent. quo animadverso consensu, Volumnius, 11 Quoniam in collegae voluntate interpretanda, inquit, erravi; non committam, ut, quid vos velitis, obscurum sit. manere, an abire me velitis, clamore significate. Tum vero tantus est clamor exortus, ut ho- 12 stes e castris exciret. armis adreptis in aciem descendunt. et Volumnius signa canere, ac vexilla efferi e castris iussit. Appium addubitasse ferunt, 13 cernentem, seu pugnante, seu quieto se, fore col-

plum habuimus supra 6, 24, 2. Hac ratione etiam confunduntur *occurrere*, sive ut scribebant saepe *ocurrere*, et *ocurrere*, vel *concurrere*. V. ad 36, 24, 4. Paulo ante Quoniam in collegae, inquit, voluntate interpretanda erravi, alio ordine vocabulorum, Harl. et edd. Aldo antiquiores. Voces autem *obscurum sit. manere, an abire me velitis* non adparent in Voss. 2. negligentia librarii, cui fraudi fuit vocis *velitis* repetitio. V. ad 9, 11, 11.

§. 12. *Tantus est clamor exortus, ut hostes e castris exciret* [clamor est exortus Lovel. 2. 4. Hinc quod *hostes e castris exciret* Gaertn. ut *hostem e castris exciret* Harlej. ut *hostem ex castris exciret* edd. principes. Aldus postea e *castris* dedit; Frobenius insuper anno 1535. *hostes. sed ut hostes e castris acciret* Hearnii Oxon. C. ut *hostes e castris audirent* Fragn. Hav. in quo reliqua verba hujus. §. desiderantur. At voces *exciret: armis* etc. *efferi e castris* exsulant a Voss. 2. et Lovel. 3. librariorum culpa propter repetitionem τῶν e castris.

Vexilla afferi e castris jus-

sit] Pal. sec. binaeque edd. antt. *vexilla efferi*. A reliquis duobus MSS. Pall. haec absunt. GEB. HARD. Non dubito, quin *vexilla* hic eadem sint, quae *signa*, ut l. 8, 8. Nam quod hic *vexilla efferi*, id alibi in eadem re *signa ferri, efferi, et proferr*, dicit. V. 4, 9, 13. 9, 14, 5. c. 43, 8. et c. 45, 14. 10, 5, 1. 27, 2, 5. et c. 42, 8. l. 34, 36. l. 43, 45. DUK. *afferi*, quod etiam Hearnio in Oxon. L. 2. obvium fuit, primus edidit Curio: idque praeter Sigonium plerique editores servarunt usque ad Gronov. qui *efferi* reposuit. e castris *ferri jussit* est in Gaertn. *efferi jussit* apud Hearnium in Oxon. L. 1. *efferi castris jussit* in C. *jussum*, pro *jussit*, legit Lovel. 4. Paulo ante in *acie descendunt*, pro in *aciem*, Florent. et Leid. 1.

§. 13. *Appium addubitasse ferunt, cernentem, seu pugnante, seu quieto se, fore collegae victoriam*] *Appium dubitasse fertur* Lovel. 2. quod dictum videri posset ad exemplum eorum, de quibus egi ad 1, 31, 8. At uni codici credere temerarium foret. *addubitare* etiam alibi apud Livium obvium est. V. ad 2, 4, 7.

legae victoriam: deinde veritum, ne suae quoque legiones Volumnium sequerentur, et ipsum flagitantibus suis signum dedisse. Ab neutra parte satis commode instructi fuerunt. nam et Samnitium dux Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat; suoque inpetu magis milites, quam cujusquam ductu aut imperio, pugnam capessebant. et Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis ad instruendum fuit. Prius concurrit Vo-

Deinde propugnante Fragn. Hav. cernentem, seu pugnante, seu quieto se, victoriam collegae Leid. 2. et Lovel. 1. victoriam collegae etiam Voss. 1. Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 14. Nam et Samnitium dux Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat] Tō et deficit in Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Haverk. et Fragn. Hav. Tam Gellius Egnatius Haverk. Deinde cum cohortibus pabulatum paucis Harlej. et edd. Aldo antiquiores. pabulatum cum paucis cohortibus Leid. 1. Mox suo spem magis, pro suoque inpetu magis Voss. 2. suo quoque inpetu magis Haverk. Hinc ductu vel imperio Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Portug. et Haverk. Vox autem capessebant non adparet in Leid. 2.

§. 15. Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis] impariter ambo ducti Klock. [exercitus pariter Veith.] Deinde ne satis Lovel. 3.

§. 16. Velut sorte quadam mutante adsuetos inter se hostes] Legendum censeo forte. J. FB. GRON. Haec saepissime permutteri, nemo non adnotavit. Adsentiret Gronovio, nisi nonnihil scrupuli injiceret velut, quod nondum alibi phrasi forte qua-

dam additum inveni: velut sorte quadam dicit Livius 6, 21, 2. Volscos velut sorte quadam prope in aeternum exercendo Romano militi datos, id est, velut fato quodam. Nec video, cur hic quoque ita accipi non possit, quemadmodum 30, 30, 3. fato datum, et sorte datum eadem sunt. DUK. Ita etiam inveni non tantum in Leid. 2. et Florent. sed etiam in edd. Froben. anni 1535. eamque secutus recentioribus usque ad Gruter. qui demum in postrema ed. sorte iterum substituit. Alterum itaque revocavi. Saepius autem librariorum haec vocabula commutasse, supra vidimus ad 1, 4, 4. Supra 5, 13, 12. Palantes, veluti forte oblatis, populatores Capenatis agri reliquias pugnae absumsere. [sorte Veith.] Deinde nutante Lov. 4. quomodo alibi scribas errare solitos fuisse, olim docui ad Sillii Ital. 6, 234. Paulo ante pervenit, pro perveniret, Leid. 2. Deinde fonte inaequali, pro fronte, Leid. 1. sorte inaequali Harlej. et editi Aldo priores. inaequali fronte, ut contra aequa fronte 21, 47, 6. Aequa fronte acieque densa inpulere hostium cuneum. 36, 44, 1. Aequa fronte ad pugnam procedebat. Tibull. 4. carm. 1, 102.

lumnus; quam Appius ad hostem perveniret. itaque 16
 fronte inaequali concursum est: et, velut forte qua-
 dam mutante adsuetos inter se hostes, Etrusci Vo-
 lumnio, Samnites, parumper cunctati, quia dux
 aberat, Appio obcurrere. Dicitur Appius in medio 17
 pugnae discrimine, ita ut inter prima signa mani-
 bus ad coelum sublatis conspiceretur, ita precatus
 esse: *Bellona, si hodie nobis victoriam duis, ast
 ego templum tibi voveo.* Haec precatus, velut in- 18

*Rectus ut aequatis decurrat
 frontibus ordo.*

Denique *cursum est*, pro *con-
 cursum est* Voff. 2. et Lovel. 3. culpa
 librariorum, qui non ad-
 secuti compendium, quo prima
 syllaba notata fuit, id omiserunt.
 V. supra ad 9, 24, 12. (* 23, 44, 4.)

*Parumper cunctati, quia dux
 aberat, Appio obcurrere*] *pa-
 rumpercunctati* Lov. 2. cum pluri-
 bus ex editis principibus. *parum-
 per civitati* Gaertn. *parumper
 incitati* Haverk. *parumper cun-
 ctati* Leid. 1. contra mentem Li-
 vii. Non enim Appius cunctaba-
 tur, quia dux Samnitium aberat,
 sed ipsi Samnites, quorum dux
 pabulatum cum cohortibus pau-
 cis ierat, ut modo retulit. Insu-
 per *concurrere* Leid. 2. *occurrere*
 Lovel. 2. et 4.

§. 17. *Inter prima signa mani-
 bus ad coelum sublatis*] *ad
 prima signa* Portug. quod acci-
 pi posset pro apud prima signa:
 de quo v. ad 7, 7, 4. Hic tamen
 minus placet, partim propter a-
 liorum codicum dissentum, par-
 tim quod sequatur *ad coelum*,
 et Livio invito earumdem vocum
 repetitio obrudi non debeat. in
 prima signa Gaertn. et Haverk.

sollemni scribarum aberratione.
 V. ad 38, 57, 6. *inter signa pri-
 ma* Fragm. Hav.

*Bellona, si hodie nobis victo-
 riam duis*] Antiquatum *duis* om-
 nibus fere librariis displicuit.
 Hinc *si hodie nobis victoriam
 dederis* praefertunt Voff. 1. Leid.
 2. Lovel. 1. Portug. Klock. Haverk.
 et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C.
 [Veith.] *si hodie victoriam no-
 bis dederis* Gaertn. *si hodie no-
 bis dederis* Harlej. *si hodie no-
 bis victoriam de Samnitibus de-
 deris* Lovel. 2. *si hodie nobis vi-
 ctoriam des* Voff. 2. Leid. 1. et
 Fragm. Hav. *si nobis hodie victo-
 riam des* Lov. 3. *si hodie nobis vi-
 ctoriam das* Lovel. 4. cum edd.
 Rom. anni 1472. et Parm. At Li-
 vium in formulis antiquis ipsa
 verba, quamvis antiquata, sae-
 pissime servasse, infra videbimus
 ad 36, 2, 2.

At hic ego tibi templum voveo]
 Vetus lectio habet *ast ego tem-
 plum tibi voveo*. GELEN. Pro
ast, legendum *asti*, ut est in V.
 C. Quod videtur positum pro
 eo, quod in inscriptione veteri
 Fratrum Arvalium est *TVNC*, ut
 in notis ad eam inscriptionem
 plenius scripsimus, prolato et-
 iam Tertulliani loco simili. Re-

stigante Dea, et ipse collegae et exercitus virtutem
aequa-

peritur autem *asti* apud alios etiam veteres scriptores eodem, qui hic apud Livium, significatu usurpatum. URSINI. Fulvius Ursinus e V. C. legendum prodit *asti*, quod significat tunc. Nihil tale conspicio in omnibus nostris libris. GEBH. V. J. Fr. Gronovium ad 24, 37, 11. Gudius ad Phaedri 4. fab. 17. ex hoc loco, et e Sil. Ital. 8, 129. *Nympha*

— — *felix oblata secundes.*
Ast ego te compos pugnae
Carthaginiis arce
Marmoreis sistam templis,

offendit, *ast* usitatum fuisse in concipiendis votis. Particula inscriptionis Fratrum Arvalium cum notis Ursini, quas hic memorat, existat in opere Gruteri p. 119. Eam pleniorē, sed tamen adhuc mutilam, ex archivo Basilicae Vaticanae protulit Fabretus. Inscript. c. 6, 51. In iis, quae ibi quater repetuntur, *astu ea ita faxis, tum tibi vovemus, astu* videtur poni pro *ast tu*, et esse *si tu*. nam hanc significationem postulat sequens *tum*. DUK. Si libri scripti consentirent, *to at ferri* posset ex illis, quae notantur ad 1, 18, 9. nunc *ast* praefendum, quod in omnibus superest scriptis, exceptis solis Klock. et Lovel. 2. ac 4. [Veith.] unde vocula illa exulat. Deinde *to hic*, quod Gelenius eiecit, unus tantum servat Harlej. reliqui ignorant. Et recte. Non enim mens Appii fuisse videtur, se eodem loco, ubi cum hoste pugnavit, Bellonae templum exstructurum; qualis mens Romuli fuerat 1, 15, 6. *Hic ego tibi templum Statori Jovi voveo*, qui locus exigere videtur, ut ordinem verborum,

qui ante Gelenium obtinuit, *tibi templum voveo*, revocemus; praesertim quum ita legant Voff. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portag. Gaertn. Klock. Haverk. et Fraga. Hav. [Veith.] Sed vox tibi non adparet in uno Harlej. Quum tamen optimi codd. in eo etiam Gelenio adsentiantur, lectionem ejus mutare nolui.

§. 18. *Et ipse collegae, et exercitus virtutem aequavit ducis. Imperatoria opera exsequitur* In Pal. sec. reperi ipse collegae et exercitus virtutem aequavit. *Duces imperatoria opera exsequuntur.* neque cedit Campani editio. Primus ac tertius, *virtutem aequavit ducis. imperatoria opera exercentur.* GEBH. Haec sana non sunt. Primum non possunt, nisi de solo Appio et militibus Appianis, accipi: quo pacto nihil dicitur, quod dictum non esset praecedenti periodo, et male continuatur sequens: *ergo fundunt fugantque hostes*: quod haud dubie de utroque exercitu dicitur. Praeter hoc incommodum scriptorum varietas suspicionem auget. *Exsequitur* nusquam. Duo Pall. Voff. *virtutem aequavit ducis. imperatoria opera exercentur.* Tertius et Thuan. Rott. et Helm. cum Campano: *virtutem aequavit. duces imperatoria opera exsequuntur.* Nisi quod Th. *ducis.* Spero fuisse: *et ipse collegae, et exercitus virtutem aequarunt. Duces imperatoria opera exsequuntur; et milites.* Ipsum Appium aut aequasse virtutem Volumnii et exercitus utriusque aequasse virtutem inter sese. Comparatio exercituum inter se, ut modestior, ita honestior. Quamquam et possis accipere, et ipsum

aequavit. Duces imperatoria opera exsequuntur; et milites, ne ab altera parte prius victoria inci-

et exercitum, collegae cum ejus exercitu virtutem aequasse, et scilicet retinere aequavit. 3, [70, 1.] *Communicando consilia laudesque et aequando imparem sibi.* Hoc l. 10. infra [c. 30, 9.] *Excitataque memoria parentis, aequata eventui publico privatoque filii laudibus.* Iterumque [c. 35, 1.] *Ibi ira vires aequavit.* Et [c. 37, 7.] *Collegae amicos ad solatium aequatae repulsae sibi quoque negare triumphum.* 22, [17, 6.] *Nox aequato timore neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit.* 39, [31, 4.] *Ap. Claudius felicitatem virtutemque collegae in Liguribus Ingaunis aequavit secundis aliquot proeliis.* Quae deinceps, ut de utroque duce, ita et de utroque accipienda exercitu; et ita optime continuatur sequens periodus. J. FR. GRONOV. Ex omnibus meis unus tantum Harlej. per omnia lectionem, quae ante Gronov. obtinuit, tueretur: reliqui variant. *virtutem aequavit ducis. Imperatoria opera exercentur praefertur Lov. 2. 3. 4. virtutem aequavit ducis. Imperatoria opera exercentur Leid. 1. virtutem aequavit ducis. imperatoria opera exsequuntur Flor. Voss. 1. Fragm. Hav. et Lovel. 1. a m. 1. virtutem aequavit. Duces imperatoria opera exsequuntur Lovel. 1. a m. 2. Leid. 2. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. et Hearnii Oxon. B. C. N. atque L. 1. nisi quod in Leid. 2. sit imperatoria imperia.* Ex his patet, praeter unum, quem dixi, cod. reliquos aequavit, pro adaequavit, probare. Adaequare autem alibi quidem Livius utitur: ut 1, 56, 2. *Quibus duobus operibus vix nova haec magnificentia quidquam Liv. Tom. V. P. II.*

adaequare potuit. Hic tamen alterum praefertendum esse, tot codicum conspiratio evincit. Quod autem Gronov. aequarunt, pro aequavit, scribendum conjicit, id egregium fore fatetur Doujatius, nisi sine ullius libri adminiculo de suo proferret. Primo igitur locum sanum existimat; et, quamvis haec verba de solo Appio ejusque militibus sint accipienda, non tamen minus sequentia, ergo fundunt fugantque hostes, cohaerere. Illa enim ad totius proelii eventum significandum necessaria esse; neque opus fuisse, de alterius consulis, alteriusve exercitus jam satis ex Samniticis expeditionibus cognita virtute, multa verba fieri: sed de Appio ejusque exercitu, qui adhuc male rem gesserat. Tandem tamen fateri cogitur, id negotium facessere, quod in nullo Mito exsequitur numero singulari legatur. Hinc eo delabitur, ut legendum conjiciat et ipse collegae, et exercitus ipsius virtutem adaequavit. *Duces imperatoria opera exsequuntur.* Verum qua fronte is, qui ferre non potuit, ut Gronovius parva mutatione aequarunt, pro aequavit, sine auctoritate Mitorum emendaret, exigere poterit, ut integram vocem, cujus nullum in codd. scriptis vestigium exstat, feramus? Quanto satius fuisset, ut, quae altera fuit Gronovii sententia, admitta reliqua emendatione, aequavit retinuisset? Ceterum in Voss. 2. post voces *virtutem aequavit. Duces imperatoria* (ita autem et is exhibet) desunt decem proxima vocabula *opera exsequuntur; et milites ne ab altera parte prius victoria;* quod accidit negligentia librarii ob similitudinem vocum *impera-*

19 piat, adnituntur. Ergo fundunt fugantque hostes,
 majorem molem haud facile sustinentes, quam cum
 qua manus conserere adsueti fuerant. urguendo
 cedentes, insequendoque effusos compulere ad ca-
 20 stra. Ibi, interventu Gellii cohortiumque Sabel-
 larum, paullisper recrudit pugna. iis quoque mox
 21 fuis, jam a victoribus castra obpugnabantur: et,
 quum Volumnius ipse portae signa inferret; Appius,
 Bellonam victricem idemtidem celebrans, accende-

toria et victoria. V. supra ad 9,
 11, 11.

Et milites, ne ab altera parte prius victoria incipiat, adnituntur] ut milites Gaertn. Tum ne ab altera prius victoria, omissa voce parte, Portug. Gaertn. et Haverk. Deinde admictuntur Fragn. Hav.

§. 19. *Manus conserere adsueti fuerant] erant consueti Lovel. 4. consueti fuerant edd. ant. usque ad Aldum. Paulo ante fugantque hostem, pro hostes, Gaertn.*

§. 20. *Interventu Gellii cohortiumque Sabellarum] infimventu Gelli Leid. 1. Hinc cohortiumque Sabellarum Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 4. cohortum Sabellarum Haverk. cohortium Sabellarum Voff. 1. cohortiumque Samnitarum Hearnii Oxon. N. cohortiumque Samniticarum edd. Rom. anni 1472. et quaedam aliae. Sed ea lectio ex interpretis glossa nata videtur. Samnites enim etiam Sabelli vocantur. V. Cluver. 4. Ital. Ant. 7. p. 1191.*

Jam a victoribus castra obpugnabantur] Pall. pr. ac tert. jam auxiliatoribus. sec. jam ab auxiliatoribus castra oppugnabantur. Campan. jam auctori-

bus. GEBH. jam a viatoribus Leid. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. C. jam aufiatoribus Florent. a m. 1. suprascripta a m. 2. syllabali, ut sit aufiatoribus. jam ausiatoribus Leid. 1. jam auxiliatoribus Voff. 2. Lovel. 3. 4. et Fragn. Hav. jam ab auxiliatoribus Lovel. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Praeterea oppugnantur Haverk.

§. 21. *Et, quum Volumnius ipse portae signa inferret] Iterum Pall. pr. ac tert. Volumnius quum portae signa inferret. GEBH. Ita et Voff. 2. ac Lovel. 3. quum Volumnius ipse jam portae signa inferret Portug. Gaertn. et Haverk.*

Accenderet militum animos, per vallum, per fossas inrupere] accenderant Leid. 1. Fragn. Hav. et Exc. Pithoei. atque ita etiam praeferebant Florent. et Voff. 1. a m. 1. in quibus a m. 2. emendatum est accenderat, quomodo etiam legunt Voff. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. B. ac C. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Deinde irrumperant Voff. 2. et Lovel. 3. irrumperere Lovel. 4. irrumperere Leid. 2. et Lovel. 1. Et ita est in Voff. 1. a m. 2. quum antea

ret militum animos, per vallum, per fossas intru-
perunt. Castra capta direptaque: praeda ingens 22
parta et militi concessa est. septem millia ac tre-
centi hostium occisi, duo millia et centum viginti
capti.

XX. Dum ambo consules omnisque Romana vis
in Etruscum bellum magis inclinatur, in Samnio no-
vi exercitus, exorti ad depopulandos imperii Roma-
ni fines, per Vescinos in Campaniam Falernumque

*eruperet scriptum exstitisset. eru-
perunt quaedam ex antiquis ex-
cusiis. (irruerunt Veith.)*

§. 29. *Septem millia ac tre-
centi hostium occisi, duo mil-
lia et centum viginti capti] se-
ptem millia ac cc Voff. 1. Lov.
1. Klock. Exc. Pithoei, et Hearnii
Oxon. N. ac B. VII. a. ccc Lovel.
3. VII acce Leid. 1. VII^a cccc*

*Florent. septem millia ac ducenta
Leid. 2. et Gaertn. septem
millia et ducenta Haverk. septem
millia ccc Fragm. Hav. septem
millia et ccc Lovel. 4. et Portug.
septem millia cccc Voff. 2. De-
inde occisa Voff. 1. Leid. 2. Lovel.
2. 4. et Hearnii Oxon. N. caesa
Gaertn. et Haverk. caesi Portug.
Harlej. Fragm. Hav. et edd. Aldi-
na priores. Insuper centum ca-
pti Hearnii Oxon. L. 1. centum vi-
ginti capta ejusdem codex N. cum
Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn.
et Haverk.*

§. 1. *Per Vestinos in Campa-
niam Falernumque agrum trans-
scendunt] Vescinos legendum est,
a Vescia oppido in his locis, ut
alibi dixi. nam Vestini Sabinos
attigerunt, non Campanos. sic
paulo post [c. 21, 7.] Vestinum
et Falernum agrum: itom in sal-
tu Vestino Falernum contingen-*

*te, lege Vescinum, Vescino. SIG.
Vet. lib. in Campanum Falernumque agrum. IDEM. Maja
manus Sigoniani Campanum. 8,
37, 6. Nec tamen res ulla me-
morabilis acta: ager Apulus
Samniumque evastatum. Quod
necesse non est mutari. 21, [35,
8.] Italiam ostentat subjectosque
Alpinis montibus Circumpada-
nas campos. 22, [9, 5.] Praetu-
tanium Hadrianumque agrum,
Marsos inde Marrucinosque et
Pelignos devastat, circaque Ar-
pos et Luceriam proximam A-
puliae regionem. Iterumque [c.
14, 3.] Hostesque sub oculis e-
rant, Falerni agri colonorum-
que Sinuessae tecta urentes.
Quae omnia egregie copiam Li-
vii decent: atque utinam satis a
nobis intelligerentur. V. ad l. 3,
17. J. FR. GRON. Vide Malaspin.
et Gronov. ad hoc Ciceronis 15.
ad Att. ep. 2. Divertissemque a
Cumis in Vesciano. et Sigon. ad
Livii 8, 11, 5. DUK. Omnes scri-
pti Vestinos servant; sed Sigonio
Vescinos reponenti adsentitur
Cluverius 3. Ital. Ant. 10. p. 1082.
V. etiam Sigonium ad 9, 25, 4.
Deinde in Campanum agrum
Falernumque agrum Gaertn. in
Campanum Falernumque a-
grum Portug. Haverk. et Hearnii
Oxon. B. quod recte Gronovio*

agrum transcendunt, ingentesque praedas faciunt.
 2 Volumnium, magnis itineribus in Samnium redeun-
 tem, (jam enim Fabio Decioque prorogati imperii
 finis aderat) fama de Samnitium exercitu populatio-
 3 tit. Ut in Calenum agrum venit, et ipse cernit re-
 centia cladis vestigia, et Caleni narrant, tantum
 jam praedae hostes trahere, ut vix explicare agmen
 4 possint: itaque jam propalam duces loqui, extem-

displieuit. V. supra ad 7, 26, 9. Mox *ingentes praedas*, pro *ingentesque*, Portug. et Haverk. Paulo ante *ad depopulandos Romani imperii fines* transpositis vocibus Gaertn. *ad populandos* Harlej. et editi Aldo priores. V. mox ad §. seq.

§. 2. *Fabio Decioque prorogati imperii finis aderat*] *Fabio Decio* sine copula Voff. 2. et Lovel. 3. *Decio Fabioque* trajectis vocabulis Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Gaertn. Deinde *aderit finis* Haverk. *aderat finis* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Gaertn.

Fama de Samnitium exercitu populationibusque Campani agris] Pall. duo *depopulationibusque*. GEBH. Similiter et Voff. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Fragm. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii Oxon. B. Saepius haec vocabula commutasse librarios, supra monitum est ad hujus libri c. 12, 7.

§. 3. *Ut in Caloenum agrum venit*] *Calenum* sine diphthongo ex Capitolinis triumphis, et Graecis *Καλνός*. SIG. in *Calenum agrum* Lovel. 2. in *Calenium agrum* Hearnii Oxon. C. Vox

agrum non adparet in Harlej. Sed v. ad 2, 59, 5.

Ut vix explicare agmen possint] Conciipiunt aliter paullo lectionem Pall. omnes, quam vulgus editionum, *ut vix explicari agmen possit*. GEBH. Parum interest: sed MSS. fere *explicari agmen possit*. 2, (59, 7.) *Cum maxime agmen e castris explicaretur*. 42, (66, 7.) *Nulla expectante, dum utcumque explicaretur agmen*. J. FR. GRON. *explicari agmen possit* apud me tantum superest in Lovel. 3. Harlej. et Gaertn. *expugnare agmen possit* legit Portug. *expugnari agmen possit* Haverk. *explicari agmen potuit* Voff. 2. *explicare agmen possunt* Leid. 2. et Lov. 1. *explicare agmen posset* Lovel. 4. [possit Veith.] *explicare agmen possint* Voff. 1. Lovel. 2. Florent. Leid. 1. Klock. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac C. quorum auctoritate motus lectionem, quae ante Gronov. recepta erat, revocavi. Paulo ante vocula jam exsulabat a Portug. Haverk. et Fragm. Hav.

§. 4. *Jam propalam duces loqui, extemplo eundem in Samnium esse*] Et hic voculam *jam* omittit Fragm. Hav. vocem autem

plo eundum in Samnium esse; ut, relicta ibi praeda, in expeditionem redeant, nec tam oneratum agmen dimicationi committant. Ea, quamquam similia veris erant, certius tamen exploranda ratus, dimittit equites, qui vagos praedatores in agros palantes excipiant: ex quibus inquirendo cognoscit, ad Vulcanum flumen sedere hostem; inde tertia vigilia moturum: iter in Samnium esse. His satis exploratis profectus, tanto intervallo ab hostibus consedit,

exemplo editiones Aldina priores ignorant, quam omnes scripti tuerentur, solo Harlej. excepto. Deinde in Samnio Gaertn. et Haverk. Mox relicta ipsi praeda, id est ipsi, pro ibi, Lovel. 2.

Nec tam oneratum agmen dimicationi committant] nectantum oneratum agmen Lovel. 4. tam oneratum agrum Lovel. 1. a m. 1. Tum dimicationi dimittant Harlej.

§. 5. *Vagos praedatores in agros palantes excipiant] Ita est in omnibus scriptis et edd. praeterquam Sigonii, qui in agris palantes edidit, cui nullus editorum dicto audiens fuit. Sed lectionem Sigonii defendit Gronov. supra hoc lib. c. 2, 11. Eandem etiam veriore esse Cl. Dukerus putabat. Praetores incipiant Florent. a m. 1. postea inter lineas adscripta est syllaba ter, quasi legendum foret interceptiant, quod Cl. Salvinio, qui hunc cod. cum edito Livio contulit, non displicebat. Puto tamen excipiant, quam lectionem omnes alii codices retinent, praefendum esse. V. ad 5, 41, 6. Paulo ante Et quamquam similia veris, pro Ea quamquam, Lovel. 4. Tum certius non comparet in Gaertn.*

§. 6. *Inde tertia vigilia moturum iter in Samnium esse] Primam vocem non agnoscunt Portug. et Oxon. B. apud Hearnum, qui in codd. C. et N. invenit in tertia vigilia, quod mihi quoque obvium fuit in Leid. 2. et Gaertn. Scriptum per compendium fuerat in. eaque vox intercepta est a litera finali m vocis praecedentis, quale exemplum etiam infra occurrit hoc libro c. 44, 6. (* 21, 23, 4.) alii notam compendii additam omiserunt; quomodo saepe peccarunt librarii. Exempla v. ad 1, 12, 1, 2, 10, 8. c. 39, 5. c. 50, 10. c. 52, 3. c. 54, 1. c. 58, 7. 3, 4, 3. c. 28, 3. 5, 7, 8. c. 47, 2. c. 52, 5. et 17. 6, 14, 5. 7, 31, 4. 8, 24, 17. 9, 10, 2. hoc lib. c. 33, 7. c. 43, 9. 22, 4, 2. (* 30, 35, 10. 36, 6, 6.) Et ita variant scripti et editi apud Colum. 6, 30. ubi exhibet Marm. Sangerm. *Cibo abstinetur primo die. inde postero autem potum jejuno tepidae aquae praebetur. at vulgo editur in postero autem. inde pro in praeforunt codd. supra 8. 10, 5. Ceterum Cl. Jac. Gronovius ad Livii 7, 14, 8. locum male interpunctum ita distinguendum censuit, inde tertia vigilia moturum: iter in Samnium esse. ut movere absolute ponatur, de quo v. hoc lib. ad**

ut nec adventus suus propinquitate nimia nosci posset, et egredientem e castris hostem obrimeret.

8 Aliquanto ante lucem ad castra accessit; gnarosque Osee linguae, exploratum quid agatur, mittit. Intermixti hostibus (quod facile erat in nocturna trepidatione) cognoscunt, infrequentia armatis signa egressa, praedam praedaeque custodes exire, ignobile agmen, et sua quemque molientem, nullo in-

9 ter alios consensu, nec satis certo imperio. Tem-

c. 4, 9. Deinde *iter Samnium esse*, ommissa praepositione, Fragm. Hav. *iter in Samnium est* Gaertn. Paullo ante *Vulturnium* Leid. 2.

§. 7. *Egredientem e castris hostem obrimeret*] Palat. sec. *spreta praepositione egredientem castris hostem*. GEBH. Ita et Gaertn. atque Haverk. V. infra hoc lib. c. 35, 17. In praecedentibus vox *satis* non adparet in Leid. 1. Deinde *propinquitate nosci nimia*, transpositis vocibus, legunt Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 8. *Ad castra accessit; gnarosque Osee linguae*) *ad ea castra accessit* Voff. 1. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. N. *ad ea castra excessit* Leid. 2. Tum *gnarosque hosce linguae* Voff. 2. Lovel. 3. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. *gnarosque hoste linguae* Portug. *gnarosque hostis linguae* Oxon. L. 1. teste Hearnio, qui *gnarosque hujusce linguae* invenit in L. 2. et C. idque mihi obvium fuit in Lovel. 2.

Quod facile erat in nocturna trepidatione] Praepositionem in excludit Harlej. sed una voce auctior in *nocturna trepidatione cognosci* Fragm. Hav. Deinde in sequentibus *agnoscant*, pro co-

gnoscant, Gaertn. Tum *ad praedam praedaeque custodes*, addita praepositione, Harlej. et quaedam ex antt. edd. *praedamque, praedaeque custodes* Leid. 2. et Lovel. 1.

Ignobile agmen, et sua quemque molientem] Vet. lib. *immobile*. Vere. nam subdit *Samnites praeda impediti*. SIG. Pal. sec. Campanique ed. *immobile agmen*. Sed reliqui *ignobile*. hoc est, non fortibus viris, sed meris lixis calonibusque magna ex parte constans. GEBH. Omnino melius [*ignobile agmen*,] quam *immobile*, quod probat Sigonius, etsi et scripti quidam sic et Campanus. Hoc ipso libro [c. 25, 10.] *Exercitum itineribus ac mutatione locorum nobiliorem ac salubriorem esse. Agmen ignobile* est non tam armis ornatum, quam praeda oneratum, pugnaeque et fortium factorum immemor. J. FR. GRON. *immobile agmen* Gaertn. Haverk. Klock. Neap. Latini, et Hearnii Oxon. B. et N. in cuius tamen ultimi margine *ignobile* emendatur. *nobilis* et *mobilis* saepissime in M&is commutantur. V. ad 6, 6, 1. c. 34, 7. et 21, 31, 7. Adde Gronov. ad Senec. Agam. 670. Bentlej. aliosque ad Horat. 1. od.

pus adgrediendi aptissimum visum est: et jam lux adpetebat. itaque signa canere iussit; agmenque hostium adgreditur. Samnites, praeda inpediti, in- 10 frequentes armati, pars addere gradum, ac prae se agere praedam, pars stare, incerti utrum progredi, an regredi in castra tutius foret, inter cunctationem obprimuntur. et Romani jam transcenderrant vallum, caedesque ac tumultus erat in castris. Samnitium agmen, praeterquam hostili tumultu, 11

1. 7. viros doctos ad Petron. Satyr. 131. ad Rutilii Iter 1, 222. et Curtium ad Sallust. Catil. 49. et Jug. 56. Hic cum Gronovio, cui etiam Doujatius consentit, nihil mutandum.

§. 9. *Tempus adgrediendi aptissimum visum est: et jam lux adpetebat*] Hoc abruptum esse videbatur, et in mentem veniebat, ex ultimis literis vocis praecedentis posse fieri id, vel hoc tempus. Deinde nihil mutandum putavi propter ea, quae de abruptis et male nexis in Livio adnotavit Gronovius ad Livii 1, 32, 12. DUK. *Aggrediendi tempus* Gaertn. et Haverk. *Egrediendi tempus* Portug. Deinde *et lux appetebat* Lovel. 1. *etiam lux appetebat* Lovel. 2. V. ad 39, 10, 6. *et jam lux apparebat* Lovel. 3. 4. Gaertn. Fragm. Hav. (quod hoc loco deficit) et Hearnii Oxon. L. 2. atque N. in margine. Sed male. Supra 5, 44, 6. *Ubi nox adpetit, prope rivus aquarum passim ferarum ritu sternuntur.* 8, 38, 3. *Nox jam adpetebat: id prohibuit munimenta adoriri.* ubi v. Gebhard. 22, 1, 1. *Jam ver adpetebat.* 37, 32, 14. *Quia jam hiems adpetebat, Phocaeae portus ad hibernandum classi delegit, ubi*

librarios passim ita errare solitos fuisse docui. Mox *agmen hostium*, pro *agmenque*, Harlej.

§. 10. *Pars stare; incerti utrum progredi, an regredi in castra tutius foret. Inter cunctationem*] Ita vulgo hic locus distinguitur, sed vitiose, et censuimus nunc mutandum. JAC. GRON. Quemadmodum Cl. Jac. Gronovius interpungendum censuit, etiam in Exc. Pithoei interpunctum fuisse, auctor est Hearnii. Eandem distinctionem in plerisque edd. superesse vidi; illam vero, quam Gronov. damnavit, Heinsius in Elzevir. ed. admisit. Tum *pars instare* Hearnii Oxon. C. Deinde *utrum praegredi* Leid. 2. et Lovel. 1. errore scribarum. V. supra ad 9, 10, 7. *Paullo ante Samnites praeda inpedit, proinpediti, iidem duo codd.*

§. 11. *Praeterquam hostili tumultu, captivorum etiam repentina defectione*] *praeterquam hostium tumultu* Haverk. et Hearnii Oxon. B. *praeterquam quod hostium tumultum, captivorum est repentina defectione* Gaertn. *praeterquam quod hostium tumultu* Portug. Tum *repentina defectione* Voss. 2. Leid.

captivorum etiam repentina defectione turbatum
 12 erat: qui partim ipsi solati vinctos solvebant: par-
 tim arma in sarcinis deligata rapiebant, tumultum-
 que, proelio ipso terribiliorem, intermixti agmini
 13 praebebant. Memorandum deinde edidere facinus:
 nam Stajum Minacium ducem, adeuntem ordines
 hortantemque, invadunt. dissipatis inde equitibus,
 qui cum eo aderant, ipsum circumsistunt, insiden-
 temque equo captum ad consulem Romanum ra-

1. et Lovel. 4. V. ad 9, 41, 8. In
 verbis proximis pronomen *ipsi*
 exsulat a Lovel. 3.

§. 12. *Arma in sarcinis deligata
 rapiebant*] Ut qui hostem et pu-
 gnam non expectarent. V. Lips.
 in Analect. ad 3. Dial. 2. de Mi-
 lit. Rom. et Freinsh. ad Curt. 5,
 11, 1. DUK. *delegata* Leid. 2. et
 Gaertn. V. infra hoc lib. ad c.
 27, 3. Eorum eodd. posterior et-
 iam *capiebant* exhibet sollemni
 scribarum errore. V. ad 6, 23, 5.
 Mox *intermixti agminem*, pro
agmini, Florent. a m. 1. cujus
 loco manus altera emendavit *a-*
gmine. Sed vulgatum verum est.
 Plin. 17, 7. *Intermixto lapide*
terrae minutae, arenosae. Vir-
 gil. Ecl. 10, 4.

*Sic tibi, cum fluctus subter-
 labere Sicanos,
 Doris amara suam non in-
 termisceat undam.*

§. 13. *Stadium Egnatium du-
 cem, adeuntem ordines hortan-
 temque*] Vet. lib. *Stadium Mi-
 natium*. SIG. Libri omnes no-
 stri *Stadium Minatium*. GEBH.
 Sigonii liber: *Stadium Mina-
 tium*. nec aliter Juntas et Save-
 terius ediderant. Beccarius, A-
 scensius, Tarvis. Ven. *Stadium*

Minatium. Scripti nostri et An-
 dreas Romae et Moguntini nam
Stadium Minatium ducem. Prius
 nomen est apud Persium Sat. 1.
 et in fragmento Faetorum muni-
 cipalium [apud Gruter. p. 1087.
 n. 1.] *M. Stajus Flaccus duum-
 vir*: unde etiam *Stajenus*, et
Instejus. Visuntur quoque in
 volumine inscriptionum *P. Mi-
 nacius Ausus*, cum *P. Minacio*
Albino fratre, aliusque item *M.*
Minacius. Non confundendus
 cum Stajo Minacio Samnitium
 duce alter Samnitium dux Gel-
 lius Egnatius, de quo et ante Li-
 vius, et deinde. J. FR. GRON.
Stajus tribunus Tacit. 4. Ann.
 27. Nec tamen *Stajus* ignotum
 apud Samnites nomen erat. Liv.
 9, 44, 18. et 23, 1, 1. DUK. *Ge-
 lium Egnatium* Hearnii Oxon.
 L. 2. et C. At Gellius Egnatius
 dux hoc tempore non in Samnio,
 sed in Etruria erat, ut constat
 ex c. 18. et 19. *Stamen Mina-
 tium* Gaertn. *Scajum Mina-
 tium* Voss. 2. et Lovel. 3. *Sta-
 jium Minatium* Voss. 1. Leid. 2.
 Lovel. 1. et Klock. *Stadium Mi-
 natium* Leid. 1. Lovel. 4. et Hear-
 nii Oxon. N. *Stadium Minatium*
 Haverk. Harlej. et Hearnii B.
Stadium Minatium Florent. *Sta-
 tum Minatium* Portug. Unde
 forte conjici posset *Stadium Mi-*

nunt. Revocata eo tumultu prima signa Samnitium: 14
 proeliumque jam profligatum integratum est, nec
 diutius sustineri potuit. Caesa ad sex millia homi- 15
 num: duo millia et quingenti capti: in eis tribuni
 militum quatuor: signa militaria triginta: et, quod
 laetissimum victoribus fuit, captivorum recepta se-
 ptem millia et quadringenti; praeda ingens socio-
 rum: adcritique edicto domini ad res suas noscen-
 das recipiendasque. Praestituta die, quarum rerum 16

facium legendum esse. Sed v.
 supra ad 9, 44, 13. *Statium E-*
gnatium, quod recte Sigonio
 displicuit, ac nullius eod. con-
 sensu firmatur, primum inveni
 in ed. Froben. anni 1531. Deinde
adeuntem ordines orantem-
que Lovel. 2. sollemni scribarum
aberratione. V. ad 30, 7, 7. Paulo
post insidentem equo, captum-
que, trajecta copula, Gaertn.

§. 14. *Proeliumque jam pro-*
fligatum integratum est, nec
diutius sustineri potuit) Voces
jam profligatum desunt in Har-
 lej. et edd. Aldo prioribus. *pro-*
eliumque jam profligatum in-
cognitum est habet Gaertner.
proeliumque jam profligatum
integratumque est Lovel. 1. De-
inde nec diutius sustinere potuit
 Voff. 1. Leid. uterque, Lovel. 1.
 1. Portug. Gaertn. et Haverk.
 Paulo ante *Devocata*, pro *Re-*
vocata, Voff. 1. Leid. 2. et Lo-
 vel. 1. V. ad 9, 10, 6.

§. 15. *Caesa ad sex millia ho-*
minum: duo millia et quingen-
ti capti) ad sex millia hostium
 Hearnii Oxon. L. 1. et Lovel. 4.
 V. ad 23, 37, 11. *Tum duo millia*
quingenti, sine vocula et, Por-
tug. Gaertn. et Haverk. Mox rō
militum exulat ab Harlej. (ex

his tribuni Veith.) Tum signa
militaria XX, pro triginta,
 habet Lovel. 4. *signa militaria*
cognita Gaertn.

Et, quod laetissimum victo-
ribus fuit, captivorum recepta
septem millia et quadringenti]
Prima vocula non adparet in Voff.
 2. et Lov. 3. *nec victoribus in Leid.*
 2. et Portug. *Ea transposita fuit*
victoribus legit Gaertn. Hinc re-
cepta sex millia Hearnii Oxon.
 L. 2. *recepta millia septem Har-*
 lej. et edd. ante Aldum. Deinde
et XL, vel et quadraginta, Voff.
 1. Lovel. 1. Gaertn. et Haverk.
 [sex millia quadringenta Veith.]

Adcritique edicto domini ad
res suas noscendas recipiendas-
que] adcriti edicto domini Gaertn.
 Deinde *noscendas rapiendasque*
 Voff. 2. et Lovel. 3. *Infra hoo*
 lib. e. 36, 18. *Interamnam edi-*
cto dominis ad res suas noscen-
das recipiendasque evocatis.

§. 16. *Praestituta die, quarum*
rerum non existit dominus, mi-
liti concessae] Praestitit ut a
die etc. militi concessa Leid. 2.
 et Lovel. 1. *Praestitit, ut ea die*
etc. militi concessae essent Lo-
 vel. 2. *Praestituta dies, ut 6, 4,*
 5. *Dies deinde praestituta ca-*

non existit dominus, militi concessas: coactique vendere praedam, ne alibi, quam in armis, animum haberent.

- 1 XXI. Magnum ea populatio Campani agri tumultum Romae praebuerat: et per eos forte dies ex Etruria adlatum erat, post deductum inde Volum-

pitalisque poena, qui non remigasset Romam, ubi alia vide. Mox coacti vendere, pro coactique, Voss. 2. et Lovel. 3. Tum alibi, quam armis, pro in armis, Portug. Praepositio intercepta est a praecedentis vocis litera finali. V. supra hoc lib. ad c. 13, 3.

§. 1. *Magnum ea populatio Campani agri tumultum] Magna ea populatio Gaertn. Causam erroris v. ad 6, 3, 8. populatio agri Campani Lovel. 4.*

§. 2. *Etruriam concitam in arma] Pall. pr. et tert. concituri. sec. concitatum in armis. GBH. concitari in arma Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. concitum in armis Haverk. concitatum in armis Portug. et Gaertn. concitatum etiam praefertur Oxonienses Hearnii B. et N. nisi quod eorum posterior concitam ostendit in margine. concitus et concitatus passim confunduntur. V. ad 9, 37, 1.*

Et Gellium Egnatium, Samnitium ducem] Haec verba nec praecedentibus nec sequentibus conveniunt, nec enim tum demum sumebat arma, quae dudum expertus erat, nec vocabatur ad defectionem, quippe qui dudum defecerat. Scribe: Etruriam concitam in arma, et Gellium Egnatium Samnitium ducem et Umbros ad defectionem vocare, et Gallos pretio ingenti sollicitare. non vocari et solli-

citari. J. FR. GRON. De vocari adsentiri, non item de sollicitari. Imperator Samnitium quidem supra c. 16, 8. apud Etruscum loquitur, Samnitium illis exercitum paratum, instructum armis, stipendio, venisse; sed parum verisimile est, tam sibi Samnii expulsam tantam vim pecuniae secum extulisse, ut Gallos ad societatem belli sollicitare potuerit. Itaque quod Livius dicit sollicitari, ad Etruscum refero, de quibus c. 10, 7. Pecunia deinde, qua multum poterant, freti socios ex hostibus facere Gallos conantur. Et c. 13, 3. Palam omnibus conciliis vexari principes Etruscorum, qui non Gallos quacumque conditione traxerint ad bellum. Nec non ad eodem, quod est c. 18, 2. de bello, quod Gellius Egnatius Romanis conceiverat. Tusci fere omnes consciverant bellum: traxerat contagio proximos Umbriae populos: et Gallica auxilia mercede sollicitabantur. DUK. Gallium Egnatium Hearnii Oxon. L. 2. Gellium Egnatium ejusdem codex C. Gellium Egnatium Haverk. Gellium Egnatium Klock. Vox autem Samnitium deest in Lovel. 2. Gronovius in priori notarum editione legendum coniecerat Etruriam concitam in arma per Gellium Egnatium. Cujus loco eam in iterata ed. substituit, quae hic conspiciatur. Verum neque illa Doujatius placere potuit; qui, quam pro hac emendatione au-

nianum exercitum Etruriam concitam in arma, et Gellium Egnatium, Samnitium ducem, et Umbros ad defectionem vocari, et Gallos pretio ingenti sollicitari. His nunciis senatus conterritus iustitium 8
indici, delectum omnis generis hominum haberi jus-
sit. nec ingenui modo aut juniores sacramento ad-4

lius veteris exemplaris auctori-
tas proferatur, nihil mutandum
censet: et, agnoscens haec ver-
ba sequentibus non convenire,
ad praecedentia refert; ut simul
cum Etruscis Samnites eorumque
dux Egnatius (repetito per zeu-
gma vocabulo) *concitati* vel
concitati seipsis ad arma intelligan-
tur, et ab utrisque Umbri et Gal-
li ad defectionem vocati ac sol-
licitati. Verum, si ab Etruscis
et Egnatio Umbri ad defectionem
vocati, et Galli sollicitati intelli-
gendi sunt, omnino, ut Livius id
dicat, cum Gronovio *vocare*, et
sollicitare legi debet. Praeterea,
nisi ita legamus, *Etruriam con-
citam in arma* per se accipi o-
portet, subintellecto infinitivo
verbi substantivi, neque alio re-
ferri possunt praecedentia *post
deductum inde Volumnianum
exercitum*. Falsum autem est, ut
jam Gronovius monuit, vel E-
truriam, vel Gellium Egnatium
Samnitium ducem post deductum
ex Etruria Volumnianum exerci-
tum in arma concitos esse, qui jam
diu antea in armis fuerant, et
cum Volumnio bellum gesserant,
ac licet victi arma non posuisse
dicantur. Verba itaque *conci-
tam in arma* ad solam refero
Etruriam, non etiam, ut Dou-
jatius faciebat, ad Gellium Eгна-
tium Samnitium ducem; eaque
addita puto a Livio, ut indicet,
se eam tantum Etruriae partem
intelligere, quae bellum cum Ro-
manis antea sumserat. Cap. au-
tem 18; 2. refert, Tuscos *ferre*

omnes consensisse bellum; sed,
Claudio adventante, metum Ro-
mani nominis *quosdam spectan-
tes jam arma Etruriae populos
compressisse*. Etruria itaque
concita in arma sunt illi Etra-
riae populi, qui nominis Roma-
ni metu non compressi bellum in-
tulerunt. Haec ergo Etruria et
Gellius Egnatius utrumque, quod
subjungitur, fecerunt, nempe et
Umbros ad defectionem voca-
runt, et Gallos pretio ingenti
promisso sollicitarunt. Omnino
itaque Gronovii conjectura pro-
banda, et *vocare ac sollicitare*
legendum videtur.

§. 3. *Iustitium indici, dele-
ctum etc. haberi iussit*] Pal. see.
delectumque. GEBH. Similiter
Portug. et Haverk. At Livius ita
copulas saepius omittere solet.
Supra 6; 41, 2. *Est aliquis, qui
se inspicere, aestimari fastidiat*.
ubi etiam vario modo codices
turbasse videmus. Et ita alibi
saepe. *dilectum* praeferebant Flo-
rent. Leid. 1. ambo, Lovel. 1. et
Klock. V. ad 37, 51, 7.

§. 4. *Nec ingenui modo aut
juniores sacramento adacti*] sa-
cramento adactis Florent. et
Leid. 1. in quibus litera finalis
ultima vocis adhaesit ex prima
sequentis. V. ad 28, 25, 2. Id
vero quum aperte mendosum li-
brarii nonnulli deprehenderent,
suo Marte, non inspectis libris
integrioribus, emendare consti-
tuit, ac *dedorant sacramento*

acti, sed seniorum etiam cohortes factae, liberti-
 nique centuriati. et defendendae urbis consilia agi-
 tabantur; summaeque rerum praetor P. Sempronius
 5 praecerat. Ceterum parte curae exonerarunt sena-
 tum L. Volumnii consulis literae, quibus caesos

adacti sunt. Quae lectio obvia fuit in Voss. 1. Lovel. 3. 4. et edd. Aldina, ac plerisque recentioribus. Sane saepe factum est, ut verbum *sunt*, unica litera *s* scribi solitum, voci praecedenti hoc modo adcreverit. V. infra ad 45, 17, 6. Corruptius *sacramento acciti sunt* praefert Hearnii Ox. L. 2. qui etiam *to sunt* in reliquis codd. suis invenisse videtur, quia de eorum lectione nihil addit, licet ipse id in econtextu servavit, et a Cel. Jac. Gronov. omissum docuerit. Quum tamen longe plures codd. hoc verbum ignorent, Gronovio adsentiri non dubitavi.

Summaeque rerum praetor P. Sempronius praecerat] Palat. sec. L. *Sempronius praetor.* GEBH. Nostri nihil mutant, nisi quod praetor L. *Sempronius* sit in Portug. Vulgatum itaque servandum. Partim enim *Lucii* praenomen in gente *Sempronia* circa hoc tempus non reperitur, et contra P. *Sempronius*, qui nunc praeturam gerit, is esse videtur, quem antea tribunum plebis Livius memoravit 9, 33, 5. partim etiam verum non esse existimo, quod Sigonius credidit ad Livii 22, 14, 13. Livium semper nomina magistratum nominibus propriis postposuisse, ut ad d. I. latius docui.

[§. 5. *Parte curae exonerarunt senatum*] *exhonerarunt* Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 4, 13, 13. *exoneraverunt* Haverk. Mox *Volumnii* praenomen *Lucii* deficit

in Hearnii Oxon. L. 2. Tum *populares*, pro *populatores*, praefert Haverk. et Lovel. 3.

[§. 6. *Itaque et supplicationes*] *Ita et supplicationes* Gaertn. V. ad 21, 53, 7. et mox hoc cap. §. seq. *Itaque supplicationes* Lovel. 3. *Itaque supplicationesque* Voss. 2. Mox *consules nomine decernunt*, pro *consulis*, Lovel. 3. V. supra hoc lib. ad c. 10, 2.

Justitium remittitur, quod fuerat dies decem octo] Vet. lib. *per dies decem et octo.* SIG. Ita quidem Pal. sec. Sigonio consentiens: alias reliqui duo, *quod fuerat dies XVIII.* GEBH. Ex Sigoniano immissum per libri meliores cum antiquitus editis ignorant. Plautus Asin. [2, 4, 22.] *Quia triduum hoc unum modo foro operam assiduam dedi.* Menaech. [5, 5, 47.] *Elleborum potabis, saxo, aliquos viginti dies.* J. FR. GRON. *et justitium remittitur*, addita prima vocula, Lov. 4. *justitium remittunt* Harslej. cum praeis edd. pro quo Froben. anno 1535. *remittitur* recte reposit. V. ad 8, 34, 9. Deinde, praepositione recepta, *per dies* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. ac C. Et, ita nonnumquam Livium locutum esse, docet Sigonius infra ad 39, 22, 1. V. etiam ad 38, 27, 7. Sed numerus et bonitas eandem omittentium efficiunt, ut Gronovio adsentiar. Accedit, Livium innumeris locis ita locutum esse. Supra 2, 7, 4. *Matronae annum, ut parentem, cum luxerunt.* 3,

fusosque populatores Campaniae cognitum est. Ita-
que et supplicationes ob rem bene gestam consulis
nomine decernunt. iustitium remittitur, quod fue-
rat dies decem et octo, supplicatioque perlaeta fuit.
Tum de praesidio regionis, depopulatae ab Samni-

3, 8. *Finem iustitio, quod qua-
triduum fuit, reditus Quinctii
consulis in urbem fecit.* c. 23,
4. *Aliquot menses Tusculi bella-
tum.* c. 30, 5. *Quoniam ipsi
quinquennium elusi essent.* 5,
10, 7. *Unum bellum annum jam
tertium trahi.* Infra hoc lib. c.
47, 7. *Unum diem Aesculapio
supplicatio habita est.* 21, 58,
11. *Biduum eo loco, velut ob-
sessi, mansere.* c. 61, 10. *Tri-
ginta dies obsidio fuit.* 28, 11,
5. *Iussi et supplicationem unum
diem habere.* ubi etiam vide.
c. 31, 14. *Ita res hos annos in
Hispania atque Italia gessistis.*
ad quem locum etiam Gronov.
veram huius loci lectionem adse-
ruit. 31, 34, 9. *Biduum consul
et rex continuere suos intra val-
lum.* 34, 40, 7. *Terra dies duo-
dequadragesima movit.* In quo-
rum locorum quibusdam codd.
levioris auctoritatis librarii mo-
do praepositionem *per*, modo
praepositionem *in* addiderunt,
modo casum quartum in sextum
mutarunt. V. etiam ad 35, 40, 7.
Cl. Jac. Gronov. ad Liv. 23, 20,
2. et Curtium ad Sall. Jugurth.
24, 3. Praeterea *decem et octo*,
quod Sigonius etiam ex vet. lib.
reposit, in nullo apud me su-
perest codice, nisi in Sigoniani
adscelis Harlej. Gaertn. et Ha-
verk. ut et in edd. Rom. anni
1472. ac Parm. Omnes reliqui
scripti per numeros exhibent *dies
XVIII.* reliquae, quas vidi, edd.
Sigonio priores *dies decem octo*.
Quod verum conjicio, nisi *dies
octodecim* malis. Certe saepius
ita Livium locutum esse testatur.

Priscian. 18. Gramm. p. 1170.
Graeci quoque *πέντε και δέκα*,
δέκα και πέντε. Nos contra quin-
decim, et decem et quinque. Li-
vius tamen frequenter etiam sine
conjunctione, septemdecem et
decemseptem dixit. Ita plures
codd. infra praeserunt 34, 10, 4.
Argenti infecti tulit in aerari-
um decem quatuor millia pon-
do septingenta triginta duo.
ubi vulgo editur quatuordecim.
(* v. ad 29, 37, 6.)

Supplicatioque perlaeta fuit]

Probe admodum: nam est totius
civitatis summa laetitia suppli-
cationem istam peractam. Quare
non recte Pal. sec. *perfecta.* et
Campan. *perlata.* GEBH. *sup-
plicatioque perlata fuit* Lovel.
2, 4. et Neap. Latinii. V. ad Li-
vii 6, 1, 3. *supplicatioque per-
late fuit*, literis transpositis,
Klock. *supplicatioque perfecta
fuit* Gaertn. et Haverk. Ita et-
iam peccant librarii supra 3, 38,
12. ubi vide. 8, 30, 10, 10, 42,
6. et aliis locis. *supplicatioque
fuit*, omissa media voce, Hear-
nii Oxon. L. 1. *perlata* Florent.
a m. 1. pro quo postea emenda-
tum est *perlata*. quod in *prola-
ta* mutandum Salvinius coniecit.
Sed male. Cur enim supplicatio,
ob rem bene gestam consulis no-
mine decreta, iustitio remisso
prolata fuisset, causam non vi-
deo; quamvis tamen *perlaetus*
vix alibi obcurrat.

§. 7. *Circa Vescinum et Faler-
num agrum deducerentur] cir-
ca Vestinum, et mox in saltus*

tibus, agitari coeptum. Itaque placuit, ut duae coloniae circa Vescinum et Falernum agrum deducerentur: una ad ostium Liris fluvii, quae Minturnae adpellata; altera in saltu Vescino, Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Graeca urbs fuisse, Sinuessa deinde ab colonis Romanis adpellata. Tribunis plebis negotium datum est, ut plebeiscito juberetur P. Sempronius praetor triumviris in ea loca colonis deducendis creare. nec, qui

Vestino omnes scripti et edd. antt. Id, quod hodie editur, repositum est a Sigonio, quem v. ad c. 20, 1. Tum Falernumque agrum Lovel. 2. Vocem agrum non agnoscunt Harlej. et edd. Aldo priores. Deinde ducerentur Voff. 2. et Lovel. 3. Paulo ante a Samnitibus, pro ab, Voff. 2. Lovel. 3. et eadem edd. [populatae Veith.] Hinc Ita placuit, pro Itaque, Gaertn. V. ad §. praec.

§. 8. Una ad ostium Liris fluvii, quae Minturnae adpellata] unam Florent. et Leid. 1. Postea fluvii Liris idem Leid. 1. Liris fluminis Lovel. 3. litoris fluvii Gaertner. Liris fluvii Hearnii Oxon. L. 2. Vox Liris deficit in Lovel. 4. Tum quae Venturnae Gaertn. quae tamen Turmae Leid. 1. quae Nunturnae edd. Rom. anni 1472. et Parm. quae nunc Minturnae Lovel. 2.

Alteram in saltu Vescino, Falernum contingente agrum] alteram et contingentem Florent. et Leid. 1. Hinc in salto Gaertn. Insuper Falernum agrum contingente Lovel. 2. Mox Synope per litteram Graecam edd. usque ad Gruter. qui in postrema Sinope substituit; quomodo etiam scribendum esse, monuit Claver. 3. Ital. Ant. 10. p. 1079. Sequens

vox dicitur exulat a Voff. 2. et Lovel. 3. Tandem a colonis Romanis Gaertn. ab Romanis colonis Harlej. a Romanis colonis excusi ante Aldum.

§. 9. Plebeiscito juberetur P. Sempronius praetor triumvirov etc. creare] plebeiscito Harlej. plebeiscito Florent. Voff. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. Portug. Haverk. et, vetustissimis exceptis, pleraeque edd. usque ad Gronov. Praeterea juberetur, ut P. Sempronius etc. crearet Voff. 2. et Lovel. 3. crearet etiam Leid. 1. et Lovel. 4. L. Sempronius Hearnii Oxon. L. 2: V. supra ad §. 4. Tum in ea loco Leid. 1. in eoloco Haverk. Denique coloniis deducendis, pro colonis, Lovel. 2.

§. 10. In stationem se prope perpetuam infestae regionis, non in agros, mitti rebantur] in stationem se quoque perpetuam Voff. 2. et Lovel. 3. V. ad 38, 17, 6. Tum infestatae regionis Gaertn. V. infra ad hujus lib. c. 46, 9. Deinde to non deficit in Lovel. 4. Sed non agros praefert Voff. 2. At, Livium praepositiones potius repetere solitum fuisse, vidimus ad 6, 28, 6. Hinc mittebantur Florent. a m. 1. pro quo manus altera mittebantur male emendavit. V. ad 27, 25,

nomina darent, facile inveniebantur, quia in stationem se prope perpetuam infestae regionis, non in agros, mitti rebantur. Avertit ab eis curis senatum Etruriae ingravescens bellum, et crebrae literae Appii, monentis, ne regionis ejus motum neglegerent: *quatuor gentes conferre arma, Etruscos, Samnites, Umbros, Gallos. jam castra bifariam facta esse, quia unus locus capere tantam multitudinem non possit.* Ob haec, et (jam adpetebat tem-

11. *Paulle ante nec, quia nomina darent, facile, omisso verbo sequenti inveniebantur, est in Voff. 2. et Lovel. 3.*

§. 11. *Avertit ab eis curis senatum Etruriae ingravescens bellum] Advertit Voff. 2. et Lovel. 3. Quod, graviorum telium auctoritate accedente, probari posset. Ingravescens enim Etruriae bellum non tantum avertit senatum ab illis minoris momenti curis, sed etiam avertit, nempe ad se, id est ad se convertit. Eodem fere modo Rhenanus supra emendabat 3, 16, 6. Concilium inde legi perferendae habere, advocato populo ab armis. Quod mihi etiam non displicere ad eum locum notavi. Et quidem nunc tanto magis placet, quod, praeter codd. ibi memoratos, similiter legant Flor. et Lov. 1. 3. ac 4. quos postea consulendi facultatem nactus sum. advertere autem pro ad se convertere supra illustravimus ad 1, 12, 10. Ita contra avertere ad se, quam advertere, dicere maluerunt. V. ad 6, 23, 8. Avertit ab eis senatum curis Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Ab eis avertit curis senatum Harlej. et editi ante Aldum. Mox nec regionis ejus, pro ne, Voff. 2. et neglegerent Leid. 1. V. ad 2, 11, 4.*

§. 12. *Jam castra bifariam facta esse] bifaria Voff. 2. et Lovel. 3. Male. Infra 23, 40, 5. Castris bifariam factis, ut nova minora essent propius Hannibalem. Deinde posset Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et edd. antiquiores. Frobenius demum possit reposuit; cui consentiant reliqui.*

§. 13. *Ob haec etiam adpetebat tempus comitiorum, quorum causa L. Volumnius] Sincera lectio, Ob haec, et jam adpetebat tempus, comitiorum causa etc. GELEN. Existat quidem in priscis edd. Ob haec, etiam adpetebat tempus comitiorum, L. Volumnius; sed diversimode in libris membranaeis: ex quibus pr. et tert. Ob haec etiam apparebat tempus comitiorum, et L. Volumnius. sec. Ob haec etiam adpetebat tempus comitiorum, tum L. Volumnius. GEBH. Sic [Ob haec, et jam adpetebat tempus, comitiorum causa] Gelenius: sic etiam Andreas Romae, secutiq. hunc Beccar. Tarvis. Ven. nisi quod etiam habent. Ascensius et Mog. Ob hanc (etiam adpetebat tempus comitiorum) causam. Juntas, Savot. Ob haec etiam adpetebat tempus comitiorum, quorum causa L. Volumnius.*

pus) comitorum caussa L. Volumnius consul Romam revocatus: qui prius, quam ad suffragium centurias vocaret, in concionem advocato populo, 14 multa de magnitudine belli Etrusci differuit. *jam tum, quum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit,*

Palatini non agnoscunt *ro causa*: habent enim duo et Voss. alter, *comitorum et Lucius*: tertius, *comitorum tum Lucius*. Omnia ista licet eodem ordine habeas, scribasque: *Ob haec (et jam appetebat tempus comitorum) L. Volumnius consul*. Habent tamen Vossianus prior et Chiff. et tolerari potest, si distinguas: *Ob haec et (jam appetebat tempus) comitorum caussa*. J. FR. GRON. Lectionem, quam Gelenius recte rejecit, et in nullo codice inveni, prima exhibet ed. Ald. *Ob hoc* est in Leid. 2. Lovel. 2. Portug. et Haverk. Tum *etiam appetebat* Florent. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 4. Gaertner. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *etiam apparebat* Lovel. 3. sollemni aberratione. V. ad 37, 32, 14. Deinde *comitorum caussa L. Volumnius* Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 4. Klock. et Hearnii Oxon. N. et L. 1. *comitorum ta L. Volumnius* Gaertn. quomodo ob non intellectum compendium scribendi dedit librarius pro *ca*, id est *caussa*. V. ad 8, 14, 1. Ob eandem causam datum est *comitorum cu*, vel *quum, L. Volumnius* in Oxon. B. V. ad 4, 44, 10. Eas lectiones magis corruperunt Portug. et Haverk. in quibus est *comitorum tum L. Volumnius*. et Lovel. 3. in quo est *comitorum et L. Volumnius*. Priorem patris conjecturam maxime probasse videtur Cl. Jac. Gronovius, qui vocem *caussa* a male otiosa manu,

quemadmodum saepius alibi factum fuerat, additam putabat supra ad 9, 30, 8. Mihi tamen magis adridet posterior, *Ob haec, et (jam adpetebat tempus) comitorum caussa L. Volumnius*. Quum enim vox *caussa*, vel errore librorum alius eius loco, in codd. tantum non omnibus constanter supersit, ei controversiam movere audax nimis videtur.

Ad suffragium centurias vocaret, in concionem advocato populo) centurias ad suffragium Portug. Gaertn. et Haverk. Hinc *ad concionem advocato Hearnii Oxon. L. 2. in concione advocato* Haverk. Sed *in concionem advocare*, ut in *consilium advocare*; de quo v. Gronov. ad Livii 23, 32, 3. *Mox Etrusci belli*, trajectis vocabulis, Gaertn.

§. 14. *Jam tum, quum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit) jamque tum quum ipse* Haverk. *jam quum ipse* Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. Male. De junctis oculis *jam tum, quum* v. Stewich. de Partic. ling. Lat. et Tursell. de partic. Lat. orat. c. 69. Eas restituendas censeo infra 45, 6, 6. *Oroandes jam tum, quum pecunia deferretur, primis tenebris solverat navem*. Editur nunc vulgo *dum deferretur*. Deinde *ipse sibi cum collega* Lovel. 4. V. ad 1, 57, 10. et 5, 34, 7. *ipse ibi collega* Leid. 2. et Lovel. 2.

rit, fuisse tantum bellum, ut nec duce uno, nec exercitu geri potuerit: accessisse postea dici Umbros, et ingentem exercitum Gallorum. Adversus quatuor 15 populos duces consules illo die deligi meminissent. se, nisi confideret, cum consensu populi Romani consulem declaratum iri, qui haud dubie tum pri-

Ut nec duce uno, nec exercitu geri potuerit] ut nec uno duce, uno nec exercitu Lovel. 2. et ita etiam erat in Leid. 1. nisi quod duae priorae voculae ut nec ab eo exsulent.

Accessisse postea dici Umbros] Dissentiunt iterum libri MSS. et vetusti editi: quippe Pall. pr. tertiusque accessisseque postea dici Umbros. Campanus Accessisse his postea dici Umbros. Andreas Accessisse postea Umbros. GEBH. accessisseque postea dici Umbros Voss. 2. et Lov. 3. accessisse etiam postea dici Umbros Gaertn. et Haverk. accessisset postea dici Umbros Leid. 1. accessissent postea dici Umbros Harlej. et quaedam ex vet. edd. accessisse dici Umbros Portug. accessisse postea dicit Umbros Voss. 1. accessisse dicit postea Umbros Leid. 2. et Lovel. 1. Mox Gallorum exercitum Gaertn.

§. 15. Adversus quatuor populos duces consules illo die deligi meminissent] Vet. lib. duos consules. optime. Quatuor enim populos duobus consulibus opponi. SIG. Pal. sec. solus hanc stabilit lectionem duos consules, a Sigoniano numquam discrepans. Reliqui duo duces consules. Andreas vulgavit Adversus quatuor populos et duces consules illo die deligi meminissent. GEBH. Sic [duos consules] Sigonius ex suo, cum in aliis et melioribus

Liv. Tom. V. P. II.

sit duces consules. Fregit vim sententiae puerili antitheto et lusu in numeris quatuor et duo. Nam si quicquam referret, quod duo tantum adversus quatuor, cur tamquam graviores adversarium minatur omnibus quatuor unum dictatorem. Immo pondus omne in vocabulo duces est; meminissent creare se consules, qui duces futuri essent bello adversus quatuor firmissimos populos. Andreas et omnes antiqui impressi populos et duces. J. FR. GRON. Malim duces, non consules. h. e. qui non tam gesturi essent consulatum in urbe, quam duces futuri exercituum contra quatuor hostes populos: atque idecirco deligendos esse meminissent his comitibus tales consules, qui magis sint idonei, ut reipublicae praesint belli forisque, quam domi et in pace. JAC. PERIZON. in Orig. Babyl. c. 6. duces consules reposui, quod tuentur Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. ambo. 1. Lovel. 2. 3. 4. Klock. Exc. Pithoei, et Hearnii Oxon. L. 2. ad C. et duces consules priscis edd. consentiens Harlej. Primus Aldus duces consules recte dederat. Tum deligi illo die Gaertn. illo die deligi Lovel. 1. eadem ratione, qua dilectus pro delectus saepe obcurrit. V. ad 37, 51, 7.

Nisi confideret, eum consensu populi Romani consulem declaratum iri, qui haud dubie] confideret, cum consensu populi

L

mus omnium ductor habeatur, dictatorem fuisse ex-templo dicturum.

- 1 **XXII.** Nemini dubium erat, quin Q. Fabius omnium consensu destinaretur; eumque et praerogativae, et primo vocatae omnes centuriae consulem
 2 cum L. Volumnio dicebant. Fabii oratio fuit, qualis biennio ante: deinde, ut vincebatur consensu, versa postremo ad collegam P. Decium poscendum.
 3 *id senectuti suae adminiculum fore: censura duo-*

li Romani Lovel. 4. Harlej. Gaertn. et Hayerk. Sed solent voces *cum* et *eum* ob similitudinem literarum in Mssis confundi. V. ad 10, 7, 3. Hinc *consulem* deficit in Gaertn. qui etiam *declaratam iri* praefert; at *declaratum veri* Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 4. *declaratum ieri* Lovel. 3. *declaratum fieri* Florent. a m. 1. quod in *declaratum fieri* perpetram mutavit manus interpolatrix. Voces *iri* qui desunt in Lovel. 2.

Qui haud dubie tum primus omnium ductor habeatur, dictatorem) Ludit in vocibus *Ductor* et *Dictator*. SIG. primus ductor omnium haberetur Lovel. 2. haberetur etiam Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. habetur Leid. 1. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 1. Quin Q. Fabius] Thuan. et Chiff. *quin Fabius quintum*. Et sane quintus hic erat ejus consulatus. Non videtur tamen satis commoda hic ejus rei mentio. Placet potius cum Vossianis *Quin Fabius Quintus*. Ut 3, 1, 1. J. FR. GRON. Prima vocula deficit in Portug. secunda in Gaertner, *quin Q. Fabius quintum* praefert Florent, *quin Fabius quintum* Leid. 1. et Lovel. 4. *qui Fabius Quintus* Leid. 2. *quin Fabius Quintus* Lovel. 2. 3. et 4.

Eumque et praerogativae et primo vocatae omnes centuriae consulem cum L. Volumnio] cumque praerogativae Leid. 1. Lovel. 1. 2. et Harlej. V. ad 10, 7, 3. *cumque eum et praerogativae* Lov. 3. *cumque et praerogativae eum* Voss. 2. Deinde *consulem C. L. cum L. Volumnio* Leid. 1. et Lovel. 1. Ceterum de praerogativis et jure vocatis v. Pantagathum apud Ursin. ad Livii 1, 43, 12. et Cl. Dukerum ad 5, 18, 1. Hic autem constanter omnes, quibus utor, codd. *praerogativae*, non *praerogativa*.

§. 2. Deinde, ut vincebatur consensu] Pal. sec. ut *convincatur*. GEBH. Eadem lectio existat etiam in Lovel. 2. Portug. et Haverk. Sed orta videtur ex scribarum errore; qui quum, omissa voce *vincebatur*, sequentis primam syllabam exarassent, negligentia animadversa perpetram omnium addiderunt, nec tamen *to non* deleverunt, ne codicem macularent. Similia alia v. ad 2, 34, 9. ut *vincebantur* habet Leid. 1. Mox *versa*, pro *versa*, Lovel. 2. *vestra* Leid. 2.

§. 3. *Id senectuti suae adminiculum fore*] Vet. lib. *hunc senectuti suae*. SIG. Pal. sec. *hunc senectutis suae adminiculum fore*. GEBH. *id senectutis*

busque consulatibus simul gestis expertum se, nil
concordi collegio firmitus ad rempublicam tuendam
esse. novo imperii socio vix jam adsuescere senilem
animum posse: cum moribus notis facilius se com-
municaturum consilia. Subscripsit orationi ejus 4
consul, quum meritis P. Decii laudibus, tum, quae
ex concordia consulum bona, quaeque ex discordia
mala in administratione rerum militarium evenirent,
memorando, quam prope ultimum discrimen suis 5

suae Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. et Gaertn. [Veith.] Sed litera sibilans fini vocis secundae ex principio sequentis adhaesit. V. ad 28, 25, 2. *adminiculum senectutis* autem ea ratione dictum est, qua plura alia, de quibus v. ad 3, 46, 2. *id senectutis ejus* Lovel. 2. *hunc senectutis suae* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Sed vulgatum defendit Gronovius ad Senec. Consol. ad Marc. 19. pluribus exemplis docens, pronomina potius genere convenire cum voce sequenti, quam praecedenti.

Duobusque consulatibus simul gestis expertum se, nil concordia collegio] Copula *que* exsulat a Gaertn. vox *simul* a Portug. Deinde *expertum scire* quaedam ex praeis edd. praefcunt. *nihil* autem est in Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. Portug. Haverk. et edd. Aldina prioribus. Reliqui nil tuentur. V. ad 6, 40, 3. Tum *concordi collegi* Leid. 2. *concordi collega* Hearnii Oxon. N. in margine. quae alterius lectionis glossa videtur. Supra 4, 17, 9. *Is magistrum equitum ex collegio prioris anni L. Quinctium Cincinnatum dixit.* ubi alia vide. Mox *esset*, pro *esse*, Leid. 1.

Novo imperii socio vix jam

adsuescere] *Novo imperii socio* Leid. 1. *na novo imperii socio* Lovel. 2. *novi imperii socio* Voff. 2. et Lovel. 3. ac 4. Vocula *jam* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1.

Cum moribus notis facilius se communicaturum consilia] Id est, cum homine, cujus mores noti sunt. V. Gronov. ad Senec. Ep. 7. Praeterea *se facile communicaturum* Lovel. 4. *se potius communicaturum* Gaertn.

§. 4. *Quum meritis P. Decii laudibus, tum quod ex concordia*] *Lege tum quae.* GELEN. *ium meritis* Voff. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. N. L. 2. C. et excusi ante Aldum. V. ad 6, 23, 3. Deinde *eumque ex concordia* Lovel. 2. *tum quia ex concordia* Lovel. 1. *tum quod ex concordia* unus retinet Harlej. Mox *cum quae ex discordia* Florent. *quaeque ea concordia*, pro *ex discordia*, Voff. 1. Leid. 1. et Haverk. V. ad 40, 59, 8. et mox hoc cap. ad §. 6. *quam ea discordia* Leid. 2. et Lovel. 1. *quae ex discordia* Lovel. 2. Deinde *mala in administratione* Voff. 2. *mala administratione* Gaertn.

§. 5. *Memorando, quam prope ad ultimum discrimen*] Voff. uterque, Rott. Holm. *quam pro-*

6 et collegae certaminibus nuper ventum foret: admonendo Decium Fabiumque, ut uno animo, una mente viverent. esse praeterea viros natos militiae, factis magnos, ad verborum linguaeque certamina rudes: ea ingenia consularia esse. Callidos solertesque, juris atque eloquentiae consultos, qualis Ap.

pe ultimum. Reets. V. ad 6, 42, 10. J. FR. GRON. Non bene videntur haec procedere, tum memorando etc. admonendo. Certe durum est in his ἀσύνδετον, quod memorando inter duo illa ponitur, quorum utrumque ad hoc verbum refertur. DUK. quam prope ad ultimum in solis superest Harlej. Portug. et Hearnii Oxon. B. quam prope in ultimum in Haverk. Sed recte quam prope ultimum Leid. uterque, Florent. Lovel. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Oxon. L. 1. 2. N. C. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. supra ad 6, 42, 10.

§. 6. Admonendo Decium Fabiumque, ut uno animo] Pal. sec. habet admonendo Decium Fabiumque, uno animo. GEBH. amonendo Lovel. 1. Ita saepe peccarunt librarii. Exempla v. ad 3, 4, 1. 5, 46, 6. 8, 28, 3. et alibi. Decium Fabiumque, et uno animo Gaertn. V. ad 21, 28, 8.

Esse praeterea viros natos militiae] Vet. lib. gnaros militiae. Vere: nam sequitur oppositum, ad verborum linguaeque certamina rudes. Sic supra [c. 20, 8.] Gnaros Oscae linguae. SIG. Substituit Sigonius ex MSS. suis gnaros: quam bene, nescio. natus militiae alius profecto, quam gnarus, plusque ab eo requiritur. GRUT. Propertius [1. el. 6, 29.]

Non ego sum laudi, non natus idoneus armis.

Pal. sec. gnaros militiae, quod avide probat Sigonius, me invito, quia, hac admisa lectione, decerptitur laudibus Fabii Deciique. amplius enim est, natum esse militiae, quam ejusdem gnarum. GEBH. gnaros militiae etiam Voff. 1. Leid. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. ac B. [Veith.] gnaros militiae Lovel. 1. Reliqui, et inter eos Florent. natos militiae tuentur; quod etiam Gronovius alteri praeferebat 4. Observ. 17. p. 278. multisque exemplis, etiam ex Livio petitis, illustravit. V. quoque supra notata ad 4, 13, 11. Mox linguae certamina, pro linguaeque, Gaertn. Deinde et ingenia, pro ea ingenia, Lov. 2. 3. 4. ex ingenia Leid. 1. V. modo ad §. 4.

§. 7. Callidos solertesque, juris atque eloquentiae consultos, qualis Ap. Claudius esset] calidos Leid. 2. Lovel. 1. 2. et Portug. solita scribarum aberratione. V. ad 35, 32, 13. solertesque viris Lovel. 3. V. ad 2, 44, 5. solertosque viros corruptius Portug. et Gaertn. Tum eloquentiae consularis Lovel. 2. eloquentiae consultus Lovel. 3. eloquentiae consulatus Voff. 2. et Lovel. 4. eloquentiae consulatus Leid. 1. Aurel. Vict. de Vir. inl. 72. Eloquentiae consultus ex ea gloria peperit. Cic. Orat. 9. Phil. 5. Neque enim ille magis juris consultus, quam justitiae fuit. Praeterea qualis vel Ap. Claudi-

Claudius esset, urbi ac foro praesides habendos, praetoresque ad reddenda jura creandos esse. His 8. agendis dies est consumtus. postridie ad praescriptum consulis et consularia et praetoria comitia habita. Consules creati Q. Fabius et P. Decius: Ap. 9 Claudius praetor; omnes absentes. et L. Volumnio

us esset Haverk. *qualis Appius C.* omissa etiam ultima voce, Portug. et Gaertn. [*esset* abest a Veith.]

Urbi ac foro praesides habendos, praetoresque ad reddenda jura creandos esse] Rejiciunt copulam *que* Pall. duo. at secundus *creandos fore*. GEBH. *urbis ac foro* quaedam ex prioribus edd. *urbi ac fori* Leid. ambo, et Lovel. 1. neque aliter Florent. a m. 2. in quo corruptius *urbi ac tori* a m. 1. legebatur. *Praeses urbi ac foro* similiter dictum est; ac *princeps nobilitati, adjutor consiliis*, et similia, de quibus v. ad Livii 39, 47, 11. Mox copula *que* deficit etiam in Lovel. 3. Hinc *creatos esse* legit Lovel. 2. *creandos fore* Haverk.

§. 9. *Consules creati Q. Fabius et P. Decius: Ap. Claudius praetor*] *Creati consules* Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Sed prior vox *consules* exsulat a Voss. 1. Hinc *Q. Fabius Max.* legit Lovel. 4. Postea *Ap. Claudio pr.* Lovel. 3. *Ap. Claudius pre.* Ro. Leid. 2. *Ap. Claudius p. R.* Lovel. 1.

Omnes absentes] Oportuit Q. Fabium ac P. Decium non descendisse in campum Martium; alioqui utique praesentes erant. Appius autem erat in Hetruria. Caeterum cum aliud fuerit tempus creandi, aliud ineundi magistratus, Livius in nunc sequen-

tibus frequenter numerum adjicit posteriori tempori, quanquam ea res indiligenter ab eo observata est multis in locis. GLAR. Non est praetereundum hoc in loco, quin dicendi genus hoc, quod multos saepe, inprimis autem Glareanum, torsit, explicetur; id est, quid sit apud Livium, *absentem consulem* aut *praetorem creari*: non enim eum significat tantum, qui abest ab urbe, sed etiam, qui, cum in urbe sit, abest a campo; in quo tamen comitia creandi magistratus causa habeantur. Sic loquitur 4. [42, 1.] *Plebs tribunos plebis Sex. Tempanium, A. Sellium absentes fecit.* hos vero ex castris in urbem cum consule reversos paucis ante versibus tradidit: et hoc libro supra [c. 5, 14.] *Consul ex dictatura factus M. Valerius. Non petentem, atque adeo absentem creatum tradidere quidam.* Sic hoc loco Q. Fabius et P. Decius facti consules sunt, cum in campo non adessent, Ap. Claudius praetor, cum non solum in campo, sed ne in urbe quidem tum, sed in Etruria, versaretur. Hoc autem ita esse, aperte docet Dionysius l. 9. [p. 599.] de Ap. Claudio consule absente facto, id est, ut ipse interpretatur, qui in campum non descenderat: *Ἀππίου Κλαύδιον πολλά ἀντειπόντα καὶ οὐδ' εἰς τὸ πεδίον εἰλθεῖν βουλευθέντα ἕνεκα τῶν ἀρχαιρεσιῶν, οὐδὲν ἦντον προεβούλευσαν τε καὶ ἐφηφίδαντο ἀπόντα ὑπατον.* τ. » *Absentes* hos dici, acque

ex senatusconsulto et scito plebis prorogatum in annum imperium est.

- 1 XXIII. Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum averruncandorum causa supplicationes in bi-
2 duum senatus decrevit. Publice vinum ac tus prae-

„ Glareanus, atque Sigonius sci-
vit. „ †. SIG. Et tamen, qua
ratione *absentes* dictum sit, le-
ctorem despiciere jubet Glarea-
nus ad 4, 42, 1. Vide autem ea-
dem fere momentem Sigonium ad
Livii 26, 23, 13. *Absentes* etiam
illos dictos esse, qui ab urbe
aberant, constat ex Livii 24, 43,
6. *Creati consules ambo absen-
tes*. Postea eodem cap. addit:
*Comitiis perfectis, auctore Q.
Fabio consule, designati con-
sules Romam accessiti magi-
stratum inierunt.*

*Ex senatusconsulto et scito
plebis prorogatum in annum
imperium est*] *Ex se et scito ple-
bis* Lovel. 3. V. ad 27, 25, 3. *ex
senatu consultu* Haverk. Deinde
praepositio *in* omittitur in Leid.
1. sed eam interceptit litera finalis
vocis praecedentis. V. supra hoc
lib. c. 13, 3. *prorogatum in an-
num*, ut *reflere in annum*. V.
ad 4, 55, 6. Ceterum rogat Dou-
jatius, an non potius ex senatus
auctoritate, quae leges et plebisci-
ta praecedere hisce temporibus
solebat? et respondet, haec sae-
pe confundi. Sed proprie *senatus
auctoritas* dicebatur, quam
vel senatus non legitimus aliquid
decreverat, vel tribunus plebis
intercesserat; *senatusconsultum*
si nihil tale intervenisset. inter-
dum tamen *senatus auctoritas*
pro *senatusconsulto* ponitur.
V. Manut. ad Cic. 1. ad famil.
ep. 1. Hic ergo proprie Livius
dixit *ex senatusconsulto*, non
ex senatus auctoritate. Verum
est. Patres hac tempestate ante

initum suffragium auctores fieri
debuisse; sed id obtinebat in-
comitiis centuriatis et curiatis,
non tributis, unde Patres lego
Publilia et Laetoria submoti e-
rant. V. pluribus haec docte ex-
sequentem Gronov. 1. Obs. 25.
Quin etiam in illis, in quibus
Patres auctores fieri debebant,
eorum decretum vocatur *senatus-
consultum*. Liv. l. 6. cap. ult.
*Factum senatusconsultum, ut
duo viros aediles ex Patribus
dictator populum rogaret: Pa-
tres auctores omnibus ejus an-
ni comitiis fierent*. Hic alia res
esse videtur. Senatus quum ex
utilitate reipublicae esse cense-
ret, ut Volumnio in annum im-
perium prorogaretur, interpo-
sito senatusconsulto tribunus ple-
bis negotium dedit, ut ea de re
ad plebem comitiis tributis fer-
rent. Supra 8, 23, 12. *Actum
cum tribunis est, ad populum
ferrent, ut, quum Publilius
Philo consulatu abisset, pro
consule rem gereret*. Hoc lib.
cap. praec. *Tribunis plebis ne-
gotium datum est, (nempe a se-
nato, ut praecedia docent,) ut
plebiscito juberetur P. Sem-
pronius praetor triumviros in
ea loca colonis deducendis crea-
re*. 27, 22, 5. *Prorogatum impe-
rium et L. Veturio Philoni est.*
*Quod in L. Veturio, idem in C.
Aurunculejo decretum ab sena-
tu, latumque de prorogando
imperio ad populum est*. Nisi
quis locum hunc alio pertinere
censeat. 32, 53, 1. *Q. Aelius Tu-
bero tribunus plebis ex sena-
tusconsulto tulit ad plebem,*

bitum. supplicatum iere frequentes viri feminaeque. Insignem supplicationem fecit certamen in sacello 3
Pudicitiae patriciae, quae in foro boario est ad aedem rotundam Herculis, inter matronas ortum. Vir- 4
giniam, Auli filiam, patriciam plebejo nuptam L.

plebsque scivit, ut Latinae duae coloniae deducerentur. 35, 10, 9. *His duobus primum senatusconsulto, deinde plebis etiam scito permutatae provinciae sunt.* c. 40, 5. *Eodem hoc anno Vibonem colonia deducta est senatusconsulto plebisque scito.*

§. 1. *Eo anno prodigia multa fuerunt] Eodem anno Hearnii Oxon. C. V. supra hoc libro ad c. 10, 6. Tum fuere Lovel. 4. et Haverk.*

Quorum averruncandorum caussa] quorum procurandorum Lovel. 4. quorum advertendorum Hearnii Oxon. L. 1. 2. et N. in contextu. quorum avertendorum Voss. 1. in margine, Voss. 2. Leid. 3. Lovel. 1. 2. 3. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et Oxon. B. ac C. [Veith.] Sed, nubem pro Junone amplexi, scribae pro voce minus nota notioerem, quae ejus interpretatio erat, in contextum receperunt. V. quae notantur supra ad 8, 6, 11. et Gronov. ad Livii 29, 27, 2.

§. 2. *Publice vinum ac thus praebitum] Vet. lib. ac thus sacrificiis praebitum. SIG. Pall. duo thus plebi datum praebiturum. Ceterum illud sacrificiis intrusum ab Sigonio aspernantur quoque vetustae editiones. GEBH. Valde corrupte haec in scriptis habentur: in uno consentiunt, quod ignorant rō sacrificiis ab Sigonio additum. J. FR. GRON. Neque ego rō sacrificiis in ullo cod. ne illis quidem, qui ceteroquin plerumque vet. lib. Si-*

gonii adsentiuntur, inveni. Praeterea ac par thus biduum Voss. 1. ac pāthus biduum Leid. 2. et Lovel. 1. ac thus plebituum Voss. 2. et Leid. 1. neque aliter Lovel. 4. nisi quod voces ac thus omitat, relicta tamen lacuna. ac tum sprebituum Florent. ac thus plebi datum praebiturum Lovel. 3. ac per thus, reliquis omissis, Hearnii Oxon. L. 2. ac thus biduum Oxon. C. ac thus exhibuerunt Oxon. N. sed a manu altera. Vocem itaque a Sigonio additam, et a Gebhardo ac Gronovio damnatam, sed in contextu relictam, inde cjeci. Ex vitiosa autem cod. Florent. scriptura patet, librarium ejus tus sine aspiratione scribendum censuisse: quam orthographiam plurimi probarunt. V. Achill. Stat. ad Tibulli. 1. eleg. 3, 34. Dausquej. in Orthogr. part. 2. et Voss. in Etymol. ling. Lat. in v. Tus. Vox publice deficit etiam in Leid. 2. Mox supplicatum ire Voss. 1. Leid. uterque, et Lovel. 1. V. ad 45, 2, 7.

§. 3. *Certamen in sacello pudicitiae patriciae, quae in foro boario est ad aedem] Vox patriciae deest in Gaertn. et quibusdam edd. vet. Tum quae in foro boario est Florent. Lovel. 1. 2. et Hearnii Oxon. N. in contextu. V. ad 35, 40, 8. quod in foro boario est Leid. 2. et Haverk. quod in foro boario est Gaertn. Portug. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] in sacello Pudicitiae in foro boario patriciae, quod est ad aedem Lovel. 3.*

§. 4. *Virginiam, Auli filiam,*

Volumnio consuli, matronae, quod e Patribus enupisset, sacris arcuerant. Brevis altercatio inde ex iracundia muliebri in contentionem animorum exarsit. quum se Virginia et patriciam et pudicam in patriciae Pudicitiae templum ingressam, et uni nuptam, ad quem virgo deducta sit; nec se viri honorumve

patriciam plebejo nuptam Volumnio] Verginiam Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 3. 4. quomodo. iidem codd. cum Voss. 2. etiam mox §. seq. exhibent, et Exc. Pithoei apud Hearnium hoc loco. V. supra ad 2, 17, 1. Virginii Auli P. filiam Gaertn. Deinde nuptam L. Volumnio Voss. uterque, Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. Hearnii Oxon. N. L. 2. C. omnesque editi usque ad Curionem, qui primus praenomen omisit. Tot itaque codicum testimonio firmatum revocavi; quod interim etiam Sigonius fecerat, sed a nullo auditus.

Quod e Patribus nupsisset] Lego enupsisset. GELEN. nupsisset in solo apud me Harlej. superest; itaque primum editam vidi Mediolani anno 1480. neque eam lectionem recepit nisi Frobenius anno 1531. unde Gelenio priorem lectionem revocandi occasio data est. nupsisset se etiam in Alericensi ed. reperisse Hearno testatur. Romana tamen anni 1479. enupsisset offert. quod etiam in omnibus scriptis meis superest, nisi quod emisisset legat Haverk. Praeterea de Patribus Lovel. 4. Male. Supra 4, 4, 7. Neque vestras filias sororesque enubere sinendo e Patribus. ubi etiam de verbo enubere plura dicta sunt. Mox sacris arcuerant, pro arcuerant, Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 3. 4. Gaertn. et Haverk. V. ad 6, 25, 6.

Brevis altercatio inde] Brevis autem altercatio Voss. 2. et Lov. 3. Brevis altricatio Leid. 2. et Gaertn. V. ad 4, 6, 1. Mox in contemptionem Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Portug. in contempsonem Gaertn. Ita etiam contendere et contemnere in Mffis confundi solent. V. ad 6, 6, 6. in concionem Leid. 2. V. ad 4, 6, 4. Adde infra hoc lib. ad c. 26, 6.

§. 5. Et uni nuptam, ad quem virgo deducta sit] Signatum in re nuptiali verbum. Propertius [4. eleg. 3, 13.]

Quae mihi deductae fax omen praetulit.

Pal. sec. virgo deveccta. GEBH. Ita et Haverk. Sed deducere hoc sensu inlustrant Jan. Gulielm. in Plantum Miscell. Quaes. c. 4. et Gronov. ad Plauti Milit. Glor. 3, 1, 91. Praeterea vetuni nuptam Leid. 1. uni nuptam Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. [Veith.] Volumnio nuptam Lovel. 2. viri nuptam Gaertn. qui idem etiam atque virgo, pro ad quem virgo, librarii culpa exhibet.

Nec se viri honorumve ejus ac rerum gestarum poenitere] bonorumve Lovel. 2. Tum nec rerum gestarum Hearnii Oxon. C. Deinde poeniteret Lovel. 2. et 3.

Vero gloriaretur] non gloria-retur Leid. 2. verum gloriaretur Lov. 2. et Neap. Latini. Doujatio rotundius futurum videbatur, si vere legeretur; agnoscit tamen

ejus ac rerum gestarum poenitere, vero gloriaretur. Facto deinde egregio magna verba adauxit. in 6 vico Longo, ubi habitabat, ex parte aedium, quod satis esset loci modico sacello, exclusit; aramque ibi posuit. et, convocatis plebejis matronis, conquesta injuriam patriciarum, *Hanc ego aram, inquit, Pu-*

vero accipi posse pro re omnino vera, ex vero. Hinc efficit, priori conjectura opus non fuisse. Sane vero hoc sensu poni docuerunt Sciopp. 4. Susp. lect. 20. et Cortius ad Sallaust. Catil. 58, 16. et 61, 1. V. etiam infra ad 40, 9, 8.

§. 6. *Quod satis esset loci modico sacello, exclusit*] V. Gronovium 3. Obs. 13. DUK. *quod satis esse Leid. 2. Paulo ante Facto deinde egregiore Portug. a m. 1. et adduxit, pro adauxit, Haverk.*

Convocatis plebejis matronis] Vir doctus legere videtur ad Tacitum *convocatis plebejis matrimoniiis. ut dicitur ab aliis conjugium pro conjuge, servitium pro servo, clientelae pro clientibus. MOD. matrimoniiis MS. recte. matrimonium enim pro matrona, ut in Tacito conjugium principis pro conjuge principis, et clientelae pro clientibus. V. Lipsium ad Tac. 12. Ann. 65. Virg. 3. Aen. [296.]*

Conjugio Aeacidae Pyrrhi scriptisque potitum.

Apulej. 9. de As. aur. p. 154. ed. Colv. *Pudicitiamque caro conjugio conservare summa diligentia cuperet. KLOCK. matrimoniiis etiam Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. in contextu, Portug. et Gaertn. Ita loquitur saepe Justinus, locis, quae lexicographi notarunt. Adde 18, 5. Ut et juvenus matrimoniam, et urbs sobolem habere. Floras 1, 1. Itaque matri-*

moniam a finitimis petita. ubi v. Cel. Dukerum. Subdubito tamen, an ita Livius loquutus sit, quia non modo in ipso, sed ne in aequalibus quidem scriptoribus, simile exemplum obcurrit. Paulo ante aramque ibi imposuit Gaertn. pro posuit. Sed prima syllaba im, vel i, nata est ex praecedentis vocis litera finali. V. ad 5, 37, 7. Ponere aram, ut apud Ovid. Ep. 21. Her. 157.

Ter mihi jam veniens positas Hymenaeus ad aras Fugit.

1. Fall. 275.

Ara mihi posita est parvo conjuncta sacello.

Potest etiam aram posuit accipi pro aram dedicavit: quo sensu ponere apud Livium et alios passim obcurrit.

Conquesta injuriam patriciarum] Pall. duo *conquesta de injuria. Sic mox c. 24. referunt Pall. duo P. Decius de senatus injuria querebatur. GEBH. conquestam injuriam Gaertn. conquesta injuria Leid. ambo, Lovel. 1. et Herlej. quasi deponens hic accipiendum foret forma passiva. Potius tamen existimo, librariorum ita scripsisse ob illam causam, quam dedi supra 6, 3, 8. ex qua eadem causa etiam nata est modo memorata cod. Gaertner. scriptura, ut et *conquesta injuriarum patriciarum* in Lovel. 2. *conquesta de injuria* Lovel. 3. 4. et Hearnil Oxon. L. 2.*

dicittiae plebejæ dedico: vosque hortor, ut, quod certamen virtutis viros in hac civitate tenet, hoc pu-
8 *dicittiae inter matronas sit: detisque operam, ut hæc ara, quam illa, si quid potest, sanctius et a ca-*
9 *stioribus coli dicatur. Eodem ferme ritu et hæc ara, quo illa antiquior, culta est; ut nulla, nisi*

Vulgatum præfero. Infra 36, 12, 4. Thoas prætor eorum conquestus injurias Romanorum. lib. 30, 3, 2. Id Cenomani conquesti Romæ apud senatum. Et ita 29, 9, 11. Quos ad conquerendas injurias ad P. Scipionem profectos audivit. et 31, 31, 2. Quum ad conquerendas Philippi injurias in tot socias nobis urbes venissem. pro ad conquerendum injurias. Et ita sæpius etiam Livium queri injuriam, necem et similia dixisse, infra videbimus ad 29, 19, 5. Vox patriciarum exsulat a Lovel. 4.

§. 7. *Hanc ego aram, inquit, Pudicitiae plebejæ dedico] Vocem aram omisit scriba Harlej. Hanc aram ego, inquit præfert Leid. 1. Pudicitiae dedico plebejæ Voff. 2. et Lovel. 3.*

Vosque hortor, ut, quod certamen virtutis viros in hac civitate tenet] vosque exortor, et quod certamen Haverk. Tum vox virtutis drest in Lovel. 4. sequens viros in Lovel. 3. cujus loco pares præfert Portug. Mox hæc pudicitiae, pro hoc, Lovel. 2.

§. 8. *Si quid potest, sanctius et a castioribus coli dicatur] si quidem sanctius et e castioribus Lovel. 2. Displicuisse videtur librario, rō quid hic abundare; quod tamen post voculam si frequens est. V. ad 3, 48, 4. si quid potest, a sanctoribus et castioribus Harlej. et editi Aldo priores. Non placet propter id,*

quod additur. mulier enim sancta est casta. V. Viros doctos ad Phædri 3. fab. 10, 30. At sanctius colere est majori religione colere. apud Cic. 1. de Nat. Deor. 21. Pie sancteque colimus naturam excellentem atque præstantem. 2, 24. Non eum, quem nostri majores auguste sancteque Liberrum cum Cerere et Libera consecraverunt.

§. 9. *Eodem ferme ritu et hæc ara, quo illa antiquior, culta est] non quod illa antiquior \ off. 2. nisi quod illa antiquior Lovel. 4. quod illa antiquior \ off. 1. Leid. ambo, et Lovel. 1. ac 3. qua illa antiquior Haverk. quam illa antiquior Florent. a m. 2. Tum est culta Portug. Gaerta. et Haverk.*

Ut nulla, nisi spectatae pudicitiae matrona, et quæ uni viro nupta fuisset] ut nulla non spectatae pudicitiae matrona Voff. 2. et Lovel. 3. Vox viro in quibusdam non comparet edd. principibus.

§. 10. *Vulgata dein religio a pollutis] Hoc Latine loquentibus puto esse religio enunciata est a profanis. Horatius 3. od. 2, 26. Qui Cereris sacrum vulgari arcanae. Ovidius 2. Art. Amat. 602.*

Quis Cereris ritus ausit vulgare profanis?

Petron. 17. Ne, quod in sacello Priapi vidistis, vulgetis. et 18. Neque sacra quemquam vulga-

spectatae pudicitiae matrona, et quae uni viro nupta fuisset, jus sacrificandi haberet. Vulgata dein 10 religio a pollutis, nec matronis solum, sed omnis ordinis feminis, postremo in oblivionem venit. Eo- 11 dem anno Cn. et Q. Ogulnii aediles curules aliquot foeneratoribus diem dixerunt: quorum bonis multa-

turum. *Enunciare* dixit Livius infra c. 38, 9. *Quae visa audituque in eo loco essent, non enunciaturum.* de quo Gronovius ad 9, 16, 7. Sed non adparet quidquam in sacro Pudicitiae fuisse, quod enunciari nefas esset. Suspicio deleta praepositione legendum. *Vulgata dein religio pollutis,* et sententiam esse: quum primum non nisi spectatae pudicitiae matronae, et quae uni viro nuptae fuissent, sacrificandi in hoc sacello jus haberent, deinde hoc sacrum cum aliis quoque communicatum, et ad id etiam stupris atque adulteriis pollutas, non matronas solum, verum etiam promiscue omnium ordinis foeminas, admissas fuisse. *Vulgare* est saepe vulgo promiscue pluribus tribuere, et cum pluribus communicare, quod Livius cum praepositionibus *in,* cum et *per* effort 2. 41, 4. 4, 1, 3. et c. 30, 8. ac 28, 27, 6. Sed non minus cum tertio casu dicitur. Cic. de Arusp. resp. 27. *Quae navis umquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam istius aetas fuit?* Senec. Hippol. 910. *Et castum diu Vulgare populis corpus.* Cetera, quae huc pertinent, legi possunt apud Gyraldum in Historia Deor. Syntagm. 1. p. 35. ed. Lugd. et Passeratium ad Propert. 2. el. 6. p. 271. **SODALITAS. PUDICITIAE. SERVANDAE** in inscriptione apud Sponium in Miscell. c. 2. in fine et in Gudianis p. 207, 10. quae fuerit, et an aliquid com-

mune cum hoc sacro habuerit, mihi incognitum est. DUR. *Vulgata deinde religio* Leid. 2. Lovel. 2. Harlej. Portug. Haverk. Gaertn. et editi usque ad Froben. qui anno 1535. *dein* recepit: cum quo faciunt reliqui codices. V. ad 3, 3, 6. Tum *ab pollutis* Portug. Gaertn. et Haverk. Mox *ne a matronis,* pro *nec,* Voss. 2. *nec u matrimonio* Haverk. quomodo quum hoc loco peccarit scriba, id me confirmat, idem hominum genus similiter supra peccare potuisse hoc cap. §. 6.

§. 11. *Eodem anno Cn. et Q. Ogulnii aediles curules aliquot foeneratoribus diem dixerunt*] Pall. duo et ed. Camp. *Oguinii.* Pal. sec. *Cogninii aediles curules aliquot diem foeneratoribus dixerunt.* GEBH. *Cn. et Q. Oguinii aediles curules* Voss. 2. Leid. 1. et Gaertn. neque aliter Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. nisi quod vocem *curules* omittant. *Cornelius et Q. Egunii aediles curules* Lovel. 2. *Cn. et Q. Egninii aediles curules* Hearnii Ox. L. 2. *Oguini* Lovel. 3. *Ognunii* Lovel. 4. *Ogolini* Gaertn. *Cn. Q. Ogmunii curules* Haverk. Similia lectionum monstra supra erant in Mftis hoc lib. c. 6, 3. Tum *aliquibus foeneratoribus* Lovel. 2. V. ad 6, 27, 8. *aliquot senatoribus* Leid. 2. Ita autem peccatum a librariis, quam *senatoribus* scriptum esset, propter similitudinem literarum *s* et *f.* V. ad 22, 28, 10. Vocem *diem* omittit Lovel. 3.

tis, ex eo, quod in publicum redactum est, aenea in Capitolio limina, et trium mensarum argentea vasa in cella Jovis, Jovemque in culmine cum qua-

§. 12. *Quorum bonis multatis* Leid. 1. Lovel. 1. ac 2. a m. 1. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad Livii 2, 52, 4. Insolens autem est locutio *multare bona*, quum potius dicendum foret *multare bonis*, quemadmodum *multare agro*: ea itaque displicuit librariis Voss. 2. et Lovel. 3. qui *quorum bonis instatis* perperam dederunt. Livius potius *quorum bonis multatis* dixit, quam *quibus bonis multatis*, ut concursum ablativorum evitaret, quemadmodum observat Doujatius.

Aenea in Capitolio limina] *janua* Lovel. 2. *lumina* Leid. 2. sollemni scribarum errore. Iis, quae notavi ad Sili 1, 66. adde Cél. Burm. ad Suet. Calig. 45. *luminaria* habet Lovel. 4. An hujus lectionis auctor ob oculos habuit locum Eginh. in vita Caroli M. 26? *Mirae pulchritudinis basilicam Aquisgrani extruxit, auroque et argento et luminariibus, atque ex aere solido cancellis et januis ornavit.* Sed vulgatum probum est. De aeneis Capitolii liminibus v. Just. Rycquium de Capitol. 17. *Mox in cellam Jovis, pro in cella*, Voss. 1.

Jovemque in culmine cum quadrigis] Has *argenteas* fuisse, ex hoc loco scribit Rycquius de Capitol. 15. *aeneas* Nardinus 5. Rom. vet. 15. Mihi ex verbis Livii neutrum pro certo videtur adfirmari posse. Sed Rycquius secum non satis consentit: nam si ex eo, quod de *argenteis vasis* praecedit, colligere voluit, quadrigas quoque *argenteas* fuisse, etiam de simulacro lupae et infantium idem statuere debuerat; at c. 24. non videtur improbare

sententiam eorum, qui hoc aeneum fuisse putant. DUK. *Jovem in culmine* Voss. 2. et Lovel. 3.

Et ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum urbis sub uberibus lupae posuerunt] *et asicitum Ruminalem* Voss. 1. a m. 1. *vocula et deficit* in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Tam *simulacrum infantium* Voss. 2. Deinde praepositio *sub* exultat ab eodem Voss. 2. ut et Leid. 1. atque Lovel. 2. 3. 4. Tandem *posuere* Lovel. 4. Ceterum de lupae infantium nutricis simulacro v. Just. Rycquium de Capitol. 24.

Semitamque saxo quadrato a Capena porta ad Martis straverunt] Utrobique [hic et mox ad *Cereris aedem*] *aedem* scriba benignus de suo adjecit. GELEN. Quae viri docti in libro de Tutela Viarum part. 2, 3. p. 349. an cura sternendarum viarum (in Urbe scilicet, ut ex iis intelligitur, quae paullo post de cura viarum in Urbe definiunt) aedilibus etiam injuncta fuerit? et respondent, ita quidem videri posse ex hoc loco Livii, et ex eo, qui cap. ult. hujus libri est: *ab aedilibus curulibus, damnatis aliquot pecuariis, via a Martis silice ad Bovillas perstrata est.* nec non ex iis, quae de clivo Publicio in Varrone 4. de ling. Lat. p. 38. Ovidio 5. Fast. 287. et Festo in v. *Publicius* leguntur: verum curam sternendarum viarum in Urbe penes censores et IV viros fuisse; aediles vero aliquando ex multatitia pecuniae, iussa senatus et populi, aliquando etiam privatis sumptibus, ob *primum adscensum ad honorem*

drigis, et ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum Urbis sub uberibus lupae posuerunt; semitamque saxo quadrato a Capena porta ad Mar-

amplioris gradum, ut Cicero, et πρώτην τῶν ἐπιφανῶν ἀρχῶν, ut Plutarchus vocant, extra ordinem vias munivisse. In his nonnihil scrupuli est. Nam Martis aedes, de qua hic Livius agit, extra Urbem haud procul porta Capena erat, ut ex Livii l. 7, 23. et Ovidii 6. Faë. 191. constat. V. Donat. 3. de urbe Rom. 13. et Nardin. 3. Rom. vet. 2. Et Bovillas ad x. ab urbe lapidem ponit Tabula Peutingeriana, ad xi. Scholiastes vetus Persii ad satyr. 6, 55. Quomodo ergo, quum de plateis in Urbe quaerunt, ad illas loca Livii referri possunt? Veniebat in mentem, aedem Martis posse dici in Urbe fuisse, quemadmodum Jcti Romae esse, vel fieri, dicunt, quae in continentibus Urbis aedificiis sunt, vel sunt. Nec tamen hoc omnino satisfacit, quia aliud est in Urbe, aliud Romae. urbis enim appellatio muris, Romae autem continentibus aedificiis finitur, quod latius patere scribit Paulus l. 2. pr. D. de U. S. Et ut hoc de Martis templo concedatur, tamen vix est, ut via a Martis ad Bovillas in Urbe fuisse dici possit, aut Bovillae eo tempore, de quo est infra c. ult. in continentibus Urbis aedificiis numerari potuerint. Nam quod Propertius 4. el. 1, 33. et Ovidius 3. Faë. 667. Bovillas suburbanas vocant, id ad hanc aetatem, qua nondum tanta erat amplitudo Urbis, referri non potest. Nam sic Florus 1, 11, 7. Tibur, quod fere xx. lapide ab urbe aberat, et olim bella cum Romanis gesserat, nunc, id est, sua aetate, suburbanum vocat. Quamquam autem neutrum horum locorum Livii ad vias in Urbe per-

tinere puto, tamen, si quis credere velit, hoc tempore aedilibus etiam injunctam fuisse curam viarum in Urbe, illius sententiae confutandae non sufficit, quod dicitur, curam sternendarum viarum in Urbe apud censores et IV viros fuisse; sed ostendendum est, id jam A. V. cccclvii. et cccclx. ita fuisse, in quorum annorum rebus gestis haec quoque de viis prodit Livius. Mihi probabilius videtur, curam viarum in Urbe primum magis ad aedilium, quam censorum, munus pertinuisse. Nam et naturae rei conveniens est, ut, quibus cura aedium et locorum publicorum mandato erat, iidem etiam vias in Urbe curarent; nec censores ab initio hujus rei causa instituti sunt. Quando autem hi hoc jure uti coeperint, et utrum id a senatu aut a populo iis tributum fuerit, an alia quadam ratione acceperint, nusquam proditum scio. Nec credo Lipsio 9. 18. de Magistrat. Rom. sine auctoritate veterum scribenti, censores curam illam in Urbe semper habuisse, extra Urbem paulo serius sumsisse. Certe in verbis Livii 41, 27, 6. quem hujus sententiae auctorem laudat, nihil est, unde colligi possit, quod de censorum cura viarum in Urbe dicit. Censores, ait Livius in A. V. cccclxix. vias sternendas silice in Urbe, glarea substernendas extra urbem, marginandasque primi omnium locaverunt. Nec ullam, quod quidem sciam, viam a censoribus, sive in urbe, sive extra eam, munitam ante censuram Ap. Claudii et A. V. cccclxi. tradiderunt veteres, Appiam scilicet, quae extra Urbem erat. Quod si jam de-

13 tis straverunt. et ab aedilibus plebejis L. Aelio Pae-
to et C. Fulvio Curvo, ex multatitia item pecunia,
quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti; pa-
teraeque aureae ad Cereris positae.

mus, statim ab initio instituti hu-
jus magistratus munus censorum
fuisse, vias in Urbe sternere et
curare, tamen ex eo non conse-
queretur, idem ad aediles non
pertinuisse. Nam quum deinde
quatuorviri Viarum in Urbe cu-
randarum creati sunt, tamen cen-
sore quoque hanc curam admi-
nistrarunt. De quatuorviris via-
rum in Urbe curandarum hoc ad-
do, Virum doctum, quum haec
duo loca in Livii l. 10. de viis
in Urbe accipiat, non satis ac-
curate videri statuere, hoc aedi-
libus extra ordinem datum fuisse,
eo quod cura viarum in Urbe non
solum apud *censores*, verum et-
iam apud *quatuorviro*s esset. Nam
quo argumento probat, hos jam
A. V. cccclvii. et cccclx. in re-
publica fuisse? Quo tempore hi
primum instituti fuerint, non pro-
certo dici posse reor. Pomponius
in l. 2. §. 30. D. de orig. Jur. au-
ctor est, *eodem tempore* quatuor-
viro, qui curam viarum gere-
rent, triumviro monetales, et
capitales constitutos fuisse. Tri-
umviro capitales A. V. cccclxiv.
primum creatos putat Pighius in
Annal. ex Epit. Liv. l. 11. ubi
post relatum Curii consulatum ac
triumphos, et deductionem ali-
quot coloniarum additur, *Tri-
umviri capitales tunc primum
creati sunt*. Sed ex hoc nihil
certi de ea re statui potest: non
enim magis necesse est, haec om-
nia ad unum annum adligari,
quam alia in iisdem Epitomis,
quae auctor illarum per plures
annos sparsa saepe in unum co-
git. Nec ex eo, quod Pomponius
dicit, hos et decemviro litibus
iudicandis *eodem tempore* con-

stitutos, conficitur, hos omnes
eodem anno in rempublicam ve-
nisse, si alia argumeta, quibus
hoc ostendi possit, non suppe-
tant. Nam multa apud Pompo-
nium *ἐν πλάτει* accipi debent,
nec ad accuratam temporum ra-
tionem exigi possunt. Gutherius
quidem 3. de Offic. dom. Aug. 19.
triumvirorum capitalium creatio-
nem in annum Urbis ccccliv.
confert, et auctores citat Fastos,
atque ex iis etiam nomina illo-
rum, si Dis placet, nobis adnu-
merat. Et sequitur eum, ut saepe
pessima quaeque, stupor Pi-
tisci in Lexico Antiquitatum. Sed
omnes, quas vidi, Fastorum edi-
tiones Q. Marcium Tremulum et
P. Cornelium Arvinam, e quibus
Gutherius primos triumviro capi-
tales facit, eo anno consules
habent. Quae Gutherio tanti er-
roris causa fuerit, non possum
excogitare. Sed suspicor, ortum
fuisse ex edit. Fastorum Panvini,
in cuius margine ad haec nomi-
na consulum adscriptum est, *III.
viri capitales primi*. Sed, ut ad
verba Livii, quorum occasione
longius, quam debueram, eva-
gatus sum, redeam, quod doctis-
simus Auctor libri de Tutela via-
rum, qui aedilibus post censores
in rempublicam inductos omnem
curam ordinariam viarum in Ur-
be adimit, porro scribit, eos ali-
quando ex pecunia multatitia
*jussu senatus et populi extra
ordinem vias* (in Urbe, scilicet,
de quibus ibi agit) munivisse, de
eo nihil in Livii, Ovidii, Varro-
nis, et Festi prolatis ab eo locis
dici video: nec adsequor, quod
denique addit, aliquando etiam
privatis sumptibus hoc ab iis fa-

XXIV. Q. inde Fabius quintum et P. Decius 1
quartum consulatum ineunt, tribus consulatibus
censuraque collegae; nec gloria magis rerum, quae 2
ingens erat, quam concordia, inter se clari. quae

ctum ob primum adscensum ad
honoris amplioris gradum; et
πρώτην τῶν ἐπιφανῶν ἀρχῶν,
ut Cicero et Plutarchus vocant.
Quae in his sit consequutio, Ci-
cero 3. de Legibus 3. et Plutarch.
in Paulo Aemilio in princ. aedi-
litate curulem ita vocant, ergo
aediles curules interdum priva-
tis sumtibus ob primum adscen-
sum ad honoris amplioris gra-
dum, et πρώτην τῶν ἐπιφανῶν
ἀρχῶν vias in urbe muniebant,
acutiores, quam ego sum, vide-
bunt. DUK. ab Capena porta
Portug. Gaertn. et Haverk. qui
tres codices cum Voss. 2. Harlej.
et Hearnii B. atque N. in margi-
ne [Veith.] ad Martis aedem
praeferrunt; sed ad Martis tem-
plum N. in contextu. Verum et
aedem et templum ex glossa margi-
ni adscripta in contextum inre-
psit, quas voces Livius saepius
omittere solet. Supra 2, 51, 2.
Ut primo pugnatum ad Spei sit
aequo Marte. (* 28, 11, 7.) 40, 51,
3. Theatrum et proscenium ad
Apollinis, aedem Jovis in Capi-
tolio locavit. 41, 28, 2. Alterum
diem supplicatio ad Cereris, Li-
beri, Liberaeque fuit. V. San-
ctium in Minerva 4, 4. in voce
Aedes, et quae ibi notavit Cl.
Perizonius. Similiter, ut hoc
loco, errarunt librarii saepe.
V. ad Livii 1, 41, 4. 23, 33, 4-
38, 28, 3. alia v. ad 37, 18, 1.
Contra eandem vocem, quam
hic perperam addiderunt, per-
peram omiserunt supra 5, 21, 10.
Deinde statuerunt Voss. 1. a m.
1. Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 13. Ab aedilibus plebejis L.
Aelio Paeto et C. Fulvio Curvo]

Tertia vox non adparet in Ha-
verk. nec quinta in Leid. 2. et
Lovel. 1. L. Aemilio Paeto male
legunt Harlej. et quaedam ex edd.
vett. V. ad 9, 7, 13. Copula et
deficit in Lovel. 2. Deinde C. Ful-
vio Corvo est in Gaertn. C. Fulvio
Curtio in Florent. Curvo, Corvo,
et Curcio in Oxon. N. esse, Hear-
nius testatur.

Ex multatitia item pecu-
nia, quam exegerunt pecuariis
damnatis] ex multatitia Leid.
1. Lovel. 1. 2. et Portug. Eoque
ducunt vestigia Florent. et Leid.
1. qui multatitia, transpositis
litteris, praeferrunt. V. ad 2, 52,
4. ex insticia Voss. 2. ex insta-
tia Lovel. 3. Deinde jam, pro
item, Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2.
3. ac 4. sed vocula illa deficit in
ed. Rom. anni 1472. et Parm. Tum
pepona, pro pecunia, Lovel. 4.
Hinc quam exigerant Gaertner.
quam exegerant Portug. Haverk.
et Oxon. B. Porro a pecuariis
Gaertn. ab peculiariis Haverk.
ab pecuniariis Portug. et Hearnii
Oxon. B. pecuniariis Voss. 1. 2.
Lovel. 1. 2. 3. et Oxon. N. V. et-
iam infra hoc lib. c. 47, 4. (* 35,
10, 12.) De pecuariis v. Cel. Burm.
de Vectig. 9. p. 140.

Pateraeque aureae ad Cereris
positae] ad Cereris positae aed-
dem Lovel. 2. ad Cereris aedem
Harlej. Florent. a m. 2. et Hear-
nii Oxon. B. atque N. in margi-
ne. in Cereris templum ejusdem
N. in Cereris aedem Portug. in
Cereris aede Gaertn. et Haverk.
a Cereris Voss. 1. Leid. 2. et Lo-
vel. 1. V. supra hoc §.

§. 1. Q. inde Fabius quintum et
P. Decius quartum consulatum

ne perpetua esset, ordinum magis, quam ipso-
 3 rum, inter se certamen intervenisse reor: patriciis
 tendentibus, ut Fabius Etruriam extra ordinem pro-
 vinciam haberet; plebejis auctoribus Decio, ut ad
 4 sortem revocaret. Fuit certe contentio in senatu;
 et,

ineunt] Quoniam Fabius Lov. 3. Quae inde Fabius Lovel. 4. Q. Fabius inde quaedam ex antiquis edd. quo ordine vocula illa, si in proponendis novis consilibus usurpatur, saepe occurrit. V. ad 2, 49, 9. Ex scriptis tamen nullus ei lectioni favet. Deinde vocem *quintum* omittunt Florent. Voss. 1. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. *quinto* et *quarto* est in Gaertn.

§. 2. *Concordia inter se clari]* inter se dare Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. inter se dari Voss. 2. Leid. 1. et Gaertn. qui error natus est ex eo, quod literae *cl* ob ductuum adfinitatem coaluerint in *d*. Saepissime ita peccarunt scribae indocti. Hinc datum est *induxerat*, pro *incluserat*, 2, 2, 8. *dicentes* pro *clientes*, 3, 16, 5. *a sede*, pro *asseculae*, 5, 11, 2. *indudunt*, pro *includunt*, 6, 8, 9. *inditam*, pro *inclitam*, 6, 42, 5. *data*, pro *clara*, 9, 29, 5. *Deonymus*, pro *Cleonymus*, 10, 2, 1. *dementia*, pro *clementia*, 21, 60, 4. *Philodes*, pro *Philocles*, 32, 38, 3. *Damodes*, pro *Damocles*, 34, 25, 7. *Xenodides*, pro *Xenoclidides*, 35, 50, 8. *Disore*, pro *Clitore*, 39, 35, 8. Contra saepe etiam litera *d* dissolvitur in *cl*. Hinc datum est *clementia*, pro *dementia*, 8, 5, 7. *declarat*, pro *dederat*, 9, 43, 15. *inclitum*, pro *inditum*, ad 21, 31, 4. *Classius*, pro *Dasius*, 24, 45, 1. (* *Aralios* pro *Arudios*, 35, 48, 6.)

Classaretii, pro *Dassaretii*, 36, 10, 10. *clamatus*, pro *damatus*, vel *damnatus*, Epit. Liv. 120. Alia exempla v. apud Casaub. ad Suet. Caes. 39. Cel. Burmann. ad Suet. Galb. 9. ad Calpurn. ecl. 45, 117. Cl. Cortium ad Sallust. Jug. c. 22. et Plinii 1. ep. 20. V. etiam, quae notavi ad Sili 2, 52. Simili modo *el* in *d* coaluisse ac librarios *datus*, pro *elatus*, scripsisse, supra vidimus ad 2, 16, 7. Paulo ante *ne gloria*, pro *nec gloria*, est in Voss. 1. et Leid. 2. et mox in verbis sequentibus *nec perpetua*, pro *ne*, in Voss. 1. V. ad 3, 47, 7. *certaminae* etiam, pro *certamen*, in Portug.

§. 3. *Ut Fabius Etruriam extra ordinem provinciam haberet]* Omnia haec verba cum tribus sequentibus desunt in Lovel. 3. 4. et Voss. 2. in *Etruriam extra ordinem*, addita praepositione, legunt Voss. 1. et Leid. ambo. *Etruriam provinciam extra ordinem* Lovel. 2.

Ut ad sortem revocaret. Fuit certe contentio in senatu] revocaretur Lovel. 2. *revocare* Lovel. 4. Voces *revocaret. Fuit certe contentio* desunt in Voss. 2. et Lovel. 3. at sola vox *certe* in Haverk. qui etiam praefert *in senatum*. [et ante postquam omittit Veith.]

§. 4. *Revocata res ad populum est in concione. ut inter]* Per-versissima distinctio, quam sic emendes licet: *revocata res ad*

et, postquam ibi Fabius plus poterat, revocata res ad populum est. in concione, ut inter militares viros, et factis potius, quam dictis, fretos, pauca verba habita: Fabius, *quam arborem conseruisset*, 5 *sub ea legere alium fructum, indignum esse, dicere; se aperuisse Ciminiam silvam, viamque per devios*

populum est. In concione, ut inter militares, etc. Sunt enim eadem *rd ad populum*, et in concione. JAC. GRON. Interpunctio, quam Gronovius probat, est in omnibus edd. usque ad Gruterianas. In quarum una, quae prodiit Paris. anno 1635. operae aberrantes dederunt *ad populum est, in concione, ut inter.* in altera anni 1628. *ad populum est in concione. ut inter.* Priorum ergo reduxi. Ceterum in concionem Florent. Voff. 2. Gaertn. et Haverk. in contentionem Voff. 1. Leid. 1. et Lov. 1. 2. 3. ac 4. *ad contentionem* Leid. 2. V. ad 4, 6, 4. Tum et inter militares Lovel. 2. 3. et Voff. 2. Mox parva verba, pro pauca, Lovel. 4. sollempni librariorum lapsu, qui saepius haec verba confundere soliti fuerunt. V. (* ad 27, 46, 7.) Broekb. ad Prop. 4. eleg. 10, 24. N. Heins. ad Nason. 2. Met. 788. 3. Faß. 66. 3. ex Ponto ep. 1, 60. et Cel. Burm. ad Nason. 3. Faß. 192.

§. 5. Fabius, *quam arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum, indignum esse, dicere*] Si haec vere scribuntur, qui factum est, ut anno eccocxlv. idem hic Fabius cum eodem hoc P. Decio collega consule non contenderit, atque adeo aegre tulerit, Hetruriam, a se jam in triumpho latam, ad sortem revocari, ubi sors ejus provinciae in Decium cecidit? Mirum vero, Livium ejus prorsus nullam di-

Liv. Tom. V. P. II.

eere causam. Videndum etiam hoc loco, num *conseruisset* legendum, pro *conseruisset*. GLAR. Vet. lib. *seruisset*. SIG. Probe *conseruisset* Pall. duo, editionesque antiquissimae. sec. vero *seruisset*, addito tamen supra *con-* alii *conseruisset*. GEBH. *conserere arborem* utique recte dicitur. Cato de Re rust. 6. *Hoc genus oleae in viginti quinque, aut in triginta pedes conserito*. Palladius de Re rust. mense Apr. Tit. 4. *Locis calidis Aprilimense ziziphum conseremus.* pro quo mense Junio Tit. 5. de eodem dicit *serere*. Et Octobr. Tit. 12. *De palmis cogitet conserendis.* Frustra quoque Glareanus *conseruisset*. V. Cujac. 11. Observ. 39. DUK. *conseruisset* Glareani nullius cod. auctoritate confirmatur. Et sane *consero* hoc sensu perfectum non tantum *conserui*, sed etiam *conserui*, formae, ex participio *desertus* apud Tibull. 1. el. 1, 13. probat Voff. 3. de Annal. 30. eodemque sensu etiam *insertus* dixit Sueton. in Tib. 3. *seruisset* soli exhibent Portug. et Haverk. quod perperam Sigonius ex vet. lib. recepit. Alterum enim non tantum servant reliqui scripti, sed apud optimos scriptores etiam in frequenti usu est. Varro 1. de Re rust. 24. *Agrum oliveto conserundo, nisi qui inventum favonium spectet, et soli ostentus sit, alium bonum nullum esse.* Plin. 14, 3. *Narbonicam vitem vocant, quam nunc tota provincia conserit.* et c. 4.

M

6 saltus Romano bello fecisse. Quid se id aetatis sollicitassent, si alio duce bellum gesturi essent? Nimirum, adversarium se, non socium imperii, legisse, sensim exprobrat: et invidisse Decium concordibus collegiis tribus. Postremo, se tendere nihil ultra, quam ut, si se dignum provincia ducerent, in eam mitterent: in senatus arbitrio se fuisse, et in potestate populi futurum. P. Decius senatus injuriam que-

Qui locus vino optimus dicitur esse, helvinum minusculum conserito. V. quae notarunt Broekhus. ad Prop. 4. el. 4, 3. et viri docti ad Silli 10, 533. Ceterum facilius, pro Fabius, est in contextu Voss. 1. [quoniam proquam Veith.] Tum et sub ea legere alium fructum Haverk. sub alia legere alium fructum Leid. 2. [sub eam Veith.] Hinc indignum exsulat a Gaertn. Tandem diceret Florent. Lovel. 1. 3. et Leid. 1. V. ad 1, 50, 5. [esse se diceret Veith.]

Se aperuisse, Ciminiam silvam, viamque per devios saltus] se apparuisse Gaertn. V. ad 44, 28, 10. Tum Cuminam silvam Leid. 2. V. ad 9, 36, 1. Deinde namque per devios saltus Portug.

§. 6. Quid se id aetatis sollicitassent, si alio duce bellum gesturi essent] Quid si id aetatis sollicitassent Gaertn. Quid se ad id aetatis sollicitassent Hearnii Oxon. C. Quid se ad id sollicitassent Lovel. 2. [Veith.] Vulgatum rectum est, et saepius apud Cic. obcurrit. 1. de Orat. 46. Quoniam id nobis, Antoni, hominibus id aetatis, oneris ab horum adolescentium studiis imponitur. 1. in Verr. 26. Homo, qui et summa gravitate, et jam id aetatis, et parens esset, obstupuit. 2, 14. Ut hominem id

aetatis, minime litigiosum, quam tumultuosissime adorian- tur. et alibi saepius. (* istuc aetatis Terent. Heaut. 1, 1, 58.) Deinde bella gesturi essent Portug. et Hearnii Oxon. B. b. li- sturi essent Haverk. bellum gesturum essent Voss. 2. gesturum bellum essent Lovel. 3. V. ad 6, 3, 8. gesturi bellum essent Leid. 1. et Lovel. 2. ac 4.

Non socium imperii legisse, sensim exprobrat: et invidisse Decium concordibus collegiis tribus] non socium imperium legisse Haverk. socium legisse imperii Lovel. 4. socium imperii legisse se Lovel. 1. Sed ultima vox perperam nata est vel ex ultima syllaba praecedentis, vel primis literis sequentis vocabuli. Eam enim repeti, quum praecesserit, nihil adtinebat. Tum sensim exprobrarat Haverk. exprobrabat Lovel. 2. et Hearnii Oxon. B. Deinde in concordibus collegiis tribus Gaertn. in concordibus collegiis tribus Haverk. concordium collegiis tribus Florent. concordibus collegis tribus Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 4. et Portug. Sed de hoc errore v. infra ad 36, 19, 2. Paulo ante Nimirum, pro Nimirum, est in Gaertn.

§. 7. Quam ut, si se dignum provincia ducerent] Voss. uterque, Rott. Helm. carent τῶς se.

rebatur: quoad potuerint, Patres adnisos, ne plebejis aditus ad magnos honores esset: postquam ipsa 9
virtus pervicerit, ne in ullo genere hominum inhonorata esset, quaeri, quemadmodum irrita sint non suffragia modo populi, sed arbitria etiam fortunae, et in paucorum potestatem vertantur. Omnes ante 10
se consules sortitos provincias esse; nunc extra sortem Fabio senatum provinciam dare. Si honoris ejus 11

J. FR. GRON. quasi ut, si Lov. 2. et 3. Deinde pronomen *se* non adparet etiam in Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et ed. Aleriensi, Rom. anni 1472. et Parm. Id saepius a Livio per ellipsin omissum, et a librariis male additum fuisse, supra dictum est ad 1, 23, 5. Utrum vero hoc etiam in vulgata lectione factum sit, ut dubitem, id efficit, quia ex Flor. et Klock. nihil notatum video. Praeterea dicerent Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad Livii 38, 43, 1. In verbis autem sequentibus fuisse *se* alio ordine Lovel. 3. et postea *in potestate populi se futurum*, addito pronomine, Leid. 1.

§. 8. *P. Decius senatus injuriam querebatur] senatus injuria* Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. et Gaertn. *senatus de injuria* Lovel. 3. *de senatus injuria* Voss. 2. Lovel. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. atque in margine N. Neque aliter se in duobus Pall. reperisse, supra testatus est Gebhardus ad cap. praec. §. 6. Utrumque, *feri injuriam*, et *de injuria*, in usu est. Nihil itaque mutuo, quia pro vulgato stant optimi codd. et Livius ita etiam alibi loquitur. Sic 29, 19, 5. *Si vera forent, quae Locrenses quererentur.* ubi plura vide.

Quoad potuerint, Patres ad-

nisos, ne plebejis aditus ad magnos honores esset] quod potuerint Gaertn. V. ad 6, 38, 13. quoad potuerunt Voss. 2. Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *ne plebis aditus* Voss. 1. (addita tamen nota ultimae literae, qua eam delendam esse indicatur) Leid. 1. Florent. et Portug. *plebi aditus* Leid. 2. Lovel. 1. 2. et Gaertn.

§. 9. *Ipsa virtus pervicerit, ne in ullo genere hominum inhonorata esset] ipsi virtus* Leid. 1. Deinde *ne ullo genere* Lovel. 2. et Gaertn. *ne nullo genere* Haverk. Tum *inorta esset* Lovel. 3. *inhonorata essent* Leid. 2. Ultima vox *esset* deficit in Lovel. 2.

Irrita sint non suffragia modo populi, sed arbitria etiam fortunae] irrita fuerit non suffragio modo populi sed arbitrio Voss. 2. et Lovel. 3. *non in suffragia modo populi* Voss. 1. et Leid. 2. Tum *arbitrio et fortunae* Voss. 2. *arbitria in fortunae* Haverk. *arbitraria in fortunae* Gaertn. Mox *in paucorum potestate vertantur, pro potestatem*, Voss. 1. Lovel. 1. a m. 1. Portug. et Gaertn. [*paucorum postea potestatem vertuntur* Veith.]

§. 10. *Nunc extra sortem Fabio senatum provinciam dare] nunc, id est modo, extra sortem* Lovel. 4. Insuper *provinciam dare senatum* Lov. 3. Sed vossem

caussa: ita eum de se, deque republica meritum esse, ut faveat Q. Fabii gloriae, quae modo non sua
 12 *contumelia splendeat. Cui autem dubium esse, ubi unum bellum sit asperum ac difficile, quum id alteri extra sortem mandetur, quin alter consul pro super-*
 13 *vacaneo atque inutili habeatur? Gloriarum Fabium re-*

senatum omittit Voff. 2. In verbis praecedentibus *esse* deficit in Portug.

§. 11. *Ita eum de se, deque republica meritum esse, ut faveat Q. Fabii gloriae] de seq; republica* Florent. et Voff. 1. Tam ut faveant Harlej. et edd. vett. Paulo ante *Sed honoris ejus causa, pro Si honoris,* Lovel. 2.

§. 12. *Cui autem dubium esse] Cum autem dubium esse* Voff. 2. et Lovel. 4. a m. 1. *Nulli autem dubium esse* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C.

Quum id alteri extra sortem mandetur, quin alter consul pro supervacaneo atque inutili habeatur] cui id alteri Florent. et Leid. 1. *cui ad alteri* Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *ei id alteri* Voff. 2. et Lovel. 3. Tum *extra sortem Fabio senatum provinciam dare mandetur* Hearnii Oxon. C. qui recte monuit, quatuor interpositas voces a librario ex §. 10. huc invectas esse. Ita saepe librarii peccare soliti fuerunt. V. Cl. Jac. Perizon. ad Livii 23, 7, 8. et quae notantur ad Livii 24, 6, 8. Id saepe etiam apud poetas obvenit; verum quum ibi omnia numeris ac metro adfricta sint, alia iterum omittuntur, ne ceteroquin versus laborent. V. Markland. ad Statii 1. silv. 2, 231. et quae olim dixi ad Sillii 13, 224. Deinde *cum alter consul* Leid. 2. *quin alter consulum* Por-

tug. Gaertn. Haverk. et apud Hearnium Oxon. N. quomodo Livius passim loqui solitus fuit; saepe id etiam ipsi eripere librarii conati sunt. V. ad 9, 32, 2. Levior tamen est codicum id praefereantium auctoritas, quam ut eorum fide locutionem illam Livio hoc loco vindicare audeam. V. ad 2, 33, 4. Hinc pro *supervacuo* edd. principes usque ad Aldum, qui pro *supervacaneo* recte reposuit: ita enim servant omnes scripti, nisi quod pro *supervacaneo* sit in Florent. sollemni literarum C et G commutatione, de qua dictum est ad 6, 25, 6. Eadem hac voce etiam Livius utitur infra 23, 39, 1. *Si tu collegae tui similis esses, supervacanea esset oratio mea.* 45, 37, 13. *Supervacaneam defensionem Paulli fuisse.* Praeterea atque *humili habeatur* Haverk.

§. 13. *Gloriarum Fabium rebus in Etruria gestis] in Etruriam gestis* Voff. 2. Lovel. 3. Portug. Gaertn. et Haverk. quod, si plures ac certiores codices adsentirentur, eodem modo dictum esse videri posset, quo *bellum in Italia*; de qua locutione infra v. ad Epit. Liv. 21.

Et forsitan, quem ille obrutum ignem reliquerit] Prima vocula non existat in Lovel. 2. Tam forte legit Lovel. 4. Quomodo et supra variarunt librarii 5, 5, 12. Deinde *quem illum obrutum* &

bus in Etruria gestis. velle et P. Decium gloriari: et forsitan, quem ille obrutum ignem reliquerit, ita ut toties novum ex improviso incendium daret, eum se exstincturum. Postremo se collegae honores prae-¹⁴ miaque concessurum verecundia aetatis ejus majestatisque; quum periculum, quum dimicatio propo-

gne reliquerit Haverk. quem ille obrutum ignem reliquerit Gaert, ner. quem obrutum ille ignem reliquerit Lovel. 3.

Ut toties novum ex improviso incendium daret, eum se exstincturum) toties hōi, id est homini, Haverk. qui etiam eum se extructurum praefert. Error ortus est ex similitudine ductuum literarum in et ru. Similiter variatum est supra 8, 14, 19. V. etiam N. Heinsium ad Ovid. 2. Fast. 534.

§. 14. Se collegae honores praemiaque concessurum verecundia aetatis ejus] Sensus formatus in re gravi, ut in joco apud Plautum Trinum. 2, 4.

Decedam ego illi de via, de semita,

De honore populi: verum, quod adventrem adinet, Non hercle hoc longe, nisi me pugnis vicerit.

Est autem exaudiendum concedere honores, ut sit, pati se vinci in petendis honoribus: ut alibi concessa victoria, concessum mare. V. ad 33, [19, 1.] J. FR. GRON. Quum aberrantes operae in ed. Gronov. anni 1665. didissent verecundiae, quae lectio vix commodum sensum efficiebat, eum tamen errorem Doujatius deprehendere non potuit, sed eodem etiam principem juventutis Francicae imbut. Ceterum verecundia et aetatis ejus majestatisque unus Lovel. 4.

quomodo Livium saepe loquutum fuisse, supra vidimus ad 5, 49, 1.

Quum periculum, quum dimicatio proposita sit] Posterius quum deficit in Pall. duobus. at sec. cum in periculum dimicatio proposita sit. GERH. Posteriori quum deficientur tres Pall. duo Voss. Rott. Helm. Et sic mavult saepe Livius per asyndeton. Fortassis etiam, quum periculum, dimicatio proposita sint. Sic c. 28, 16. Coelestiam, infernorum iras. Sic enim MSS. vel infernorum, non infernorumque. J. FR. GRON. Vulgata scriptura tamen defendi potest o Livii 5, 36, 4. Quum magnitudinem, quum formas hominum inusitatas cernerent. DUH. cum in periculo dimicatio] Haverk. cum impericulum dimicatio Gaertn. cum in periculo dimicatio Portug. et Oxon. N. ac B. apud Hearnium, qui testatus est, se invenisse cum in periculo dimicatio in Oxon. C. cum periculo dimicatio in L. 1. [periculum dimicatis Veith.] quum periculum, dimicatio, quod Gronovius probavit, neque tantum hoc loco, sed etiam supra ad 6, 41, 2. praeter codices, quos memoravit, praefertur etiam Leid. ambo, et Lovel. 1. 2. 3. 4. De similibus locutionibus asyndetis v. ad 4, 3, 12. Ex Harlej. et Klock. nihil notatur, ut vulgatum servasse videantur. Et eo ducunt etiam vestigia Florent. qui quum periculum tum dimicatio servat. Neque id, quod

sita sit, neque cedere sua sponte, neque cessurum.
 15 *et, si nihil aliud ex eo certamine tulerit, illud certe*
laturum, ut, quod populi sit, populus jubeat potius,
 16 *quam Patres gratificentur. Jovem optimum maxi-*
imum Deosque immortales se precari, ut ita sortem
aequam sibi cum collega dent, si eandem virtutem
 17 *felicitemque in bello administrando daturi sint. cer-*
te id et natura aequum, et exemplo utile esse, et
ad famam populi Romani pertinere, eos consules es-
se, quorum utrobet duce bellum Etruscum geri re-
 18 *cte possit. Fabius, nihil aliud precatus populum,*

nunc vulgo existat, a stilo Livii alienum est. V. quae dicta sunt ad 5, 35, 4. Nihil itaque temere mutandum puto. Deinde *sit proposita* Lovel. 3. 4. Mox in verbis sequentibus *nec cessurum* edd. principes. V. ad 9, 9, 14. Ejus loco *neque* primus substituit Aldus, quod servant omnes scripti.

§. 15. *Ut, quod populi sit, populus jubeat potius, quam Patres gratificentur*] Sic locutus est Paedianus in oratione pro Corn. Promulgavit legem, ne quis nisi per populum legibus solveretur, eamque tulit invitis optimatibus, qui vel paucis gratificari solebant. Sic enim legendum est, non paucos, ut vulgo legitur: nam ante praecessit: *Eaque ipsa senatusconsulta per pauculos admodum fiebant.* SIG. [potius omittit Veith.]

§. 16. *Si eandem virtutem felicitatemque in bello administrando daturi sint*] sicut eandem virtutem felicitatemque in bello daturi sunt Lovel. 4. Paulo ante *Jovem optimum maximumque* Voss. 2. Tum sibi deservit in Harlej.

§. 17. *Certe id et natura aequum, et exemplo utile esse*] *certe et id natura aequum* Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Klock. Gaertn. Haverk. et omnes, quas vidi, edd. usque ad Froben. anni 1531. qui ordinem inmutavit. Tum *et expresse utile esse* Portug.

Et ad famam populi Romani pertinere] *ad famam populi id pertinere* Portug. *ad famam populi Romani id pertinere* Haverk. Mox *duce* non adparet in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Deinde *recte geri possit* alio ordine Leid. 2. a m. 1.

§. 18. *Precatus populum*] Voss. *populum Romanum.* alter pm R. Rott. *precatus p. f. J. FR. GRON.* Vox *populum* exulat a Leid. 2. et Lovel. 1. Contra *precatus populum* Ro. est in Haverk. et Gaertn. *precatus populum* Ro. inde Lovel. 4. *precatus populum Romanum* Lovel. 2. 3. et Portug. *precatus pfm*, id est p. Rm, sive *populum Romanum*, Leid. 1. Vox *Romanum* tamen, quam ignorat optimus Flor. commode etiam abesse potest.

quam ut prius, quam intro vocarentur ad suffragium tribus, Ap. Claudii praetoris adlatas ex Etruria literas audirent, comitio abijt. nec minore populi consensu, quam senatus, provincia Etruria extra sortem Fabio decreta est.

XXV. Concursus inde ad consulem factus omnium ferme juniorum: et pro se quisque nomina dabant. tanta cupido erat sub eo duce stipendia faciendi. Qua circumfusus turba, *Quatuor millia*, inquit, *peditum et sexcentos equites dumtaxat scribere in animo est: hodierno et crastino die qui nomina*

Prius, quam intro vocarentur ad suffragium tribus] vocaretur ad suffragium tribus Harlej. vocaverunt a suffragium tribus Voss. 2. a. m. 1. Ultima vox non adparet in Leid. 1. Mox literas allatas ex Etruria alio ordine Lovel. 4.

Comitio abijt] comitio habuit Leid. 1. et Gaertn. comitia habuit Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Haverk. Exc. Pithoei, Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. Rom. anni 1472. Parm. atque Aldina in contextu, quae inter errata alteram lectionem revocavit. adeo pertinaciter in lectionem aperte vitiosam libri conspirant. Causa erroris existit, quod pro abijt perperam addita aspiratione primo scriptum fuerit habit, mox habuit; unde consequens erat comitio mutandum esse in comitia.

Nec minore populi consensu provincia Etruria] nec in minore Voss. 2. et Lovel. 3. nec minori Portug. Deinde provincia Etruriae Lovel. 2. et edd. quaedam vetustiores. Male. V. quae notantur ad 5, 12, 6.

§. 1. Concursus inde ad consulem factus omnium ferme juniorum] Concursus deinde Lovel. 4. V. ad 36, 24, 10. Tum ad consules Voss. 2. Lovel. 4. Harlej. [Veith.] et edd. vetj. V. ad 10, 10, 2. Deinde omnium fere juniorum Lovel. 2. 4. V. ad 37, 38, 5. omnium ferme majorum Gaertn. Media vox deerat in Leid. 2. et Lovel. 1.

Pro se quisque nomina dabant. tanta cupido erat] per se quisque Gaertn. Male. V. ad 4, 33, 4. Deinde tanta erat cupido Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 2. Qua circumfusus turba, Quatuor millia, inquit, peditum] Qui circumfusus turba Lovel. 2. 3. et Voss. 2. [Veith.] Quae circumfusus turba Leid. 1. Quam circumfusus turba Lovel. 4. Tum quatuor, inquit, peditum, voce millia omissa, Leid. ambo, et Lovel. 1. 2. ac 3. inquit, quatuor, peditum Lovel. 1. quatuor, inquit, millia peditum Portug. Gaertn. et Haverk.

Hodierno et crastino die qui nomina dederitis, mecum ducam] Vet. lib. dederint. SIG.

3 *dederitis, mecum ducam. majori mihi curae est, ut omnes locupletes reducam, quam ut multis rem geram militibus.* Profectus apto exercitu, et eo plus fiduciae ac spei gerente, quod non desiderata multitudo erat, ad oppidum Aharnam, unde haud procul hostes erant, ad castra Appii praetoris pergit. 5 paucis citra millibus lignatores ei cum praesidio

Lego et diecrastini. V. Gellium 10, 24. KLOCK. Emendationem Klockii major verisimilitudinis species commendaret, si in Livio alio ordine die crastino ederetur. Nunc vero quum in omnibus excusis constanter existet *crastino die*, et scripti nihil variant, vulgatum praefendum videtur. *dederint* vero, quod Sigonius etiam in contextum admisit, apud me non superest, nisi in Portug. et Gaertn. Omnes vero Hearnii codd. et reliqui mei recte servant *dederitis*, nisi quod, literis *ri* in *n* coalescentibus, *deditis* sit in Lovel. 3. V. ad 3, 30, 3. Lectionem Sigonii damnat etiam Gronov. infra ad 23, 15, 4. et ad 40, 26, 8.

§. 3. *Majori mihi curae est, ut omnes locupletes reducam*] *maiore mihi curae* Gaertn. *major mihi cura est* Klock. Sed vulgatum praestat. (* 34, 31; 5. ubi similiter peccatur) Cic. 10. ad fam. ep. 1. *Mihi maximae curae est, non de mea quidem vita; sed me patria sollicitat.* 1. ad Attic. ep. 1. *Petitionis nostrae, quam tibi summae curae esse scio, hujusmodi ratio est.* Post redit. ad Quir. 9. *Mihi majori curae est, quemadmodum vobis gratiam referam.* Ita esse praedae Livius supra dixit 3, 29, 2. ubi plura vide. Tum vocula ut omittitur in Haverk. In sequentibus verbis *res geram* praefert Florent.

§. 4. *Profectus apto exercitu, et eo plus fiduciae ac spei gerente] apto exercitu*, id est *aperto*, Leid. 2. V. ad 31, 22, 8. *appio exercitu* Lovel. 3. et 4. *Tum plus spei ac fiduciae* Lovel. 4. *Deinde gerens* Lovel. 2. et Harlej. In verbis sequentibus *quod desiderata multitudo non erat*, transpositis vocibus, Portug. et Haverk.

Ad oppidum Aharnam, unde haud procul hostes erant] Vel corruptum est hoc nomen, vel deletum oppidum, ut postea nemo ejus meminerit, ut sunt pleraque alia. GLAR. Vet. lib. *Adharnaham*. SIG. Pall. duo *Abaranam*. sec. *Adharnaham*. GEBH. *Adharnaham*, quod Sigonius probavit, et in contextum recepit, in nullo apud me codice superest. Quidam tamen eorum prope accedunt. Nam *Adarnahan* est in Portug. *Adharnaham* in Haverk. *Adarnaban* in Gaertn. *Abaranam* in Lov. 3. *Abaranam* in Lovel. 4. *Haarnam* in Leid. 2. et Lovel. 1. *Ahaarnam* in Voss. 1. Reliqui nihil mutant. Cluverius in Ital. ant. 2, 7. p. 626. censet, illud oppidum esse, quod ab aliis vocatur *Arna*. Id si verum est, nihil muto, et puto *Aharnam* ab aliis *Arnam*, in Mitis *Haarnam* vocari, quemadmodum Sulpiciorum cognomen *Ahala* modo *Haala*, modo *Ala* in Mitis scribitur. V. ad Epit. Liv. 4. *ari*, id

obcurrunt: qui, ut lictores praegredi viderunt, Fabiumque esse consulem accepere, laeti atque alacres Diis populoque Romano grates agunt, quod eum sibi imperatorem misissent. Circumfusi deinde 6
 quum consulem salutarent, quaerit Fabius, quo pergerent; respondentibusque, lignatum se ire, *ain' tandem*, inquit, *num castra vallata non habe-*

et nostri, pro unde, est in Lovel. 2. Sed vox illa deficit in Harlej. et edd. priacis.

§. 5. *Paucis citra millibus lictatores ei cum praesidio obcurrunt] paucis circa militibus* Voss. amho, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 23, 41, 10. *paucis circa militibus* Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. et Haverk. Passim librarios etiam *circa et citra* in Mâis confudisse, infra videbimus ad 21, 48, 6. Tum *ei* deficit in Portug. *cujus loco et exhibet* Gaertn. Deinde *obcurrerunt cum praesidio* Lovel. 4. V. supra hoc lib. c. 12, 4.

Ut lictores praegredi viderunt] progrederunt Voss. 2. *progreedi viderunt* Lovel. 2. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac C. V. ad 9, 10, 7. Mox *to esse* non adparet in Portug. Gaertner. et Haverk. [Veith.]

Laeti atque alacres Diis populoque Romano grates agunt] laeti ac alacres Portug. et Haverk. Male. V. ad hujus libri c. 36, 17. Deinde *gratias agunt*, Gaertn. et ita exhibuerunt edd. Mediol. anni 1480. eamque secutae omnes usque ad Gronov. qui anno 1665. *grates* substituit, quomodo reliqui mei exhibent. Neque aliter in suis Hearne invenisse videtur, quia, Sigonium *gratias* edidisse referens, nullius

Oxonienis consensum laudat. Passim *et grates* librarios *gratias* substituisse, infra videbimus ad 23, 12, 7. Mox *imperatorem imisissent*, id est *inmisissent*, Haverk.

§. 6. *Ain' tandem, inquit, num castra vallata non habetis]* Pall. duo MSS. prim. ac tert. *diu tandem*. Campani ed. *quo tandem, inquit: numquid?* Pal. sec. *quid an tandem, inquit. Num castra, num vallum non habetis?* GEBH. *an tandem, inquit* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. cum quibusdam ex edd. vett. et Exc. Pithoei. *diu tandem, inquit* Voss. 2. et Lovel. 3. *dic tandem, inquit* Lovel. 2. *aut intandem, inquit* Klock. *et tandem, inquit* Gaertn. *ac tandem, inquit* Haverk. *quit tandem, inquit* Portug. et Oxon. C. apud Hearnium; *qui quo tandem, inquit* invenit in L. 2. *an tandem, inquit; dic tandem, inquit*, et *quo tandem, inquit* in N. ejusque margine. Prima autem vocula abest a Lovel. 4. Patet, librarios non intellexisse formulam loquendi *Ain' tandem*, quam illustrat Manut. ad Cic. 9. ad famil. ep. 21. Deinde *num castra, num vallum non habetis* Portug. Gaertn. et Haverk. quomodo se etiam in Vet. lib. invenisse Sigonius in prima Scholiorum editione monuit. *num castra vallata, num vallum non habetis* Hearnii Oxon.

7 *tis?* Ad hoc quum subclamatum esset; *duplici quidem vallo, et fossa, et tamen in ingenti metu esse: habetis igitur, inquit, adfatim lignorum. redite, et*
 8 *vellite vallum.* Redeunt in castra, terroremque ibi, vellentes vallum, et iis, qui in castris remanserant,
 9 militibus, et ipsi Appio fecerunt. Tum pro se quisque alii aliis dicere, *consulis se Q. Fabii facere jus-*

B. duplici lectione juncta. V. ad 3, 44, 4.

§. 7. *Duplici quidem vallo, et fossa, et tamen in ingenti metu esse*] Exhibent Pall. omnes et *tamen ingenti metu esse.* GEBH. Et ita exhibent Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. cum ed. Alriensi prima. Id autem dictum videri posset ad exemplum aliarum similium locutionum, ut *esse ingenti gloria*, de qua v. Gronov. ad 2, 22, 6. et *quo statu sunt res*, de qua v. ad 3, 68, 3. Quum tamen optimi Leid. 1. et Klock. ut et Harlej. vulgatum servent, eoque ducant vestigia lectionis licet corruptae Florent. *et fossatam enim ingenti metum esse*, praestare puto, ut credamus, praepositionem in interceptam esse a syllaba prima vocis sequentis. V. supra ad 5, 47, 1. Locutionem ipsam inlustramus ad 37, 28, 6. Praeterea *et vallo et fossa* Leid. 2. Paulo ante *Ad haec quum subclamatum esset* Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. Klock. et Haverk.

Habetis igitur, inquit, adfatim lignorum. redite, et vellite vallum] *Habetis ergo* Haverk. V. ad 21, 40, 6. Sequens inquit a Lovel. 4. exultat. Et solet etiam hoc vel simile verbum omitti. V. ad 23, 45, 6. Tantam tamen

auctoritatem uni codici concedere, ut ejus solius fide a reliquis omnibus servatam vocem expungamus, mali exempli esse puto. Quare nihil muto. Tum *reddite* Portug. Eodem errore *reditus* et *redditus* commutantur supra 8, 1, 3. Deinde *et avellite vallum* Lovel. 2. Male. De locutione *vellere vallum* v. ad 2, 25, 3.

§. 8. *Et iis, qui in castris remanserunt, militibus, et ipsi Appio fecerunt*] *in castris erant* Lovel. 4. *in castris manserant* Haverk. et, ut Gebhardus infra docet hoc cap. §. 17. *Palat. sec. in castris remanserant* Florent. Leid. ambo, Lovel. 1. 3. Klock. Hearnii Oxon. B. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri, quorum fide id revocavi. Septem priores voces negligentia librarii omittuntur in Lovel. 2. Deinde *fecere* Lovel. 4. In verbis praecedentibus illi *vellentes*, pro *ibi*, Lovel. 3. et Voss. 2.

§. 9. *Consulis se Q. Fabii facere jussu*] Pall. pr. et tert. *consulem sequi Fabii facete jussu.* GEBH. Idem monstrum lectionis inveni etiam in Voss. 2. et Lovel. 3.

Postero inde die castra mota, et Appius praetor Romam dimissus] *Postero die inde castra mota* Lovel. 2. *Postremo inde die castra mota* Voss. 2. V. ad

su. Postero inde die castra mota, et Appius praetor Romam dimissus. inde nusquam stativa Romanis fuere. negabat utile esse, uno loco sedere exercitum: itineribus ac mutatione locorum nobiliorem ac salubriorem esse. fiebant autem itinera, quanta fieri sinebat hiems haudum exacta. Vere inde primo, relicta secunda legione ad Clusium, quod

9,7, 11. *Postremo inde die crastina mota Gaertn. Tum Appius populo Ro. dimissus Lovel. 4. missus Lovel. 2.*

ad hujus libri c. 20, 8. Hic tamen in vulgatam lectionem omnes libri, scripti et editi, conspirant.

§. 10. *Itineribus ac mutatione locorum nobiliorem ac salubriorem esse] Lego mobiliorem.* KLOCK. Conjectura Clerici in Art. Crit. part. 3. sect. 1, 4, 4. *mobilior* speciem habet. Nam qui diu in iisdem stativis sedent, sarcinas omnes et impedimenta explicare solent; quibus colligendis deinde, itinere denunciato, plusculum temporis opus est: at qui se non diu eodem loco mansuros sciunt, vel putant, non nisi omnino necessaria ad usum expediunt; quibus, quum iter faciendum est, nullo negotio collectis, ipsi facilius movere se possunt. Tamen propter consensum librorum retineo *nobilior*, id est, ut puto, strenuiores, laborum tolerantiores, sive minus desidem, minus ignavum, ut solet, quum diu uno loco sedet, otio corrumpi miles: quem duces disciplinae militaris studiosi ob eam causam in stativis ad laborem adigebant. Adde Gronovium ad c. 20, 8. DUK. *nobilior* neque Doujatio ad rem facere videbatur: ideoque diu ante Clericum non inlibenter *mobilior* legebat, id est, magis expeditum, et ad bella promtior. *Nobilis* et *Mobilis* saepe in *Misq* commutari, vidimus

*Fiebant autem itinera, quanta fieri sinebat hiems haudum exacta] Omnia haec verba desunt in Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. quae fieri exhibent Leid. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] q̄ fieri Lovel. 1. et Gaertner. quando fieri edd. Rom. anni 1472. ac Parm. itinera majora, quam fieri sinebat hiems Klock. Librariis displicuisse videtur vox quanta, quia non praecedebat *zò tanta*; quod tamen aliquando omitti solere, supra vidimus ad 2, 10, 12.*

§. 11. *Relicta secunda legione ad Clusium, quod Camarsolim adpellabant] Clusium vetus intelligit, quod a Roma distare ait Polybius 2, [25.] itinere trium dierum. Johannes Annius Viterbiensis super Catonis nescio quo fragmento, Camarsol vocatum ait hoc Clusium. Verum quod ad hunc attinet locum, secunda legio Clusii relicta refertur. ubi autem exercitum alium Fabius reliquerit, neque hoc loco, nec in sequentibus Livius explicat. Castrorum meminit, sed illa ab secunda legione nescio ut discriminet. Nec id satis constat, num Scipio legionis dux cum ea interierit, quippe cujus*

Camars olim adpellabant, praepositoque castris L. Scipione pro praetore, Romam ipse ad consultandum de bello rediit: sive ipse sponte sua, quia bellum ei majus in conspectu erat, quam quantum esse famae crediderat; sive senatusconsulto adcitus. nam in utrumque auctores sunt. Ab Ap. Claudio

in posterioribus adhuc videtur mentio. Denique antea [c. 18, 3.] legio secunda cum tertia in Samnium mittitur cum Volumnio consule, hic vero posteriore anno ad Clusium caeditur. Paulo post autem [c. 27, 11.] in acierum ordinatione adversus Gallos ac Samnites ipsa aberat, videlicet eum quarta legione missa in Samnium. GLAR. Hinc Polybius 2. [19.] *Καὶ Σαννίται καὶ Γαλάται παρετάξαντο Ρώμαιοις ἐν τῇ Καμορτίων Χώρα.* Quos Polybius *Camartinos* vocat, eos *Clusinos* esse intelligendum est. SIG. *Camars olim adpellabant* Voss. 1. a m. 1. Klock. et Exc. Pithoei. *Camarsolim adpellabant* Leid. 1. Lovel. 4. et primae edd. *Camarsolim adpellabant* Port. *Camarsolim adpellabant* Gaertn. *Camarsolum adpellabant* Hearnii Oxon. L. 1. *Camarsolim adpellabant* Leid. 2. et Lovel. 1. *Camarsolim adpellabant* Lovel. 2. *Camars olim adpellabant* primum ediderunt Moguntini. Ceterum, depravata Livii scriptura deceptum insignem inoporem Annum Viterbiensem *Camarsolum* nobis dedisse, observat Cluver. 2. Ital. ant. 3. p. 565. Ejus verba sunt in Pseudo-Antonini Itiner. *Clusio veteri, olim Camarsolo, Clusio novo.* Quibus laudatis Harduinus ad Plinii 1. 3. Emendatione 36. subjicit haec Livii verba, sed ea ita profert, quasi suo tempore etiam *Camarsolum* vulgo editum invenisset; quem eo nomine con-

futavit Cl. Wesseling. ad Anton. Itin. p. 533. Idem etiam Cluver. eo loco p. 567. *Camars*, quam *Camars*, hic legere malebat, quum propter Umbrorum *Camertium* nomen, tum propter Polybii auctoritatem, qui *Καμορτίων*, non *Καμαρτίων*, ut Sigonius laudat, *Χώραν* memoravit. Quod autem etiam addat, in aliis Livii exemplaribus rectius legi *Camars*, fateor me ignorare, quia videre potuerit. Certe ea lectio mihi obvia fuit in sola ed. Gronov. anni 1665. quae demum diu post mortem Cluverii prodiiit. Insuper difficultas, quam occasione *secundae legionis* movet Glareanus, alicujus momenti esse videtur. Ei non nihil medebitur lectio Lovel. 2. *relicta prima legione.* Verum, hac lectione recepta, ubi reliquum exercitum castra habuisse, quibus L. Scipionem praeposuit, dicemus? Videant igitur scutiores. Praeterea ad *Clusinum* habet Hearnii Oxon. L. 2. Paulo ante autem *vere* aberat a Lovel. 4.

Praepositoque castris L. Scipione pro praetore, Romam ipse; Non displicet, quod ex uno suo et ex Sigonio adnotat Hearnius, pro praetore, id est, quem legatum forsitan, ut supra c. 14, 14. Romam proficiscens Fabius interim pro praetore castris praefesse jusserat. Nam praetor prioris anno fuerat P. Sempronius c. 21, 4. Ita infra c. 29, 3. ex vera emendatione Gronovii, *Pontifer*

praetore retractum quidam videri volunt; quum in senatu et apud populum (id quod per literas assidue fecerat) terrorem belli Etrusci auget: non subfecturum ducem unum, nec exercitum unum, adversus quatuor populos. Periculosum esse, sive 14 juncti unum premant, sive id diversi gerant bellum,

Livius, cui lictores Decius tradiderat, jusserratque pro praetore esse. Sallustius Jug. 37. Albinus, Aulo fratre (non quaestore, ut Manutius, sed legato ibid. c. 38.) in castris pro praetore relicto, Romam decessit. Et, Aulus, quem pro praetore in castris relictum diximus. Ita ibi recte Ursinus pro vulgato praetorem. Videntur autem imperatores hoc vel lege, vel more usurpasse; quemadmodum praesides provinciarum, ante adventum successoris de provinciis decedentes, legatos vel quaestores suos, qui iis interim pro praetoribus praesent, relinquebant. DUK. L. Scipione praetore Hearnii Oxon. C. L. Scipione pro praetore, divisio vocibus, edidit Sigonius. Et ita in quibusdam editionibus superesse vidi. V. ad cap. seq. §. 12. L. Scipione prope habet Gaertn. Tum ipse Romam idem Gaertn. Mox autem vocem bello non agnoscit Harlej.

§. 12. *Sive ipse sponte sua, quia bellum ei majus in conspectu erat] sive ipso suo quia bellum Voss. 2. sine ipse suo quia bellum Lovel. 3. sive ipse sua sponte Lovel. 4. Tum quia bellum et majus Voss. ambo, Leid. ambo, et Lovel. 1. 2. ac 3. V. ad 41, 15, 6. quia bellum majus Portug. Haverk. et Hearnii Oxoniens. L. 2. et B. quod bellum majus Lovel. 4. quia bellum magis in conspectu erat Gaertner. solita scribarum aberratione. V. ad 26,*

41, 16. Mox alio ordine quam esse quantum Lovel. 3. et Voss. 2. Praeterea in utroque auctores sunt Lovel. 2. 3. 4. et Voss. 2. in utrimque auctores sunt Leid. 2.

§. 13. *Ab Ap. Claudio praetore retractum quidam videri volunt] Ab Ap. Claudio retractum praetore Voss. 1. Portug. a m. 1. et Haverk. Ab Ap. Claudio retractum praetorem Gaertn. Ab Ap. Claudio retractum praetorem Leid. 2. et Lovel. 1. eodem errore, quo attractatum, pro attractum, supra habuimus ad 6, 6, 7. Tum quidam deficit in Haverk. ejus loco quidem praefert Gaertn. V. ad 39, 17, 5. Mox in senatum Harlej. Gaertn. Haverk. et edd. ante Moguntinam. Praeterea perfecerat, pro fecerat, Voss. 2. et Lovel. 3. Tandem terrorem belli Etrusci auget iisdem duo codd. terrorem belli Etruscis auget Voss. 1. et Lovel. 1. a m. . . augerent Gaertn.*

Non subfecturum ducem unum, nec exercitum unum] Prima vocula exsulat a Voss. 2. et Lovel. 3. tres voces posteriores a solo Lovel. 3. ultima ab Hearnii Oxon. L. 1.

§. 14. *Periculosum esse, sive juncti unum premant, sive id diversi gerant bellum] Forte periculum esse. Supra [c. 7, 5.] Id esse periculum, ne suas preces minus audirent Dii. 40, [1, 3.] Apuanos ad rebellionem spectare, periculumque esse, ne im-*

15 *ne ad omnia simul obire unus non possit. Duas sibi legiones Romanas reliquisse: et minus quinquem millia peditum equitumque cum Fabio venisse. sibi placere, P. Decium consulem primo quoque tempore in Etruriam ad collegam proficisci: L. Volumnium*
 16 *Samnium provinciam dari. Si consul malit in*

petum in agrum Pisanum facerent. J. GR. GRON. Ita et 45, 23, 19. *Id enim vero periculum erat, ne Romanos Rhodii contemnerent.* Et sane, quemadmodum Gronovius conjecit, praeferunt Leid. 2. et Lovel. 1. Neque multum abit Flor. qui a m. 1. *periculosus esse*, ab altera *periculo esse* exhibet. *periculum esse* etiam vir doctus ad marginem ed. Curionis legendum suspicatus est. Deinde *sive diversi*, omisso pronomine medio, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. et editi ante Aldum. Forte interceptum est *to id* a primis literis vocis sequentis. *sive adversi bellum gerant* Haverk. Male. V. infra hoc libro c. 33, 10. *Adversus et Diversus* etiam alibi in MS. commutantur. V. ad 22, 7, 2.

Ne ad omnia simul adire et obire unus non possit] *Vetus scriptum ne ad omnia simul obire unus non possit.* GELEN. MS. *ne ad omnia subire unus non possit.* Lego *Nae omnia simul adire et obire unum non posse.* KLOCK. Quemadmodum Gelenius emendavit, jam anteq. in contextu ediderat Aldus; sed, mutata sententia, priorem lectionem inter errata revocavit. Doujatius autem monet, *adire ad aliquid* non raro dici; sed *obire ad aliquid* haud facile inveniri. Cl. etiam Ant. Perizonius ad marginem Livii abjecta praepositione scribendum conjecit *ne omnia simul obire.* Et sane praepositio abesse poterat, quemad-

modum docent exempla supra laudata ad 5, 52, 3. Et ita 26, 51, 7. *Dux cuncta pari cura obibat* In omnibus tamen superest codicibus nisi quod lectionem, quae vulgata ante Gelenium exstabat, praeferat Harlej. *abire* Portug. et vossulam non omittat Lov. 2. Klockii conjecturam neminem probaturum credo. Nimum enim a codicum tantum non omnium scriptura recedit. — Lectionem Gelenii, tot codicum nostrorum consensu firmatam, servavi. *Nae obire ad aliquid*, licet haud facile, attamen invenitur etiam apud Liv. 31, 21, 9. *Cum quibus circumspicere et obire ad omnes hostium subitos conatus posset.* —

§. 15. *Et minus quinquem millia peditum equitumque cum Fabio venisse*] *Vet. lib. equitumque mille cum Fabio.* Recte minor enim numerus equitum debet esse quam peditum. SIG. *equitum cum Fabio* omnes nostri. Sigonianus, *equitumque mille cum Fabio.* Recte, inquit ille; minor enim numerus equitum debet esse, quam peditum. Quasi diceretur istic, quinque millia equitum, et quinque millia peditum venisse. Immo non recte. Minus quinque millia pedites simul equitesque erant universi, quippe quatuor millia peditum, equites sexcenti. J. FR. GRON. Sigoniano codici ex meis consentiunt Portug. Gaertn. et Haverk. ex Hearnii Oxoniensibus unus B. Sed recte hanc scripturam rejecit Gronov. ex initio hujus ca-

suam provinciam ire, *Volumnium in Etruriam ad consulem cum exercitu justo consulari proficisci.*

Quum magnam partem moveret oratio praetoris, 17
P. Decium censuisse ferunt, ut omnia integra
ac libera Q. Fabio servarentur, donec vel ipse,
si per commodum reipublicae posset, Romam ve-

pitis docens, Fabium dumtaxat quatuor millia peditum, sexcentos equites scripsisse, adeoque pedites equitesque simul connumeratos minus quinque millia militum effecisse. Sed *equitumque, qui cum Fabio venissent* legunt Voss. ambo, Leid. ambo, et Lovel. 1. Quae lectio requirit, ut ad praecedentia ex superioribus repetamus *ibi reliquisse*. Quamvis autem Appius demum postero die Romam dimissus sit, postquam hi equites peditesque cum Fabio advenissent, vix tamen est, ut Appius dicere possit, se eos reliquisse, quemadmodum reliquerat duas legiones, quibus priori anno praefuerat. Vulgatum itaque servo. Praeterca vox *millia exsulat a Florent.* Leid. 1. et Lovel. 3. ac 4. sed *quinque millibus peditum* praeferunt Leid. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Utroque modo Livius loqui solitus est: in primis tamen id, quod vulgo obtinet, ei in deliciis fuit. V. ad 41, 13, 8. Id vero quum exquisitius et indoctis librariis minus notum fuerit, propterea etiam merito alteri praefertur. Vox *millia* per notas scripta fuerat, unde scribae eam illo, quod magis usitatum erat, reddiderunt. V. infra ad 25, 9, 16. Mox et *sibi placere* Voss. 2. et Lovel. 2. [Veith.] Deinde *Samnii provinciam* Gaertn. Male. V. ad cap. praec. §. ult.

§. 16. Si consul malit in suam provinciam ire, *Volumnium in*

Etruriam] *Tò malit exsulat a Gaertn.* Ejus loco *mallit* est in Portug. Deinde *L. Volumnium* legunt Florent. Harlej. et, exceptis Rom. anni 1472. ac Parm. omnes edd. usque ad Froben. qui anno 1535. praenomen omisit; quod, quum paulo ante praecesserit, hic iterum addi nihil adtinebat. [consulari omittit Veith.]

§. 17. *Ut omnia integra ac libera Q. Fabio servarentur*] Pall. pr. et tert. *reservarentur.* Contra superius Pal. sec. hoc cap. *qui in castris manserant.* GEBH. Th. et duo Pall. *reservarentur.* Cic. 11. ad fam. ep. 21. *Disturbavi rem, totamque vobis integram reservavi.* J. FR. GRON. Eodem modo Gronovius emendat, quod est 25, 6, 14. *Reipublicae nos servassemus.* et Jac. Gronovius in Ciceronis 2. de Offic. 21. ex auctoritate plurium, ut ait, MSS. *Utinam ad illa tempora fortuna me reservasset.* pro vulgato *servasset.* In his et bonitatis et numeri MSS. ratio haberi potest: nam alioqui nullum aliud *κρησιον* habeo, quo dignoscam, cur et quando in hoc genere loquendi *servare* deterius sit, quam *reservare.* Livius infra e. 28, 5. *In id tempus igitur, quo vinci solebat hostis, quam integerrimas vires militi servabat.* Cicero 3. ad fam. ep. 11. *Augurales libros in commune utriusque nostrum otium serva.* Virgil. 1. Aen. 207.

Durate et rebus vosmet servate secundis.

18 nisset, vel aliquem ex legatis misisset; a quo disceret senatus, quantum in Etruria belli esset, quantisque administrandum copiis, et quot per duces esset.

1 XXVI. Fabius, ut Romam rediit, et in senatu et productus ad populum mediam orationem habuit, ut

Plinius 7. ep. 6. *Consules, ut Polyaeus postulabat, omnia integra Principi servarunt.* Cicero eodem loco utroque sine discrimine utitur pro Plancio c. 5. *Sin, quod magis intelligo, temporibus te aliis reservasti, ego quoque et respublica ad ea te tempora revocavi, ad quas tu te servaras.* DUK. reservarentur Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. C. Utrumque et servarentur et reservarentur recte dici potest. Quum tamen major codicum numerus, et insuper plerique optimae notae, stent pro vulgato, causa non est, cur id mutemus; praesertim quum Livius eo sensu *servare* saepius dixerit. Ita 2, 11, 4. *In parvis rebus negligens ultor, gravem se ad majora vindicem servabat.* 3, 40, 8. *Quum ex consularibus ad ultimum dicendi locum consulto servatus esset.* 39, 4, 4. *Ita sibi mandasse, ut ea disceptatio integra in adventum suum servaretur.* Et Quintil. 8, 5. in fine. *Gravior videbatur locus, et majori operi servandus.* ubi etiam quidam codd. *reservandus.* Curtius 9, 6. *Temet ipsum ad ea serva pericula, quae magnitudinem tuam capiunt.* Similiter etiam variant codd. supra 7, 7, 5. *Praeterea integra liberaque Fabio* Lovel. 3. 4. et Voff. 2. *Mox donec ut ipse, pro vel ipse,* Harlej. V. ad 36, 41, 2. eadem lectio super-

est in quibusdam vett. edd. in aliis existat *donec et ipse.* [mittet ret pro misisset Veith.]

§. 18. *Quantisque administrandum copiis, et quot per duces esset] quantis administrandum copiis et quot duces esse* Lovel. 2. *quantisque administrandi copiis, et quot ducibus esse* Gaertn. [et quot duces essen Veith.] et per quot duces esse Harlej. ac primae edd. usque ad Ald. et quot per duces substituentem. V. ad 2, 19, 8. Omnia autem haec verba desunt in Leid. 1. cui errori ansam neglegenti librario dedit repetitio verbi *esset.* V. ad 9, 11, 11. Paulo antequam *quantum belli in Etruria esse* alio ordine Lovel. 2.

§. 1. *Fabius, ut Romam rediit et in senatu et productus ad populum mediam orationem habuit]* Pall. duo codd. MSS. *Fabius ut Romam rediit, et in senatum est productus, ad populum mediam orationem habuit tertius ad populum mediam omnem habuerit.* sec. *Fabius ut rediit, et in senatum est productus, et ad populum mediam orationem habuit.* Vulgariis edd. lectio stabilitur veterissima recensionis auctoritate. GEBH *ut rediit, omissa media voce* Portug. et Haverk. *ut Roman redit* Florent. V. ad 36, 35, 1. *Tum et in senatu est productus* Voff. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 1

ut nec augere, nec minuere videretur belli famam; magisque in altero adsumendo duce aliorum indulgere timori, quam suo aut reipublicae periculo: consulere. *ceterum, si sibi adiutorem belli socium-que imperii darent, quonam modo se oblivisci P. Decii consulis per tot collegia experti posse? Neminem omnium secum conjungi malle: et copiarum satis si-*

Gaertn. Exc. Pithoei, et Hearnii Oxonienses L. 1. et B. in *senatu est productus* Oxon. C. [Veith.] et in *senatu est productus* Lovel. 3. et in *senatum est productus* Voss. 2. Portug. Haverk. et Oxon. N. in *senatum est productus* Lovel. 4. Vulgatum solum verum est. Non enim usus Latinae linguae fert, ut dicamus *producere in senatum*; sed potius sollemnes locutiones sunt *introducere in senatum*, et *producere ad populum*. V. ad 27, 51, 5. Mox ut ne indulgere, pro nec, Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 3, 47, 7.

Magisque in altero adsumendo duce aliorum indulgere timori] magis quam in altero adsumendo duce Lovel. 2. et Harlej. *magis quam in adsumendo altero duce* Haverk. Deinde *aliorum indulgere mori* Lovel. 4. Mox *reipublicae consulere periculo* Haverk. Verbum verò *consulere* non adparet in Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 2. *Quonam modo se oblivisci P. Decii consulis per tot collegia experti posse?* Sumit ab Homero, apud quem Diomedes (H. K. vers. 242.)

Εἰ μὲν δὴ ἔταρόν γε κελύετο
μ' ἀντὸν ἐλέσθαι,
ὡς ἂν ἐπειρ' Ὀδυσῆος ἐγώ.
Σείοιο λαδοίμην.

J. FR. GRON. Vide, an consu-
Liv. Tom. V. P. II.

lis in omnibus libris sit. Mihi nonnihil suspectum est. DUK. *quoniam modo se oblivisci* Lovel. 3. 4. et Leid. 1. *quoniam non se oblivisci* Lovel. 2. *quonam modo oblivisci* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Saepius pronomem *se* omitti, vidimus ad 1, 23, 5. Deinde duae ultimae voces cum quatuor sequentibus male exulant a Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. ac 4.

§. 3. *Neminem omnium secum conjungi malle: et copiarum satis sibi cum P. Decio]* Logo *Neminem unum secum conjungi*. KLOCK. *Neminem unum* illustravi supra ad 3, 12, 4. Non tamen id hoc loco invitis libris recipiendum puto. Terent. in Andr. 5, 5, 7. *Davom video. nemo est, quem mallet, omnium*. Cic. 2. de Orat. 28. *Neminem omnium tot et tanta habuisse ornamenta dicendi*. Orat. pro Domo 33. *Quum me in judicium populi nemo omnium vocarit*. 1. Tusc. 13. *Quod nemo omnium tam sit inmanis, ejus mentem non imbuerit Deorum opinio*. Praeterea *conjungi mallet, copiarum* Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. *conjungi malle, et copiarum* Leid. 2. et Lov. 1. *conjungi malle, at copiarum* Voss. 1. Tum *sibi satis* Lovel. 4. Harlej. et edd. Aldina priores. Deinde cum deficit in Voss. 2. at cum *Decio Publio* praeferrunt Leid. 1. et Lov. 1.

ciarum certaminumque inter collegas, quae exposui. Sunt, quibus ne haec quidem certamina exponere satis fuerit. adjecerunt et Appii criminationes de Fabio absente ad populum, et pertinaciam adversus praesentem consulem praetoris, contentionemque aliam inter collegas, tendente Decio, ut suae quisque provinciae sortem tueretur. Constare res incipit ex eo tempore, quo profecti ambo consules ad bellum sunt. Ceterum, antequam consules in Etruriam pervenirent, Senones Galli multitudine ingenti ad Clusium venerunt, legionem Roman-

hardus ad Livii 7, 20, 8. et Gronovius ad 5, 21, 15. idque accipiunt, quasi scripsisset Livius *triumphus potius, quam bellum, decretum*. V. etiam Gebh. ad Liv. 23, 9, 8. Optimi tamen in vulgatum conspirant; quos nunc sequi praefert.

§. 5. *Invenio apud quosdam, ex templo, consulatu inito, profectos in Etruriam Fabium Deciumque] Apud quosdam invenio* Lovel. 2. Deinde *ex templo consulatus initio* Lovel. 4. qui etiam praefert *profectum*, et mox *certaminum, quae inter collegas exposui*: quod posterius etiam exstat in Gaertn.

§. 6. *Sunt, quibus ne haec quidem certamina exponere satis fuerit] nec haec quidem certamina* Lovel. 2. Haverk. et edd. ante Aldum. V. ad 1, 10, 3. Tum *satis fuit* Klock. Male. V. ad 42, 66, 9. De causa erroris v. ad 40, 14, 11.

Adjecerunt et Appii criminationes de Fabio absente] adjecerint Florent. Leid. uterque, Lovel. 1. 4. Harlej. Portug. et edd. quas vidi, usque ad Heinsii El-

zevir. Deinde *comminationes de Fabio* Gaertn. Vox autem ultima omittitur a librariis Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. Mox *consulem praesentem* Lovel. 4. et *praetorem, pro praetoris*, Voff. 2. et Lovel. 3. *PTR*, id est *populi Romani*, Florent. V. ad 31, 10, 4. Sed eandem vocem non agnoscit Haverk.

Contentionemque aliam inter collegas] contemtionemque Lovel. 1. *concionemque* Lovel. 4. V. paulo ante hoc lib. ad c. 23, 4. Mox *provinciae sortes, pro sortem*, Voff. 2. et Lovel. 3.

§. 7. *Constare res incipit ex eo tempore, quo profecti] Cl. Ant. Perizonius ad marginem Livii scribendum conjecit quod profecti*: ut sensus sit, res, quod ambo consules ad bellum profecti sunt, incipit constare ex eo tempore; atque ita illud, quod constare dicat, referatur ad ambos consules ad bellum profectos; in genere enim, *Constare res incipit*, dici non posse putat, quam aequae incertum adhuc postea sequatur §. 10. *Deletam quoque ibi legionem etc.* [ad bellum omittit Veith.]

8 nam castraque obpugnaturi. Scipio, qui castris praer-
erat, loco adjuvandam paucitatem suorum militum
ratus, in colle, qui inter urbem et castra erat, aciem
9 erexit. Sed, ut in re subita, parum explorato in-
nere ad jugum perrexit, quod hostes ceperant, par-
te alia egressi. ita caesa ab tergo legio, atque in
medio, quum hostis undique urgueret, circumventa.
10 Deletam quoque ibi legionem, ita ut nuncius non

*Legionem Romanam castra-
que obpugnaturi]* Pall. duo ca-
straque oppugnatum. GEBH. Ita
et Lovel. 2. 3. 4. et Leid. 1. Prae-
terea *legationem Romanam* Lovel.
3. V. ad 7, 30, 14. Paullo
ante in *Etruriam venirent*, pro
pervenirent, edd. Rom. anni 1473.
et Parm.

§. 8. *In colle, qui inter urbem
et castra erat, aciem erexit]* in
collem etc. aciem erexit legen-
dum, in margine Livii suspicatur
Cl. Ant. Perizon. Atque ita
etiam praefereunt Portug. et Hear-
nii Oxon. B. Si melioris notae
codd. consentirent, omnino in
contextum recepissem. Ita enim
passim Livius loqui solet. Supra
2, 31, 5. *Perpulere, ut forte teme-
re in adversos montes agmen
erigerent.* 3, 18, 7. *In clivum
Capitolinum erigunt agmen.* 4,
22, 6. *Erecta in arcem via est.*
7, 34, 9. *Nec erigere agmen in
captum super se ab Decio tumu-
lum.* 9, 31, 14. *Dum in adver-
sum clivum erigitur agmen.* hoc
lib. c. 14, 14. *Adcensu abdito a
conspectu erigere in montes a-
gmen.* 21, 32, 8. *Erigentibus in
primos agmen clivos adparue-
runt montani.* 25, 36, 8. *In tu-
mulum quidem perfacile agmen
erexere.* 28, 15, 10. *Cunctantibus
in adversum collem erigere a-
ciem Romanis.* 27, 2, 5. *Ita ta-*

*men aciem instruxerunt, ut Pae-
nus dextrum cornu in collem e-
rigeret.* Silius Ital. 3, 512.

*Nec mora, commotum pro-
missis ditibus agmen
Erigit in collem.*

Deinde *inter castra et urbem*
alio ordine Portug. Gaertn. et
Haverk.

§. 9. *Quod hostes ceperant,
parte alia egressi]* Ita demum
Gruterus in ultima ed. dedit.
Omnes priores legunt *aggressi*,
quod superest in Voss. 2. Lov. 2.
4. Harlej. Portug. Gaertn. Klock.
Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 2.
B. et C. *agressi* in Voss. 1. et Lovel.
1. *adgressi* in Florent. et
Leid. 1. Ea vox deficit in Lovel.
3. *egressi* in uno tantum Lovel.
3. obvium fuit. Praeterea *hostes
ceperunt* Gaertn. et *parte alte-
ra* Lovel. 2. V. ad Epit. Liv. 50.

*In medio, quum hostis undi-
que urgueret, circumventi]* Pall.
duo *cum hostes undique vige-
rent.* GEBH. Similiter etiam Voss.
2. *quum hostes undique urge-
rent* Lovel. 3. Portug. et Haverk.
V. ad 5, 50, 2. *quum hostibus un-
dique urgeretur* Lovel. 4.

§. 10. *Deletam quoque ibi le-
gionem]* *To* ibi non agnoscit Voss.
2. Sed, transpositis vocibus, *De-*

superesset, quidam auctores sunt; nec ante ad con- 11
sules, qui jam haud procul a Clusio aberant, famam
ejus cladis perlatam, quam in conspectu fuere Gal-
lorum equites, pectoribus equorum suspensa gestan-
tes capita, et lanceis infixis, ovantesque moris sui
carmine. Sunt, qui Umbros fuisse, non Gallos, tra- 12
dant; nec tantum cladis acceptum: et circumven-
tis pabulatoribus cum L. Manlio Torquato legato

*letam quoque legionem ibi prae-
ferunt Portug. et Haverk.*

§. 11. *Nec ante ad consules,
qui jam haud procul a Clusio
aberant] ad cons. Florent. et Lovel. 4. ad consulem Lovel. 2. ab
consulibus Lovel. 3. Tum quam
haud procul a Clusio aberant
Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. quia
jam haud procul a Clusio abe-
rant Portug. ab Clusio Voss. 2.
Gaertn. et Lovel. 3. quorum po-
sterior etiam cum Lovel. 2. Flor.
et Leid. 1. aberat exhibet. qui
jam haud procul ab Usio erat
Lovel. 4. Mox verbis sequentibus
fuere in conspectu, alio ordine,
Leid. 1. in conspectu fuerunt Lovel. 4.*

*Pectoribus equorum suspensa
gestantes capita, et lanceis in-
fixis, ovantesque moris sui car-
mine] Diod. Sic. l. 5. p. 212.
Τῶν δὲ πεσόντων πολεμίων τὰς
κεφαλὰς ἀφαιρούντες περιάπτου-
σι τοὺς ἀνέλας τῶν ἰππῶν· τὰ
δὲ σκῦλα τοῖς θανάτουσι παρα-
δόντες ἡμαχμέτα λαφυραγοροῦ-
σι παιανίζοντες καὶ ᾄδοντες ὕ-
μνον ἐπιπικίου. V. Antiq. lect. 2,
6. GEBH. Similia de Gallis, pu-
gnam cum cantu inchoantibus,
infra 21, 28, 1. Galli obcursant
in ripam cum variis ululatus
cantuque moris sui, quatientes
scuta super capita, vibrantesque*

*dextris tela. c. 42, 3. Cum sui
moris tripudiis arma raptim ca-
piebat. De Hispanis 23, 26, 9.
Erumpunt igitur agmine e ca-
stris, tripudiantes more suo.
25, 17, 5. Armatum exercitum
decurrisse cum tripudiis Hispa-
norum, motibusque armorum et
corporum, suae cuique genti
adsuetis. De Gallis Asiaticis 38,
17, 4. Ad hoc cantus inchoan-
tium proelium, et ululatus, et
tripudia, et quatientium scuta
in patrium quemdam morem
horrendus armorum crepitus.
Ceterum duae priores voces non
adparent in Hearnii Oxon. C. ut
nec vox gestantes in Gaertner.
Praeterea ovantes moris sui car-
mine Lovel. 2. ovantesque moris
carmine Gaertn. et Haverk. o-
vantesque moris sui certamine
Leid. 2. et Lovel. 1.*

§. 12. *Sunt, qui Umbros fuis-
se, non Gallos, tradant: nec
tantum cladis acceptum] Um-
bros fuisse, non Gallos fuisse,
tradant Gaertn. Umbros fuisse,
non Gallos, tradunt Hearnii O-
xon. C. V. ad 42, 66, 9. Tum nec
tantum cladis exceptum Portug.
Haverk. et Hearnii Oxon. B. V.
supra hoc lib. ad c. 18, 9. et gla-
diis acceptum Leid. 1.*

*Circumventis pabulatoribus
cum L. Manlio Torquato lega-*

Scipionem propraetorem subsidium e castris tulisse, victoresque Umbros, redintegrato proelio, victos esse, captivosque eis ac praedam ademtam. Similius vero est, a Gallo hoste, quam Umbro, eam cladem acceptam; quod, quum saepe alias, tum eo anno, Gallici tumultus praecipuus terror civitatem tenuit. Itaque praeterquam quod ambo consules profecti ad bellum erant cum quatuor legionibus, et magno equitatu Romano, Campanisque mille equitibus delectis, ad id bellum missis, et socio-

to] Pal. pr. *populationibus. tert. populatoribus.* GEBH. Priorem lectionem inveni in Lovel. 3. posterioriorem in Lovel. 4. et Gaertn. *Pabulari et Populari* etiam supra commutantur hoc lib. c. 3, 6. *circumactis* insuper est in Gaerta. Deinde tum *L. Manlium Torquatam legatum* Lovel. 2. [*circumventis speculatoribus.* Tum *L. Veith.*]

Scipionem propraetorem subsidium e castris tulisse] *Scipionem pro praetore* Voff. 2. Lovel. 3. et Hearnii Oxon. N. Atque ita edidit Sigonius. V. Cl. Dukerum supra ad cap. praec. §. 11. et quae infra notantur ad 23, 30, 19. *Scipionem praetorem* Oxon. L. 2. *Scipionem propti* Leid. 2. Tum *subsidium castris tulisse* Leid. 2. et Lovel. 1. Mox *redintegrando proelio*, pro *redintegrato*, Voff. 2. Praeterea *to esse* deficit in Harlej. et edd. ante Aldum; voces *eis ac praedam ademtam* in Gaertn.

§. 13. *Similius vero est, a Gallo hoste, quam Umbro, eam cladem acceptam*] *Similius vero est, Gallo hoste* Leid. 1. Lovel. 3. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. [*Similiusque vero*

Veith.] *ab Gallo hoste* Portug. Gaertn. et Haverk. Tum *eadem cladem* Harlej.

§. 14. *Campanisque mille equitibus delectis, ad id bellum missis*] *Campanis quoque mille equitibus* Lovel. 2. Tum *deletis* Lovel. 1. a m. 1. V. ad 9, 37, 8. Deinde *ad id bellum misisse sociorum nominisque Latini majorem exercitum* Voff. 2. et Lovel. 3. ac 4. *misisset sociorum* Leid. 1. Paulo ante *to* quod exulat a Voff. 2. et Haverk.

Majore exercitu, quam Romani] Ultima duo vocabula mihi vehementer sunt suspecta. J. FR. GRON. Vide tamen an non potius sit ad sententiam et mitius et sociorum nominisque Latini majore exercitu; etiam Romani alii duo exercitus. Sic *to etiam* c. 30, 1. *Et praeter ingentem inlatam populationibus agrorum hosti cladem, pugnatum etiam egregie est.* JAC. GRON. Fortassis *quam Romano.* DUH. majores *quam Romani alii duo exercitus* Portug. et Oxon. B. Hearnii, qui etiam auctor est, voces Gronovio patri suspectas non adparere in L. 1. Kloekius vero testatur, alios legisse,

rum nominisque Latini majore exercitu, quam Romani; alii duo exercitus haud procul urbe Etruriae 15 obpositi, unus in Falisco, alter in Vaticano agro. Cn. Fulvius et L. Postumius Megellus, propraetores ambo, stativa in eis locis habere iussi.

XXVII. Consules ad hostes, transgresso Apennino, in agrum Sentinatem pervenerunt. Ibi quatuor millium ferme intervallo castra posita. Inter hostes a deinde consultationes habitae: atque ita convenit, ne unis castris miscerentur omnes, neve in aciem

quam Romanorum; quod mihi tamen nullo loco occurrit.

§. 15. Cn. Fulvius et L. Postumius Megellus propraetores] Vet. lib. et lapides Capitolini L. Postumius Megellus. SIG. His a populo imperium extra ordinem datum videtur. DUK. Cum Fulvius Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 8, 18, 13. L. Fulvius Hearnii Oxon. L. 2. Deinde prope, pro praetores, Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. praetores edd. Rom. anni 1472. et Parm. promptores Portug. An et hic legendum pro praetoribus? V. paulo ante ad §. 12. In verbis praecedentibus procul ab urbe, addita media praepositione, Haverk. V. ad 24, 28, 1. In sequentibus habere iussit, pro iussi, Voss. 2. haberi iussit Lovel. 4. haberi iussi Lovel. 3.

§. 1. Consules ad hostes, transgresso Apennino, in agrum Sentinatem pervenerunt] Plinius 3, 14. Setinates in Umbria ponit. Ptolemaeus [3, 1.] Sentinum oppidum non longe a Spoleto memorat. Idem Annianus meminit eorum super eodem fragmento circa vetus Clusium. In Plinio literam omissa videtur.

GLAR. Forte transgressos Apenninum. J. FR. GRON. Consules antea in agro Clusino fuisse, ex cap. praec. intelligitur; in eoque Gallos et Samnites etiam cum Romanis pugnasse, auctor est Polyb. 2, 19. Non poterat autem ex agro Clusino in Sentinatem venire, nisi superato Apennino. Unde probabilis est conjectura Gronovii. Nisi tamen quis putet, Livium verbo transgredi hic passive, ut grammatici dicunt, uti, quemadmodum Cicero adgredi apud Voss. 3. de Analog. 6. DUK. pervenere Lovel. 4. perveniunt Gaertn. pugnauerunt Leid. 2.

Ibi quatuor millium ferme intervallo castra posita] quatuor millia Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 3. Harlej. et edd. usque ad Froben. anni 1531. Tum fere Lovel. 4. et Gaertn. V. ad 37, 38, 5. Hinc vox castra deficit in Voss. 2. Tandem opposita legit Lov. 2.

§. 2. Atque ita convenit, 'ne unis castris miscerentur omnes] et ita convenit Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Portug. et ita conveniunt Haverk. Sed prima vocula non adparet in Gaertn. Deinde ut ne unis castris legunt

3 descenderent simul. Samnitibus Galli, Etruscis Umbri adjecti. dies indicta pugnae: Samniti Gallisque delegata pugna: inter ipsum certamen Etrusci Umbrique iussi castra Romana obpugnare. Haec consilia turbarunt transfugae Clusini tres, clam nocte ad Fabium consulem transgressi. qui, editis hostium

Harlej. omnesque edd. usque ad Jac. Gronovium, qui *tò ut* omisit; sed facti rationem in notis non reddidit. Aldus etiam in contextu neglexit; verum inter errata iterum revocavit. Sane ut in nullo apud me cod. exstat, nisi forte in Florent. et Klock. ex quibus nihil notatur, licet edd. cum quibus conlati sunt, ut ne exhibeant. Hearnius etiam, ut ne edens, ita in Oxoniensibus invenisse videtur, quia, ut a Gronov. omisum notans, Mftorum tamen ei consentientium non meminit. ut ne junctim posita apud Plaut. Terent. Cicer. Ovid. aliosque optimos scriptores passim obcurrere, viri docti idonea exemplorum copia late docuerunt. V. Hadr. Cardin. de serm. Latin. p. 382. et Cel. Burm. ad Phaedri 4. fab. 24, 14. Utrum vero Livius illis, qui ita loqui soliti fuerint, adnumerari debeat, et an etiam hoc loco ita locutus sit, dubito. Certe plerique codd. aperte hic ignorant *tò ut*, unus tantum defendit, et is quidem haud magnae auctoritatis; reliquorum dubium est testimonium. At *tò ut ne* in vulgatis edd. infra obcurrunt 34, 17, 8. *Id ut ne fiat, uno modo arbitror caveri posse.* 42, 41, 10. *Si est in foedere ita scriptum, ut ne tueri me regnumque meum liceat.* et 45, 23, 4. *Consecuti sumus, ut ne ab utraque parte gratiam iniremus.* Verum eorum locorum primi lectionem dubiam faciunt codd. scripti; duorum re-

liquorum auctoritatem id minuit, quod ex unico tantum cod. cujus librarius facile errare potuit, edita sit haec pars operis Liviani, praeterquam quod etiam ultimi integritati non sine causa controversiam moverit Gronovius. In his similibusque, ubi scriptura dubia est, et utraque aequè probari potest, genium ejusque scriptoris consulendum arbitror, ac videndum, an et alibi simili locutione usus fuerit. Et ea causa est, quod non admittam lectionem cod. Traject. 2. apud Val. Max. 1, 6. ext. 1. *Claudatur hoc exemplo talium ostentorum domestica relatio, ut ne etc. e coelesti templo ad privatas domos non consentaneos usus transtulisse videar.* Alibi enim Valer. Max. ita loqui non memini. Vulgo autem *tò ut* omittitur. Hic vero rem arbitrio lectoris permitto: ego Gronovium sequor. Ceterum *neu unis castris* Leid. 2. *nevanis castris* Lovel. 1. *ne in unis castris* Lovel. 4. Paulo ante *consulationes* Florent. et Lovel. 1.

§. 3. *Samnitibus Galli, Etruscis Umbri adjecti. dies indicta pugnae*] Pal. sec. margini appictum habet *dies inde dicta pugnae*. GEBH. *Samnites Gallis, Etruscis Umbri* Lovel. 4. *Samnitibus Galli Umbris adjectis. dies pugna* Leid. 2.

Samniti Gallisque delegata pugna] Vet. lib. *Samnitibus*

onsiliis, dimissi cum donis, ut subinde, ut quae-
 ue res nova decreta esset, exploratam perferrent.
 Consules Fulvio, ut ex Falisco, Postumio, et ex 5
 Vaticano exercitum ad Clusium admoveant, sum-
 naque vi fines hostium depopulentur, scribunt. Hujus 6
 populationis fama Etruscis ex agro Sentinate ad

*Gallisque. SIG. Samnitibus Gal-
 lisque ex MSS. corrigere se ait
 Sigonius. Atqui sic ediderunt
 omnes ab Andrea usque ad Fro-
 benium. Soli apud me Gryphius
 et Curio Samniti. Et hoc quum
 per se magis placet, tum eo du-
 cere video scriptos. Voss. prior,
 Rott. et Helm. Samnitiis Gallis-
 que. Vossianus alter plane Sam-
 niti Gallisque. J. FR. GRON.
 Samnitiis etiam Leid. 2. Lovel. 1.
 et Gaertn. Samniti Florent. Leid.
 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. Et ita prae-
 ter edd. quas memorat Gronovius,
 praeferunt omnes edd. a Frobe-
 niana anni 1535. usque ad Sigo-
 nium. Et hanc lectionem recepi.
 Ita enim Livius orationem variare
 solitus est. Supra 2, 45, 3. *Veiens
 hostis Etruscique eo magis prae-
 propere agere.* 3, 6, 3. *Ea con-
 clusio urbanos et agrestem, con-
 fertum in arta tecta, aestu ac
 vigiliis angebat.* 4, 18, 5. *Dicta-
 tor dextro cornu adversus Fal-
 iscos, sinistro contra Veientem
 Capitolinus Quinctius intulit si-
 gna. Et eodem cap. §. 8. Eques
 maxime resistebat; equitumque
 longe fortissimus ipse rex tra-
 hebat certamen.* 23, 41, 13. *Cre-
 bras excursiones in agrum Hir-
 pinum et Samnites Caudinos fe-
 cit.* 24, 9, 8. *Sic postea Papirium
 Carviliumque adversus Samni-
 tes Bruttiosque et Lucanum cum
 Tarentino populum consules
 declaratos.* 30, 4, 7. *Neglegen-
 tia, ut fit, apud Poenos Numi-
 damque orta cavendi, ne quid
 hostile interim paterentur.* V.*

etiam infra ad 35, 40, 6. Praeter-
 ea et Gallis quibus delegata pug-
 na Lovel. 2. *Gallis qui delega-
 ta pugna* Leid. 1. *deligata* Por-
 tug. Ita etiam quidam scripti va-
 riant supra hoc lib. c. 20, 12.

§. 4. *Editis hostium consiliis
 dimissi cum donis, ut subinde,
 ut quaeque res] dictis hostium
 consiliis dimissi* Hearnii Oxon.
 L. 1. *editis hostium consiliis di-
 missis* Haverk. V. ad 6, 3, 8. *Tum
 et subinde ut quaeque res* idem
 Haverk. *ut subinde quaeque res*
 Voss. 2. *Paullo ante vox trans-
 fugae deficit in Gaertn. tres in
 Leid. 1. [cum dono sunt ut sub-
 inde Veith.]*

§. 5. *Summaque vi fines ho-
 stium depopulentur, scribunt]*
*Vox vi deficit in Portug. Tum
 fines hostium populentur legit
 Haverk. V. ad 10, 12, 7. fines ho-
 stium depopularentur Gaertn.
 fines hostium depopulent Leid.
 2. et Lovel. 1. a m. 1. At Livius
 deponentibus forma activa uti
 non solet. V. ad 1, 17, 2. Potius
 existimo, ejus vocis ultimas liti-
 ras ur, quae terminatio passivi
 est, et per compendium scribi
 solebat, a librariis omissa esse.
 V. ad 10, 10, 1. Deinde scribit
 Lovel. 3. *Paullo ante Consuli
 Fulvio ex Falisco* Voss. 2. *Hinc
 ex Otricano, pro ex Vaticano,
 Lovel. 4. Deinde ad Clusinum
 admoveant* Leid. 2. *ad Clusium
 admoverant* Gaertn.*

§. 6. *Hujus populationis fama*

suos fines tuendos movit. Instare inde consules, ut absentibus iis pugnaretur. per biduum lacessere proelio hostem. biduo nihil dignum dictu actum. 7 Pauci utrimque occidere: magisque irritati sunt ad justum certamen animi, quam ad discrimen summa rerum adducta. tertio die descensum in campum 8 omnibus copiis est. Quum instructae acies starent, cerva fugiens lupum e montibus exacta per campos

Etruscos ex agro Sentinate etc. movit] Polybius 2, [29.] ubi de hac re loquitur. Καὶ συμβαλόντες πᾶσι τοῖς στρατοπέδοις ἐν τῇ τῶν Σεντινατῶν χώρα πρὸς τοὺς προειρημένους, τοὺς μὲν λέγουσι ἀπέκτειναν. †. „Conveniebat, ut diceret, ubi et quis esset ille ager: sed nesciebat. In Umbris est. „†. SIG. *Hujus depopulationis* Lovel. 4. V. modo ad §. praec.

Per biduum lacessiere proelio hostem. biduo nihil dignum dictu actum] lacessierunt proelio hostem Lovel. 4. lacessere hostem proelio Portug. a m. 1. lacessere proelio hostem Portug. a m. 2. Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. lacessere proelio hostem Leid. 1. Lovel. 2. Harlej. Gaertn. et Haverk. Deinde biduum nihil dignum dictu actum Harlej. biduo nihil dignum dictum, atque pauci Haverk. Paulo ante *Inde instare consules* Lovel. 2. *Instante inde consule* Portug. et Gaertn. [Veith.]

§. 7. *Ad discrimen summa rerum adducta. tertio die descensum in campum omnibus copiis est*] addita Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. Gaertn. et Haverk. addita Leid. 1. et Lovel. 2. V. ad 6, 15, 9. *ad discrimen summae rerum adducti* Klock. Vox die desoit in Voff. 2. Leid. 1. et Lovel.

2. 3. 4. τὸ ἐστὶν in Portug. *descensum ad campum* praefert Lovel. 3. In praecedentibus verbis *cecidere* Lovel. 4. et *magis irritati* Gaertn. sunt vero exulat ab edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 8. *Cerva fugiens lupum e montibus exacta per campos inter duas acies decurrit*] *fugiens lupum montibus exacta* Lovel. 2. *fugiens lupum e montibus lupus* Voff. 2. et Lovel. 3. *fugiens lupum ex montibus exterrita* Lovel. 4. *fugiens lupum e montibus acta* editi ante Aldum. Verum, Livium verbis cum praepositione compositis eandem praepositionem in regimine addidisse, vidimus ad Praefat. §. 11. et quidem *exacta e montibus*, ut *exigere e corpore* apud Plaut. in Captiv. 4, 1, 61. *Jam ego ex corpore exigam omnes maculas moerorum tibi.* Cic. 2. de Orat. 48. *Neque reges ex hac civitate exigi, neque tribunos plebis creari etc. sine nobilium dissensione potuisse.* [per campum Veith.] Deinde *discurrunt* Voff. 2. et Lovel. 3. *discurrit* Leid. 1. Lovel. 2. 4. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] Male. Ex locis enim editis, ut hic ex monte, non *discurritur*, sed *decurritur*. Supra 2, 12, 8. *Mettus Curtius ab Sabinis princeps ab arce decucurrerat.* 6, 33, 11. *Net inpetus Tus*

inter duas acies decurrit: inde diversae ferae, cerva ad Gallos, lupus ad Romanos cursum deflexit. Lupo data inter ordines via; cervam Galli confixere. Tum ex antesignanis Romanus miles, *Illac fuga*, 9. inquit, *et caedes vertit: ubi sacram Dianae feram jacentem videtis. Hinc victor Martius lupus, integer et intactus, gentis nos Martiae et conditoris nostri admonuit. Dextro cornu Galli, sinistro Samni-* 10

culanorum decurrentium ex superiore loco sustinent. 26, 10, 6. *Quum ex arce Capitolioque cli-vo publico in equis decurrentes quidam vidissent.* V. Cel. Burm. ad Quinctil. 7, 7. p. 642. Et ita flumina a fontibus decurrere ad mare dicuntur. Liv. 38, 13, 7. *Maeander, ex arce summa Caelaenarum ortus, media urbe decurrens.* Phaedr. 1. fab. 1, 8.

A te decurrit ad meos haustus liquor.

ubi v. Cel. Burm. Neque eo patrocinium *res discurret* parari potest, quod lupus ad Romanos, cerva ad Gallos flexerint cursum; nam de eo demum seq. verbis agitur. Hic Livius eorum decursum ex montibus describit. Verba haec similiter alibi commutantur. V. ad 21, 33, 4.

Diversae ferae, cerva ad Gallos, lupus ad Romanos cursum deflexit] divisae ferae Voss. 2. Lovel. 3. et Haverk. Male. *Diversae ferae* est in varias partes currentes. V. ad c. 33. hujus lib. §. 10. *Hinc cursum ad Romanos lupus deflexit* Portug. et Gaertn. *lupus ad Romanos deflexit*, voce una omissa, Haverk. quomodo saepe Cic. loquitur. Verum reliqui eodd. in eandem vocem retinendam conspirant.

§. 9. *Ex antesignanis Romanus miles, Illac fuga, inquit, et caedes vertit] ex antesignariis Romanus miles* Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. V. ad Livii 4, 47, 2. *ex antesignanis Romanis miles* Hearnii Oxon. N. [Veith.] *Tum Illa fuga, inquit, et caedes vertit* Voss. 2. et Lovel. 3. *In hac fuga, inquit, et caedes erit* Gaertn. [erit etiam Veith.] *Illos fuga, inquit, et caedes vertit* Lovel. 4. Ejus librario displicuisse videtur *vertit* sine casu positum; quum tamen *vertit*, pro *vertit se*, Livio quam frequens sit. V. ad 2, 62, 2. Paullo ante *confixere, pro confixere*, Voss. 2. Lovel. 3. 4. Gaertn. et Haverk. Mox autem *ut sacram Dianae feram, pro ubi sacram*, Gaertn. V. ad 24, 15, 1. *ubi sacrae Dianae feram* Portug. et Haverk. Deinde prodigiose corruptus Lovel. 4. *Huic victor Riareus lupo.*

§. 10. *Adversus Samnites Fabius primam ac tertiam legiones pro dextro cornu] adversusque Samnites* Voss. 2. et Lovel. 3. Hinc addito praenomine Q. vel *Quintus Fabius* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Florent. Portug. Gaertn. Haverk. Exc. Pithoei, et Hearnii Oxon. N. B. ac C. quorum auctoritate eam lectionem recepi. Qui praenomen primus omisit, id conve-

tes confiterunt. adversus Samnites Q. Fabius primam ac tertiam legiones pro dextro cornu; adversus Gallos pro sinistro Decius quintam et sextam 12 instruxit. secunda et quarta cum L. Volumnio proconsule in Samnio gerebant bellum. Primæ concursu adeo æquis viribus gesta res est, ut, si adfuis-
sent Etrusci et Umbri, aut in acie, aut in castris, quocumque se inclinassent, accipienda clades fuerit.
2 XXVIII. Ceterum, quamquam communis adhuc Mars belli erat, necdum discrimen fortuna fecerat, qua datura vires esset, haudquaquam similis pugna 2 in dextro laevoque cornu erat. Romani apud Fa-

nire existimavit, quia Fabii collega Decius mox nullo etiam ornabatur. Sed v. quæ notantur supra ad 4, 49, 1. Deinde *primam ac tertiam aciem legionem* Lovel. 1. *primam ac tertiam legionem* Voff. 2. Leid. ambo, Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Exc. Pithoei, Hearnii Oxon. L. 2. N. B. C. [Veith.] et edd. antt. Sed recte Frobenius anno 1535. *legiones* reposuit; quod etiam Florent. et Voff. 1. servasse videntur. Supra hoc lib. c. 18, 3. *Quum jam L. Volumnii consul cum legionibus secunda ac tertia profectus in Samnium esset.* ubi plerique codd. similiter peccant. V. quæ ibi notantur. In verbis præcedentibus ac sequentibus *dextero*, pro *dextro*, et *instruxerunt*, pro *instruxit*, Lovel. 4. etiam *Quintus Decius* Lovel. 1. Verum is non *Quinti*, sed *Publii*, prænomen habuit.

§. 11. *In Samnio gerebant bellum] qui in Samnio gerebat bellum* Lovel. 4. *gerebat* etiam Voff. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2.

3. Harlej. Gaertn. Exc. Pithoei, Hearnii Oxon. C. et excusi usque ad Froben. qui anno 1535. *gerebant* restituit.

Adeo æquis viribus gesta res est] res gesta est Haverk. *gesta est res* Leid. 1. Sed *to est* exsulat a Lovel. 2. qui mox præfert *in acie aut in castra*. Deinde *quicquam*, pro *quocumque*, Lovel. 4.

§. 1. *Haudquaquam similis pugna in dextro laevoque cornu erat] et haudquaquam* Voff. 2. Lovel. 3. et Portug. [Veith.] Sed *to et ex vocis præcedentis ultimis literis natum est*. V. ad 39, 18, 8. *et haud quaquam* Leid. 1. Lovel. 2. 4. ac Gaertn. *haud quaquam* Lovel. 1. V. ad 7. 26, 8. Deinde *simul pugna* Leid. 2. et Lovel. 1. Eodem modo librarios errasse, supra vidimus ad 6, 25, 10. *similis pugnam* Voff. 2. Deinde *in dextro laevoque erat*, omisa voce *cornu*, Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. In verbis præcedentibus *adhuc exsulat* ab Har-

bium arcebant magis, quam inferebant, pugnam; extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen: quia ita persuasum erat duci, et Samnites et 3 Gallos primo inpetu feroces esse, quos sustineri satis sit; longiore certamine sensim residere Samnitium animos: Gallorum quidem etiam corpora into- 4 lerantissima laboris atque aestus fluere; primaque eorum proelia plus quam virorum, postrema minus quam feminarum esse. In id tempus igitur, quo 5 vinci solebat hostis, quam integerrimas vires militi servabat. Ferocior Decius et aetate et vigore ani- 6 mi, quantumcumque virium habuit, certamine pri-

lej. Omnia autem haec *necdum discrimen etc. laevoque cornu erut* non conspiciuntur in Haverk.

§. 1. *Apud Fabium arcebant magis, quam inferebant, pugnam] apud P. Fabium* Leid. 2. et Lovel. 1. qui *Quinti* praenomen habuit. Verum id hic repeti nihil adtinebat. *magis arcebant* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk.

Extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen] Pall. duo extrahebatur quoque. sec. extrahebaturque quam in quam maxime. GEBH. *extrahebatur quoque* Lovel. 3. Tum in *quantum maxime serum diei* Voss. 1. in *quantum maxime diei serum* Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 5, 4, 1. *serum in quam maxime diei certamen* Haverk. *maxime iniqua diei certamen*, relicta hoc modo lacuna, Lovel. 4. *Serum diei*, ut 7, 8, 5. *Castrorum obpugnatione, quia serum erat diei, abstinere.* ubi vide.

§. 3. *Gallos primo inpetu feroces esse, quos sustineri satis*

sit] Pal. sec. cum Campani ed. *quos sustinere satis sit.* GEBH. Non aliter etiam Portug. Gaertn. et Haverk. Praeterea in *primo inpetu feroces esse Haverk. primo inpetu esse feroces* Leid. 1. Sed *esse* omittit Gaertn. *Mox longo certamine, pro longiore,* Lovel. 4. Tum *sensum residere, pro sensim,* Voss. 2. et Lovel. 1. *sensisse residere* Haverk. Vox denique *animos* non comparat in Portug.

§. 4. *Primaque eorum proelia plus quam virorum, postrema, primaque esse eorum proelia* Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. qui omnes praeter primum *max esse* omittunt. Deinde *postremo* Lovel. 1. Paulo ante *laboris ac aestus* Lovel. 2. Male. V. hoc lib. ad c. 36, 17.

§. 5. *Quam integerrimas vires militi servabat] Pall. pr. tertiusque quam integerrimas vires milites servabant.* GEBH. Ita etiam Lovel. 3. et 4. sed *vires militum servabat* Lovel. 2. *vires militibus servabat* Hearnii Oxon. C. Vulgatum, quod optimi eor-

mo effudit. et, quia lentior videbatur pedestris pugna, equitatum in pugnam concitat: et ipse, fortissimae juvenum turmae inmixtus, orat proceres juventutis, in hostem ut secum inpetum faciant: duplicem illorum gloriam fore, si ab laevo cornu et ab equite victoria incipiat. Bis avertere Gallicum equitatum. iterum longius evectos, et jam inter media equitum agmina proelium cientes, novum pu-

vant, verius esse videtur. V. ad 7, 35, 2.

§. 6. *Quia lentior videbatur pedestris pugna, equitatum in pugnam concitat*] Pal. sec. in pugnam concivit. GEBH. Ita et Portug. atque Hearnii Oxon. B. sed in signa concivit Gaertn. in pugnam colciūt Haverk. Vulgatum recte tuerentur reliqui. concitare in pugnam, ut concitare in fugam 22, 17, 6. Dum majore metu concitant se in fugam. Et ita concitare se in hostem, de quo v. ad 8, 39, 7. concire et concitare saepe commutantur. V. ad 9, 37, 1. in pugnam excitat Oxon. C. Praeterea levior videbatur Haverk. Paulo ante Ferocius Decius idem Haverk. Tum verbum habuit non adparet in Portug. et Gaertn. quemadmodum nec primo in Voss. 2. cujus loco pretio est in Lovel. 3.

§. 7. *Fortissimae juvenum turmae inmixtus, orat*] ferocissimae juvenum turmae Leid. 2. et Lovel. 3. V. ad 28, 42, 4. Ferocior modo praecessit; inde adhuc menti scribarum obhaesit. Deinde inmixtus erat Voss. 2. Lovel. 3. 4. et Haverk.

Ut secum in hostem inpetum faciant] Tres Pall. eleganti traiectione in hostem ut secum im-

petum faciant. GEBH. Ita tantum non omnes etiam mei voces transponunt; eandemque traiectionem jam Cl. Jac. Gronovius in contextum recepit.

§. 8. *Bis avertere Gallicum equitatum*] *Hiis avertere* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Bis advertere* Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. V. ad 6, 23, 8. Mox etiam inter media, pro et jam, Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Haverk. V. ad 39, 10, 6. Tandem novum pugnae conferunt genus, pro conterruit, Leid. 1.

§. 9. *Essedis carrisque superstans armatus hostis*] Pall. pr. et tert. carrisque super circumstans. GEBH. An ergo carris etiam utebantur in proelio, et in aciem hostium invecti ex iis pugnant? Hoc nusquam proditum inveni; sed Gallos aliosque barbaros carros in expeditionibus adhibuisse ad onera atque impedimenta vehenda, et castra valli instar iis circumdanda. V. Scheffer. 2. de Re vehic. 28. Fortassis scripserat carpentisque: ex iis enim pugnare solitos Gallos, notum est; unde mox dicit, quosdam tradidisse, mille carpentorum in exercitu Gallorum fuisse. Verum quidem est, quae alii carpenta vocant, ea ab aliis esseda dici; sed tamen, diversa

gnae conterruit genus; effedis carrisque superstans 9
armatus hostis ingenti sonitu equorum rotarumque
advenit, et insolitos ejus tumultus Romanorum con-
terrui equos. Ita victorem equitatum velut lymphaticus 10
pavor dissipat: sternit inde ruentes equos vi-
rosque improvida fuga. Turbata hinc etiam signa 11
legionum: multique inpetu equorum ac vehiculo-
rum raptorum per agmen obtriti antesignani: et

vehiculorum genera fuisse, offendit idem Scheffer. c. 17. et 23. DUK. *essesis carrisque* Harlej. *essendis carrisque* Leid. 2. et Lovel. 1. *redis carrisque* Lovel. 2. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. ac C. [*Rhedis Carisque* Veith.] *essesis carrisque* Voss. 2. *hesidis cartisque* Portug. quae lectio conjecturam Cl. Dukeri non nihil juvare videtur. Deinde *super circumstans* Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. et 4. [*lingenti hinnitu equorum* Veith.]

Et insolitus ejus tumultus Romanorum conterruit equos] Omissa copula et Pal. sec. *insolitus ejus tumultus Romanorum conterruit equos*. Beliqui quoque repraesentant *insolitus*. Vulgata lectio verissima est. GEBH. *Tò et exulat etiam a Portug. et Haverk. Praeterea insolitus ejus tumultus* Florent. Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. Gaertn. et Haverk. *insolitus tumultus ejus* Lovel. 4. Locutio minus obvia, ut *insolitus cum casu secundo* construat, librariis indoctis displicuisse videtur. Verum, similiter *insolens* genitivo jungi, variis exemplis docuit Cortius ad Sallust. Gatil. 3. Et ita *insuetus* apud Liv. 6, 34, 6. *Quum ad id, moris ejus insueti, expavisset minor Fabia*. Ita et *adsuetus* 38, 17, 6.

Romanis Gallici tumultus ad-
suetis etiam vanitates notae
sunt. inconsuetus aqud Silium
11, 282.

— — — stupet inconsuetus
opimae
Sidonius mensae miles.

Ipsium insolitus apud Sallust. 1.
Histor. Genus armis ferox et
servitii insolitum. Praeterea con-
trivit equos Gaertn.

§. 10. Ita victorem equitatum
velut lymphaticus pavor dissipat] Prima vox abest ab Hearnii. Oxon. L. 1. Deinde *lymphatus pavor* Lovel. 4. Ita *lymphatus cursus* Silius 1, 458.

— — — ruit ocuis amens
Lymphato cursu, atque in-
gentes deserit actus.

Ubi v. quae notantur. Sed praestat, ut vulgatum servemus, quod reliqui omnes tuentur. Apulej. l. 8. p. 214. *Incitante tibiae cantu lymphaticum tripudium*. Plinius 26, 8. *Semen ejus potum lymphatica somnia facere dicitur*.

Sternit inde ruentes equos] Pall. duo sternitque inde ruentes equos. GEBH. Ita et Voss. 2. ac Lovel. 3. *sternit inde equos ruentes* Harlej. et editi ante Aldum. *Mox virosque improvida fuga turbatos. Hinc etiam* Lovel.

insecuta, simul territos hostes vidit, Gallica acies nullum spatium respirandi recipiendique se dedit. **12** Vociferari Decius, Quo fugerent? quamve in fuga **13** spem haberent? obsistere cedentibus, ac revocare fusos. deinde, ut nulla vi perculsos sustinere poterat, patrem P. Decium nomine compellans, Quid ultra moror, inquit, familiare fatum? datum hoc nostro

2. 3. et Voss. 2. virosque interrita fuga barbatos. Hinc etiam Klock.

§. 11. *Multique inpetu equorum ac vehicularum multoque inpetu* Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Haverk. Paulo ante Turbata etiam hinc signa Harlej. In verbis sequentibus *antesigniano* Lovel. 2. *ante signa legionum* Haverk. *ante signa legionum signavi* Gaertn. *ante signa legionum signant* Hearnii Oxon. N. et L. 2. Lectio inde nata videtur, quod margini olim adscriptum fuerat, *antesignanos esse, qui erant ante signa legionum.*

Simul territos hostes vidit, Gallica acies nullum spatium respirandi recipiendique se dedit simul ac territos hostes vidit Haverk. et Port. neque aliter Gaertn. nisi quod duas postremas voces non agnoscit. V. ad 6, 1, 6. *simul territos hostes avida sine sensu* Lovel. 2. *Tum respirandique omissa voce* Leid. 2. et Lovel. 1. *respirandi respiciendique* Gaertn. Male. Quod recipere se hoc loco dixit, id exprimit recipere animum a pavore 2, 50, 10. *Mox ut respirandi superior locus spatium dedit, recipiendique a pavore tanto animum.* et 44, 10, 2. *A pavore eo, quo adtonitus fuerat, recepto animo.*

§. 12. *Vociferari Decius, Quo fugerent? quamve in fuga spem haberent?* Pall. sec. ac tert. *quamve in fugam spem haberent?* GEBB. *Vociferare Decius* Voss. 2. Heid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harlej. Port. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. B. C. et omnes editiones, Significans exceptis, usque ad Modicum. Eodem modo se etiam in omnibus Pall. invenisse, Gebhardus testatus est ad 7, 12, 14. Quia etiam quum nihil notetur ex Florent. et Klock. qui conlati sunt cum edd. *Vociferare* exhibentibus, illi quoque ita legisse videntur. Male. V. supra ad 8, 38, 13. *Deinde quamve in fugam spem haberent* Voss. 2. a m. 1. *quam veri fugam spem haberent* Gaertn. *quam in fugam spem haberent* Haverk. *quamve in fugam spem haberent* Hearnii Oxon. l. 1.

Revocare fusos, deinde, ut nulla vi perculsos sustinere poterat, revocare suos Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Sed recte alii vulgatum tucetur. V. ad 41, 18, 11. Deinde *co* vi deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ejus loco in praefert Lovel. 2. V. ad 7, 33, 8. *Tam percussos* Voss. 1. et Leid. 4. V. ad 1, 27, 10.

§. 13. *Quid ultra moror, inquit, familiare fatum? datum*

nostro generi est, ut luendis periculis publicis placula simus. Jam ego mecum hostium legiones mactandas Telluri ac Diis Manibus dabo. Haec locutus M. 14 Livium pontificem, quem, descendens in aciem, digredi vetuerat ab se, praeire jussit verba, quibus se legionesque hostium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret. Devotus inde eadem precatione 15 eodemque habitu, quo pater P. Decius ad Vesperim

hoc nostro generi est] q̄ ultro moror Lovel. 3. *quid ultra morer* Gaertn. *Tum familiare factum* Lovel. 4. in contextu. V. ad 3, 40, 9. Deinde *hoc nostro generi datum est* Haverk. *zō est exsulat* a Lovel. 4.

Jam ego mecum legiones hostium mactandas Telluri ac Diis Manibus dabo] Nescio quo sensu Pall. pr. ac tert. *Jam ego mecum legiones hostium metandas Telluri ac Diis Manibus dabo.* GEBH. *Jam ergo mecum hostium legiones* Lovel. 2. V. ad 37, 53, 11. *hostium legiones etiam* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 3. 4. Portug. Gaertn. et Haverk. quod tot testium fide recepi. Deinde *metandas etiam* Lovel. 3. et 4. *mecandas* Leid. 1. Inlustrando autem Livio ad marginem adscripsit Cl. Perizonius locum Suet. in Tiber. 75. *Pars Terram matrem Deosque Manes orarent, ne mortuo sedem ullam, nisi inter inpios, darent.*

§. 14. *Quem, descendens in aciem, digredi vetuerat ab se]* Pall. duo meliores *adgredi.* Legendum inde *abgredi* vetuerat ab se. *Abgredi* veteres dixerunt, ut *abambulare*, pro discodere ab aliquo. GEBH. *adgredi* etiam Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. unde Gebhardus *abgredi* scri-
Liv. Tom. V. P. II.

bendum conjicit, quod non magis placet, quam *amigrare* supra 1, 34, 7. et *amittere* pro *amandare* 4, 12, 9. *Tota vox digredi* omissa est a librario Haverk. *egredi* habet Hearnii Oxon. L. 2.

Se legionesque hostium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret] *se legiones hostium* Haverk. *Tum populi Romani Quiritium* quaedam ex vet. edd. cum Leid. 2. V. ad 3, 20, 7. *populi Romani Quiritiumve* Portug. et Haverk. *populi Romani Quiritiumve* Gaertn. *populi Romani Quiritiumque* Lovel. 2. V. ad 1, 32, 13. Denique *devoverat* idem Lovel. 2.

§. 15. *Quo pater P. Decius ad Vesperim hello Latino se jusserat devoveri]* quo pater Decius, omissis praenomine, Harlej. Deinde ad *Vesperim* Lov. 2. ad *Ve...* Lovel. 3. ad *Vesenum* Voss. 2. et Portug. ad *Vesevum* Gaertn. *Vesevus* est *Vesuvius*. V. ad 8, 8, 19. Jam autem Decius pater devovit se ad *Vesuvium* et ad *Vesperim*. Supra 8, 8, 19. *Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis, qua via ad Vesperim ferebat.* Quam autem plerique et optimi ad *Vesperim* servant, aut saltem eorum vestigia eo ducant, id retinendum judico. Et ita proelium, quo Decius se devovit,

- 16 bello Latino se iusserat devoveri. Quum secundum sollemnes preces adiecisset, prae se agere sese formidinem ac fugam, caedemque ac cruorem, coelestium, inferorum iras: contacturum funebribus diris signa, tela, arma hostium; locumque eundem
 17 suae pestis et Gallorum ac Samnitium fore. Haec exsecratus in se hostesque, qua confertissimam cerne-

ad Vesperim accidisse, tradunt etiam Cic. 1. de Fin. 7. 3. de Off. 31. Valer. Max. 6, 4, 1. et Aurel. Vict. de Vir. inlustr. 26. et 28. Praeterea in bello Latino Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. N. B. ac C. Sed praepositionem additam non requiro. Liv. 23, 21, 7. Ceciderant pugna Cannensi. ubi vide. Valer. Max. 1, 7, 3. Somnium, quod duo consules P. Decius et T. Manlius Torquatus Latino bello viderunt. Aurel. Vict. in Vir. inlustr. 28. Consul bello Latino filium suum, quod contra imperium pugnasset, securi percussit. Sallust. in Catil. 52. A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnaverat, necari iussit. Ita ludis, pro tempore, die ludorum, supra inlustravimus ad 2, 36, 1. Paulle ante eadem deprecatione, pro preces, Hearnii Oxon. C. Verum mox dixit secundum sollemnes preces. et supra 9, 5, 3. Quid enim aut sponsoribus in foedere opus esset aut obsidibus, ubi preces res transigitur.

§. 16. Prae se agere sese formidinem ac fugam praesage-
 re sese formidinem Lovel. 4. posse agere sese formidinem Leid. 2. et Lovel. 1. pro se agere sese formidinem Gaertn. Nihil muta. prae se agere, ut 1, 7, 4. Tibe-

rim fluvium, prae se armentum agens, nando trajecerat. 5, 43, 5. Viderant eos congregatos agmine praedam prae se agentes. 38, 18, 15. Cum conjugibus ac liberis, quas ferre atque agere possint, prae se agentes portantesque, Olympum montem petere. ante se agere dixit Nepos in Datam. 3. Dextra manu clavam, sinistra copulam, qua vinctum ante se Thyum agebat.

Coelestium, inferorum iras] Vet. lib. inferorumque iras. SIG. inferorumque iras est lectio Pal. sec. producta quoque Sigonio. Reliqui duo coelestium, inferorum iras. GEBH. inferorumque iras etiam Portug. et Hearnii Oxon. B. inferorum iras, ut ante Sigonium edebatur, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. Gaertn. Haverk. et Oxon. N. inferorumque iras Lovel. 2. et Neapol. Latini. inferorum iras Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. et, ut silentium Hearnii indicare videtur, reliqui Oxonienses. Gronovius primo inferorumque edidit; postea anno 1665. in sec. edit. notarum ad c. 24, 14. copulam tollendam monuit, atque ipse inferorum in contextum recepit. Utrum tamen inferorum malis, parum interesse existimat. Cui adsentior. V, ad 1, 32, 9. Quum tamen inferorum iras in optimis Mssis legatur, cum ita recte edidisse existimo.

bat Gallorum aciem, concitat equum: inferensque se ipse infestis telis est interfectus.

XXIX. Vix humanae inde opis videri pugna potuit. Romani, duce amisso, quae res terrori alias esse solet, sistere fugam, ac novam de integro velle instaurare pugnam. Galli, et maxime globus circumstans consulis corpus, velut alienata mente,

§. 17. *Contacturum funebribus diris signa*] Pall. duo *contracturum funebribus diris signa*. quo alludunt quoque veterrimae editiones. GEBH. *contracturum* Voss. uterque, Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Florent. et edd. Frobeniana anni 1531. priores. Pejus *contractaturum* dedit Lovel. 3. V. ad Liv. 2, 5, 2. Deinde *funeribus* Voss. 1. a m. 1. Lovel. 4. Harlej. Portug. Gaertn. et Haverk. In verbis sequentibus *ac Gallorum ac Samnitium* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. et Gaertn. *ac Samnitum ac Gallorum* Haverk. *ac Gallorum et Samnitium* Lov. 4.

§. 18. *Haec execratus in se hostesque, qua confertissimam*] *Execratus in se hostesque*, omisso pronomine *Haec*, Voss. 1. et Leid. 2. *Execratus in se hostes* Lovel. 1. *Haec execratus in se ac hostes* Portug. *Haec execratus in se hostes* Gaertn. et Haverk. *Tum quam confertissimam* Leid. 1. et Lovel. 1. Deinde *citatur equum*, pro *concitat*, Voss. 2. et Lov. 3. *Verum equum citatum* memorat quidem Livius supra 7, 41, 3. ubi alia exempla vide; *ac citare equum* pro *incitare*, *concitare*, an Livius dixerit, admodum dubito: praeterquam quod codices reliqui alteram lectionem tueantur.

Inferensque se ipse infestis telis est interfectus] Pall. duo au-

ferensque se ipse infestis telis interfectus. GEBH. *auferensque se ipse infestis telis* Voss. 2. et Lovel. 3. *inferensque se ipsum infestis telis* Voss. 1. Lovel. 1. Gaertn. Portug. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. Male. V. ad 2, 19, 5. *inferensque se ipsis infestis telis* Haverk. *inferensque ipse se infestis telis* Lovel. 4. *inferensque se ipse hostium telis* Lovel. 2. Neque hoc placet. *infesta tela* inlustrantur supra 2, 46, 7. Deinde *interfectus est* Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. omnesque edd. usque ad Jac. Gronovium, qui voces transposuit. Ei vero reliqui codd. adsentiuntur.

§. 1. *Quae res terrori alias esse solet*] Pal. sec. *terrori aliis esse*. tert. *in terrori aliis esse*. GEBH. *terroris aliis esse* Portug. *terrori alia esse* Leid. 1. *terrori aliis esse* Gaertn. et Hearnii Oxon. N. ac B. *terrori esse*, media voce omissa, Haverk. Paulo ante *humanae tñ opis* idem Haverk. *Compendia scribendi tñ*, id est *tamen*, et *in*, id est *inde*, ob ductuum similitudinem in Mssis commutari, supra vidimus ad 5, 18, 8. In verbis sequentibus *et ac* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 2. *Galli, et maxime globus circumstans consulis corpus*] *Et Galli, et maxime globus* Gaertn. *Tum circumstans*

vana incallum jactare tela. torpere quidam, et nec
 3 pugnae meminisse, nec fugae. At ex parte altera
 pontifex Livius, cui lictores Decius tradiderat, jus-
 seratque propraetorem esse, vociferari, *Vicisse Ro-*
 4 *manos, defunctos consulis fato. Gallos Samnitesque*
Telluris matris ac Deorum Manium esse. Rapere
ad se ac vocare Decium. devotam secum aciem; su-

consulis corpori Haverk. [mente et vana Veith.] In verbis sequentibus alio ordine et nec pugnae, nec fugae meminisse Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. et nec fugae, nec pugnae meminisse Gaertn. Tò et omiserunt editi Aldo priores.

§. 3. *Jusseratque propraetorem esse, vociferari* Vetustissima editio pro praetore esse. Pall. tres *jusseratque prope esse*. Paulo ante enim dixerat c. 28, 14. *Abgredi vetuerat ab se*. GEBH. Pall. et Voffiani *jusseratque prope esse*. Helm. *prope propraetorem esse*. Alius et Andreas *jusseratque propraetore esse*. Et hoc verum: ut infra c. 30, 6. *L. Volumnius proconsule ducem*, Voff. et c. 31, 5. *Partim Ap. Claudius praetor, partim L. Volumnius proconsule sequeretur*, Sigoniana, Th. Voff. Helm. ubi etiam malim *sequerentur*. J. FR. GRON. *jusseratque propt. pop. Rom. esse*. Klock. *jusseratque propep. tñ. esse Florent. jusseratque prope esse* Voff. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. et Hearnii Oxonienses omnes. *jusseratque propraetore esse* Haverk. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Gronovii emendationem probavit etiam Cel. Dukerus supra ad c. 25, 11. V. ad 23, 30, 19. Tum et *vociferari* addita vocula Haverk. Paulo ante *Ac ex parte altera, pro Al.*, Gaertn. V. supra ad 3, 61, 4.

Vicisse Romanos, defunctos consulis fato] *defunctos consules* Lovel. 3. et Gaertn. *defuncti consules* Harlej. Adparet, librariorum, qui vulgatum mutarunt, sensum Livii minime adsecutos esse. Recte autem Budaeus, ad l. 2. §. 12. ff. de Act. eunti, sensum hunc constituebat: Romanos consulis sese devoventis spontanea morte ab imminentibus periculis liberatos et exemptos. Alia plura hujus locutionis exempla ibidem laudavit. Praeterea factò Voff. 1. et Lovel. 3. V. ad 3, 40, 9.

§. 4. *Rapere ad se ac vocare Decium*] *Rapere ad se Decium* reliquis omiſſis Hearnii Oxon. C. *Rapere ad se, advocare Decium* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Oxon. N. ac B. eodem erroris genere, quo *acrescentem* pro *ad crescentem* in quibusdam Mſis datum erat supra 2, 45, 12. Mox *formidinis plena esse*, mediis omiſſis, Harlej. *formidinis plena apud hostes esse* Lovel. 4. quae lectio ex glossa interpretis nata est. *ad* enim hic ponitur pro *apud*. V. supra ad 7, 7, 4.

§. 5. *Superveniunt deinde his restituentibus pugnam*] *resistentibus pugnae* Pal. sec. GEBH. Ita etiam inveni in Portug. Gaertner. et Haverk. Supra 2, 10, 10. *Pugnam parumper restituit. c. 47, 1. Proelio ex parte una re-*

riarumque ac formidinis plena omnia ad hostes esse. Superveniunt deinde his restituentibus pugnam 5
 L. Cornelius Scipio et C. Marcius, cum subsidiis ex novissima acie jussu Q. Fabii consulis ad praesidium collegae missi. ibi auditur P. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro republica audenda. Itaque quum Galli structis ante se scutis conferti 6

stitato. 3, 60, 11. Restituitur pugna. 4, 38, 5. Restituitur omnibus locis pugna. et alibi saepe.

Cornelius Scipio et C. Marcius cum subsidiis ex novissima acie] Vet. lib. L. Cornelius Scipio. SIG. Pall. tres, ut et Camp. ed. L. Cornelius Scipio. Scipionis praenomen in uno tantum Harlej. deesse video. Sed contra Marcii praenomen omittitur in Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et apud Hearnium in Oxon. L. 2. qui utriusque nomina in Oxon. L. 1. hoc modo scripta invenerat L. Scipio et M. Cornelius. Praeterea cum subsidiis a novissima acie Portug. cum subsidiis et novissima acie Haverk. cum subsidiis et ex novissima acie Gaertner. duplici lectione juncta. cum subsidiis et nova acie Voss. 1. Lovel. 1. et apud Hearnium margo Oxon. N. et atque ex alibi saepe commutantur. V. ad 26, 45, 1. Gellius credidit, Ciceronem verbis novissimus et novissime tamquam non Latinis abstinuisse, 10. Noct. 21. Certatim tamen viros doctos cum erroris arguisse, et tria ex Cic. loca, quibus usus est, laudasse, ad Gellium observavit Cl. Jac. Gronovius. Similiter novissimus saepe apud Livium obcurrit. Ita 2, 42, 2. Invisum erat Fabium nomen plebi propter novissimum consulem. c. 59, 7. Volsci novissimos

adoriuntur. 3, 61, 9. Perruptis ordinibus elati ad novissimam aciem. 22, 2, 3. Jussit novissimos ire equites. 31, 27, 6. Revertentem in transitu fluminis a novissimo agmine adortus. 42, 57, 11. Abeuntium novissimum agmen adgrederentur.

Jussu Q. Fabii consulis ad praesidium collegae missi] jussuque Fabii consulis Voss. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Leid. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. jussu Fabii ad collegam missi, reliquis omissis, Portug. et Haverk. neque aliter Gaertn. nisi quod, addita a principio voce, legat cum jussu Fabii ad collegam missi.

Ibi auditur P. Decii eventus] ubi conjicit Latinus, atque ita est in Leid. 2. Harlej. 1. Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Sed sine causa. ibi enim est tum. V. ad Livium 2, 35, 2. auditur ibi Voss. 2. Deinde auditus P. Decii eventus Haverk.

Ingens hortamen ad omnia pro republica audenda] ingens hortatur Voss. 2. ingens hortamen fuit Portug. Videri posset, orationem ex velligiis codicum ita integrandam esse, ibi auditus Decii eventus, ingens hortamen fuit etc. vel ibi auditus Decii eventus ingens, hortatur ad omnia etc. Sed, Livium intercessionibus saepissime gavisum esse, infra videbimus

starent, neo facilis pede conlato videretur pugna; jussu legatorum conlecta humi pila, quae strata inter duas acies jacebant, atque in testudinem ho-
7 sium conjecta. quibus plerisque in scuta, verutis in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus; ita ut ma-

ad 21, 36, 4. *ingens certamen* habet Gaertn. Deinde *omnia pro populo Romano audenda* apud Hearnium Oxoniens. N. et L. 2. [Veith.] V. ad 9, 26, 8.

§. 6. *Structis ante se scutis conferti starent] strictis ante se scutis conferti starent* Lovel. 2. et Gaertn. V. ad 3, 50, 3. *strictis ante sese scutis confertis starent* Voss. 2. Sed ultima litera *rov* confertis ex principio vocis sequentis adhaesit. V. ad 28, 25, 6. *ante sese* etiam Lovel. 2. *confertim* vero edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Mox *pede collocato*, pro *collato*, Hearnii Oxon. N. V. infra hoc lib. c. 32, 5.

Conlecta humi pila, quae strata inter duas acies jacebant] Planius effecit, *collecta pila, quae humi strata inter duas acies jacebant*. Juvenal. satyr. 8, 78. *Stratus humi palmes*. Si in ordinanda structura jungenda sunt haec *collecta humi*, quaerendum est, an alii quoque dicant *colligere aliquid humi*. DUK: Plinius ita loquitur 8, 42. *Jam pila humi conlecta equiti porrigunt*. Id autem ex doctrina Sanctii in Minerva 4. 4. p. 642. et 649. positum foret pro *collecta* ex solo vel terra humi. Ceterum *inter duas acies strata* Lovel. 4. *strata inter acies duas* Gaertn.

§. 7. *Quibus plerisque in scuta, plerisque verutis in corpora ipsa fixis]* Vox *plerisque* ante *verutis* abest a tribus Pall. secundus autem *verutisque* in corpora

ipsa fixis legit. GEBH. Scripti posterius *plerisque* non agnoscunt, ut et fidus ille Andreus: sed non diu passi sunt mali correctores. Tarvisinae et Venetae jam ante quingentesimum supra mille annum, ut numeramus, editis adjectum est. Beccarius invenit et contraxit *quibus plerisque verutis in corpora*. Juntas particulam tantum addidit, *in scuta, verutisque*. Nobis a prima discedere religio, *quibus plerisque in scuta, verutis in corpora ipsa fixis*. Partem aut haesisse scutis, partem, quae teretiore esset mucrone, et facilius penetrabant, verata quippe, ipsa etiam corpora attigisse. 34, [39, 4.] *Es ad verso missa tela, nulla in corporibus, rara in scutis haerabant*. Sed varietatis illius causa error vulgaris existimantium, *plerisque, ut et pars, vel partim, alii, alter, et similia* hujusmodi locis necessario bis poni. Caesar 3. belli Civ. [29.] *Plerasque naves in Italiam remittit ad reliquos milites equitesque transportandos: pontones, quod est genus navium Gallicarum, Lisi relinquit*. J. FR. GRON. Ursus Harlej. lectionem a Grosorio damnatam tueretur. Sed voce *plerisque* posteriori loco omisso *verutisque in corpora ipsa fixis* legunt Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac C. [Veith.] itaque ante Juntas exhibuit Aldus, et postea reliqui omnes excusi usque ad Frobenium, qui anno 1531. lectionem jure a Grosorio damnatam revocavit. 11

gna pars integris corporibus adtoniti conciderent. haec in sinistro cornu Romanorum fortuna varia-
verat. Fabius in dextro, primo (ut ante dictum 8
est) cunctando extraxerat diem: deinde, postquam
nec clamor hostium, nec inpetus, nec tela missa,

rutis in ipsa corpora fixis Voss. 2. quod praeter ed. Rom. anni 1472. etiam superest in Parm. Eam vero etiam Gronovius in prima ed. notarum ad l. 31, 21. genuinam lectionem esse iudicavit. Neque esset, quod ei adversarer, nisi singularis lectio, quam in optimis eodd. Florent. et Leid. 1. inveni, aliud quid latere suspicionem injecisset. Exhibent autem *verarisque rutis in corpora ipsa fixis*. Neque ab illis dissentit Lovel. 4. nisi quod *ruptis*, pro *rutis*, legat. Hinc in mentem venit Livium reliquisse *rarisque verutis in corpora ipsa fixis*. Vox autem *rarisque* hic necessaria videtur. Si enim omnia veruta, vel pleraque veruta, (si eam vocem subintelligendam esse existimemus) quae inter duas acies humi collecta, et in testudinem hostium conjecta erant, in corpora ipsa fixa fuissent, num addi haec verba possent *magna pars integris corporibus*? At recte potuerunt, si ex vestigiis eodd. legamus *rarisque verutis*. Neque multum abit locus, quem ex 34, 39, 4. Gronovius ad haec verba advocavit. Ceterum in *se-cuta*, pro *in scuta*, Haverk. Prae-positio in abest a Voss. 2.

Magna pars integris corporibus adtoniti conciderent] Hoc loco magna pars integris corporibus adtoniti conciderunt. Paulo post, de iisdem loquens, *Galli*, inquit, *testudine facta conferti stabant*. Sed Gallorum certe hostis fuit Livius, ut id multis ex locis colligitur. GLAR. An Li-

vius absolvi poterit criminis, cujus cum Glareanus accusat, si statuamus, verba, quae infra occurrunt, *Galli testudine facta conferti stabant*, pertinere ad res in dextro cornu eodem momento gestas, de quo illa, quae in sinistro acciderunt, referens dixerat, *quum Galli, structis ante se scutis, conferti starent?* praesertim, quum verba, quae eodem §. sequuntur, etiam induant, Gallos testudinem fecisse, ne telis Romanorum vulnerarentur. Id si placet, verba, ad quae Glareanus haec adnotavit, ad tempus posterius referenda erunt. Ceterum *adtoniti* non adparet in Lovel. 4. neque etiam mox *Romanorum* in Harlej.

§. 8. *Fabius in dextro cornu primo*] Flor. Voss. uterque, et Mureti libri ablegant *to cornu*. et recte. Nemo enim non videt, satis esse, quod ante sex voces eadem vox conspicitur. J. FR. GRON. Eandem vocem ignorant, praeter eodd. a Gronovio laudatos, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Exc. Pithoei, et Heernii Oxon. L. 2. et B. quorum auctoritate etiam expunxi. Infra 42, 58, 12. *Dextro cornu praepositus C. Licinius Crassus consulis frater cum omni Italico equitatu, velutibus intermixtis: sinistro M. Valerius Laevinus.* 27, 48, 4. *Claudius dextro in cornu, Livius ab sinistro pugnam instruit.* 33, 8, 3. *Dextrum cornu, elephantis ante signa instructis, in subsidiis reliquit; laevo cum*

9 eandem vim habere visa; praefectis equitum jussis ad latus Samnitium circumducere alas, ut signo dato in transversos, quanto maximo possent inpetu, incurrerent; sensim suos signa inferre jussit, et
10 commovere hostem. Postquam non resisti vidit, et haud dubiam lassitudinem esse; tum, conlectis omnibus subsidiis, quae, ad id tempus reservaverat, et legiones concitavit, et signum ad invadendos ho-

omni levi armatura in hostem vadit 37, 23, 7. Ab regis sinistro cornu, quod ab alto objectum erat, Hannibal, dextro Apollonium purpuratorum unus praerant. Et ita alibi saepe.

Cunctando extraxerat diem] Palat. pr. cunctando exhausterat diem. quo respicit tert. exhaust. Est autem exhaustere diem consumere. GEBH. Eodem nos ducit librarius Lov. 3. qui corruptissime exanserat, pro exhausterat, dedit. Id probasse videtur Gebhardus, et exhaustere diem exponit consumere. Sed vellem, vel unum ejus locutionis exemplum addidisset. Ego vulgatum malo. Ita 28, 15, 3. Ad id sedulo diem extraxerat Scipio, ut sera pugna esset. V. ad 22, 18, 9. Ut autem hic cunctando extrahere, ita morando extrahere, 38, 44, 1. Quum Aemilius tempus eum morando extracturum diceret. Ceterum cunctando extraxerat diem inepte Gaertn. Quasi Fabio cum hoste acerrimo proelium committenti cantandi otium fuisset. Sed sine dubio librarius dare voluerat contando, quemadmodum multi pro cunctando scribere soliti fuerant.

Nec tela missa eandem vim habere visa] tela emissa Voss. 2. et Lovel. 3. quam locutionem Livio restituerunt viri docti in-

fra 28, 33, 5. Non tamen uni vel alteri codici tantum tribuo, ut ejus fide vulgatum mutem; praesertim quum et alibi mittere tela Livius dixerit. 24, 34, 14. Ut non solum missa tormento, sed etiam quae pondere suo provoluta essent, graviter in hostem inciderent. 34, 39, 4. Ex adverso missa tela nulla in corporibus, rara in scutis haerebant. (v. ad 6, 8, 3.) Insuper paullo ante dein, pro deinde, Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 4. V. supra ad 3, 3, 6.*

§. 9. *Jussis ad latus Samnitium circumducere alas] missis Leid. 2. V. ad 9, 43, 2. Deinde ad latus Samnitium circumducere alas Lovel. 2. ad laxata Samnitium circumducere alas Lovel. 3. ad lassatas Samnitium circumducere alas Voss. 2. ad latera Samnitium Hearnii Oxon. N. in margine.*

In transversos, quanto maximo possent inpetu, incurrerent] in trusus Haverk. Deinde quanto possent maximo inpetu Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Tum concurrerent Hearnii Ox. C. moverent Gaertn. Supra 9, 40, 12. In transversa latera hostium incurrunt. 30, 31, 6. In cuneum hostium ab latere incurrit.

tes equitibus dedit. Nec sustinuerant Samnites in-
petum; praeterque aciem ipsam Gallorum, relictis
in dimicatione sociis, ad castra effuso cursu fere-
bantur. Galli, testudine facta, conferti stabant.
Tum Fabius, audita morte collegae, Campanorum
alam, quingentos fere equites, excedere acie jubet,
et circumvectos ab tergo Gallicam invadere aciem:
tertia deinde legionis subsequi principes, et, qua

§. 10. *Quas ad id tempus reser-
vaverat; Pal. sec. quas ad tem-
pus ille restauraverat. supra-
scriptum, tamen reservaverat.*
GEBH. *quas ad tempus illud
reservaverat* Voff. 1. Leid. 2. et
Lovel. 1. *quas ad id tempus ille
reservaverat* Portug. et Gaertn.
(Veith.) *quas ad id tempus ille
restauraverat* Haverk. Paulo
ante *Postquam vero resisti, pro
non resisti*, Lovel. 4. a m. 1.
Deinde *in collectis omnibus sub-
sidiis*, addita praepositione,
Voff. 1. et Lovel. 1. a m. 1. [et
ante *legiones* omittit Veith.]

*Signum ad invadendos hostes
equitibus dedit*] signa Gaertn.
Tum *ad invadendum hostes*
Voff. 2. et Lovel. 3. V. ad 40, 49,
1. Deinde *militibus dedit* Hear-
nii Oxon. C. quomodo etiam su-
pra variabat ejusdem codicis li-
brarius 8, 7, 9. V. etiam infra ad
21, 5, 13. c. 29, 2. 22, 16, 2. c. 45,
6. c. 51, 2. (* v. ad 33, 13, 3.)

§. 11. *Praeterque aciem ipsam
Gallorum, relictis in dimicati-
one sociis, ad castra effuso cur-
su ferebantur] praeterquam a-
ciem ipsam* Haverk. *perque a-
ciem ipsam* Gaertn. Male. Nam
ita *praeter castra praelati* supra
est 6, 29, 5. ubi quaedam vide,
sed plura ad 28, 42, 3. ubi etiam
per et praeter saepius commuta-
ti videbimus. Hinc in dimica-

tiones sociis Haverk. ultima lite-
ra secundae vocis ex sequentis
initio adscita. V. ad 28, 25, 2.
Praeterea cursu effuso feruntur
Voff. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Por-
tug. Gaertn. et Haverk. *effuso
exercitu feruntur* Harlej. Paul-
lo ante *Nec sustinuerunt*, pro *sus-
tinuerunt*, Lovel. 4.

§. 12. *Galli, testudine facta,
conferti stabant] conferti et con-
territi stabant* Voff. 1. Leid. 2. et
Lovel. 1. *conferti conterriti sta-
bant* Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 2.
3. ac 4. et ita Aldus in contextu
edidit; sed inter errata priorem
lectionem revocavit. *conferti
conterritisque stabant* Portug.
Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. B.
C. et Neap. Latini. Mox autem
voces *audita morte collegae* non
adparent in Klock. et Portug.

*Quingentos fere equites, ex-
cedere acie jubet] equites fere
quingentos* Lovel. 4. *quingentos
forte equites* Lovel. 2. *quingen-
tos ferme equites* Portug. Gaertn.
et Haverk. V. ad 37, 38, 5. Tum
excedere aciem jubet Voff. 2.
Lovel. 1. et Lovel. 3. quam locu-
tionem apud Livium frequenter
obcurrere, supra vidimus ad 2,
37, 8. Si itaque plures codices
consentirent, in contextum reci-
perem. *excedere jubet acie*
Harlej. et editi ante Aldum.

Circumvectos ab tergo Galli-

turbatum agmen hostium viderent inpetu equitum,
 14 instare ac territos caedere. Ipse aedem Jovi Victo-
 ri spoliaque hostium quum vovisset, ad castra Sam-
 nitium perrexit; quo multitudo omnis consternata
 15 agebatur. Sub ipso vallo, quia tantam multitudi-
 nem portae non recepere, tentata ab exclusis turba
 16 suorum pugna est. Ibi Gellius Egnatius imperator

*tam invadere aciem] circumven-
 tos ab tergo Haverk. V. supra
 hoc lib. ad c. 2, 4. circumvectos
 a tergo Voff. ambo, Leid. ambo,
 Lovel. 1. 2. 3. 4. omnesque
 edd. usque ad Gronovianam an-
 ni 1665. cui ab tergo legenti con-
 sentiant reliqui scripti. Insuper
 Gallicam legionem invadere
 aciem Lovel. 4.*

§. 13. *Qua turbatum agmen ho-
 stium viderent inpetu equitum]
 qua turbatum agrum hostium
 viderent Voff. 2. et Lov. 3. qua tur-
 batum hostium agmen viderent
 Lovel. 1. et 2. Tum inpetu vide-
 rent equitum Leid. 1. viderent
 inpetu equorum Lovel. 4.*

§. 14. *Ipse aedem Jovi Victori
 spoliaque hostium quum vovisset]
 Ipse interim aedem Jovi Tu-
 tori Klock. nemine consentiente.
 Vox aedem deficit in Gaertn. e-
 jus loco eodem praefert Lovel.
 2. Mox confirmata agebatur
 Haverk. consternata angebatur
 Harlej. Neap. Latini, et edd.
 Rom. anni 1472. ac Parm. sollem-
 ni scribarum aberratione. V. ad
 29, 6, 7.*

*Agebatur sub ipso vallo. Quia
 tantam] Censeo interpungas;
 ad castra Samnitium perrexit,
 quo omnis multitudo agebatur.
 Sub ipso vallo, quia tantam
 multitudinem portae non rece-
 pere, tentata ab exclusis turba*

*suorum pugna est. J. FR. GRON.
 Ita interpungunt omnes editio-
 nes usque ad Francofurt. anni
 1578. in qua datum est agebatur,
 sub ipso vallo, quia tantam.
 pro quo primus Gruter. anno
 1628. substituit agebatur sub
 ipso vallo. Quia tantam.*

§. 15. *Portae non recepere,
 tentata ab exclusis turba suo-
 rum pugna est] recipere Leid. 2.
 receperunt Lovel. 4. Deinde ten-
 tata ab exclusis pugna suorum
 est Lovel. 4. in textu, sed turba
 in margine additur. tentata ab
 exclusis suorum turba pugna
 est Haverk. Duae ultimae voces
 pugna est non adparent in Hear-
 nii Oxon. C.*

§. 16. *Ibi Gellius Egnatius im-
 perator Samnitium cecidit] Ubi,
 pro Ibi, legit Hearnii Oxon. C.
 Tum Gellius Lovel. 1. 3. Gaertn.
 Haverk. et editi ante Aldum. Hinc
 Egnatius exsulat ab Harlej. et
 editis ante Aldum. Sed Gellius
 Egnatius, quam alibi, tum et-
 iam supra h. lib. c. 18, 1. voca-
 tur, ubi vide. Deinde transposi-
 tis vocibus Samnitium impera-
 tor Lovel. 3. Mox etiam castra
 capta et Galli ab tergo circum-
 venti Lovel. 4. capta castra,
 Galli a tergo circumventi Lovel.
 3. a tergo etiam Voff. 2. omnes-
 que edd. usque ad Gronovianam
 anni 1665.*

§. 17. *Castra eo die hostium*

Samnitium cecidit. compulsi deinde intra vallum Samnites, parvoque certamine capta castra, et Galli ab tergo circumventi. Caesa eo die hostium viginti quinque millia, octo capta. nec incruenta victoria fuit. Nam ex P. Decii exercitu caesa septem millia; ex Fabii, mille ac ducenti. Fabius, dimissis ad quaerendum collegae corpus, spolia hostium con-

viginti quinque millia, octo capta] *XXIII* millia Harlej. et edd. ante Aldum, in vitis reliquis Mfisa. [*hostium* omittit Veith.] Deinde *VIII* capta Oxon. N. apud Hearnium, qui in B. ac C. se invenisse testatur *octo millia capta*. At vocem mediam, quam alii codd. ignorant, non necessario requiri, docebunt, quae infra notabo ad 31, 34, 7. Mox voces *nec incruenta victoria fuit*. Nam desunt in Voff. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. [Veith.] at sola vox *victoria* in Harlej.

Ex P. Decii exercitu caesa septem millia; ex Fabii, mille ac ducenti] *ex P. Decii exercitu septingenti* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac C. [Veith.] *ex P. Decii exercitu caesa VIIc.* ejusdem codex N. in margine. *ex P. Decii exercitu septem* Leid. 2. *ex P. Decii exercitu caesa septem* Florent. et Leid. 1. *ex P. Decii exercitu caesa VII* Lovel. 1. et 2. Deinde *et Fabii mille ac ducenti* Hearnii Oxon. B. ac C. [*et Fabii mille ducenti* Veith.] *ex Fabii mille ac trecenti* Harlej. et edd. ante Aldum. *ex Fabii mille et ducenti* Gaertn. *ex Fabii mille ducenti* Voff. 2. *ex Fabii mille ac* Lovel. 3. *ex Fabii mille ac* Florent. et Leid. 1. Quae integerrimorum codicum lectio suspicio-

nem iniecit, Livium dedisse *ex Fabii mille septingenti*. Similiter enim a librarii dederunt pro 13, 4, 32, 8. ac pro 100, 3, 62, 8. *ada cccxx*, pro *ad 1000xx*, hoc libro c. 33, 6. *acc*, pro *1000*, c. 34, 3. *acec* pro *1000*, 8, 19, 14. hoc lib. c. 37, 2. et c. 43, 8. Variis aliis modis in hac nota 13 eos lapsos esse, infra videbimus ad 38, 37, 6.

§. 18. *Fabius, dimissis ad quaerendum collegae corpus*] *Lego, Fabius, audita morte collegae, dimissis (vel et missis) ad quaerendum corpus*. KLOCK. Causam, cur ita resingeret, Klockius nullam aliam habuisse videtur, quam quia verba *audita morte collegae*, quae supra §. 12. obcurrunt, in Mto suo non invenit; quae quum tamen historiae Livianae necessaria judicaret, hic interposuit. at quanto praestitisset, ea reliquisse, ubi reliqui, uno excepto Portug. constanter exhibent, quam hic interposuisse, ubi a nullo codice agnoscuntur? Ceterum *Q. Fabius* est in Voff. 2. et Lovel. 3. Sed praenomen, quod a reliquis Mfis exsulat, etiam tuto omitti potest.

Conjecta in acervum Jovi Victori cremavit] *conjecta in acervum* Lovel. 1. Voff. 1. et a manu altera Voff. 2. Sed v. infra ad 32, 6, 1. *collecta in acervum*

19 jecta in acervum Jovi Victori cremavit. Consul
 corpus eo die; quia obrutum superstratis Gallorum
 cumulis erat, inveniri non potuit. postero die inventum
 20 relatumque est cum multis militum lacrimis. Intermissa
 inde omnium aliarum rerum cura, Fabius collegae
 funus omni honore laudibusque meritis celebrat.

Neap. Latinii. V. ad 36, 12, 4. Sed nihil mutandum. Infra 41, 12, 6. *Postero die arma lecta conjici in acervum jussit consul, sacerumque id Vulcano cremavit.* Deinde *Jovi Victori concremavit* Leid. 1. Verbum *concremare* Livio frequens esse, supra vidimus ad 3, 53, 5. et quidem in hac re eo usus est 8, 30, 8. *Congestam ingentem acervum hostilia arma subdito igne concremavit.* 38, 23, 10. *Armis hostium in uno concrematis cumulo.* Nec minus in eadem exhibit verbum *cremare*, ut locus Livii primus docet. Quum itaque utrumque *cremavit* et *concremavit* Livius dicere solitus sit, hic nihil mutandum censeo, quia reliquorum omnia, quam unius licet ex optimis, auctoritas potior est.

§. 19. *Quia obrutum superstratis Gallorum cumulis erat] quo obrutum* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. C. B. atque L. 1. [Voith.] *quia obruptum* add. Rom. anni 1472. et Parm. quomodo etiam supra peccant librarii 6, 17, 2. Multa similia v. ad 9, 45, 17. Deinde *superstratis Gallorum tumulis* Voss. uterque, Leid. uterque, et Lov. 1. 2. 3. ac 4. Saepe voces *cumulus* et *tumulus* in Mssis confunduntur. V. infra ad 38, 7, 7. etc. 23, 10. N. Heinsium ad Claud. bell. Gildon. 39. ad Ovidii 2. Am. El. 11, 48. et Col. Burm. ad Ovidii 4. Metam. 240, 255. et 1. Trif. Eleg. 11, 19. (* et 3. Aen. 62.)

Similiter *cumulatus* et *tumultus*. V. ad 22, 50, 7. Causa est similitudo literarum *c* et *t* in scriptura Longobardica. V. ad 6, 35, 2. Hic nihil mutandum. Infra 22, 59, 3. *Quum prope ad noctem superstantes cumulis caesorum corporum proelium extraxissemus.* Ultima vox *erat* deficit in Portug. Gaertn. et Haverk. quemadmodum etiam *nom* in Haverk. et *est* in Lovel. 3. ac Portug.

§. 20. *Intermissa inde omnium aliarum rerum cura] Intermissa deinde* Harlej. et Gaertn. quod ex interpretis glossa inrepsit. V. ad 42, 55, 6. *Tam rerum omnium aliarum* Lovel. 4. *Tò inde exsulat* ab Haverk. *Mox laudibus meritis celebrat, pro laudibusque, Portug. et Haverk. laudibusque celebrat* Gaertn. Male. V. infra ad 26, 50, 13.

§. 1. *Per eos dies ab Cn. Fulvio propraetore res ex sententia gesta] Vet. lib. per eosdem dies.* SIG. Ita et omnes non tantum Hearnii Oxonienses, sed et mei, solo excepto Harlej. qui cum edd. vett. *per eos dies* exhibet. Dubito tamen etiam de Florent. unde nihil notatum video, licet editio, cum qua commissus est, *per eos* similiter praeferat. Tum *ab C. Fulvio* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. in cuius margine tamen *ab Cn. Fulvio* emendatur. V. ad 7, 3, 3. *ab CON. Fulvio* Leid. 1. Deinde *praetor*

XXX. Et in Etruria per eosdem dies ab Cn Fulvio pro praetore res ex sententia gesta; et, praeter ingentem inlatam populationibus agrorum hosti cladem, pugnatum etiam egregie est. Perusinorumque 2 et Clusinorum caesa amplius millia tria, et signa militaria ad viginti capta. Samnitium agmen, 3

Romano Leid. 2. praetor Roma' Lovel. 1. sed ex rasura. proconsule populi dum Gaertn. proconsule populi Romani Voss. ambo, Lovel. 2. 4. et Hearnii Oxon. N. proconsule p[ro] Lovel. 3. proconsule praetore Haverk. Verisimile est, duplicem lectionem librarios invenisse pro consule et pro praetore, quam utramque hoc modo jungere voluerunt: quidam vero eorum pro. procons pr. dederunt proconsule P. R. de quo errore v. ad 31, 10, 4. Corruptius erat in priscis editionibus. nam ab Cn. Fulvio prospere res ex sententia gesta praefert ed. Rom. anni 1472. ab Cn. Fulvio proconsule prosperae res ex sententia gesta Parm.

Et, praeter ingentem inlatam populationibus agrorum hosti cladem] Vet. lib. nam praeter ingentem. SIG. Sigonius pro- dit, legi in suo libro nam praeter ingentem. Pall. tres, vetustissimaeque editiones adstipulantur vulgatae lectioni, nisi quod exhibent illatam populationibus agrorum hosti cladem. GEBH. nam praeter ingentem in uno tantum meorum Portug. obvium fuit; Hearnii etiam ex uno tantum Oxon. B. memoravit. Verum ita dedisse libroros existimo, qui orationem Livianam ex sua sententia male cohaerentem melius connectere voluerunt. V. supra hoc lib. ad c. 17, 10. Voculam vero et unus omittit Lovel. 2. Ceterum allatam dede-

runt edd. Paris. anni 1573. et aliae usque ad Gronov. quibus nulli scripti nec veteres edd. adsentiantur. Et tanto minus allatam ferri potuit, quod adferre cladem haud temere alibi, certe apud Livium, obcurrat, qui passim inferre cladem usurpavit. 2, 63, 7. Plus cladum, quam intulerant, acceperunt. 29, 3, 8. Omnibus pacis modo incuriosos agentibus, magna clades inlata. et alibi saepe.

Pugnatum etiam egregie est] pugnatum enim egregie est Hearnii Oxon. B. De hoc errore infra v. ad 36, 41, 3. pugnatum est et egregie Gaertn. V. ad 22, 47, 9.

§. 2. Perusinorumque et Clusinorum caesa amplius tria millia] Pall. duo, caesa amplius millia XII. sec. caesa amplius milium tria. GEBH. caesa amplius millia XII Voss. 2. et Lovel. 3. caesa amplius milium tria Portug. Gaertn. et Haverk. caesa amplius militum tria millia Lovel. 4. caesa amplius millia tria Florent. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quem verborum ordinem in contextum recepi. Insuper Perusinorum et Clusinorum Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii N. ac B. Sed, integrioribus codd. secutus, vulgatum servo: nec tamen censeo, partibulam quae haec verba cum superioribus, a quibus majori interpunctione distincti, connectere;

quum per Pelignum agrum fugeret, circumventum a Pelignis est. ex millibus quinque ad mille caesi. 4 Magna ejus diei, quo in Sentinati agro bellatum, fama est, etiam vero stanti. sed superjecere quidam

sed vel cum proximo et Clusinatorum, vel cum remotiori et signa militaria. Livius enim modo dixerat, in Etruria egregie pugnatum esse: id nunc duplici argumento probat; interfectorum numero, et signis captis: quae propterea artillime cohaerent. Ad utrum vero *to que* referas, Livius, duo diversa duplici particula jungens, priori loco *que*, posteriori et adhibuit, quod ipsi est familiarissimum. Ita 5, 49, 1. *Sed Dti que et homines prohibuere redemptos vivere Romanos.* ubi quaedam vide. 21, 30, 2. *Neque ante Hispania excessisse, quam omnes gentes que et terrae eae Karthaginensium essent.* 22, 44, 5. *Quum Paullus Sempronique et Flamini temeritatem Varroni objiceret.* 23, 26, 8. *Simul et ad castra tumultus erat, et per agros fuga que et caedes.* 24, 39, 6. *Urbis captae modo fuga que et caedes omnia tenet.* c. 47, 4. *Cogniti inter se quidam Arpinique et Romani.* 25, 14, 5. *Exsecratus inde se que et cohortes.* c. 16, 19. *Inter exspirantium inimicorum cumulata arma que et corpora cadant.* c. 37, 14. *In castra avidos adhuc caedis que et sanguinis reduxit.* ubi libri etiam turbant. 26, 48, 3. *Diis immortalibus laudes que et grates egit.* ubi recte ita restituit Gronovius. 27, 21, 1. *Ingenti concursu plebis que et omnium ordinum.* 29, 22, 11. *Omnes legatique et tribuni classem eam verbis extollentes.* Hinc recte emendatum censo infra 35, 41, 6. *Prima ut sors duas, urbana que et inter civis ac pere-*

grinos jurisdictio esset. Ubi alia vide.

Signa militaria ad viginti capta] Pell. tres *signa militaria ad quindecim capta.* GEBH. *signa militaria ad XV capta* Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. [Veith.] Librarii saepius numerales X et V confuderunt. V. ad 39, 29, 7. et hinc etiam XX ac XV. Quoniam vero hic genuina lectio sit, mera est conjectura; aliunde enim de numero signorum militarium, quae hoc proelio capta sunt, non constat. Vulgatam lectionem defendunt Florent. Klock. et Harlej. cum omnibus editis.

§. 3. *Quum per Pelignum agrum fugeret*] *quum per Pelignum fugeret*, omisa voce *agrum*, Gaertn. Ita in *Antiati*, pro in *Anti agro*, infra restituitur 22, 1, 10. ubi alia vide. Verum; quum vox *agrum* in aliis codicibus supersit, tot testibus fidem abrogare, pessimi exempli foret; praesertim quum, ita etiam Livium locutum esse, supra viderimus ad 2, 59, 5. Promiscue autem has locutiones Livium usum esse, patet ex hujus lib. c. 26, 15. *Etruriae obpositi, unus in Falisco, alter in Vaticano agro.* et c. 27, 5. *Fulvio, ut ex Falisco, Postumio ut ex Vaticano exercitum ad Clusium admoveant.* Mox ex quinque millibus, trajectis vocibus, Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 4. *Magna ejus diei, quo in Sentinati agro bellatum, fama*

ugendo fidem; qui in hostium exercitu peditum 5
[quadraginta millia trecentos triginta, equitum sex
millia, mille carpentorum scripsere fuisse: scilicet 6
um Umbris Tuscisque, quos et ipsos pugnae ad-

est] *hujus diei* Lovel. 2. Paulo post τὸ etiam deficit in Portug. sed loco τὸ etiam pro vero stanti Haverk. exhibet auctores sunt.

§. 5. *Sed superjecere quidam augendo fidem*] Metaphora, ut Horatius [1. od. 8, 12.]

Saepe trans finem jaculo nobilis expedito.

Dein locus est apud Bacchyl. an Ibycum. Denique τὸ ὑπερακοντίων Graecorum. T. FABER. Scribendum putabam *sed superavere quidam augendo fidem*. Sed forsitan explicandum: *quidam, augendo numerum, superjecere fidem*, id est, jecere supra fidem. Ut apud Senecam de Benef. 3, 32. *Nec beneficia parentum suorum superjaciunt*. Quintilianus 8, 6. de hyperbole: *Est haec ementiens superjectio*. Aristoph. Pluto 3, 2, 26.

Κλέπων δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισεν.

J. FR. GRON. Confirmat hoc pluribus ad Senecae dictum locum. DUK. *superjacere* Voss. ambo, Leid. 1. Lovel. 1. 3. 4. et Haverk. *superiere* Lovel. 2. Haud absimilis locus infra est 38, 58, 7. ubi plures Mibi praeferunt: *P. Africanum tantum paternas superjecisse laudes, ut fidem fecerit, stirpe divina satum se esse*. Ea lectio si placet, inde locus hic inlustrari potest: si vero *superasse laudes*, quod vulgo editur, praeferatur, et Gronovii hoc loco conjectura probetur, inde patebit, *superasse* et *superjecisse* etiam alibi librariorum in scriptis commutare solitos fuisse.

Peditum quadraginta millia

trecentum triginta, equitum sex et quadraginta millia, mille carpentorum] *ter centum*, pro *trecentum*, reposui: alioqui *trecentos* legendum erat. SABELL. Quidam codices nullum millenarium adjecerant equitibus, quod videbatur non verisimile, equitatus numerum majorem peditatus numero fuisse. Sed meo iudicio neque omitti millenarius potest, neque equitatus excedere peditatum: ideoque ita legendus est locus: *equitum sex millia et quadringentos, mille carpentorum scripsere fuisse*. Multa siq; millia in numeris errata passim reperias. GLAR. In quibusdam libris *equitum sex millia*. Recte: non enim equitum numerus numerum peditum superare debet. SIG. *peditum X. CCC. XXX* Florent. *peditum XI CCC XXX* Klock. *peditum quadraginta millia trecenti triginta* Haverk. et Gaertn. *peditum millia quadraginta et trecentum triginta* Harlej. cum priscis edd. Deinde *equitum sex, quadraginta millia carpentorum* Voss. 1, Leid. 2. et Lovel. 1. *equitum VI. et XL. mil. carpentorum* Klock. *equitum sex et quadraginta millia, mille carpentorum* Voss. 2. Lovel. 3. 4. Leid. 1. et Florent. *equitum sex quadraginta millia, mille carpentorum* Lovel. 2. *equitum sex et quadraginta mille carpentorum* Harlej. *equitum sex millia carpentorum* Gaertn. *equitum sex millia, mille carpentorum* Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. N. ac B. quomodo Sigonius restituit. [*sex millia et quadraginta. Mille Campanorum scripsere* Veith.]

fuisse. et, ut Romanorum quoque auferent copias, L. Volumnium pro consule ducem consulibus, exercitumque ejus legionibus consulum adjiciunt. In pluribus annalibus duorum ea consulum propria victoria est. Volumnium in Samnio interim res gerit, Samnitiumque exercitum, in Tifernum montem compulsum, non deterritus iniquitate loci, fundit fugatque. Q. Fabius, Deciano exercitu relicto in Etruria,

§. 6. *Scilicet cum Umbris Tuscisque, quos et ipsos pugnae adfuisse] Tō scilicet exsulat ab Hearnii Oxon. L. 1. cujus loco Samnites praeferunt ejusdem Hearnii B. et ex meis Portug. Deinde Tuscisque, et ipsos pugnae adfuisse Lovel. 2.*

L. Volumnium proconsulem ducem consulibus, exercitumque ejus legionibus consulum adjiciunt] Vox ducem non est in plerisque libris veteribus, et inducenda est. Nam sine ea praecclare stat *dyt. Decis.* adjiciunt proconsulem consulibus, et exercitum proconsulis legionibus consulum. SIG. Praenomen Volumnii L. deficit in Hearnii L. 2. Deinde *proconsule* legendam esse ex Voss. 1. supra monuit Gronov. cap. praec. §. 3. et ita praeferrunt Florent. Leid. ambo, Lovel. 1. et Klock. atque ita jam Sigonius edidit. V. ad 23, 30, 19. Insuper vox ducem, quam in plerisque libris veteribus non esse et inducendam pronunciat Sigonius, in uno tantum Oxon. B. apud Hearnium non adparet; sed in omnibus meis constanter superest. Tam *adjiciunt* Florent. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Gaertn. *adjiciunt* Leid. 2. *abjiciunt* Haverk. quomodo saepe alibi peccatur. V. ad 3, 37, 4, 5, 48, 9.

Paullo ante *et Romanorum quoque auferent copias*, vocula ut omissa, Haverk. *et ut Romanorum quoque auferent copias* Gaertn. V. ad 27, 9, 11.

§. 7. *In Tifernum montem compulsum, non deterritus iniquitate loci, fundit fugatque] Trifernum*, ut ante. SIG. Sigonio favet unus tantum Haverk. Sed *Trifernum* legit Gaertn. *Sisernum* Hearnii Oxon. B. V. supra ad 9, 44, 6. Deinde *non deterritus* Haverk. *Tum fudit fugat* Leid. 2. *fundit fugat* Lovel. 1. Paullo ante *in Samnio inter res gerit*, pro interim Voss. 2. et Lovel. 3. et *Samnitium exercitum*, pro *Samnitiumque*, Gaertn.

§. 8. *Q. Fabius, Deciano exercitu relicto in Etruria]* MS. Fuld. *Fabius Deciano exercitu relicto in Hetruriae praesidio.* MOD. Franc. Modius e membranis Fuldensibus eruit *Deciano exercitu relicto in Hetruriae praesidio.* cujus lectionis pariticipem suam quoque fecit editionem Andreas. GEBH. Fabii praenomen omittit unus codicum Harlej. omnesque cum edd. sequuntur Aldina priores. Deinde in *Etruriae praesidio* Leid. 1. Klock. Exc. Pithoei, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. in *Etruscis* edd.

truria, suis legionibus deductis ad urbem, de Gallis Etruscisque ac Samnitibus triumphavit. milites triumphantem secuti sunt. Celebrata inconditis 9 carminibus militaribus non magis victoria Q. Fabii, quam mors praeclara P. Decii est: excitataque memoria parentis, aequata eventu publico privatoque filii laudibus. Data ex praeda militibus acris octo- 10 geni bini, sagaque et tunicae; praemia illa tempestate militiae haudquaquam spernenda.

his proximae. in Etruscis praesidio Mogunt. in Etruria Aldus, cui consentiunt reliqui scripti. Mox alio ordine ad urbem deductis Harlej.

§. 9. Celebrata inconditis carminibus militaribus non magis victoria Q. Fabii) Deficit in Pall. tribus *to carminibus*: pro quo in Pal. sec. ad marginem substitutum est *jocis*. GEBH. Eadem vox carminibus etiam deest in Florent. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Gaertn. [Veijt.] Celebrata inconditis militaribus *jocis* Portug. Celebris inconditis militaribus *jocis* Hearnii Oxon. B. Celebris etiam Gaertn. Celebrata interdictis carminibus militaribus Voff. 2. a m. 2. vox autem militaribus exulat ab Harlej. Nihil mutandum est. *joci* quidem aequae ac carmina in hac re memorantur, ut constat ex illis, quae notantur supra ad 3, 29, 6. hic tamen *to jocis*, quod in paucissimis suspectae fidei codd. exstat, natum esse puto ex liberalitate scribarum, qui in codices, in quibus vox carminibus deerat, incidentes aliquid deesse viderunt, et ita ex ingenio supplerunt. Ex illis etiam testimoniis, quae ad eundem Livii locum producantur, patet, neque inconditis, neque militaribus displi-

Liv. Tom. V. P. II.

cere posse. Mox quam praeclara mors P. Decii est editi ante Aldum; neque aliter Harlej. nisi quod insuper omittat ultimam vosem. quam mors P. Decii Oxon. L. 1. apud Hearnium; qui auctor est, Decii praenomen P. deesse in C. Sed quum Fabio praenomen additum sit, eo viz spoliari poterit Decius.

Aequata eventu publico privatoque filii laudibus) Legendum aequatis. Et vehemens ratio est. T. FABER. Codd. nihil mutant, nisi quod privatique filii legat perperam Haverk. Neque Fabri conjecturam vulgatae lectioni praesferendam esse, nisi quis simul legere mallet, aequatis eventu publico privatoque filii patrisque laudibus, ad marginem Livii judicavit Cl. Ant. Perizonius. At recte inquit jam Doujatius, nihil necesse esse, quidquam mutari praeter manuscriptorum fidem. Quamvis a morte Decii patris jam plures, quam quadraginta, anni effluxissent, adeo tamen memoria ejus nondum ex animis hominum elapsa erat, ut milites casum ejus eventu publico et privato sequerent laudibus filii, cujus recentior erat memoria, et hinc meriti gratia major esse debebat. Paulo ante excitata memoria, pro excitataque, Leid. 1.

P

- 1 XXXI. His ita rebus gestis, nec in Samnitibus adhuc, nec in Etruria pax erat. nam et, Perusinis auctoribus, post deductum ab consule exercitum re-
- 2 bellatum fuerat: et Samnites praedatum in agrum Vescinum Formianumque, et parte alia in Aeserninum, quae Vulturno adjacent flumini, descendere.
- 3 Adversus eos Ap. Claudius praetor cum exercitu

§. 10. *Data ex praeda militibus aeris octogeni bini* octingenti bini Haverk. quae summa omnem fidem superat, quamquam haud quaquam spernenda illa tempestate praemia militiae fuisse Livius addat. Voces *octogeni bini* desunt in Lovel. 4. ita tamen, ut laenna relicta sit.

§. 1. *His ita rebus gestis, nec in Samnitibus adhuc, nec in Etruria pax erat*] *His itaque rebus gestis* Lovel. 3. Hearnii Oxon. L. 2. C. et Exc. Pithoei. [Veith.] V. ad 21, 53, 7. Tum non in Samnitibus, nec in Etruria Lovel. 2. nec in Samnitibus, nec Etruria Haverk. Mox a consule Lovel. 1. 3. Voff. 2. et Leid. 1.

§. 2. *In agrum Vestinum Formianumque*] Lege, ut supra, *Vescinum*. SIG. Omnes scripti in *Vestinum* conspirant. Sed v. supra hoc lib. ad c. 20, 1. Deinde *Forminumque* Florent. *Forminumque* Klock. *Formianum*, omissa copula, Gaertn.

Et partem aliam in Eserniacum quoque, quae Vulturno adjacent flumini] Ita habeat veteriores quidam codices: et Esernorum meminit Ptolemaeus [3, 1.] item Plinius 3, 19. in Samnitibus. Quidam ita emendarunt, *et parte alia in Esetrunium, quaeque Vulturno adjacent flumini, descendere*. Ego, quid E-

setrunium sit, ignoro. Tum illud *quaeque* quid referat, aeque obscurum. Planior erat sensus, si ita legeretur: *et parte alia in Eserniacum quoque, qui Vulturno adjacent flumini, descendere*. Sed lectoris esto iudicium. GLAB. Vet. lib. *et parte alia in Aeserniacum, quae Vulturno adjacent flumini*. ut agrum Aeserniae intelligat, oppidi Samnitium. SIG. Promanavit lectio Sigoniani in posteriores omnes editiones: cum antiquiores, et in his Andrae, exhibeant, *in Esernicum quoque, quae Vulturno adjacent flumini*. Campani, *in Esernium quaeque Vulturno adjacent flumini*. Manuscripti vero codices, et in ceteris Pal. pr. et partem aliam in *Sicitum, quaeque Vulturno adjacent*. sec. et partem aliam in *Etrurianum, quae Vulturno adjacent*. tert. partem aliam in *Sensatitum, quaeque Vulturno adjacent*. GEBHARD. Sic [*Aeserniacum* et *adjacent*] Sigonius pro *Esetrunium*, et *adjacent*. Nostrum *Aesernium*. Deinde, *quaeque Vulturno adjacent flumini*: sive malis *Aesernium, quae Vulturno adjacent flumini*. J. FR. GRON. et pars alia in *Etrurianum* Portug. et partem aliam in *Etrurianum* Gaertn. et Haverk. in *Hetrurianum* in Oxon. B. in *Etruriam* in L. 2. in *Estrurianum* in N. in *Casertinum* in C. in *Aesernium* in Exc. Pithoei esse, Hearnii

Deciano missus. Fabius in Etruria rebellante denuo quatuor millia et quingentos Perusinorum occidit: cepit ad mille septingentos quadraginta: qui redempti singuli aeris trecentis decem. praeda alia omnis militibus concessa. Samnitium legiones, 5. quum partim Ap. Claudius praetor, partim L. Volumnus pro consule sequeretur, in agrum Stella-

ctor est. et partem aliam in Esetrunium Voss. 1. et Leid. ambo. et partem aliam in Esetrunicum Harlej. et partem aliam in Esetrimium Lovel. 1. et partem aliam in Erstrunium Klock. et partem aliam in Mesecurium Lovel. 2. et partem aliam in Lanestrinium Lovel. 4. et partem aliam in, omisa voce sequenti sine ulla lacuna, Lovel. 3. et partem aliam in Aesernium Florent. quod, certe Aesernium, Cl. Salvinus adposito signo sibi non displicere indicavit. Mihi magis aridit et parte alia in Aesernino. Ita turma equitum Aesernina memoratur infra 44, 40, 6. et Aesernini vocantur incolae Aeserniae 27, 10, 8. Deinde quaeque Vulturno adjacet Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. Neap. Latini, et Exc. Pithoei. quaeque Vulturno adjacet Klock. et Florent. quae Vulturno adjacet Harl. Gaertn. et Haverk. Se etiam quae, non quaeque, invenisse in Oxon. N. L. 2. B. et C. Hearnius profitetur. Verum alterutram conjecturarum Gronovii, et quidem priorem ob codicum optimorum auctoritatem, probandam esse existimo. Posteriores enim qua adjacet non nisi minoris auctoritatis codicum, quae adjacet praefertentiam, vestigia probant.

§. 3. Fabius Etruria rebellante denuo quatuor millia et quin-

gentos Perusinorum occidit) Adde praepositionem Fabius in Etruria rebellante. GELEN. Praepositionem a Gelemio additam, quam etiam servant omnes codd. sola omiserat ed. Frobeniana anni 1531. Tum quatuor et quingentos Perusinorum, omisa voce millia, Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Portug. et Haverk. quatuor et quingentos Perusinos Gaertn. Deinde cecidit Portug. V. infra ad 36, 36, 6.

§. 4. Singuli aeris trecentis decem] aeris coctis decem Leid. 2. Sed adparet, olim scriptum fuisse aeris coctis decem.

§. 5. Partim Ap. Claudius praetor, partim L. Volumnus proconsul sequeretur) Vet. lib. pro consule. SIG. partim Ap. Claudius praetor, partem Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Klock. et Haverk. Vox Claudius exsulat a plerisque edd. vet. praetor a Leid. 2. Deinde procul sequeretur Voss. 2. Sed recte pro consule sequeretur Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. et Klock. quod in aliis codd. sibi obvium probavit Gronovius supra cap. 29, 3. et infra 38, 37, 1. quorum priori etiam sequeretur scribendum conjecit. Quod tamen non est necessarium. Livius enim duobus substantivis singularibus verbum vel pturale vel

tem convenerunt. ibi et Samnitium legiones omnes considunt, et Appius Volumniusque castra conjungunt. Pugnatum infestissimis animis, hinc irastimulante adversus rebellantes toties, illinc ab ultima jam dimicantibus spe. Caesa ergo Samnitium sexdecim millia trecenti, capta duo millia septingenti.

singulare jungere solet. V. ad 37, 29, 6.

Ibi et Samnitium legiones omnes considunt] *Tō legiones abjudicant sibi Pall. tres MSS. codices. Campanus vero tō omnes. Andreas vulgavit olim, ibi ad Samnium omnes considunt. Denique Pal. sec: et ibi Samnitii omnes considunt. GEBH. In prima video Tarvisina. Andreas et scripti legiones nesciunt. Ille dedit Romae, ibi ad Samnium omnes considunt. Scripti pars major, ibi et Samnitium omnes considunt: quidam, ibi ad Samnium omnes considunt: unus, ibi et Samnitii omnes considunt: non nemo, et ibi Samnitii omnes considunt. Placere potest, ibi et Samnitium, vel Samnitium omnes: Ut l. 31, [45, 7.] Attalus, ne desertam haberet insulam, et Macedonum fere omnibus, et quibusdam Andriorum, ut manerent, persuasit. J. FR. GRON. et ibi Samnitii omnes Portag. et Haverk. et ibi et Samnitium omnes Gaertn. et Hearnii Oxon. N. ibi et Samnitium omnes Florent. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et Exc. Pithoei. Quod quemadmodum Gronovio, ita mihi etiam non displicet. Sic, monente Cl. Jac. Gronovio, codex Cantabr. infra exhibebat 24, 32, 8. Praetoriumque (nisi qui in tumultu aufugerunt) omnes interficiuntur. Doujatius probabat primarum edd. lectionem ibi ad*

Samnium omnes. Sed superbum videtur, optimorum codicum lectionem sine causa spernere, cique vet. edd. auctoritatem obponere. Praetexit tamen, *tō legiones* e proximo repetitionem minus elegantem esse. Verum non id voluit Gronovius, qui *Samnitium omnes* dictum putabat pro *Samnites omnes*, ut exemplum, quo locutionem illustravit, ostendit. Ceterum lectionem vulgatam *ibi et Samnitium legiones omnes* ante Tarvisinas jam receperat ed. Mediol. anni 1480. Insuper *considerent* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn. Ita saepe variant scripti. V. Cortium ad Plinii 3. ep. 1, 5. Paulo ante in agrum *Stellantem* Lovel. 4. in agrum *Stellatam* Voss. 1. in agrum *Stellatum* Gaertn. et Haverk. V. ad 9, 44, 5. Paulo post et *Appius Claudius Volumniusque* Lovel. 2. et *Appius et Volumnius* Portug. Gaertn. et Haverk. Deinde *conjungere*, pro *conjungunt*, Leid. 2.

§. 6. *Illinc ab ultima jam dimicantibus spe*] *ad ultimam jam dimicantibus spem* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Exc. Pithoei, et Hearnii Oxon. B. [Veith.] Male. V. ad 26, 1, 3. Paulo ante *Pugnam infestissimis animis* Lovel. 3. *Pugnatum infestis animis* Haverk. Deinde *irastimulata*, pro *stimulante*, Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3.

§. 7. *Caesa ergo Samnitium sexdecim millia trecenti, capta*

ex Romano exercitu cecidere duo millia septingenti. Felix annus bellicis rebus, pestilentia gravis, prodigiisque sollicitus. nam, et terram multifariam pluisse, et in exercitu Ap. Claudii plerosque fulminibus ictos, nunciatum est: librique ob haec aditi. Eo 9 anno Q. Fabius Gurges, consulis filius, aliquot ma-

duo millia septingenti] *Caesa ergo sedecim Samnitium millia* Leid. 2. et Lovel. 1. *Caesa ergo Samnitium XVI*, voce *millia* omisa, Florent. Leid. 1. et Lovel. 3. [*Samnitium quindecim millia* Veith.] Deinde *capta II* Leid. 2. et Lovel. 1. *capti duo millia* Hearnii Oxon. B. et C. quod dictum videri posset, quemadmodum illa, de quibus infra ago ad 37, 39, 12. hic tamen ob aliorum codicum dissensum nihil mutari placet.

Ex Romano exercitu cecidere duo millia septingenti Pal. sec. refert *duo millia et ducenta*. GEBH. Ita etiam in Haverk. inveni. sed *II millia* ecc in ed. Parm. *duo millia et septingenti* in Lovel. 2. Verum omnia haec verba desunt in Harlej. Portug. et Gaertn. cui errori ansam dedit vocem *duo millia septingenti*, paucis dictionibus interjectis, repetitio; unde etiam simul patet, hic non *ducenti* vel *trecenti* legendum esse. Eadem verba desunt etiam in reliquis edd. Moguntina prioribus. Illa autem dedit *ex Romano exercitu duo millia septingenti*: sed mox Aldus, ut nunc exstat. [*duo millia septem* Veith.]

§. 8. *Nam et terram multifariam pluisse*] *nam et terra* Hearnii Oxon. C. et ed. Froben. anni 1535. cum nonnullis aetate proxima. V. ad 3, 10, 6. *Tum pluvisse* Florent. Voss. ambo,

Leid. ambo, Lovel. 1. 3. Portug. Haverk. et, exceptis Tarvisinis, tantum non omnes editiones usque ad Curionem, qui *pluisse* substituit. V. ad 1, 31, 1. *multi* etiam, pro *multifariam*, Voss. 2.

Et in exercitu Ap. Claudii plerosque fulminibus ictos, nunciatum est] Vocula et non adparet in Portug. Gaertner. et Haverk. Deinde *fulmine ictos* legunt Harlej. et editi ante Aldum. Male. Infra 22, 1, 9. *Milites quosdam ictos fulminibus, et solis orbem minui visum*. Insuper *to est* exsulat a Voss. 2. et Lovel. 2. 3. ac 4. *Mox librique ex hoc aditi*, pro *ob haec*, Portug. et Haverk. *libri que ad haec adici* Gaertn. *libri que ob haec adicio* Florent.

§. 9. *Q. Fabius Gurges, consulis filius*] *Quintius Fabius Gurges* Leid. 2. *Q. Marcus Fabius Gurges* Hearnii Oxon. C. *Q. Fabius Gorges* L. 1. Deinde *consul filius* Voss. 2. Error ex compendio eos. ortus est, quod quemadmodum esserendum esset, indoctus librarius nescivit. V. ad bujus libri c. 10, 2. V. etiam mox ad §. seq.

Aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia multavit] *aliquot in Romanas* Haverk. Voces *ad populum* desiciunt in Hearnii Oxon. L. 1. Recte reliqui eas servant. Ad populi enim iudicium vocabantur matronae stuprum passae, ac vi-

tronas ad populum stupri damnatas pecunia multavit ex quo multatio aere Veneris aedem, quae prope
10 circum est, faciendam curavit. Supersunt etiam nunc Samnitium bella, quae continua per quartum jam volumen annumque sextum et quadragesimum, a M. Valerio, A. Cornelio consulibus, qui primi

ri, qui stuprum intulerant. Supra 8, 22, 3. *Meritam mercedem populo solutam interpretarentur, quod cum, die dicta ab aedilibus, crimine stupratae matrisfamiliae absolvisset.* 25, 2, 9. *Aediles plebeji aliquot matronas apud populum probri accusarunt. ad populum est apud populum.* V. ad 58, 55, 4. Tum damnantes edd. Rom. anni 1472. et Parm. Deinde multavis Florent. Leid. 1. Lovel. 1. 3. et eadem edd. V. ad 2, 52, 4. Eam orthographiam etiam scripti et editi, quos dixi, recipiunt in verbis sequentibus, ita tamen ut *multatio aere*, pro *multatio* legant Lovel. 1. et Florent. a m. 1. *multato aere* a m. 2. *multatio aere* est in Leid. 2. et Portug. *multatione*, voce *aere* omisa, in Lovel. 4.

§. 10. *Samnitium bella, quae continua per quartum jam volumen annumque sextum et quadragesimum, a M. Valerio, A. Cornelio consulibus*] Hi fuerunt consules anno cdxii. quibus annis si adjeceris xlvi. fient anni ab urbe condita cdlviii. Hic igitur locus convincit, in superioribus alicubi annum unum aut alterum omisum injuria temporum, quod nos in Chronologia nostra latius offendimus. GLAB. Rotundus numerus erit, si annus consulum Valerii Cornéliique numerabitur, id est, si anni extremi non negligentur, neque vero aliter loqui potest, cum dicat: *bella agimus per annum*

XLVI. Alibi, ut ostendam, primum annum non numerat. SIG. *Valerio et Corealio consulibus* exstat in Fel. primo: in tert. vero a M. Valerio et Corvo consulibus. GEBH. Robertellus de Convenient. supput. Livianae c. 4. legendum conjicit annum *XLIX.* vel annum *XLVIII.* at suam sententiam tuetur Sigonius 1. Emend. 1. et in Scholiis in Chronolog. Livii ad annum cdlvii. Et verum est, id quod Sigonius statuit, Livium saepe in computando utriusque anni extremi rationem habuisse, interdum alterutrum neglexisse. V. ad 4, 20, 8. Quin et, nonnumquam neutrum numerasse, infra videbimus ad 42, 10, 5. Ceterum *Supersunt et nunc praefert Harlej.* V. ad 22, 47, 9. Tum *quae continua jam per quartum volumen* Lovel. 4. Portug. et Haverk. *quae continue per quartum volumen* Gaertn. Deinde a M. Valerio, A. Cornelio consule Florent. ab M. Valerio, A. Cornelio consule Voff. 1. a M. Valerio et Cornelio consule Voff. 2. et Lov. 4. a M. Valerio consule Leid. 1. Adparet, librariorum iterum in exponendo compendio COS lapsos esse. V. ad §. praec. ab M. Cornelio et A. Cornelio consulibus Leid. 2. ab M. Valerio, A. Cornelio consulibus Lovel. 1. ab M. Valerio et Cornelio consulibus Lovel. 2. a M. Valerio et Cornelio consulibus Lovel. 3. a M. Valerio Cornelio consulibus Haverk. a Valerio, A. Cornelio consulibus Hearnii Oxon. C. M. Va-

Samnio arma intulerunt, agimus: et ne tot anno-¹¹
rum clades utriusque gentis laboresque actos nunc
referam, quibus nequiverint tamen dura illa pecto-
ra vinci; proximo anno Samnites in Sentinati agro,¹²
Pelignis, ad Tifernum, Stellatibus campis, suis ipsi
legionibus, mixti alienis, ab quatuor exercitibus,

*lerio, A. Cornelio consulibus
Portug. et Gaerta.*

*Qui primi Samnio arma in-
tulerunt, agimus]* Gronovius 4.
Obs. 3. hoc quoque adfert, ut
offendat, *agere* saepe dici pro
gerere. Non dubium est, quin id
verum sit; sed non puto, *agi-
mus* hic esse *gerimus*. Nam quid
hoc est, *bella per quartum jam
volumen gerimus? bella, quae
agimus* videtur esse, bella, de
quibus agimus, quae exponimus,
narramus. Cicero 1. in Verr. 13.
*Omnia non modo commemora-
buntur, sed etiam expositis cer-
tis rebus agentur, quae inter de-
cem annos in rebus iudicandis
nefarie flagitioseque acta sunt.*
Et 4. in Verr. 22. *Hic nolite ex-
spectare, dum ego hoc crimen
agam ostiatim.* id est, ut bene
Graevius, persequar enumerando
unam quamque domum, quam ex-
pilavit. DUK. *qui primum Samnio
arma intulerunt* Gaertn. *qui pri-
mum Samnio arma intulere* Lov.
4. *qui primo arma intulerunt* Hav.

§. 11. *Quibus nequiverint ta-
men dum illa pectora vinci]* Ita
habent omnes, quas ego vidi,
editiones, quum tamen legen-
dum sit ex membranis, quibus
*nequiverint tamen dura illa pe-
ctora vinci.* MOD. *quibus nequi-
verint tamen duriora pectora
vinci* reperi in Pall. primo tertio-
que. Mihi non displicet legi,
quemadmodum praecunt Pal. sec.
et Campani editio, *quibus nequi-
verint tam dura illa pectora vinci.*
Andreas ante bina fere secu-

la exendi iussit, quibus nequiver-
unt tamen dura illa pectora
vinci. GEBH. Sic [*nequiverint
tamen duriora pectora*] et Voss.
alter. Editum non reperio ante
Aldinam. Andreas et omnes cum
Mogunt. *dura illa pectora.*
nec secus Flor. Rott. Helm. At
Voss. prior *durilla pectora.* J.
FR. GRON. Modium antiquio-
res edd. non consuluisse patet,
si quidem, quod notis ejus prae-
scribitur, demum obviam fuerit
in Frobeniana anni 1531. cujus
loco Gruterus postea *duriora pe-
ctora* substituit, quod, praeter-
quam in Aldina, in Ascens. etiam
anni 1530. et paucis aliis exstitit.
*nequiverint tamen duriora pe-
ctora vinci,* ut Gruterus vulgavit,
servant etiam Leid. 1. et Lovel,
3. ac 4. *nequiverunt tamen du-
riora pectora vinci* Leid. 2. Voss.
1. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. N.
B. *nequiverunt tam dura pecto-
ra vinci* Gaertn. *nequiverunt ta-
men dulla illa pectora vinci* Har-
lej. *nequiverunt tam dura illa
pectora vinci* Portug. Haverk.
Klock. et Neap. Latini. *nequive-
rint tamen dura pectora vinci*
Lovel. 2. *nequiverint tamen du-
ra illa pectora vinci* Hearnii Ox-
xon. C. quod praecipue Florent.
a Gronovio laudati auctoritate in
contextum recepi. Praeterea tot
annorum cladem Harlej. et pri-
mae edd. pro quo Aldus, consen-
tientibus reliquis scriptis, *clades*
reposit.

§. 12. *Proximo anno Samni-
tes in Sentinati agro, Pelignis,*

quatuor ducibus Romanis caesi fuerant, imperato-
 13 rem clarissimum gentis suae amiserant; socios belli,
 Etruscos, Umbros, Gallos, in eadem fortuna vide-
 bant, qua ipsi erant: nec suis, nec externis viribus
 14 jam stare poterant; tamen bello non abstinebant
 adeo ne infeliciter quidem defensae libertatis tae-
 debat: et vinci, quam non tentare victoriam, ma-
 15 lebant. Quinam sit ille, quem non pigeat longin-

ad Tifernum, Stellatibus campis] Vox anno deficit in Voss. 2. Tum *ad Trifernum* Port. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. V. supra ad 9, 44, 6. Hinc *Stellatibus campis* Lovel. 4. Haverk. et edd. Rom. anni 1473. ac Parm. In verbis sequentibus *suis legionibus*, omissa media voce, Portug.

Caesi fuerant, imperatorem clarissimum gentis suae amiserant] *fuerunt et amiserunt* Portug. Gaertn. et Haverk. *amiserunt* se etiam in Oxon. B. ac C. reperisse, Hearnii testatur. *clarissimum suae gentis*, trajectis dictionibus, Leid. 1.

§. 13. *Nec suis, nec externis viribus*] *nec suis, nec et'nis viribus* Lovel. 2. V. ad 3, 33, 5.

§. 14. *Tamen bello non abstinebant*] *bellonem abstinebant* Gaertn. *non abstinebant bello* Voss. 2.

§. 15. *Quinam sit ille, quem non pigeat longinquitatis*] Quidam susceperant ex hoc loco negationem, continuoque post responderent. Ego, quid ibi faciat, non plane intelligo. GLAR. Intelligit Glareanus Aldum, qui ex contextu Liviano negationem susceperat, et continuo post in erratis reponendam iudicavit. Sed negationem omittunt etiam Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4.

Klock. et edd. Rom. 1473. ac Parm. Horum Miorum, inter quos sunt omnes integerrimi, et editorum auctoritas tantum non persuadet, ut negationem expungendam esse censeam. Et ita oratio per interrogationem concepta indicabit, neminem esse debere, quem eius pigeat. Retinet tamen non nihil similis locus supra 6, 18, 2. ubi de longinquis bellis, quae cum Volscis gesta sunt, dicit: *Non dubito, praeter satietatem, tot jam libris assidua bella cum Volscis gesta legentibus illud subcursorum*. Attamen, si id mei arbitrii sit, vculam non delebo. Ceterum *diuturnitatis bellorum* Flor. quae lectio ex glossa nata videtur. *longinquus* enim. et *longinquitas* pro diuturnus et diuturnitate Livium saepe adhibuisse, supra vidimus ad 7, 29, 1. *longinquitates* perperam Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. et Portug.

Scribendo legendoque, quae gerentes non fatigaverunt] *scribendo ea, quae* Lovel. 3. *scribendo ac legendo ea, quae* Lovel. 4. *scribendo legendoque ea, quae* Voss. 2. Sed tamen *ea* glossa esse videtur, sive interpositum ab illis, qui non observarent, Livium saepissime pronomen hoc ante relativum omisisse. V. ad 23, 15, 4. Deinde *quae le-*

quitatis bellorum scribendo legendoque, quae gentes non fatigaverunt?

XXXII. Q. Fabium, P. Decium, L. Postumius Megellus et M. Atilius Regulus consules secuti sunt. Samnium ambobus decreta provincia est; quia tres a scriptos hostium exercitus, uno Etruriam, altero populationes Campaniae repeti, tertium tuendis parari finibus, fama erat. Postumium valetudo ad-

gentes non fatigaverunt Lovel. 2. et Gaertn. *quae gentes non fatigaverunt* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *fatigavere* Lovel. 4.

§. 1. *L. Postumius Megillus*] *L. Postumius Megellus*, ut ante. SIG. Pall. duo *Maegellus*. totidemque antiquissimae editiones *Megellus*. GEBH. Praenomen deest in Haverk. *M. Postumius* dicitur in Harlej. Deinde *Regillus* Portug. et plures ex prioribus excusis. *Maegellus* Lovel. 3. *Megellus* Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 4. et Klock. Et ita etiam habuere omnes, quas vidi, edd. usque ad Froben. anni 1531. V. Sigonium supra hoc lib. ad c. 26, 15. et infra ad 27, 6, 8. Pighius autem in *Annal. Rom.* ad ann. cdlx. p. 304. eundem hunc esse censet L. Postumium, qui antea consul fuit anno cdlviii. ideoque numerum etiam iterati magistratus adiungendum esse. Iterum hoc anno consulem fuisse adsentior; sed, quid de nota repetiti honoris adjicienda existimem, sententiam supra dixi ad 2, 16, 7. Ceterum paullo ante *Q. Fabium et P. Decium*, interposita copula, Portug. et Haverk. Sed v. ad 2, 17, 1.

Et *M. Atilius Regulus* consules] *Atilius* veteres libri et Ca-

pitolini lapides. SIG. et inde *Atilius Regulus* Lovel. 3. et inde *M. Atilius Regulus*, duplici lectione juncta, Voss. 2. a m. 1. Solent passim *M.* praenomen et *in*, sive *inde*, commutari. V. supra ad 4, 52, 4. Nomen autem gentis uno *t* scribi oportere, supra jam monuit Sigonius ad 5, 13, 3. et *M. Atilius C. Regulus* inepte Voss. 1. et Lovel. 1. *Vecem consules* omittit Gaertn.

§. 2. *Quia tres scriptos hostium exercitus*] et *quia tribus scriptis hostium exercitibus* Portug. Gaertn. et Haverk. *quae tres scriptos habuit exercitus* Voss. 2. et Lovel. 3. Paulo ante *Samnium ambobus* Voss. 1. et Lovel. 1. *Samnitibus ambobus* Leid. 2.

Altero populationes Campaniae repeti, tertium tuendis parari finibus] *populationes*, pro *populationem*, ut omnes priores habuerunt, Gronovium edidisse, monuit Hearnius; et tamen de Oxoniensium suorum lectione ne verbum quidem addidit. *populationem* legunt apud me Harlej. Lovel. 2. 3. et Voss. 2. *populatione* Leid. 1. et Lovel. 4. Tum *repetit* Voss. ambo, Leid. ambo, et Lovel. 1. 3. 4. qui omnes una cum Gaertn. exhibent *parare*. Portug. autem insuper *finibus parare*.

versa Romae tenuit: Atilius extemplo profectus, ut in Samnio hostes (ita enim placuerat Patribus) nondum egressos obprimeret. Velut ex composito ibi

§. 3. *Atilius cum exercitu extemplo profectus*] *profectus* aut primum singulariter, deinde pluraliter subjungit, *obvium habuere hostem*. Suspicio plane, non integram esse hoc in loco codicum fidem, quamquam, quod ad eam rem dicerem, habeo; verum mihi non satis facio. GLAB. Absunt a triga Palatinorum codicum duo vocabula *cum exercitu*. neque profecto comparant in vetustis editionibus. GEBH. *Tā cum exercitu* unde susceperit A. sulanus, ipse viderit: nostri certe scripti ea ignorant; nec minus Andreas, et ejusdem praefationem praefert, et Beccar. Asc. Mogunt. Saveterius. Et vult ista saepe intelligi Livius, vel supra [c. 1, 9.] *C. Junius Bubulcus, cum M. Titinio magistro equitum profectus, primo congressu Aequos subegit*. Sed offendit eum, quod sequitur *habuere*: quasi non ibi possit intelligi *Romani*, qui duce Atilio venerant. Vel potius et Romani et Samnites suum uterque exercitus hostem. Ad eundem lapidem impedit Sigonii codex, qui *habuit*, non suocinētibz nostris: et recte, inquit ille: refertur enim ad vocem *Atilius*. Qui non ergo etiam *ipse prohiberetur*, et deinde *prohiberet*, facit? J. FR. GRON. Ut in hoc loco Sigonius et ante eum Glareanus haerent, non minima causa fuit prava interpunctio. Ita enim fore edebatur olim, *extemplo profectus, ut in Samnio hostes (ita enim placuerat Patribus) nondum egressos opprimeret, velut ex composito* etc. Arte igitur cohaerere debeat *Atilius profectus obvium habuere*; qui verus est soloeicimus: cui eximendo Aldus vo-

ces *cum exercitu*, quae in nullo etiam meo cod. obcurrant, addidit; Sigonius *habuere* mutavit in *habuit*. At loco optime consulit Gronovius interpungendo, quemadmodum postea passim editum est, licet mutatae distinctionis non meminerit, ne olim quidem in prima ed. notarum ad l. 38, 29. ubi de hoc loco egit. Psullo ante Romae exsulat a Gaertner. In verbis seqq. *Patribus placuerat* est in Lovel. 4.

Nondum egressos obprimeret] Pal. pr. ac tert. *ut dum egressos. sec. nondum regressos*. GEBH. *ut dum egressos* Lovel. 3. *nondum regressos* Voß. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 4. Gaertn. Haverk. [Veith.] et Oxon. N. apud Hearnium, qui *digressos* invenit in B. et tum *comprimeret* in C. *digressos* etiam inveni in Portug.

§. 4. *Ibi obvium habuere hostem; ubi et intrare, ne dum vastare, ipsi Samnitium agrum prohiberentur*] *ibi* et *ubi* relativa hic sunt, et Samnitium rem superiorem Romana aut trifarum, quod Romanos ab ingressu, a vastatione, a regressione prohibere facile quiverint. Sed lector locum discutiatur, perpendatque dicendi genus satis durum, mea quidem opinione. GLAB. Vet. lib. plerique *habuit*: et recte. Refertur enim ad vocem *Atilius*. SIG. *ibi obvium habuit* in solis Lovel. 2. Portug. et Gaertn. inveni: Hearne vero in Oxon. N. B. ac C. sed *habuere* defendit Gronov. ad §. praec. *obvium ibi habuere* Lovel. 4. *sibi obvium habuere* Harlej. V. ad 1, 55, 5. *ibi obvium habuere*

obvium habuere hostem; ubi et intrare, nedum vastare, ipsi Samnitium agrum prohiberentur: et egredi inde in pacata sociorumque populi Romani

runt Haverk. [obviam habuit hostem Veith.] Deinde ubi et vastare ipsi, reliquis omiſſis, Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn. [Veith.] ubi vastare ipsi Hearnii Ox. N. in margine. ubi et intrare vastare ipsi Flor. ubi et intrare vastare ibi Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. ac 4. ubi intrare et vastari ipsi Haverk. ubi intrare ac vastare ipsi Portug. et apud Hearnium Oxon. B. Ex solis Harlej. et Klock. nihil notatur. Ceterum Manutius ad Cic. 7. ad fam. ep. 28. aliique observant, nedum hanc vim habere, ut semper neget, adeoque fere notare multo minus, tantum abest ut. Id primo intuitu hic fallere videtur: nam nedum vastare prohiberentur reddi nequit, multo minus vastare prohiberentur, vel tantum abest, ut vastare prohiberentur; sed potius reddi debet, multo magis vastare prohiberentur. Verum observandum est, negationem, quae inest verbo prohiberentur, inde separandam, idque per non permitterentur exponendum, ac negationem ad posterius orationis membrum non repetendam esse, hoc modo: ubi non permitterentur intrare, multo minus permitterentur vastare. Alia exempla, ubi negatio, quae verbo inhaeret, inde dissolvenda sit, v. ad 39, 15, 11. (* lege 42, 36, 6.) Et quidem locus fere similis est apud Propert. 1. el. 9, 31.

*Illis et silices, et possunt cedere quercus;
Nedum tu possis, spiritus iste levis.*

ubi cedere capio quasi dictum esset non pares esse, hoc modo: silices possunt non pares esse,

tantum abest, ut tu possis par esse. Insuper prohiberetur Voff. 2. et Lovel. 3. prohiberent Haverk. et Hearnii Oxon. B. V. ad 10, 10, 1. Tota vox exulata Lovel. 2, et 4. [agros prohiberentur. Veith.]

Et egredi inde in pacata sociorumque populi Romani fines] Pal. sec. et *regredi inde in pacata.* GEBH. Omnia haec verba cum duobus sequentibus omituntur in Haverk. negligentia librarii, quem in errorem perduxit repetitio *tot prohiberent. regredi etiam Florent. Voff. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. Portug. Gaerta. Klock. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. Frobeniana anni 1531. priores.* Quid autem de hac lectione censendum sit, videbimus ad verba sequentia. Deinde *sociorumque populo Romano* Harlej. et primae edd. de quo v. ad 39, 47, 10. *populi Romani* primum inveni in ed. Mediol. anni 1505. quod etiam in reliquis omnibus superest M&is.

Samnites prohiberentur] Venustior est prisca lectio, *Samnitium prohiberent.* Cujus hic est sensus: Romani ibi obvium habuerunt hostem Samnitium, ubi et intrare, nedum vastare Samnitium agrum ipsi prohiberentur, et egredi in fines populi Romani Samnitium prohiberent. Deinde novae periodi faciendum est initium. *Cum castra castris.* SIG. *Samnitium prohiberent* Gaerta. *Samnites prohiberent* Harlej. et edd. Sigonio antiquiores, nisi quod *Samnites prohiberentur*, ut notis Sigonii praescribitur, in una sit Basileensi anni 1555.

5 fines Samnitum prohiberent. Quum castra castris conlata essent, quod vix Romanus toties victor au-deret, ausi Samnites sunt (tantum desperatio ultima temeritatis facit) castra Romana obpugnare. et quamquam non venit ad finem tam audax inceptum, 6 tamen haud omnino vanum fuit. Nebula erat ad multum diei densa adeo, ut lucis usum eriperet, non prospectu modo extra vallum adempto, sed propinquo etiam congregantium inter se conspectu.

Samnitum prohibebant reliqui omnes scripti. Pessime de hoc loco promeritus est Glareanus; qui, quum suo tempore ederetur *Samnites prohiberent*, vocem *Samnites* casu primo accepit, ut illi dicantur prohibuisse Romanos *regredi* (hanc enim lectionem ex vetustioribus edd. probasse Glareanum, expositio ejus indicat) in pacata. Verum, ea lectione admissa, *Samnites* casu quarto intelligere debuisset: ut inuait Livius, hostium occursum prohibitos fuisse hinc Romanos intrare et vastare agrum Samnitium, inde Samnites egredi in pacata: id enim exigunt Livii verba *et ipsi intrare prohiberentur, et Samnites prohiberent*; insuper etiam verba *sociorumque populi Romani*. Si enim, ut Glareanus existimat, Livius indicare voluisset, rem Samnitium trifariam superiorem fuisse re Romana, potius hoc modo verba concepisset, *ubi intrare, nedum vastare agrum, et regredi inde in pacata sociorumque suorum fines Samnites prohiberent*. Nunc autem, lectionem illam *Samnites prohiberent* admitti non posse, patet ex Mstis, quorum non tantum optimi omnes, sed etiam, paucis demittis, reliqui praeferunt *Samnitum prohiberent*, ut recte Sigo-

nus emendavit. Et ita vitatur etiam ambiguum, quod inerat voci *Samnites*. *Samnitum* pro Samnites, ut *Romanus* pro Romani. V. supra ad 3, 2, 11. Praeterea, hac lectione probata, nulli dubium esse potest, quin in verbis praecedentibus *egredi*, non *regredi*, etiam invitis plerisque codd. legendum sit. *egredi in pacata*, nimirum ex loco, in quo bellum gerebatur, quemadmodum *egredi in vadum*, nimirum ex amae, supra 8, 24, 13. ubi quaedam vide. Ita *educere in aciem, in castra*, de quibus v. ad 3, 62, 6. [et *regredi inde impacatum sociorumque* Veith.]

§. 5. Quum castra castris conlata essent] Quumque castra Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *collocata essent* Hearnii Oxon. L. 1. Male. Livius 27, 12, 9. *Marcellus vestigiis instabat, castraque castris conferebat*. c. 27, 1. Numquam satis castra castris conlata duceret. 44, 20, 3. *Castra castris prope ita conlata esse, ut flumine Enipeo interjecto arceantur*. Solent autem *collatus* et *collocatus* saepe a librariis confundi. V. ad 5, 32, 8. 9, 24, 5. hoc libro c. 29, 6. 38, 57, 2. (* c. 41, 13.) et viros doctos ad Sueton. Aug. 33. Mox *facere*, pro *facit*, Lovel. 4.

Hac velut latebra insidiarum freti Samnites, vix-
 dum satis certa luce, et eam ipsam premente ca-
 ligine, ad stationem Romanam in porta segniter
 agentem vigilias perveniunt. Inproviso obpressis nec 8
 animi satis ad resistendum, nec virium fuit. Ab
 tergo castrorum decumana porta inpetus factus.
 itaque captum quaestorium: quaestorque ibi L. 9
 Opimius Pansa occisus. conclamatum inde ad
 arma.

*Non venit ad finem tam au-
 dax inceptum, tamen haud om-
 nino vanum fuit] tam audax in-
 ceptum ad finem, mutato ordi-
 ne verborum, Voss. 1. Lovel. 1.
 Portug. Gaertn. et Haverk. De-
 inde tamen omittitur in Lovel. 2.
 Et quidem, eam particulam in-
 terdum omitti post quamquam
 aut similes particulas, videbimus
 infra ad 22, 20, 1. Hic tamen non
 ejiciendam esse, suadet reliquo-
 rum codd. in ea servanda con-
 sensus.*

§. 6. *Lucis usum eriperet, non
 prospectu modo extra vallum
 adempto] lucis usum caperet Ha-
 verk. potestatem adspiciendi e-
 riperere dixit Cic. de Amicit. 13.
 Tum non profectu modo idem
 Haverk. non profecto modo Lo-
 vel. 4. Hinc adepto Florent. et
 Leid. 1. V. ad 8, 1, 3. Mox egre-
 dientium, pro congregientium,
 Portug. Gaertn. et Haverk. Quum
 egredientium scriptum esset, ex
 non intellecto compendio error
 ortus est. Ita evocare, pro évo-
 care, sive convocare, librarios
 perperam dedisse, videbimus ad
 22, 40, 8. inter se congregien-
 tium alio ordine Leid. 1.*

§. 7. *Hac velut latebra insi-
 diarum freti Samnites, vixdum
 satis certa luce] Ac velut late-*

*bra insidiarum freti Voss. 1. Leid.
 1. Lovel. 2. V. ad 35, 26, 7. Ac
 velut insidiarum freti Lovel. 3.
 Hic velut latebra insidiarum
 freti Gaertn. Aut velut latebra
 insidiarum freti Hav. Hac vel-
 ut latebra insidiarum fieri Leid.
 2. Tum urendum satis certa lu-
 ce Lovel. 3. Livius 9, 42, 7. Po-
 stero die vixdum luce certa de-
 ditio fieri coepta. 28, 14, 8. Vix-
 dum satis certa luce equitatum
 omnem cum levi armatura in
 stationes Punicas inmisit. Vox
 satis deficit in Gaertn. quam Li-
 vium vel addere, vel omittere
 solitum fuisse, modo adlata ex-
 empla docent. Hic ergo reliquis
 codicibus eam servantibus ad-
 sentior. Mox vigilias noctis Voss.
 2. invitis reliquis, quos sequor.
 in portam segniter agentem e-
 dit] ante Aldum.*

§. 9. *Itaque captum quaesto-
 rium: quaestorque ibi L. Opi-
 mius Pansa occisus] Sententiam
 Lipsii de situ quaestorii refellit
 Schelius in notis ad Polyb. de
 Castris p. 1164. DUK. Vocula
 que posterior non adparet in Ha-
 verk. nec sequens ibi in Lovel.
 4. Tum L. Oppinius Pansa le-
 gunt Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.
 L. Opimius Pansa Lov. 2. Mox
 conclamatum deinde, pro inde,
 Lovel. 4. V. ad 36, 24, 10. sed*

1 XXXIII. Consul, tumultu excitus, cohortes duas
 sociorum, Lucanam Sueffanamque, quae proximae
 forte erant, tueri praetorium jubet: manipulos legio-
 2 nam principali via inducit. Viridum satis aptatis ar-
 mis, in ordines eunt: et clamore magis, quam ocu-
 lis, hostem noscunt: nec, quantus numerus sit,
 3 aestimari potest. Cedunt primo incerti fortunae
 suae, et hostem introrsum in media castra accipiunt.

deinde hic ex glossa natum puto; pro eo enim saepe inde usurpatur. V. ad 42, 55, 6.

§. 1. Consul tumultu excitus] exercitus Voss. 1. Leid. 2. et Havverk. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. quorum librarii se excitus scriptum invenisse crediderunt. excitus tumultu, ut excitus clamore, fama. 1, 39, 2. Plurimo igitur clamore inde ad tantae rei miraculum orto excitos reges. 29, 4, 7. Masinissa, fama Romanae classis excitus, cum equitibus paucis venit. Solent autem passim hae voces in scriptis commutari. V. ad 1, 14, 6. 2, 62, 4. 3, 48, 6. 5, 8, 7. c. 16, 8. 6, 29, 6. 8, 20, 4. 7, 2, 6. (* 27, 42, 1.) Eodem errore etiam confunduntur excitare et exercitare. V. infra ad 39, 1, 5. Multa similia v. ad 21, 28, 5.

Cohortes duas sociorum, Lucanam Sueffanamque, quae proximae forte erant] duas cohortes sociorum Leid. 1. cohortes sociorum Leid. 2. cohortes duces sociorum Gaertn. a m. 1. ducis a m. 2. Tum Lucanamque et Sueffanam Leid. 2. Mox manipulosque legionum, addita connectente particula, Voss. 2. et Lovel. 3. et induci, pro inducit, Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. quasi regi deberet a verbo praecedenti jussit. Sed male.

§. 2. Viridum satis aptatis armis] Prima vox exulat ab Hearnii Oxon. L. 2. Tum armis aptatis legunt Harlej. et edd. ante Aldum. Mox aestimare potest, pro aestimari, Leid. 1. Lovel. 3. 4. et Harlej. estimare potest Lovel. 2.

§. 3. Consul vociferaretur, expulsine extravallum, castradeinde sua obpugnaturi essent, rogitans] Suspectum est rogitans. c. 28, 12. Vociferari Decius, quo fugerent? quamve in fuga spem haberent? c. 29, 3. Livius vociferari, vicisse Romanos. 2, 65, 3. Vociferantur, ut ante signa ituros. Sic 3, 40, 1. 23, 7, 5. 24, 21, 2. et alibi saepe, cum apud Livium, tum apud alios: in quibus omnibus verbo vociferari nihil aliud additur, nec addi necesse est. Credo, saepe alios liberaliores fuisse in edjiciendis quibusdam hujus generis, ut ait, dicit, et similibus, quam auctores ipsos. V. Gronov. ad Livii 3, 56, 12. 23, 45, 6. 37, 10, 5. et Curtium ad Sallustium compluribus locis, quae v. in Indice v. Ellipsis: cujus sententiam tamen non ubique facio meam. Suet. Calig. 34. Cogitavit etiam de Homeri carminibus aboleris. Cur enim sibi non licere dicens, quod Platoni lieuisset? Justinus 23, 2. Nec esse fas, ut

inde quum consul vociferaretur, *expulsione extra vallum, castra deinde sua obpugnaturi essent, rogitans; clamore sublato connisi primo resistunt: 4 deinde inferunt pedem urgentque, et impulsos semel terrore eodem agunt, quo coeperunt. Expal- 5 lunt extra portam vallumque. inde pergere ac persequi (quia turbida lux metum circa insidiarum faciebat) non ausi, liberatis castris contenti, recepe-*

*Macedonibus ex sanguine eorum, quorum regna deleverint, reges constituentur, quod nec ipsum Alexandrum voluisse dicit. Ibi suspectum est dicens, hic dicit. Rursus Justinus 34, 3. Senatum adiit, obsidemque se vivo fratre venisse. Hic Bernæo. et Scheff. frustra dubitant, an legendum sit, obsidem inquiring se vivo fratre venisse. Sine controversia verum est, quod habent MSS. Bongarsii, Burmanni, ac Duisburgensis, obsidem se, abjecta copula que. V. Gronov. 3. Obs. 14. DUK. *expulsione extra vallum* Voss. 2. et Gaertn. V. ad 5, 28, 5. Tum castris inde obpugnaturi essent Gaertn. castra obpugnaturi essent Portug. Deinde rogitans, quod Cl. Dukero suspectum est, deficit in uno Lovel. 4. Si plures ignorassent, ex contextu etiam eiecissent, quum passim similia verba librarii interponere de suo soliti fuerint. V. ad 23, 45, 6. Paulo ante *et* et omittitur in Leid. 2. et Lovel. 1. introrsus autem praefert Lovel. 2.*

§. 4. *Connisi primo resistunt*] Pal. sec. *primoresistere*. GEBH. *connisi pot resistunt* Lovel. 3. *connisi primi resistunt* Portug. et Haverk. *connisi primo resistunt* Voss. 2. *Mox inferunt pedem, pro pedem*, Lovel. 3.

Terrore eodem agunt, quo coeperunt. Expellunt extra portam] Duo e Pall. meliores, *terrore eodem cogunt, quo coeperunt, expelluntque extra portam*. GEBH. Duobus Pall. Gebhardi consentit ex meis Lov. 3. Neque aliter Voss. 2. nisi quod habeat *expelliturque. terrore eodem cogunt* etiam est in Lovel. 2. 4. Leid. 1. et apud Hearnium in margine Oxon. N. [Veith.] *eodem terrore agunt* Gaertn. Tum quo coepere Lovel. 4. quod coeperant Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B.

§. 5. *Turbida lux metum circa insidiarum faciebat*] *lux ne metum cum archa insidiarum* Voss. 2. et Lovel. 3. *lux ne metum cum cura insidiarum* Lovel. 4. *lux metum esse insidiarum* Haverk. Pro *circa* per compendium scriptum fuerat *ce*, quod levi errore mutatum est in *ce*. V. ad §. seq. *lux ne tum circa insidiarum* Leid. 1. Paulo ante *pergere ac persequi*, pro *pergere*; Haverk. Alibi *ita* peccarunt scribae. V. ad 2, 1, 1. 9, 8. 4. *pergere ac prosequi* Lovel. 1. 2 m. 1. Harlej. Gaertn. et editi usque ad Aldum. V. ad Epit. Liv. 99.

Liberatis castris contenti, receperunt se intra vallum] *liberatis castris continere se coeperunt intra vallum* Klopck. *liberatis*

runt se intra vallum trecentis ferme hostiam occisis.

6 Romanorum stationis primae vigilumque et eorum, qui circa quaestorium obpressi, periere ad ducentos
7 triginta. Animos inde Samnitibus non infelix audacia auxit; et non modo proferre inde castra Romanum, sed ne pabulari quidem per agros suos, patiebantur. retro in pacatum Soranum agrum pabulatores

tis castris contreriti receperunt se intra vallum Gaertn. libertatis contenti receperunt se intra vallum Leid. 1. libertatis castris Leid. 1. Lovel. 4. Portug. et Haverk. in quo posteriori sex voces sequentes omittuntur; at sola receperunt in Voff. 1. et Lovel. 3. Mox cesis, pro occisis, Leid. 2. et Gaertn. occisi Lovel. 1.

§. 6. *Et eorum, qui circa quaestorium oppressi, periere ad ducentos triginta] eorum et qui circa quaestorium Lovel. 3. et eum qui ee quaestorium Haverk. qui similiter errabat §. praec. Tum periere oppressi idem Haverk. perire oppressi Gaertn. Deinde periere cccxxx Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. periere ad cccxxx Voff. 2. et Lovel. 3. periere ada cc. xxx. Florent. et Leid. 1. quae lectio suspicionem iniecit, legendum esse periere ad cccxxx. V. supra hoc lib. ad c. 29, 17. Et hanc conjecturam firmat dicta Voff. 2. et Lovel. 3. lectio, modo pro prima nota e reponatur 12. Nam et alibi hae notae commutari solent. V. ad 38, 37, 6. Paulo ante Romanorum stationes primae Haverk. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Eadem autem edd. cum Voff. 1. hinc legunt vigilumque.*

§. 7. *Non modo proferre inde castra Romanum, sed ne pabu-*

lari quidem per agros suos] praeferre inde castra Romanum Portug. alibi saepe obvio errore. V. ad 3, 12, 9. 4, 44, 2. 8, 22, 4. hoc lib. c. 40, 6. et alibi. Passim autem praepositiones pro et prae ac verba cum iis composita commutari, dictum est ad 9, 10, 7. pro autem in compositione hic eandem vim habet, atque in promittere apud Ital. Heinsium ad Silli 3, 534. inde proferre castra Romanum Gaertn. proferre inde castra Romanorum Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. proferre in castra Romanum Lovel. 4. V. supra hoc libro c. 20, 6. proferre in castra Romanorum Haverk. [castra romana. Veith.] Tum sed non pabulari quidem, tribus sequentibus vocibus neglectis, Leid. 2. et Lovel. 1.

In pacatum Soranum agrum pabulatores ibant] in pacatum agrum Soranum Portug. et Gaertn. in epacatum agrum Soranum Haverk. Tum populatores ibant Leid. 2. Lovel. 1. et Haverk. V. supra hoc lib. ad c. 3, 6. Sed vox pabulatores deficit in Portug.

§. 8. *Fama, tumultuosior etiam, quam res erant, perlata Romam] quam res erat Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. Utrumque dici potest, ut patet ex illis, quae notantur*

latores ibant. Quarum rerum fama, tumultuosior & etiam, quam res erant, perlata Romam, coëgit L. Postumium consulem, vixdum validum, proficisci ex urbe. Prius tamen, quam exiret, militibus edicto Soram jussis convenire, ipse aedem Victoriae, quam aedilis curulis ex multatitia pecunia faciendam curaverat, dedicavit. Ita ad exercitum profectus, 10 ab Sora in Samnium ad castra collegae perrexit.

ad 2, 47, 8. Hic igitur, ubi pro vulgato et plures et optimi stant codices, nihil mutandum est. Deinde *perlatam Romam* Lovel. 1. V. supra ad 6, 3, 8.

§. 9. *Ex urbe; prius tamen, quam exiret, militibus edicto Soram jussis convenire. Ipse aedem] quod exiret* Haverk. V. ad 5, 51, 7. *quam exirent* Lovel. 3. quasi referendum foret ad milites, quam sit ad consulem Postumium. *quam urbe exiret* Lovel. 4. qui etiam praefert *Soram missis convenire*. V. ad 9, 43, 2. *Soram jussis convenire* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 27, 24, 3. Ceterum locus mala interpunctione laborat, quem ita emendandum existimo: *proficisci ex urbe. Prius tamen, quam exiret, militibus edicto Soram jussis convenire, ipse aedem* etc. quemadmodum fere in quibusdam inveni edd. ant.

Quam aedilis curulis ex multatitia pecunia faciendam curaverat, dedicavit] De L. Postumio Megello consule loquitur, quem in aedilitate aedem Victoriae faciendam curasse ait: cum supra tamen hujus aedilitatis nulla mentio sit, neque id librorum vitio. Est enim hoc Livio familiare, ut magistratus alicujus, aut legis, aut rei, non anno il-

Liv. Tom. V. P. II.

lo, quo de ea actum est, verum multos post annos mentionem inferat. Quae res saepe angit Glareanum, ut in lege Oppia abroganda, quam numquam antea latam esse scripserat, l. 34, [1.] †. „Glareanus non frustra clamat, in hoc *πρότερον ὕστερον*. „†. SIG. Credo ex *multatitia pecunia* turpe glossoma esse. HLOCK. Livii in hoc loco nonnullam negligentiam notat Perizonius Anim. Histor. c. 4. p. 162. DUK. De more Livii, cuius hic meminit Sigonius, v. ad 33, 44, 2. Ceterum *multatitia*, ut Sigonius edidit, Florent. Leid. 1. Lovel. 1. 3. et edd. Romanae anni 1472. ac Parm. V. ad 2, 52, 4. Cur autem verba *ex multatitia pecunia* Klockio suspecta sint, non adsequor. nisi forte existimaverit, ex multa vix redigi posse tantam pecuniae summam, ut inde aedes sacra construi possit. et similia exempla infra occurrunt 24, 16, 19. 33, 42, 10. et 34, 53, 4. Tum *dedicavit* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. et Haverk. V. ad Epit. Liv. 138. In his *dedicare* usitatum esse patet ex illis, quae notantur ad 5, 23, 7.

§. 10. *Ad exercitum profectus, ab Sora in Samnium ad castra collegae perrexit] profectus Soram, in Samnium Flor. profectum ab Soram Samnium* Leid. 1. pro-

Q

inde postquam Samnites, diffisi duobus exercitibus resisti posse, recesserunt; diversi consules ad vastandos agros urbesque obpugnandas discedunt.

XXXIV. Postumius Miloniam obpugnare ador-

fectus ab Sora in Samnites Gaertn. Mox duobus diffisi exercitibus alio ordine Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Deinde recessere, pro recesserunt, Lovel. 4. recesserant Gaertner.

Diversi consules ad vastandos agros etc. discedunt] Praecipiant legere Pall. omnes divisi consules ad vastandos agros urbesque oppugnandas discedunt. GEBH. Rectum est diversi. Salust. Jug. 50. Neque in unum sese recipiebant, sed alius alio quam maxime diversi. Nepos in Datame 11. Quum aliquamdiu in colloquio fuissent, et diversi discessissent. DUK. divisi Voss. 2. (utrumque Voss. memorat Doct. Oudendorp. ad Lucani 10, 483.) Lovel. 3. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Saepe divisus et diversus commutantur in scriptis. V. ad Livii 5, 55, 5. hoc lib. c. 41, 11. 21, 55, 2. (34, 32, 9.) et alibi saepe. Adde N. Heinsium ad Claudiani 3. de laud. Stil. 45. Cel. Burmana. ad Nason. Ep. 12. Her. 145. et Doct. Oudend. ad Lucani l. 1. Verum hic cum optimis scriptis nihil muto. Supra 3, 60, 1. Consules, rebus urbanis compositis, in provinciis diversi abiere. 9, 2, 2. Pecoraque diversos, alium alibi, haud procul Romanis pascere jubet. c. 37, 10. Ad castra, ad silvas diversi tendebant. 10, 12, 3. Diversique, ad suum quisque bellum, proficiscuntur. c. 27, 8. Diversas ferae, cerva ad Gallos, lupa ad Romanos cursum deflexit. ubi etiam pariter variant nonnulli codd. c.*

36, 3. Diversique integri atque intacti abissent. c. 44, 9. Diversi Papirius ad Sepinum, Carvilius ad Volanam obpugnandas legiones ducunt. Hic etiam similis varietas in quibusdam codd. obcurrit. 23, 56, 1. Quum Patres diversi ad sedandas tumultus secessissent. 25, 19, 6. Consules diversi, Fulvius in agrum Cumanum, Claudius in Lucanos, abierunt. Et hic pariter turbant libri. 26, 20, 6. Inhiberna diversi concesserunt, Hasdrubal Gisgonis ad Oceanum et Gades, Mago in mediterranea, Hasdrubal Hamilcaris filius proximus Ibero. 28, 46, 3. Et praetores diversi in provincias profecti. 33, 15, 3. Haec tria diversa agmina discessere. c. 29, 9. Evastatis prius agris, quam ab Elatia diversa agmina iere. 42, 7, 7. Diversi in omnes partes fugerunt. 45, 38, 14. Quid moremini hic, et non diversi domos quisque abeatis vestras. V. Cortium ad Salustii Jug. 12. et Cel. Burm. ad Valer. Flacci 4, 387. Et ita diversi colore dicuntur, qui ex locis diversis in unum conveniant, apud Ovid. Ep. 19. Her. 167.

At nos diversi medium colamus in aequor.

Praeterea descendunt Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. Ita saepe variasse librarios, supra vidimus ad 9, 14, 7. Hic tamen discedunt verius esse, quaedam eorum locorum, quibus 20 diversi illustravi, docere possunt.

§. 1. Miloniam obpugnare adortus, vi primo atque ispe-

tus, vi primo atque inpetu, dein, postquam ea parum procedebant, opere ac vineis demum injunctis muro cepit. Ibi, capta jam urbe, ab hora quarta usque ad octavam fere horam omnibus par-

tu] Vet. lib. *Miloniam*. Item Stephanus, *Μιλωνία* urbem esse Samnitium clarissimam, scribit. SIG. *Melioniam* Voss. 2. *Miloniam* Lovel. 4. Harlej. Portug. Haverk. Hearnii Oxon. B. C. et vetus edd. ante Aldum. *Milioniam* Gaertn. *Milioriam* Lovel. 3. *Milioniam* Florent. Leid. 2. et Lovel. 1. a m. 2. V. supra hoc libro ad c. 3, 5. Similes varietates mox etiam in scriptis supersunt hoc cap. §. 5. Hinc ut primo Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. supra ad 4, 51, 6. Sed τὸ vixulat a Florent. Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. ac 4. quorum profremus insuper, alia adhuc voce omissa, praefert *oppugnare adartus primo inpetu*. at primo non compareret in Lovel. 3. ac Gaertn. Mox *dein*, pro *deinde*, Florent. et Leid. 1. quorum auctoritate recepi. V. supra ad 3, 6.

Opere ac vineis demum injunctis muro cepit] *inunctis* Lovel. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Sed primam syllabam τὸς *inunctis* elisit litera finalis vocis praecedentis. Vide supra ad 5, 27, 6. ex *inunctis* postea alii fecere *uinctis*, quae lectio est in Voss. 2. V. ad 5, 7, 2. Sed nihil mutandum est. Supra 4, 9, 14. *Et alia parte consul muro Ardeae brachium injunserat*. ubi v. quae viri docti notarunt. Insuper quidam librarii, aegre ferentes, verbum cepit acousativum, ut vutabant, non adjunctum habere, scripserunt *muros cepit*, quod inveni in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. alii *muro eam cepit*, quod

Hearnio obvium fuit in Oxon. L. 2. [Veith.] Male. Ex praecedentibus enim *Milioniam* repetendum est. V. quae notantur ad 2, 40, 10. et 9, 22, 8.

§. 2. *Ab hora quarta usque ad octavam fere horam*] Vet. lib. *ab hora quarta diei ad octavam*. SIG. Lectio *ab hora quarta diei ad octavam* ab Sigonio profecta est. Pall. duo, totidemque cascae edd. *ab hora quarta usque ad octavam fere horam*. Pal. sec. *ab hora jam quarta diei ad octavam fere horam*. quod mihi non displicet. GEBH. Ita [*ab hora quarta usque ad octavam*] omnes MSS. non *quarta diei ad*. J. FR. GRON. Lectionem, quam in Pal. sec. inventam Gebhardus sibi non displicere testatur, non nisi in suspectae fidei codd. Portug. Gaertner. et Haverk. inveni; Hearnius etiam tantum in Oxon. B. Reliqui et mei et Hearnii Mti vulgatum defendunt. Non accedo itaque sententiae Cl. Ant. Perizonii, qui ad marginem Livii monuit, vocem *horam* sibi, tamquam superfluum, suspectam videri. V. exempla similis locutionis, quae Cl. Jac. Gronovius supra laudavit ad Livii 8, 38, 10.

Omnibus partibus urbis incerto eventu pugnatum est] *Vox urbis* exsulat ab Harlej. et edd. principibus. Ex illis edd. quibus usus sum, prima eam recepit Parm. hinc Aldina. Deinde certo eventu perperam dedit Gaertn. Tum *oppugnatum est* idem Gaertn. et Haverk. *τὸ est* non adparet in Lovel. 2.

tibus urbis diu incerto eventu pugnatum est. postremo potitur oppido Romanus. Samnitium caesi tria millia ducenti: capti quatuor millia ducenti, praeter praedam aliam. Inde Ferentinum ductae legiones: unde oppidani cum omnibus rebus suis, quae ferri agique potuerunt, nocte per aversam portam silentio excefferunt. Igitur, simul advenit consul, primo ita compositus instructusque moenibus successit, tamquam idem, quod ad Miloniam fuerat,

§. 3. *Caesi tria millia ducenti, capti quatuor millia ducenti*] Pall. pr. ac tert. *capti in ad cc. sec. capti quatuor millia ac centum.* Andr. *capti quatuor millia ac trecenti* GEBH. *caesi tria millia trecenti* Harlej. Hearnii Oxon. L. 2. et edd. Aldina antiquiores. *caesi tria millia ac centum* Haverk. *caesi tria millia ducenti caesi* Lovel. 4. Vox *ducenti* deficit in Lovel. 2. Tum *quatuor millia et ducenti capti* Lovel. 4. *capti quatuor millia ad cc* Voss. 2. et Lovel. 3. *capti quatuor millia ac ducenti* Lovel. 2. et Harlej. *capti quatuor millia ac centum* Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. *capti quatuor millia ac trecenti* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *capti quatuor millia ac* Florent. Voss. 1. Leid. ambo, et Lovel. 1. unde et hic *capti quatuor millia* voc legendum suspicatus sum. V. supra hoc lib. ad c. 29, 17. et hanc conjecturam firmannt edd. Mediol. anni 1480. et aliae ante Aldum, legentes *capti quatuor millia ac DCC.* Ceterum omnia haec verba deerant in Haverk. at unus Klock. vulgatam tuebatur. Mox praeter aliam praedam Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.]

§. 4. *Inde Ferentinum ductae legiones*] Non habet hic locum.

Sed et mirifice variant scripti: *Feritrum, Fertorium, Foretrium, Feretrum.* Suspiciabar *Treventinum.* Ad Trisium flumen situm est; et inde *Treventinatus* Plinio [3, 12.] J. FR. GRON. *Feretrum* Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Haverk. *Feritrum* Voss. ambo, Leid. 2. et Lovel. 1. *Fertrum* Florent. et Leid. 1. Quanta diligentia ac cura Doujatius doctorum, qui ante se Livium insularunt, notas consuluerit, hic iterum locus documento est. Gronovii enim adnotationes, ut solet, ob oculos habens scribere sustinet, in plerisque Mssis esse *Feretrum*: Sigonium autem (immo Gronovium) suspicari *Triventinum*, (immo *Treventinum*) quod est ad Tinium (immo Trinium) fluvium. Addit deinde, se conjicere *Forentium* Apulorum iis de causis, quas ante indicavit. Puto eum scribere voluisse *Forentum*, et respexisse ad illa, quae notavit supra 9, 16, 2. ubi tamen nihil notatum video, cur hoc loco magis *Forentum*, quam, ut Gronovius malebat, *Treventinum*, legendum sit. Quin contra situs locorum efficit, ut probabilior sit Gronovii, quam Doujatii, conjectura. Si enim Milonia sita fuit in Marsis, ad confinia Samnitium et Pelignorum, ut ipse statuit Douja-

certaminis foret: deinde, ut silentium vastum in urbe, nec arma, nec viros in turribus ac muris vidit, aridum invadendi deserta moenia militem detinet, ne quam occultam in fraudem incautus rueret. Duas turmas sociorum Latini nominis circumequitate moenia, atque explorare omnia jubet. equites portam unam alteramque eadem regione in propinquo patentes conspiciunt, itineribusque iis vestigia nocturnae hostium fugae. Adequitant deinde sen-

tius ad 10, 3, 5. longe verisimilius est, Postumium consulem, ex urbe capta, exercitum in Samnium duxisse ad urbem Treventinum, quam, peragrato universo Samnio et maxima parte Apuliae, quae Daunia dicebatur, ad urbem Forentum in Peucetia sitam. Mox inde oppidani Lovel. 3. V. ad 39, 33, 5. Tum cum omnibus suis, omissa voce rebus, Voss. 2. cum omnibus rebus, omissa voce suis, Lovel. 3. et Harlej. cum omnibus editis ante Aldum.

Nocte per aversam portam silentio excesserunt] per aversam portam Voss. 2. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. Male. Porta enim aversa est, quae ducit in hostem, qua erupisse non videntur; at porta aversa est ab hostibus remotissima, in parte urbis obposita. V. ad 4, 46, 6. Praeterea accesserunt Haverk.

§. 5. Igitur, simul advenit consul, primo ita compositus] Pal. sec. simul ac venit. perperam aliquantum. GEBH. Ita et Portug. ac Gaertn. quod recte Gebhardo displicuit. V. ad 6, 1, 6. simul venit Haverk. Inde etiam, pro Igitur, Gaertn. Tum primo deest in Voss. 1. Leid. 2.

Lov. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. ac B. Deinde itaque compositus Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. ac 3. V. ad 21, 53, 7. itaque composito instructoque Lovel. 4. ita compositos instructosque Gaertn.

Tamquam idem, quod ad Milioniam fuerat, certaminis foret] quod ad Melioniam fuerat Voss. 2. quod ad Miloniam fuerat Lovel. 4. Portug. Harlej. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. B. ac C. et edd. Aldo priores. quod ad Milioniam fuerat Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. quod Milioniam fuerat Florent.

§. 6. Nec viros in turribus ac muris vidit] in turribus vidit, mediis omisis, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. in turribus vidit ac muris Lovel. 3. Mox aridum invadendi deserta moenia militum Leid. 1. et Lovel. 1. Neque aliter Leid. 2. nisi quod insuper legat evadendi. Insuper incautus fieret, pro rueret, Florent.

§. 7. Portam unam alteramque eadem regione in propinquo patentes] eandem regionem in propinquo patentes Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. et Gaertn. Male. V. Cl. Jac. Gronovium ad Liv. 25, 9, 10. Mox nocturnae hostium fugae vestigia

sim portis, urbeinque ex tuto rectis itineribus per-
viam conspiciunt: ad consulem referunt, excessum
urbe; solitudine haud dubia id perspicuum esse,
et recentibus vestigiis fugae, ac strage rerum in tre-
pidatione nocturna passim relictarum. His auditis,
consul ad eam partem urbis, qua adierant equites,
circumducit agmen: constitutisque haud procul por-
ta signis, quinque equites jubet intrare urbem, et,
modicum spatium progressos, tres manere eodem

alio ordine Harlej. et editi ante Aldum. In verbis vero praecedentibus *sociorum nominis Latini*, etiam ordine mutato, idem eod. eademque edd. et *circumquiescere*, pro *circumquiescere*, Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 8. *Adequitant deinde sensim portis*] Prima vox non adparet in Voff. 1. Sed *Adequitant deinde sensim portas* legunt Lovel. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. Sed nihil mut. Supra 1, 14, 7. *Adequitando ipsis prope portis.* 22, 42, 5. *Ubi adequitavit portis.* Deinde paulo post *tectis itineribus*, pro *rectis*, Lovel. 2. Simili errore *tegi* et *regi* in Mftis commutari, infra videbimus ad 37, 11, 3.

Et consuli referunt, excessum urbe solitudine haud dubia perspicuum esse] Pal. sec. ad *consulem referunt.* GEBH. Thuan. Voff. Helm. ad *consulem referunt, excessum urbe: solitudine haud dubia id perspicuum esse.* Tò id, in nuperis omissum, omnes vetustiores editiones habent: etsi sit rotundius alterum. J. FR. GRON. et *consuli referunt* Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Florent. Harlej. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. (Voith.) ad consu-

les referunt Portug. Gaerta. et Hearnii codex B. errore iterum orto ex compendio *cos.* V. supra ad c. 10, 2. ad *consulem referunt* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Haverk. Videtur lectio, quae ante Gronov. recepta erat, non spernenda esse. Deinde *excessum urbe solitudine haud perspicuum esse* Lovel. 1. a m. 1. pro quo in magine emendatum erat *haud dubie perspicuum esse.* Sed *excessum urbe: solitudine haud dubie id perspicuum esse* Leid. 2. *excessum urbe solitudinem haud dubiam id perspicuum esse* Lovel. 2. *excessum urbe: solitudine haud dubium id perspicuum esse* Haverk. *excessum urbe: solitudine haud dubia id perspicuum esse* reliqui omnes codd. et editiones usque ad ultimam Gruteri, quae tò id e-jecit. Hinc illud recipiendum putavi, licet Gronovius eo omissè rotundius esse judicavit. Utrum verius sit, supra dubitasse videtur ad hujus lib. c. 2, 5. Sed Livium intercisis orationibus aepissime gavisum esse, infra videbimus ad 21, 36, 4. Mox *relictarum passim*, trajectis in alium ordinem vocabulis, Voff. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaerta. Haverk. et edd. Rom. anni 1473. Parm. et Ald. quarum posterior

loco, si tuta videantur; duos explorata ad se referre. Qui ubi redierunt, retuleruntque, eo se progressos, unde in omnes partes circumspectus esset, longe lateque silentium ac solitudinem vidisse; ex templo consul cohortes expeditas in urbem induxit; ceteros interim castra communire iussit. ingressi milites, refractis foribus, paucos graves aetate aut invalidos inveniunt, relictaque, quae migratu difficilia essent. Ea direpta; et cognitum ex captivis est,

inter errata iterum passim relictarum revocavit.

§. 9. *Ad eam partem urbis, qua adierant equites] ad eam partem urbis* Lovel. 4. quomodo alibi librariorum peccare solitos fuisse, supra vidimus ad 4, 46, 6. Deinde *qua adierant* ex codd. Thuan. et Pall. legendum monuit Gronovius supra ad 1, 23, 5. eamque lectionem in contextum recepit, cui ex meis consentiunt Lovel. 4. Harlej. Portug. et Gaertner. *qua adierant*, nempe ad urbem: quomodo ab *Dipylō* accessit, puta ad urbem, Gronovius infra exponit 31, 24, 8. Antea edebatur *quam adierant*; pro qua lectione quum reliqui codd. et inter illos omnes optimi, fient constanter, ea etiam nondum displicet. [*quam* etiam Veith.]

Modicum spatium progressos, tres manere eodem loco, si tuta videantur] modicum spatium ingressos Portug. Gaertner. Haverk. *modicum spatium praegressos* Lovel. 2. De hac librariorum aberratione v. ad 9, 10, 7. Tum *manere eodem in loco* Gaertn. Sed praesepitio in repetita est ex ultima litera vocis praecedentis. V. ad 37, 11, 4. Deinde *si castra videantur* Lovel. 2.

si secreta videantur Hearnii Oxon. C. et in margine N. quod ex glossa natum videtur. Paulo ante *constitutis haud procul porta signis*, omissa particula *que*, Voss. uterque, Leid. uterque, et Lovel. 1. 2. 3. ac 4. *constitutis procul porta signa*, insuper etiam alia voce exulante, Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 10. *Qui ubi redierunt, retuleruntque, eo se progressos] rediere* Lovel. 1. 2. Voss. 1. et Leid. 2. Tum *eos esse progressos* Lovel. 4.

§. 11. *Ceteros interim castra communire iussit] ceterum* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Paulo ante *consul ex templo*, trajectis vocibus, Portug. Gaertn. et Haverk. Tum *in urbem eduxit* Harlej. et odd. ante Aldum.

§. 12. *Refractis foribus, paucos graves aetate aut invalidos inveniunt] resectis foribus* Lovel. 4. *refractis portis* Hearnii Oxon. C. quod ex glossemate irrepsisse videtur. 25, 25, 9. *Refractisque foribus, quum omnis terrore ac tumultu streperent.* Tum *graves aetate invalidos* Gaertn. et invenerunt Haverk.

Relictaque, quae migratu difficilia essent] Pronomen quae

communi consilio aliquot circa urbes conscisse fugam; suos prima vigilia profectos. credere, eandem
 14 in aliis urbibus solitudinem inventuros. Dictis captivorum fides existit: desertis oppidis consul potitur.

1 XXXV. Alteri consuli M. Atilio nequaquam tam facile bellum fuit. Quum ad Luceriam duoceret legiones, quam obpugnari ab Samnitibus audierat, ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit. ibi ira vires
 2 aequavit. Proelium varium et anceps fuit: tristius

deficit in Lovel. 3. sed interceptum est a praecedenti que. V. ad 29, 6, 8. Deinde migratu difficile essent Leid. 1. et Lovel. 4. migratâ difficile essent Lovel. 3. migrari difficile essent Voss. 2. migrare difficile esset Lovel. 2. ingrati difficilia essent Gaertner.

§. 13. *Ea direpta; et cognitum ex captivis est*] *Ea directa, cognitum ex captivis est* Voss. 2. *Ea direpta, cognitum ex captivis est* Lovel. 3. *Ea direpta, et cognitum et ex captivis est* Voss. 1. et Lovel. 1. *Ea direpta, et cognitum est ex captivis* Haverk. cogniti edd. Rom. anni 1472. et Parm. quae eadem etiam mox aliquot, pro aliquot, praeferunt.

Conscisse fugam; suos prima vigilia profectos. credere, eandem] *conscisse fugam* Voss. 1. V. ad 10, 18, 2. Tum nos prima vigilia profectos Haverk. Hinc gradere eandem Voss. 2. et Leid. 1. Vox credere desit in Lovel. 2. lacuna tamen relicta.

§. 14. *Desertis oppidis consul potitur*] *desertisque oppidis* Leid. 2. Deinde potitus edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 1. *Alteri consuli M. Atilio nequaquam tam facile bellum fuit*] Pal. pr. *nequaquam tam facile bella fiunt.* quo spectat quoque tert. *bella fuit.* Ceterum, ut monuit quoque Sigonius, scribitur in Fall. binis melioribus *Atilius, Atilio* etc. GEBH. De vocis *Atilio* orthographia v. ad c. 32, 1. *bella fiunt* etiam Lovel. 3. Mox, transpositis literis, ad *Ulceriam* Leid. 2. et Lovel. 3.

Ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit. ibi ira vires aequavit] *ad finem Lucerinam* habet Pal. sec. GEBH. Ita et Portug. Gaertn. et Haverk. Sed v. ad 3, 3, 6. *ad finem Lucerium ei hostis* Voss. 1. et Leid. 2. *ad finem Lucerium hostis ei* Lovel. 4. Tum ubi *ira vires aequavit* Haverk. V. ad 27, 5, 2. *ibi ira vires aequavit* Gaertn. V. ad 24, 16, 1. *ibi vires ira aequavit* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Paulo ante a *Samnitibus* Voss. ambo, Leid. 2. et Lovel. 1. ac 3. a m. 1.

§. 2. *Tristius tamen eventus Romanis*] *tristior tamen eventus Romanis* Lovel. 2. et Hearni Oxon. L. 2. ac C. (Veith.) Mox quod *digredientes*, pro *quia*, Harlej. et edd. vett. infra videbimus, post vocalam *quis* bene

tamen eventu Romanis; et quia insueti erant vinci, et quia digredientes magis, quam in ipso certamine, senserunt, quantum in sua parte plus vulnerum ac caedis fuisset. Itaque is terror in castris ortus, qui si pugnantes cepisset, insignis accepta clades foret. Tum quoque sollicita nox fuit jam invasurum castra Samnitum credentibus, aut prima luce cum victoribus conserendas manus. Minus cladis, ceterum non plus animorum, ad hostes erat. ubi primum inluxit, abire sine certamine cupiunt. Sed via una, et ea

inferri sò quod, ad 39, 41, 2. Hic tamen recte Aldum ei quia substituisse existimo, quoniam ita praeferunt omnes reliqui codd. Solent autem passim quod et quia commutari. V. ad 38, 36, 4. Deinde *sensere*, pro *senserunt*, Lovel. 4. *senserant* Hearnii Oxon. G. *consenserunt* Haverk.

§. 3. *Is terror in castris ortus, qui si pugnantes cepisset*] *his terror* Leid. 1. *his terris* Lovel. 3. Deinde *accepisset* Portug. Gaertn. et Haverk. Mox *insignis accepta cladis*, pro *clades*, Florent. V. infra ad 21, 57, 14.

Sollicita nox fuit jam invasurum castra Samnitum credentibus] *fuit nox* Portug. et Gaertn. Tum *jam invaserunt* Leid. 2. et Lovel. 3. Deinde *cedentibus* Leid. 2. V. ad 3, 21, 3. In verbis sequentibus *conserendas manus*, pro *conserendas*, Haverk.

§. 4. *Ad hostes erat. ubi primum inluxit, abire sine certamine cupiunt*] Pall. duo *capiunt*. forte *capiuntur*, aut *occipiunt*. GEBH. *capiunt* etiam Voff. 2. et Lovel. 3. quod inter solitos scribarum lapsus refero. Certe ita

peccarunt supra in praef. §. 10. 4, 45, 8. quibus locis quaedam notavi. 8, 12, 12. Adde Cel. Burm. ad Suet. Aug. 94. et ad Tiber. 66. Praeterea *ad hostes erant* Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. *apud hostes erat* Lovel. 4. quod ex alterius expositione natam puto. Supra 7, 7, 4. *Neque segnus ad hostes bellum adparatur*. ubi plura vide. Deinde *ubi primum inluxit* Lovel. 2. Forte scriptum fuerat *inluxit*, et ita prima syllaba intercepta erit a litera finali vocis praecedentis. V. ad 5, 27, 6. De verbo *inlucere* v. ad 2, 7, 3. Voces *ubi primum inluxit*, etc. praeter *hostes erat* non adparent in Haverk. negligentia scribae omiffae ob repetitionem *et hostes erat*. V. ad 9, 11, 11. Paullo ante *Minus ceterum cladis*, trajectis vocibus, erat in Leid. 1.

Quam ingressi praebuere speciem recta tendentium] Pall. omnes et vetusta editio *qua ingressi*. GEBH. In uno Hearnii et Sigonius *quam ingressi*. Hoc usitatus est, et m potuit intercidere ob sequens *in*. Nec tamen alterum rejici debet. Cicero Somn. Scip. 8. *Apueritia ingressus vestigiis patris tuisque*. 8.

ipsa praeter hostes, erat: qua ingressi, praebuere speciem recta tendentium ad castra obpugnanda.

5 Consul arma capere milites jubet, et sequi se extra vallum: legatis, tribunis, praefectis sociorum imperat, quod apud quemque factum opus est. Omnes adfirmant, se quidem omnia facturos, sed militum jacere animos. tota nocte inter vulnera et gemitus morientium vigilatum esse. Si ante lucem ad castra ventum foret, tantum pavoris fuisse, ut relictu-

de Fin. 2. Quaecumque ingredi-
mur. Virgil. 10. Aen. 148.

*Namque ut ab Euandro castris
ingressus Etruscis
Regem adiit.*

DUK. qua ingressi probat etiam Gronov. ex Thuan. et Pall. supra ad 1, 23, 5. eamque lectionem in contextum recepit, quam etiam praefereunt edd. Rom. anni 1472. et Parm. Ea quoque servari posset, ut qua ingressi ponatur pro qua parte, scilicet praeter hostes, viam ingressi, quomodo porta ingredi, pro porta ingredi urbem accipi debere, patet ex exemplis, quae notantur ad 3, 51, 10. vel etiam qua ingressi intelligi potest, qua via ingressi. V. ad 3, 17, 6. et 31, 39, 2. Et ita Cic. de Senect. 2. Tamquam aliquam viam longam conseceris, qua nobis quoque ingrediendum sit. ubi tamen viri docti ex M&is malunt quam nobis: Et ita quidam codd. supra legunt 9, 36, 1. Ea intrare haud fere quisquam, praeter ducem ipsum, audebat. pro Eam. Similiter ire via. V. ad 44, 43, 3. Sed quam ingressi servant Florent. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Gaertner. Klock. et Hearnii Ox. C. [Veith.] Utrum malit, lectoris arbitrium

esto. Tum praebuerunt speciem Lovel. 4. praebuere spem Voff. 2. sollempni errore scribarum. V. ad 3, 9, 13. Hinc recte tendentium Leid. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Male. V. ad 3, 46, 5. Paulo ante particula sed deficiebat in Lov. 2. copula et in Portug. Praeterea praeter hostem legit Lov. 2. V. ad 5, 50, 2.

§. 5. Quod apud quemque factum opus est] quid apud quemque Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Tum opus est factum Leid. 1. Paulo ante sequi extra vallum, omisso pronomine, quaedam ex vett. edd. sed constanter in omnibus scriptis adparet.

§. 6. Tota nocte inter vulnera et gemitus morientium vigilatum esse] iugulatum esse Gaertn. vigilandum esse Lovel. 4. vigilatum est Leid. 2. Paulo ante se quidem opera facturos, pro omnia, Haverk.

§. 7. Si ante lucem ad castra ventum foret, tantum pavoris fuisse] venturum foret Harlej. ventum esset Voff. 1. Leid. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac N. in margine. Deinde tantum pavoris fuisse Lovel. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. In verbis sequentibus pu-

ri signa fuerint: nunc pudore a fuga contineri, alioquin pro victis esse. Quae ubi consul accepit, sibi & met ipsi circumeundos adloquendosque milites ratus, ut ad quosque venerat, cunctantes arma capere increpabat; Quid cessarent, tergiversarenturque? Hostem in castra venturum, nisi illi extra castra exissent: et pro tentoriis suis pugnatorios, si pro vallo nollent. armatis ac dimicantibus dubiam victoriam esse. Qui nudus atque inermis hostem 10

dore ac fuga contineri, pro a fuga, Leid. 1. et Haverk. Tum alioqui pro victis, pro alioquin, Leid. 1.

§. 8. *Sibimet ipsi circumeundos adloquendosque milites ratus] sibimet ipsis* Voff. 2. *sibimet ipsos* Haverk. *sibimet* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Tum circumveniendos adloquendosque Haverk. *circuendos adloquendosque* Gaertn. V. ad 9, 27, 8. Copula que deest in Lovel. 3. vox *milites* in Portug. Neque rō venerat adparet in Haverk. [quoscunque Veith.] Deinde increpabant, pro increpabat, praefert Leid. 1.

§. 9. *Quid cessarent, tergiversarenturque] Quid cessarent? an putarent, hostem etc.* male Haverk.

Nisi illi extra castra exissent: et pro tentoriis suis pugnatorios] Vet. lib. nisi ipsi. SIG. Pall. pr. ac tert. *ni illi extra castra.* sec. *ni ipsi extra castra exissent.* Campen. edidit *exirent.* GEBH. *ni ipsi* Gaertn. Portug. Haverk. et Hearnii Oxoniensis B. *ni illi* Voff. 2. et Lovel. 3. V. ad 23, 1, 8. *ipse vero et ille* interdum a librariis commutari, infra vidimus ad 21, 42, 17: et porten-

toriiis suis pugnatorios Voff. 2. et Lovel. 3. *et pro tentoriis suis pugnatorios* Leid. 2. *et pro tentoriis suis pugnarent* Lovel. 2. [Veith.] Vocula vero et deficit in Harlej. et nonnullis edd. vett.

Armatis ac dimicantibus dubiam victoriam esse] Turpe mendum sensum adtendentes tollimus. ita, haud dubiam victoriam esse. Siquidem altera, quae sequitur, pars *avri* *deceus* id ostendit. *Qui nudus atque inermis hostem maneat, ei aut mortem, aut servitutem patiendam.* SIG. Comparat haec lectio, *haud dubiam victoriam esse, in solo* Pal. sec. quam sensus et ipsa ratio flagitat. In vetustis editionibus rō haud deficit. Reliqui duo MSS. *armatis dimicantibus dubiam victoriam esse.* GEBH. Ita [haud dubiam victoriam esse] Sigonius, turpe se mendum tollere praefatus. Adjecit autem rō haud: quod ignorant Thuan. Voff. duo, Helm. Pall. Rott. Chifl. Nec is status erat belli, ut certam sibi aut illis victoriam promittere posset. Quod si armis sumtis dimicent, Martem communem sfore, et non omaem victoriae spem sublatam. at si quiescant inermes, nihil certius, quam aut pereundam, aut serviendam.

maneat, ei aut mortem, aut servitutem patiendam.
 11 Haec jurganti increpantique respondebant: *Confec-
 ctos se pugna hesternae esse: nec virium quidquam,
 nec sanguinis superesse. majorem multitudinem ho-
 12 stium adparere, quam pridie fuerit. Inter haec ad-
 propinquabat agmen: et, jam breviori intervallo*

Caeteram et Pall. Vossianusque: *armatis dimicantibus. Perplacent Livio haec ἀσύνδετα. 7, [17, 8.] Multos populatores agrorum vagos palantes oppressit. 21, [4, 7.] Militarique sagulo opertum humi jacentem. Eodemque lib. c. 28, 5. Tradunt ferocissimum ex iis irritatum a rectore suo, quem refugientem, in aquam nantem sequeretur, traxisse gregem. Sic enim MSS. illic loci. 26, [38, 17.] Et inermes in cubilibus suis oppressos. 38, [47, 8.] Sed tu eos pacatos imperata facientes violasti. 40, [4, 15.] Alius alio leto absumti semlanimes e navi praecipitantur. V. et ad 27, 16, 4. J. FR. GRON. haud dubiam victoriam esse Lovel. 2. Portug. Gaerta. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac C. [Veith.] Sed recte alii voculam haud ignorant. Gronovio, eam expungendam esse docenti, adsentitur Doujatius. Praeterea armatis dimicantibus, sine media particula copulante, etiam Lovel. 3. Supra 7, 39, 8. Incompositi itaque praedantes in agrum Albanum perveniunt. 23, 24, 10. Caeteram quoque multitudinem, inopinato malo trepidam, Galli, saltum omnem armati circumsedentes, interfecerunt. 26, 34, 11. Ut exanimem labentem ex equo Scipionem vidit. ubi v. Gronov. ante quem etiam labentemque odebatur. 37, 40, 4. Addebant speciem frontalia et cristae, et tergo inpositae turres, turribus-*

que superstantes praeter rectorem quaterni armati. 42, 63, 3. Transitus per distracta fumantia virgulta patuit. 44, 5, 4. In eos transversi incumbentes tigni injungebantur. V. etiam J. Fr. Gronovium ad Livii 8, 39, 9.

§. 10. Qui nudus atque inermis hostem maneat] Duo Pall. praefereunt nudus atque iners. GEBH. Pall. qui nudus atque iners. et hoc probant opposita: respondet quippe τὸ nudus τῷ armatis, τὸ iners τῷ dimicantibus. Sic apud Silium erat aliquid vulgo [13, 76.] dextras jungamus inertes. antequam viri docti corrigerent inermes. J. FR. GRON. inermis et iners saepe in MSS. commutari, olim docui ad Silii 13, 76. Adde Cel. Burn. ad Phaedri 1. fab. 2, 26. et Merkländ. ad Statii 1. silv. 2, 80. Quum tamen omnes, quos vidi, codices constanter inermis servant, vulgato mutando nullam causam video. Armatis enim opponuntur nudus atque inermis, τῷ dimicantibus vero hostem maneat, et tandem illis dubiam victoriam esse haec mortem aut servitutem patiendam. Caeterum Quod nudus legunt Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 37, 35, 2. In verbis sequentibus pronomem ei deficit in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 11. Confectos se pugna hesternae esse, nec virium quid-

certiora intuentes, vallum secum portare Samnitum
 adfirmant, nec dubium esse, quin castra circumval-
 laturi sint. Tunc, enimvero, consul, indignum fa- 13
 cinus esse, vociferari, tantam contumeliam igno-
 miniamque ab ignavissimo accipi hoste. Etiamne 14
 circumsedebimur, inquit, in castris, ut fame potius

quam nec sanguinis superesse] pugna extranea Voss. 2. et Lovel. 3. pugna externa Leid. 2. Lovel. 2. Portug. et Haverk. V. ad 40, 14, 2. Hinc esse exsulat ab edd. omnibus usque ad Frobenium, qui verbum illud anno 1535. adscivit, consentientibus, quoscumque adhibui, codicibus. Deinde *tā nec sanguinis* absunt a Lovel. 2. ut et mox *adparere* a Leid. 2. In verbis praecedentibus *Nec jurganti*, pro *Haec*, scribit Haverk. errore scribae, de quo v. ad 32, 20, 7.

§. 12. *Adpropinquabat agmen: et, jam breviori intervallo] adpropinquat agmen* Lovel. 2. Deinde *etiam breviori* Lovel. 1. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 39, 10, 6. Pro eo et breviori dederunt Lovel. 2. et Portug. et autem atque *etiam* confundi, infra videbimus ad 22, 47, 9.

Nec dubium esse, quin castra circumvallaturi sint] Tō esse non adparet in Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Tum *circumvallaturi essent* praefertur Leid. 2. Lovel. 1. Haverk. et Hearnii Oxon. N. et B. Paulo ante *se comportare*, pro *secum portare*, Lovel. 2. et *Samnites adfirmabant*, pro *Samnitum adfirmant*, Gaertn.

§. 13. *Tunc vero consul, indignum facinus esse, vociferari] Vet. lib. Tum enimvero, consul, indignum facinus esse, vo-*

ciferari. Est autem *enimvero* vox indignationis, et dolori exprimendo aptissima. Sic 6, [14, 12.] *Enimvero indignum facinus videri.* et 22, [25, 3.] *Tum Metellius: id enimvero ferendum esse negat.* et 38, [14, 11.] *Enimvero, inquit consul, ferri jam ludificatio ista non potest.* SIG. *Tum vero consul* Haverk. *Tum vero consul* Voss. 2. et Portug. *Tunc enim consul* Gaertn. *Tunc enimvero consul*, ut Sigonius scribendum monuit, non tantum omnes reliqui codd. verum etiam omnes omnino, quas vidi, editiones, praeter unam et alteram a Sigonio procuratam. Quum enim in prima scholiorum ed. monuisset, se in veteri lib. *Tum vero* invenisse, ita etiam mox in contextum recepit. Verum in ed. Aldi Veneta, quae cum Scholiis Sigonii post ejus mortem prodit, hoc loco exhibitum ejus Scholion priori subpositum est, quo sententiam, quam olim de hujus loci lectione defenderat, recte revocavit, et docuit, dolori exprimendo vocem hanc adprime inservire. At in contextu id mutatum non est. Supra 2, 45, 11. *Enimvero non ultra contumeliam pati Romanus posse.* 5, 25, 6. *Enimvero illud se tacere, suam conscientiam non pati.* (* 43, 1, 9.) V. Gronov. infra ad 27, 30, 13. et quae notantur ad 31, 30, 4. *Tum vociferare* Lovel. 4. Sed v. ad 8, 38, 13.

§. 14. *Etiamne circumsedebimur, inquit, in castris, ut fa-*

per ignominiam, quam ferro, si necesse est, per
 virtutem, moriamur? Dii bene verterent, facerent-
 15 que, quod se dignum quisque ducerent. Consulem
 M. Atilium vel solum, si nemo alius sequatur, itur-
 rum adversus hostes: casurumque inter signa Sam-
 nitium potius, quam circumvallari castra Romana
 16 videat. Dicta consulis legati, tribunisque, et omnes
 turmae equitum, et centuriones primorum ordinum,

me potius] ne circumsidebimus
 Haverk. etiamne circumsidebi-
 mur Voss. 1. et Lovel. 1. V. ad 9,
 2, 3. etiamne circumsidebuntur
 Hearnii Oxon. B. Mox in verbis
 sequentibus moriamur per vir-
 tutem, transpositis vocibus, prae-
 ferunt Leid. 2. et Lovel. 3.

Dii bene verterent, facerent-
 que, quod se dignum quisque
 ducerent] Copula ineptam vide-
 tur reddere sententiam: Dii be-
 ne verterent, et facerent, quod
 quisque eorum, nempe Deorum,
 se dignum ducerent. Legerem,
 sublato que, quod forsitan e pro-
 ximo quod ortum est, Dii bene
 verterent, facerent (milites, ad
 quos loquitur) quod se dignum
 quisque ducerent. DUK. vertent
 Lovel. 3. V. ad 2, 56, 7. vertant
 Voss. 2. a m. 1. Tum quisque du-
 ceret Portug. Haverk. Gaertn. et
 Hearnii Oxon. B. Male. V. supra
 ad 7, 19, 2. Ceterum mihi etiam
 copula que hic incommoda vide-
 tur, quam vel cum Cl. Dukero
 expungendam, vel in quod mu-
 tandam, et hoc modo trajicien-
 dam puto: quod Dii bene verte-
 rent, facerent, quod se dignum
 quisque ducerent. Ut infra 29,
 22, 5. Juberentque, quod Dii be-
 ne verterent, trajicere. Ita quod
 bene verteret supra 3, 26, 9. ubi
 v. quae notantur.

§. 15. Casurumque inter signa

Samnitium potius, quam etc.
 videat] inter signa potius, una
 voce omissa, Portug. Haverk. et
 Hearnii Oxon. B. Tum videat
 Lov. 1. a m. 1. Paullo ante to vel
 male omittebatur in Gaertn.

§. 16. Et omnes turmae equi-
 tum] Prima vocula exsulat ab
 Harlej. et edd. vett. Sed eandem
 ab Aldo restitutam servant omnes
 reliqui codd. Mox adprobave-
 runt, pro adprobavere, Lovel. 4.

§. 17. Segniter arma capit,
 segniter e castris egreditur]
 Tres priores voces omittuntur
 in Florent. Lovel. 2. et edd. Rom.
 anni 1472. ac Parm. Verum repe-
 titio vocis segniter librariis in-
 posuit, ut saepe alibi. arma ce-
 pit praefert Leid. 1. Tum segni-
 ter castris egreditur Haverk. Ita
 et peccabatur in paucis codici-
 bus supra hoc lib. c. 20, 7. E-
 gredientem e castris hostem ob-
 primeret. (* v. ad 2, 48, 10.) Et
 solet passim Livius hanc prae-
 positionem, licet cum ea verbum
 compositum sit, in regimine re-
 petere. V. ad 37, 30, 9. et segni-
 ter, e castris egreditur Harlej.
 et quaedam ex antiquioribus edd.
 Saepissime copulas, a Livio o-
 missas, obscura librorum dili-
 gentia ei obtrusas esse, pluri-
 bus locis dictum est.

Procedunt adversus hostem,

adprobavere. Tum pudore victus miles segniter ar- 17
 ma capit, segniter e castris egreditur: longo agmine,
 nec continenti, moesti ac prope victi procedunt
 adversus hostem, nec spe, nec animo certio-
 rem. Itaque simul conspecta sunt Romana signa, extem- 18
 plo a primo Samnitium agmine ad novissimum fre-
 mitus perfertur, *Exire, id quod timuerint, ad in-*
pediendum iter Romanos. Nullam inde ne fugae qui- 19

nec spe, nec animo certio- rem] Vet. lib. *fortiorem*. Egregie. Nam de Romanis dixit, *moesti ac prope victi*. SIG. Est haec lectio vetustarum impressionum, codicumque duorum Pall. Interim Sigonius e suo praefert *nec spe, nec animo fortiorem*. quod videtur esse interpretamentum *τοῦ certio- rem*. In Pall. sec. legere est, *nec spe, nec animo ferocio- rem*. GEBH. Quod egregium appellat Sigonius *fortiorem*, tale esse non nego, sed scholion si- ve interpretamentum. Nec sane vetustiores libri aliter, quam vulgati, *certio- rem*. Caesar 7. Gall. [19.] *Generatimque distri- buti in civitates, omnia vada ac saltus ejus paludis certis custodiais obtinebant*. Cicero 10. ad Att. Ep. 11. *Et quo ille me certio- rem vult esse, eo magis tim- meo, ne in eum existam crude- lior*. Ubi eam vocem poene ead- em sententia prohibuimus loco movere, et substituere *fortiorem* Aus. Popmam, in *Distributa ad Sil- vas Stalii* [p. 415.] J. FR. GRON. Servius ad Virgil. 1. Aen. 580. et 9, 249. *certa pectora* interpreta- tur *firma, vel fortia*. Et Cice- ro pro Quint. 24. *certum et con- firmatum animum* conjungit. *Diffidebam, mehercule, etc. satis animo certo et confirma- to me posse in hac causa con- sistere*. DUK. *fortiorem* apud me

tantum superest in Portug. et Ha- verk. apud Hearnium vero tan- tum in Oxon. B. *animo certio- rem* est apud eundem in L. 1. et C. *animo certiores* in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. qui ambo codd. li- brariorum errore voces *nec spe* omiserunt. Ceterum *adversus hostem* servat Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Hear- nii Oxonienses, et edd. Rom. an- ni 1472. Tarvis. utraque, et quae- dam aliae. *versus hostem* Harlej. Lovel. 2. forte etiam Klock. et nonnullae edd. Verum quum ab altera lectione fient plures et cer- tiores codd. eam etiam in contex- tum revocavi. Supra etiam consul adfirmarat hoc cap. *Consulem M. Atilium vel solum, si nemo alius sequatur, iturum adver- sus hostes*.

§. 18. *Fremitus perfertur, Ex- ire, id quod timuerint, ad in- pediendum iter Romanos]* *per- fertur* Leid. 1. Portug. et Haverk. V. ad 5, 4, 12. Tum *exierunt* Lovel. 2. Hinc *id quod timuerunt* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 4. Har- lej. et editi ante Aldum. Sed sub- junctivus *timuerint*, qui in in- tegerrimis codd. superest, obli- quae orationi recte convenit. *idq; timuerunt* Lovel. 3. Verum *id quod*, Livio frequentissimum, supra illustratum est ad 6, 27, 6.

dem patere viam. illo loco aut cadendum esse, aut, stratis hostibus, per corpora eorum evadendum.

- 1 XXXVI. In medio sarcinas conjiciunt; armati
 2 suis quisque ordinibus instruunt aciem. Jam exiguum inter duas acies erat spatium, et stabant expectantes, dum ab hostibus prius inpetus, prius clamor inciperet. neutris animus est ad pugnandum.
 3 Diversisque integri atque intacti abissent, ni cedenti
 infra-

Deinde ad impediendum Romanos Leid. 2. et Lovel. 1. ad impediendum iter Romanis Lovel. 2. 3. et Harlej. Paulo ante *to sunt* non conspicitur in Voss. 2.

§. 19. *Illo loco aut cadendum esse*] ille loco aut carendum esse Voss. 2. illo loco ante carendum esse Lovel. 3. aut et ante etiam aliis locis scribae commutarunt. Ita 3, 59, 4. 9, 34, 2. et saepius.

§. 1. *In medio sarcinas conjiciunt*] *Loge in medium.* Nam et paulo post, *Sarcinarum cumulo, quas in medium conjecerant.* 28, 2, 3. *Sarcinis in medium coniectis.* 3, 28, 1. *Sarcinas in unum conjici.* JAC. GRON. 31, 27, 7. *Coniectisque in medium sarcinis aciem direxisset. in medium congere dixit* 9, 31, 9. *Sarcinas congerunt in medium. et in acervum conjicere* 8, 11, 11. Constante tamen *In medio omnes libri, nisi quod Hi in eo sit in Haverk. Insuper proiciunt* Leid. 1. *Tum armatis suis quisque ordinibus* Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. *armati suis quique ordinibus* Haverk.

§. 2. *Exiguum inter duas acies spatium erat*] *exitium inter*

duas acies Leid. 1. *exiguum intra duas acies* Voss. 2. frequentissimo scribarum lapsu. V. ad 5, 27, 2. *Mox prius inpetus deficit* in ed. Rom. anni 1472. Deinde *neutris animus esse, pro est,* Lovel. 4. Sed verbum illud exsulat a Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 3. *Diversisque integri atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum*] *Diversi integri* Harlej. et edd. Aldina prior. Tum *abissent* Lovel. 4. Portug. Gaertn. et Haverk. Similiter peccant librarii supra 8, 32, 5. infra hoc lib. c. 38, 3. Et has contractiones in praeteritis verborum, quae ex eo componuntur, Livium amasse, infra vidimus ad 27, 19, 10. Deinde *ni cedente altero instaturum alterum* Portug. *incedenti instaturum alterum* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *ni cedentem instaturum alterum* Haverk. *ni cedentem instaturum alterum* Voss. 2. *ni cedenti instaturum alterum* Harlej. *ni cedenti statutum alterum* Gaertn. Nihil mutandum. 1, 37, 3. *Ut non sisterent modo Sabinas legiones, ferociter instantes cedentibus.* 8, 38, 5. *Ita institit agmini, ut, donec lucesceret, proelio abstineret.* 27, 14, 1. *Seu vicit, ferociter instat*

instaturum alterum timuissent. sua sponte inter invitos tergiversantesque segnis pugna, clamore incerto atque in pari, coepit: nec vestigio quisquam movebatur. Tum consul Romanus, ut rem excitaret, 4 equitum paucas turmas extra ordinem inmisit: quorum quum plerique delapsi ex equis essent, et alii turbati; et ab Samnitium acie ad obprimendos eos, qui ceciderant, et ad suos tuendos ab Romanis procursum est. Inde paullulum irritata pugna est, sed 5

victis. 38, 2, 9. *Hos, ut ab tergo agmini instarent, reliquerunt.* c. 25, 13. *Tum vero instare dissipatis Galli et caedere.* 39, 30, 3. *Non institere percussis hostes.* 42, 60, 5. *Fatebatur quidem peccatum, quod pridie non institisset victis.*

Inter invitos tergiversantesque segnis pugna etc. coepit] inter invictos Haverk. sollemni errore scribarum. V. quas notantur ad Epit. Liv. 3. ad 8, 2, 8. et c. 29, 11. hoc lib. c. 41, 1. aliisque locis. *Tum tergiversantesque signis* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 2. Portug. Gaertner. et Haverk. Male. *segnis pugna*, ut 3, 63, 3. *Increpare, sicubi segnior pugna esset.* Ita *segne bellum, proelium.* 10, 12, 4. *Segne bellum et simile prioris anni militiae.* 22, 48, 1. *Consertum proelium erat, segne primo, et a Punica coeptum fraude, et saepius sibi.* Hinc *coeperit* est in Leid. 2. V. ad 20, 14, 11. *Mox nec vestigio quisquam movebatur exulans ab eodem* Leid. 2. *quisque, pro quisquam, est* in Gaertn. V. ad 9, 38, 9.

§. 4. *Quorum quum plerique delapsi ex equis essent, et alii*
Liv. Tom. V. P. II.

turbati] quorum plerique quum ex equis delapsi essent Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Hinc voculam et omitterit idem Haverk. sed eam interceptit vocis praecedentis *esset* syllaba finalis. V. ad 37, 59, 1. Paulo ante *turmas paucas, transpositis vocibus, Gaertn.*

Et ab Samnitium acie ad obprimendos eos, qui ceciderant, et ad suos tuendos] et a Samnitium acie Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. ac 4. et Samnitium aciem Voss. 2. et Lov. 3. *ex Samnitium acie* Portug. et Haverk. *ex Samnitium ocio* Gaertn. *Tum tuendos suos ab Romanis procursum est* Lovel. 1. et ita etiam Leid. 2. nisi quod insuper omitat *to ab.*

§. 5. *Et in pigre magis et plures procurrerant Samnites]* Vet. lib. *procurrerunt.* SIG. *procurrerunt* existat in Pal. sec. ut indicatum quoque Sigonio. Reliqui Pall. *procurrerant.* Andreas vero edidit *concurrerant.* Campanus *procurrerant.* GEBH. *procurrerunt* apud me tantum superest in Portug. et Haverk. apud Hearnium vero in Oxon. N. et B. [Veith.] *concurrerant* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *procurrerant* eas secutae edd. Mediol. anal

aliquanto et inpigre magis, et plures procurrerant Samnites: et turbatus eques sua ipse subsidia territis equis proculcavit. hinc fuga coepta totam avertit aciem Romanam. Jamque in terga fugientium Samnites pugnabant, quum consul, equo praevectus ad portam castrorum, ac statione equitum ibi obposita, edictoque, ut, quicumque ad vallum tenderet, sive ille Romanus, sive Samnis esset, pro

1480. Tarvis. utraque, et aliae; quod etiam superest in Harlej. et a m. 1. in Florent. Aldus demum procurrerant substituit. Praeterca prius et non adparet in Lovel. 2. et Portug. V. ad 2, 44, 3. In verbis praecedentibus paululum irritata, pro paullulum, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. et Haverk. V. ad 36, 9, 8.

Eques sua ipse subsidia territis equis proculcavit equos Leid. 1. et Lovel. 4. Hinc sua ipsa subsidia Lovel. 4. Harlej. et multas ex vetustis edd. Tum territis proculcavit equis Lovel. 4. proculcavit territis equis Gaertn. In verbis sequentibus advertit aciem Romanam, pro avertit, Lovel. 3. Male. V. ad 6, 23, 8. avertit aciem Romam Voss. 2.

§. 6. *Interga fugientium Samnites pugnabant* inter fugam fugientium Florent. a m. 1. in fugam a m. 1. integra fugientium Voss. 2. et Haverk. Sed in terga pugnare, ut pugnare in frontem, in latera. 22, 4, 7. Ante in frontem lateraque pugnari coeptum est.

Quum consul, equo praevectus ad portam castrorum, ac statione equitum ibi obposita] tum consul Portug. Hinc equo provectus ad portam Leid. 1. ac Gaertn. equo provectus ad por-

tas Haverk. Male. praevectuseq. praeter fugientes vectus. V. ad 24, 44, 10. ad portas castrorum etiam Portug. Deinde ac stationem Voss. 1. et Haverk. stationemque Lovel. 4. a m. 1. stationeque a m. 2. Tum ibi posita Haverk. Male. V. ad 23, 29, 4. Mox copulaeque non adparet in eodem Haverk.

§. 7. *Ut, quicumque ad vallum tenderet, sive ille Romanus, sive Samnis esset, pro hoste haberetur*] Pall. duo ad vallum pergeret, sive ille Romanus, sive Samnis esset, pro hoste haberent. GEBH. ad vallum pergeret etiam Voss. 2. et Lovel. 3. quod Gronov. in contextum recepit. Utrumque pergere et tendere mox sequitur. *Obstitit profuse tendentibus suis in castra: Quo pergis? inquit.* Veram quum omnes reliqui mei, omnesque Hearnii Oxonienses codd. omnes etiam ante Gronovium editiones tenderet tueantur, id etiam in contextum revocavi. Alterum in paucis illis codd. ex glossa natum est. Praeteres pro hoste haberetur Leid. 2. Lovel. 1. a m. 2. Lovel. 2. Harlej. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Reliqui, duobus Gebhardi Pall. consentientes, legunt haberent, nisi quod haberes sit in Florent. Censeo itaque, recte Cl. Jac.

hoste haberent; haec ipsa minitans, obstitit profuse tendentibus suis in castra. Quo pergis, inquit, miles? et hic arma et viros invenies. nec, vivo consule tuo, nisi victor castra intrabis. Proinde elige, cum cive, an hoste, pugnare malis. Haec dicente consule, equites infestis cuspidibus circumfunduntur, ac peditem in pugnam redire jubent. Non virtus solum consulem, sed fors etiam adjuvit; quod non

Gronovium *haberent* in contextum recepisse, idque mutatum esse ab illis, quibus displicebat *haberent* sine casu poni. Sed ita supra 2, 20, 5. *Dat signum, ut, quem suorum fugientem viderint, pro hoste habeant.* 3, 17, 7. *Si quis inpediat, jam se, quisquis ille sit, ubicumque sit, in Capitolio, in foro, pro hoste habiturum.* Deest autem hic pronomen demonstrativum; quod saepe a Livio omitti, infra videbimus ad 23, 15, 4.

Haec ipsa minitans, obstitit profuse tendentibus suis in castra] haec ipse minitans Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. Portug. et Haverk. *nec ipse minitans* Gaerta. V. ad 31, 20, 7. *Tum cedentibus suis in castra* Harlej. et quaedam ex vetustis edd. V. ad 21, 33, 5.

§. 8. *Et hic arma et viros invenies. nec, vivo consule] etiam si arma* Haverk. *Tum nec uno consule* Leid. 2. Ita et alibi librarii lapsi sunt. (* 30, 12, 2. 31, 36, 9. 34, 40, 7.) V. viros doctos ad Cic. Orat. 2. Philipp. 27.

Proinde elige, cum cive, an hoste, pugnare malis] perinde elige Leid. 2. V. ad 27, 8, 18. Praepositio cum deorat in Gaertner. sed verisimiliter ob vocis sequentis similitudinem intercepta est. Contra *cum cive, an*

cum hoste, repetita praepositione, legit Portug. Et id quidem Livio familiare fuisse, supra vidimus ad 6, 28, 6. unius tamen testis fide stare temerarium est.

§. 9. *Peditem in pugnam redire jubent] pedites* Harlej. et editiones ante Frobenianam anni 1535. id autem necessario requiri existimarunt, quod *equites* praecedat. At, Livium ita in numero saepius variasse, infra videbimus ad 35, 40, 6. Deinde in turbam Portug.

Non virtus solum consulem, sed fors etiam adjuvit] Non virtus solum consulis Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. 1. 4. Portug. Haverk. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. principes, pro quo Aldus postea per compendium *Non virtus solum* eos substituit, quod plerique editores servarunt. Primus deinde Gruterus in ed. postuma *consulem* dedit. Utrumque haud incommode defendi posset, vulgatum tamen praefero. Hic iterum lectionis varietati ansam dedit compendium scribendi, de quo supra actum hoc lib. ad c. 10, 2. Insuper *fors etiam* Voss. 1. Leid. uterque, Lovel. 1, 2. 3. Gaerta. et Haverk. Innumeris locis ita variasse librarios, supra vidimus ad 1, 4, 4. et infra videbimus ad 38, 40, 13. His ni-

institerunt Samnites, spatiumque circumagendi signa, vertendique aciem a castris in hostem fuit.
 10 Tum alii alios hortari, ut repeterent pugnam: centuriones ab signiferis rapta signa inferre: et ostendere suis, paucos et ordinibus incompositis effuse
 11 venire hostes. Inter haec consul, manus ad coelum adtollens, voce clara, ita ut exaudiretur, templum Jovi Statori vovet, si constitisset a fuga Romana acies, redintegratoque proelio cecidisset vicissetque
 12 legiones Samnitium. Omnes undique adnisi ad re-

hil mutandum. Ut enim nunc *virtus et fors*, ita *virtus et fortuna* saepius junguntur. Exempla v. 1, 25, 2. et c. 42, 3. 4, 37, 7. 5, 26, 10. et c. 34, 2. 6, 32, 7. 7, 30, 8. et c. 84, 6. 23, 42, 4. 25, 16, 17. 35, 6, 9. et 39, 50, 2. Pariter etiam *virtus et felicitas* 30, 12, 12. 38, 48, 6. et 41, 16, 9. Huc etiam refer, quod *fortiter feliciterque* junguntur. V. ad 28, 9, 7. In verbis sequentibus *institere*, pro *institerunt*, Lovel. 4. et *vertendi aciem ab castris* Gaertn. *ab castris* etiam Portug. et Haverk. *revertendique* quaedam ex antt. add.

§. 10. *Repeterent pugnam: centuriones ab signiferis rapta signa inferre*] *petere pugnam* Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. Non sequor. Infra 37, 43, 6. *Eos, quorum terga modo videbat, repeterentes pugnam conspexit*. Praeterea *centurionesque* Voff. 1. Leid. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Tum a *signiferis* Haverk.

§. 11. *Manus ad coelum adtollens, voce clara, ita ut exaudiretur*] *ad coelum tollens* Leid. 1. et Lovel. 4. De verbo

adtollens v. ad 8, 7, 11. De praepositione ad addita in regimine verbis cum eadem compositis v. ad 2, 36, 6. Tum *voce clara* Haverk. V. ad 9, 25, 8. *voce clara* Gaertn. *Insuper ita ut exaudiat coelum* Hearnii Oxon. L. 1. *Mox vovit, pro vovet*, Lov. 4. et Gaertn. *vovetur* Haverk.

Si constitisset a fuga acies Romana, redintegratoque proelio cecidisset vicissetque] *si constituisse a fuga* Voff. ambo, Leid. ambo, et Lovel. 3. Tum *redintegratoque bello* Portug. Gaertn. et Haverk. Vide ad 3, 61, 2. Deinde *cecidissent vicissentque* Voff. 2. et Lovel. 3. quod defendi posset dicendo, *acies* collective sumtum adsciscere verbum plurale. V. ad 35, 26, 9. at reliquorum in vulgatum conspiratio id verius esse indicat. Praeterea *vicissetque hostium legiones* Lovel. 4.

§. 12. *Adnisi ad restituendam pugnam duces, milites, peditum equitumque vis*] *annisi* ed. Rom. anni 1472. et Mediol. anni 1480. *admissi* ed. Parm. V. ad 4, 43, 5. Tum *ad restituendam pugnam* Haverk. V. ad 40, 49, 1. Deinde *peditum, equitum*

stituendam pugnam, duces, milites, peditum equitumque vis: numen etiam Deorum respexisse nomen Romanum visum. adeo facile inclinata res, repulsi- que a castris hostes; mox etiam redacti ad eum locum, in quo commissa pugna erat. Ibi, objacente 13 sarcinarum cumulo, quas conjecerant in medium, haesere inpediti: deinde, ne diriperentur res, orbem armatorum sarcinis circumdant. Tum vero eos 14 a fronte urguere pedites, ab tergo circumvecti equites. ita in medio caesi captivae. Captivorum nume-

vis, omissa copula, Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. Mox etiam numen Deorum respexisse Gaertn. numen respexisse Deorum Lovel. 4. Tò numen deerat in Lovel. 3.

Repulsique a castris hostes, mox etiam redacti ad eum locum] repulsusque a castris hostis, mox etiam redactus Lovel. 4. Divisis vocibus mox et jam redacti editum est Romae anno 1471. unde Parmensibus data est occasio substituendi mox et redacti. Insuper in eum locum Haverk. Paulo post pugna commissa est, trajectis vocabulis, Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 13. Objacente sarcinarum cumulo, quas conjecerant in medium] ab jacente sarcinarum cumulo Lovel. 2. objiciente sarcinarum cumulo Voss. 2: et Lovel. 3. Sed de verbo objacere v. ad 2, 65, 4. Deinde conjecere in medium Lovel. 4. conjecerat in medium Gaertn. conjecerent in medium Leid. 1. Mox inpediti haesere Lovel. 4.

Orbem armatorum sarcinis circumdant] ob rem armatorum Harlej. et Mediol. ed. anni 1480. orbem armatorum sarcinis circumdant Gaertn. V. ad 5, 19, 11.

§. 14. Eos a fronte urguere pedites, ab tergo circumvecti equites] a fronte eos urgere Lovel. 4. eos ab fronte urgere Portug. Gaertn. et Haverk. Tum a tergo circumvecti Leid. 1. ab tergo circumventi Voss. 2. et Haverk. V. supra hoc lib. ad c. 2, 4. Mox vocula ita abest a Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. C. quas intercepta videtur ab ultimis literis vocis praecedentis.

Captivorum numerus fuit septem millia CCC] Vet. lib. septem millium ac ducentorum. SIG. Pall. pr. ac tert. captivorum numerus fuit VII. ad CCC. sec. captivorum numerus fuit septem milium ac ducentorum. GEBH. Voss. et Helm. VII. ac CC. Sigonius et unus e Pall. septem milium ac ducentorum. J. FR. GHON. septem millium ac ducentorum Portug. Gaertn. et Haverk. septem millia ac CC Harlej. VII. ac CC Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. VII^m. ac CCCⁱ Lovel. 2. VII. ad CCC^q; Lovel. 3. VII^{ci} CCC Lovel. 4. VII a CCC Florent. VII a CC Leid. 1: Hearnii autem ad hunc locum monuit, se pro trecentorum invenisse CC

rus fuit septem millium ac ducentorum, qui omnes nudi sub jugum missi. caesos retulere ad quatuor
 15 millia octingentos. Ne Romanis quidem laeta victoria fuit. recensente consule biduo acceptam
 16 millium ac ducentorum. Dum haec in Apulia gerebantur, altero exercitu Samnites Interamnam,

in Oxon. N. B. et ed. Rom. princeps, sed CCC mihi obvium fuit in edd. Rom. anni 1472. et Parm. DCC in edd. proximis usque ad Aldum, qui iterum CCC substituit. An et hic legendum *septem millium septingentorum*, vel *octingentorum*? V. supra hoc lib. ad c. 29, 17. [*septem millium trecentorum* Veith.] Insuper sequens vox qui non est in Lovel. 3. et *septingentos*, pro *octingentos*, habet Hearnii Oxon. C. [ad quatuor mille Veith.]

§. 15. *Amisssorum militum numerus relatus septem millia trecenti* Vet. lib. *septem millium et ducentorum*. SIG. Pal. sec. *septem milium et ducentorum*. GEBH. Duo priores [Voss. Helm.] *numerus relatus VII. ac CC*. Palatinus *septem millium ac ducentorum*. Qua forma Livius 22, 46, 6. J. FH. GRON. *septem et ducentorum* Haverk. *septem millium et ducentorum* Portug. *septem milium ac ducentorum* Gaertn. *septem millia ac CC* Hearnii Oxon. N. *septem millia ducenti* ejusdem C. VII ac CC Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. VII. CC Lovel. 2. VII. CCC Leid. 1. et Lovel. 3. VII. a. CCC Florent. *septem millium trecentorum* Hearnii Oxon. L. 1. [Veith.] Miror Gronovium, qui §. praecedentem Mstorum *millium ac ducentorum* in contextum recepit, hic tamen vulgatum servavit.

se. Mihi hic quoque *septem millium octingentorum* placeret. Ceterum *ro laeta* in praecedentibus exsulat a Voss. 2. et Lovel. 3. [*Nec Romanis quidem* Veith.] Deinde *recensente consule cladem*, duabus vocibus omissis, est in Haverk. *recensente consule biduo accepta clade* in Hearnii Oxon. L. 1.

§. 16. *Interamnam coloniam Romanam*] Ubi et quando haec colonia deducta sit, non meminit Livius. Ptolemaeus [3, 1.] Praetiorum oppidum ait prope Marsos. Plinius Interamnatium l. 3. ter meminit capitibus 5. 12. et 14. ut omnino credam, non unus duntaxat oppidi nomen. GLAR. Verum est, tempore Glareani in editionibus Livii vulgaribus non reperiri, ubi et quando Interamna colonia deducta sit. At postea Sigonius ex vestigiis Mstorum docuit, id Livium tradidisse 9, 28, 8. v. quas ibi notantur. Quod autem Glareanus suspicetur, plura hujus nominis oppida in Italia fuisse, id verissimum est. Et quidem quatuor diversa ita dicta memorat Cluverius: primum est in Umbria, de quo agit 2. Ital. ant. 7. p. 635. secundum in agro Praetutiano, de quo v. 2, 11. p. 745. tertium in Latio novo, sive in Volscis, de quo v. 3, 8. p. 1039. quartum in Bruttis, de quo v. 4, 15. p. 1317. Tertium autem illud est, cuius hic meminit Li-

coloniam Romanam, quae via Latina est, occupare conati, urbem non tenuerunt: agros depopulati 17 quum praedam aliam inde mixtam hominum atque pecudum, colonosque captos agerent, in victorem incidunt consulem, ab Luceria redeuntem: nec praedam solum amittunt, sed ipsi longo atque inpedito agmine incompressi caeduntur. Consul, 18

vius, quod via Latina fuisse dicit, ubi id conlocat etiam Strabo l. 5. p. 237. Ceterum *Interannam* Voss. 2. et Lovel. 3. *Viceranam* Lovel. 2. *Interanam* Harlej. *Interanniam* Portug. *Interanniam* Gaertn. Haverk. et apud Hearnium B. *Interannem* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. N. in cuius margine tamen *Interannam* emendatur.

Quae via Latina est, occupare conati, urbem non tenuerunt] Duo e Pall. *qua via*. GEBH. Ita et Voss. 2. ac Lovel. 3. Sed in alteram lectionem consentiunt reliqui codd. Deinde *hostem non tenuerunt* Lovel. 1. Leid. 2. Haverk. et Voss. 1. a m. 1.

§. 17. *Hominum atque pecudum colonosque captos agerent*] *hominum pecudumque* Portug. Gaertn. et Haverk. Tum *colonosque captivos* Lovel. 3. Sed v. ad 6, 22, 4. Tum a *Luceria redeuntem*, pro *ab Luceria*, Leid. 2. ad *Luceriam* Voss. 2. a m. 1. et Lovel. 3.

Ipsi longo ac inpedito agmine incompressi caeduntur] ipso longo Voss. 2. et Lovel. 3. Sed vox *ipsi* deficit in Haverk. Insuper *longo atque inpedito agmine* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Klock. Haverk. et omnes edd. Frobeniana anni 1535. vetustiores. Quamvis autem Hear-

nus nihil ex Oxoniensibus notarit, attamen vix verisimile videtur, eos omnes in vulgatum conspirasse. Passim enim Livius ante voces a vocali incipientes, non particula *ac*, sed *et* vel *atque* uti solitus est. quod non observantes librarii indocti innumeris locis *ac* dederunt, ubi Livius *et*, *atque*, *aut*, *at*, vel similes particulas adhibuerat. Exempla videri possunt ad 1, 13, 3. 2, 27, 2. c. 29, 4. c. 37, 6. c. 64, 3. 3, 7, 2. c. 8, 10. c. 15, 5. c. 52, 11. c. 58, 5. c. 64, 8. 4, 40, 3. 5, 30, 8. c. 21, 14. c. 40, 1. c. 42, 2. c. 52, 10. 6, 15, 11. 7, 1, 7. c. 4, 3. c. 7, 2. c. 10, 10. 8, 19, 2. et 14, 10, 12, 2. c. 25, 5. 21, 53, 7. 23, 2, 1. 35, 27, 5. 38, 18, 15. et 40, 21, 11. Ob hanc causam displicere testatus sum conjecturam Inl. N. Heinsii *ac obscuris* emendantis supra 1, 14, 7. et Sigonii *ac Aequimaelio* legentis 33, 26, 9. Contra vero adsensus sum viris doctis ex MSS. *at imperitae* emendantibus, pro *ac imperitae*, 2, 45, 5. *atque inpedimentis*, pro *ac inpedimentis*, 21, 34, 9. *urbem portu ac*, pro *portum ac urbem*, 24, 2, 3. *ac mutabiles*, pro *ac inmutabiles*, 38, 9, 1. *ac totius*, pro *ac universae*, in Epit. Liv. 104. quamvis Epitomarum auctor ad similes linguae suae elegantias minus adtendisse censeretur. Ex more hoc, quem optimi scriptores, sed praesertim Livius, diligentissime obser-

Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque revocatis, et exercitu ibi relicto, comitorum caussa Romam est profectus. Cui de
19 triumpho agenti negatus honos, et ob amissa tot millia militum, et quod captivos sine pactione sub jugum misisset.

varunt, manuscriptos audiendos esse putavi, ac mergentibus exhibentes, supra 3, 16, 4. ubi vulgo editur ac emergentibus. *Potidaniae atque Apolloniae* 28, 8, 9. ubi nunc legitur ac *Apolloniae*. et *pati et inferre* 38, 21, 8. ubi recentiores edd. praeferunt ac *inferre*. Quum autem in his toties a librariis peccatum fuerit, et posteriores quinque libri Livii ex unice Mto in lucem protracti sint, hinc etiam, cod. illo invito, duobus locis controversiam movere ausus sum. Alter exstat 41, 24, 18. *Quid suspectos alios ac invisos efficitur?* alter 41, 12, 3. *Sororem dedisse Prusias precanti ac oranti*. ubi aliter Livium scripsisse mihi persuadeo. Plura alia v. apud Cel. Burmann. ad Sueton. Caes. 26. et, quem laudat, Torrent. ad Sueton. Aug. 96. Ceterum longo ac *inpediti* agmine est in Gaertn. Deinde *incompositi atque longo caeduntur* in Leid. 1. *incompositi atque longe caeduntur* in Lovel. 2. *caeduntur incompositi* in Haverk.

§. 18. *Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque revocatis*] An *revocatus* dicit, qui, quum, hoste invadente, diffugissent, nondum ad sedes suas redierant? an *revocatus* idem est, quod *vocatus*, quod unus liber Hearnii habet? nam et alia cum hac praepositione composita non plus significent, quam simplicia. Praefer-

rem, si per libros liceret, *evocatis*. Supra c. 20, 15. *Accitiquae edicto domini ad res suas noscendas*. DUK. *Interamnam* Harlej. *Interanniam* Portug. *Interamnam* Gaertn. *Interamnam* Voff. ambo, Lovel. 1. 3. et Leid. 2. *Interamna* Hearnii Oxon. N. ac B. *Viceranam* Lovel. 2. *Ilerim* dnid Haverk. Deinde *vocatis* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. ut censeri possit litera *e* a capite vocis excidisse propter ultimam literam praecedentis, legendumque esse *evocatis*. Mox *voeula* et omittitur in Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4.

§. 19. *Negatus honos, et ob amissa] honos est* Port. Gaertn. et Haverk. Tum et deficit in Voff. 2. V. ad 2, 44, 3.

§. 1. *Consul alter Postumius, quia in Samnitibus materia belli deerat*] Per literae ultimae vocis *Consul* cornu linea traducta conspicitur in Lovel. 3. quasi librarius dare voluisset *Consulum alter*. V. ad 9, 32, 2. Sed reliqui vulgatum servant. Praeterea praepositio in deest in solo Hearnii Oxon. L. 1.

In Etruriam traducto exercitu] Omissa praepositione *in*, Pall. tres, et Camp. *Etruriam traducto exercitu*. GEBH. Non Rott. non Flor. neuter quoque Voff. agnoscunt praepositionem. Nec ego igitur retineo. Florus 3, 10. *Classe comparata Britanniam*

XXXVII. Consul alter Postumius, quia in Sam-
nitibus materia belli deerat, in Etruriam traducto
exercitu, primum pervastaverat Volsiniensem agrum:
dein cum egressis ad tuendos fines haud procul
moenibus ipsorum depugnat. duo millia octingenti
Etruscorum caesi: ceteros propinquitas urbis tuta-

transit. Tacitus 2. Annal. 54. *Tramittere* Lisbon. JAC. GRON. Praeter codd. Cl. Gronovio et Gebhardo laudatos praepositionem non agnoscunt etiam Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaerta. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Ita supra 8, 24, 17. *Inde Epirum devecta ad Cleopatram uxorem.* 31, 43, 5. *Equites mercede conductos Aegyptum avexit.* 33, 41, 6. *Cyprum nihilominus tendens, paullisper seditione remigum est retentus.* ubi plura videbimus. Tum *transducto* Florent. Voss. 1, Leid. ambo, et Lovel. 1. ac 2. Mox *primo*, pro *primum*, Gaertn. Insuper *Volsiniensem* Lovel. 4. *Volsiniensem* Lovel. 2. *Volsinensem* Haverk. et Portug. *Volsimensem* Voss. 2. et Leid. 2. V. ad 5, 31, 5. et mox hoc cap. §. 4.

§. 2. *Deinde cum egressis ad tuendos fines] dein* Florent. Leid. 1. et Lovel. 3. V. ad 3, 3, 6. Hinc *tum egressus* Harlej. *cum ingressus* Gaertn. a m. 1. *cum ingressus* a m. 2. *tum egressis* eod. principes. Sed cum jam repositum vidi in Mediol. anni 1505.

Duo millia ducenti Etruscorum caesi] Numerus caesorum apud Volsinios duo millia etc. Leid. 2. et Lovel. 1. *Numerus caesorum apud Volsinos ad duo millia etc.* Hearnii Oxon. C. qui in cod. B. *Numerus caesorum apud Volsinos duo millia etc.* se invenisse scribit; quod mihi

etiam obvium fuit in Portug. Haverk. et Gaertn. [Veith.] quorum Portug. et Hearnii B. mox ignorant voces *Etruscorum caesi*. Sed voces *Numerus caesorum apud Volsinios* ex lemmate marginali in contextum receptas esse patet. Cujus erroris alia exempla v. ad 7, 40, 4. Praeterea *caesi duo ad ccc Etruscorum* Lovel. 3. *duo millia ac CC* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. *duo millia ac ducenti* Gaertner. et Hearnii Oxon. B. *duo millia CCC* Harlej. *duo millia ad CC* Voss. 2. *duo millia ac CCC* Lovel. 2. II. a. CCC Florent. V. a. CCC Leid. 1. [*duo millia trecentos* Veith.] *duo millia octingenti* Lovel. 4. quam veram puto scripturam, quia eodem ducunt vestigia optimorum aliorumque codd. a. CCC vel ac CC praeferebant, in quibus nota numeralis *II* degeneravit in *a*, ut solet. V. hoc lib. ad c. 29, 17. In uno etiam Leid. 1. librarius, *V* pro *II* dans, sollemniter erravit. V. ad 37, 22, 4.

Ceteros propinquitas urbis tutata est] tutata erat Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *tuta erat* Gaertn. *tuta est* Voss. 2. *Tutus pro tutus* veteres dixisse, docent Doct. Gerte ad Sallust. Jug. 74, 3. et Oudendorp. ad Frontini 2. Strateg. 12, 3. Quum tamen, Livium voce *tutus* pro *tutus* vel *tutatus* alibi usum esse, non meminerim, potius lectionem illam socordiae librorum adscribo, qui ultimam syllabam *του* *tutata* ob prae-

3 ta est. In Rusellanum agrum exercitus traductus. ibi non agri tantum vastati, sed oppidum etiam expugnatum: capta amplius duo millia hominum, mi-
4 nas duo millia circa muros caesa. Pax tamen cla-

cedentis similitudinem neglexerunt. Alia ejus erroris exempla v. ad 3, 7, 1. 6, 30, 6. et Corte ad Sallust. Jug. 52, 4. Eodem modo *factita* pro *facitata* dederunt 2, 2, 1. *sustenta* pro *sistentata* c. 34, 5. *mactam* pro *mactatam* 4, 19, 3. *muta* pro *mutata* 9, 23, 1. *objecta* pro *objectata* c. 34, 14. *jacta* pro *jactata* hoc cap. §. 10. *inspecta* pro *inspectata* c. 46, 4. *aptas* pro *aptatas* 21, 27, 8. *irrita* pro *irritata* 32, 3, 2. *capta* pro *captata* 38, 44, 3. His proximum est, quod *instaura* exararint pro *instaurata* 5, 16, 11. *antiqua* pro *antiquata* c. 55, 2. *sacra* pro *sacrata* hoc lib. c. 38, 12. *varia* pro *variata* 21, 28, 5. *dura* pro *durata* c. 36, 8. *continus* pro *continuata* 23, 19, 2. *integra* pro *integrata* 28, 15, 10. *aequa* pro *aequata* 29, 2, 10. *accommoda* pro *accommodata* 37, 52, 10. (* *evasta* pro *evastata* 32, 13, 9. *denuncia* pro *denunciata* 24, 37, 11.) Item haec, *nudos* pro *nudatos* 2, 5, 8. *citos* pro *citatos* c. 10, 3. (* 30, 12, 10.) *ostentati* pro *ostentati* 4, 7, 12. *intantum* pro *intentatum* 6, 39, 7. *laetus* pro *laetatus* 23, 33, 3. *publicam* pro *publicatam* 31, 13, 4. *tractus* pro *tractatu* 35, 32, 13. *liberam* pro *liberatam* 36, 17, 13. Nec non haec, *praestita* pro *praestituta* 6, 4, 5. *tum* pro *tutum* 35, 12, 11. *institutum* pro *institutum* 39, 13, 14. Quin etiam contrario errore dederunt *desponsata* pro *desponsa* 1, 26, 2. *sollicitatam* pro *sollicitam* 2, 2, 4. *orbata* pro *orba* c. 47, 10. *labefactata* pro *labefacta* 3, 64, 2. *adfectata* pro *adfecta* 5,

10, 9. *infestata* pro *infesta* 10, 46, 9. *vastata* pro *vasta* 23, 30, 7. *excitata* pro *excita* 28, 24, 4. (* *inspectata* pro *inspecta* 34, 62, 16.) *vulgatata* pro *vulgata* 35, 31, 11. *incruentata* pro *incruenta* 37, 16, 12. Non multum hinc differunt *sacratam* pro *sacram* 5, 25, 7. *detractatum* pro *detractum* 6, 6, 7. *nudata* pro *nuda* 8, 27, 6. *quassatas* pro *quassas* 25, 3, 11. (* *exanimata* pro *exanima* c. 26, 10.) *captato* pro *capto* 26, 12, 15. *exercitatum* pro *exercitum* 27, 44, 6. Similiter quoque *statutos* pro *statos* 39, 13, 8. Ceterum ex vitiosa scriptura *tata erat* vitiosior provenit *tutaverat* in Haverk. V. ad 23, 29, 16.

§. 3. In Rusellanum agrum exercitus traductus] In Rusellanum agrum Voss. 1. Lovel. 1. 3. 4. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. In Rusellanum autem agrum Harlej. et edd. principes. Primus Aldus recte omisit particulam *autem*; quae esse solet ex numero eorum, quibus librarii orationem Livianam connectere conati sunt. V. ad 21, 40, 11. In Rosellanum agrum Voss. 2. et Leid. ambo. In Rosellanum agrum Gaerta. In Rosolanum agrum Lovel. 2. V. supra hoc lib. c. 4, 5.

Ibi non agri tantum vastati, sed oppidum etiam expugnatum] vastari Voss. 2. et Lovel. 3. vestiti Leid. 1. ibi non agitatum vestiti Lovel. 4. Tum oppugnatum idem Lovel. 4. V. ad 21, 57, 6. sed etiam oppidum oppugnatum Gaerta. sed etiam oppidum

rrior majorque, quam bellum in Etruria eo anno fuerat, parta est. Tres validissimae urbes, Etruriae capita, Volsinii, Perugia, Arretium, pacem petiere; et, vestimentis militum frumentoque pacti cum con-

servant quoque Portug. et Haverk.

Capta amplius duo millia hominum, minus duo millia etc. caesa] Voces *duo millia hominum minus* desunt in Gaertn. a librario ob voces *duo millia* repetitas omissae. V. ad 9, 11, 11. *duo millia hostium* legunt Hearnii Oxoniens. L. 2, et C. [Veith.] V. ad 23, 37, 11. *amplius II mil'* per compendium est in Lovel. 1. et tum *minus II mil'* similiter in Lovel. 2. quod utroque loco est in Leid. 1. hinc *minus duob. milib.* praefert Lovel. 4. Male. Locutio plane Liviana est, *minus duo millia*, pro quam *duo millia*. Supra 3, 64, 10. *Si qui vos minus hodie decem tribunos plebei feceritis*. ubi alia exempla notavi. hoc lib. c. 45, 14. *Capta minus tria millia hominum*. c. 46, 12. *Minus duo millia capti*. 21, 61, 10. *Raro umquam nix minus quatuor pedes alta jacuit*. 23, 30, 6. *Ut omnis aetatis minus viginti millia civium superessent*. 24, 47, 8. *Hispani quoque, paullo minus mille homines*. et saepissime alibi. Notae, quae ratione explicandae erant, librarius nesciebat, errandi causam dedisse, infra probabo ad 25, 9, 16.

§. 4. *In Etruria eo anno fuerat, parta est*] Vocabula *eo anno* exsulant a Lovel. 4. sequens *fuerat* ab edd. Rom. anni 1472. et Parm. Tum *est* a Voff. 2. *parta est* legit Gaertn.

Tres validissimae urbes, Etruriae capita, Volsinii, Perugia, Arretium, pacem petiere]

Tres validissimae urbes Etruriae captae Voff. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. et Haverk. capit est in Florent. a m. 1. quum *capita* antea recte scriptum fuisset. Supra 9, 37, 12. *A Perugia et Cortona et Arretio, quae ferme capita Etruriae populorum ea tempestate erant, legati*. Vocat Livius *Etruriae capita*, quia fuerunt ex duodecim praecipuis ejus regionis urbibus. De Volsiniis id docet Claver. 2. Ital. ant. 3. p. 557. de Arretio ibid. p. 571. de Perugia p. 576. Sed ex earum numero Arretium et Perusiam excludit Dempster. 4. Etrur. Reg. 8. qui de Volsiniis agit ibid. c. 15. de Arretio l. 5, 7. de Perugia ibid. c. 9. Ceterum *Volsini* Florent. *Volsinii* Voff. 1. *Vulsini* Leid. ambo, et Lov. 1. *Vulscini* Lov. 2. *Vulsinum* Voff. 2. et Lov. 3. *Vulsinium* Lovel. 4. *Vulscinum* Portug. et Haverk. *Vulscinum* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. qui *Vulscium* invenit in L. 1. V. supra ad §. 1. Tum *Perusium* Gaertn. quomodo hanc urbem posteriori seculo adpellatam fuisse docet Claver. J. I. Denique *Arretium* Leid. 2. Portug. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Gaertner. *Arretinum* Haverk. Sed Hearnii auctor est, se *Aritium* invenisse in Oxon. C. *Arretium* in margine eod. N. De orthographia hujus urbis v. Claver. et Dempster. l. 1. Viri docti, qui 9, 32, 1. c. 37, 12. 10, 3, 2. et alibi *Arretium* dederant, hic *Arretium* receperunt, quod reliquis locis reposui.

§. 5. *Et, vestimentis militum frumentoque pacti*] Prima vox

sule, ut mitti Romam oratores liceret, inducias in quadraginta annos inpetrauerunt. multa praesens quingentum millium aeris in singulas civitates inposita. Ob hasce res gestas, consul quum triumphum ab senatu, moris magis causa, quam spe inpetrandi, petisset, videretque alios, quod tardius ab urbe exisset; alios, quod injussu senatus ex Samnio in Etruriam transisset, partim suos inimicos, partim collegae amicos, ad solatium aequatae repulsae si-

non adparet in Portug. Gaertn. et Haverk. ut nec ultima in Voff. 2. In verbis sequentibus in *undecim annos*, pro *in quadraginta*, legunt edd. Rom. anni 1472. et Parm. Error natus est ex adnitate numeralium notarum XI et XL. V. ad 39, 30, 7. Tum *repperunt*, pro *inpetrauerunt*, Harlej.

Multa praesens quingentum millium aeris in singulas civitates inposita] Pall. tres et Camp. *singulis civitatibus inposita*. GEBH. [in *singulas civitates*] jam Andreas. Tres tamen Pall. et duo Voff. et Helm. *aeris singulis civitatibus inposita*. J. FR. GRON. Omnium corruptissime hic optimus Leid. 1. *quingentum militum civitatum inposita*. et Lovel. 4. *quingentum militum inposita civitati*. At *quingentum millium aeris civitatibus inposita* Lovel. 2. *quingentum millium aeris singulis civitatibus inposita*, praeter utrumque Voff. Gronovio laudatum, Leid. 2. Lovel. 1. 3. Portug. Gaertn. Haverk. [Veith.] et apud Hearnium Oxon. B. N. ac C. apud quem L. 1. *in singulis civitatibus praefert. quingentum millium aeris singulas civitates inposita* Florent. cujus scriptura

erroris fontem indicat: litteram nempe *ov* *aeris* ultimam *s* et praepositionem in primum excidisse, quod vox sequens a littera *sin* incipiebat: inde autem jam necesse fuit, ut *singulas civitates* in *singulis civitatibus* mutaretur. Solus Harlej. et forte etiam Klock. unde nihil notatur, vulgatum retinuerunt, quos sequor. *Inponere multam in civitates, ut inponere asses vectigales in jugera* apud Livium 31, 13, 7.

§. 6. *Spe inpetrandi petisset, videretque alios, quod tardius ab urbe exisset*] *spe inpetrandi eum petisset*, vocula quum vel eum in praecedentibus deleta, et huc rejecta, Lovel. 4. Tum *videratque* Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. *vidissetque* Lovel. 4. Deinde *tardius ex urbe exisset* Voff. 1. et Lovel. 1. *tardius urbe exisset* Leid. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Sed vulgatum, quod optimi tuentur, rectum est. Infra 38, 4, 6. *Ne exitus inclusis ab urbe esset*. Et ita *excire ab urbe* 7, 39, 10. *educere ab urbe* 8, 15, 3. ubi etiam turbant codices. V. insuper ad 32, 2, 10. [ab urbe exissent Veith.] ab urbe *exivissent* Lovel. 4. V. ad 27, 19, 10. In verbis modo praecedentibus vox

bi quoque negare triumphum: *Non ita, inquit, Patres conscripti, vestrae majestatis meminero, ut me consulem esse obliviscar. eodem jure imperii, quo bella gessi, bellis feliciter gestis, Samnio atque Etruria subactis, victoria et pace parta, triumphabo. Ita senatum reliquit. Inde inter tribunos plebis contentio orta: pars intercessuros, ne novo exemplo triumpharet, ajebant; pars auxilio se adversus collegas triumphanti futuros. Jactata res ad populum est:* 10

consul abest a Leid. 2. sed ob senatum oris, pro ab senatu moris legit Leid. 1.

§. 7. *Ad solatium aequatae repulsae sibi quoque negari triumphum] ad repulsae solatium aequatae repulsae* Leid. 2. et Lovel. 1. *desolatium aequatae repulsae* Lovel. 4. *Tum sibi quoque negari triumphum* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. [Veith.] et quaedam edd. principum. *sibi quoque negatum iri*, omissa voce *triumphum*, Gaertner. *sibi quoque negatum negare triumphum* Haverk. In verbis praecedentibus *aliosque injussu* Lovel. 3. V. ad 2, 41, 8. *alios, quod jussu* Gaertn. *Hinc in Etruriam exisset, pro transisset, Portug. a m. 1. [ex Samnio transissent* Veith.]

§. 8. *Vestrae majestatis meminero, ut me consulem esse obliviscar] majestatis vestrae meminero* Lovel. 4. *Tum esse me consulem obliviscar* Leid. 2. et Lovel. 1. *me consulem obliviscar esse* Lovel. 2. Sed *to esse* non adparet in Portug. et Haverk. In sequentibus *bella gessi*, transpositis vocibus, Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *gestis* omititur in Gaertn. et Haverk. Tan-

dem triumpho, pro triumphabo, Gaertn.

§. 9. *Inde inter tribunos plebis contentio orta]* Prima vox non adparet in Lovel. 2. nec secunda in Voss. 2. Utraque per compendium scripta fuerat *Ita int'*; hinc altera ab altera ob ductuum similitudinem facile intercipi potuit. Deinde *contentio orta est* Harlej. et edd. principes usque ad Aldum, qui *to est*, a reliquis codd. exsulans, ex contextu eiecit. Id contra iterum revocarunt Paris. 1529. mox Frobenius anno 1531. atque inde reliqui usque ad Cl. Jac. Gronovium, qui denuo delevit. Errasse autem videtur Cl. Hearne, notans *to est* non inveniri in edd. Aleriens. et Sigon. Certe in Sigoniana exstare vidi. *Poste Inde, inter tribunos plebis contentione orta, pars intercessuros.* Sed Gronovianam lectionem sequor, nisi quod post vocem *orta* recipiam majorem distinctionem, ut est in antiquioribus edd. quam in plerisque recentioribus sit minima.

Pars intercessuros, ne novo exemplo triumpharet, ajebant] et ne novo exemplo Voss. 2. et Lovel. 3. *Tum ajebat* Voss. uter-

vocatusque eo consul, quum M. Horatium, L. Valerium consules, C. Marcium Rutilum nuper, patrem ejus, qui tunc censor esset, non ex auctoritate senatus, sed jussu populi triumphasse diceret; 11 adjiciebat, se quoque laturum fuisse ad populum, ni sciret, mancipia nobilium tribunos plebis legem inpedituros: voluntatem sibi ac favorem consentien-

que, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. Male. pars ajebant inlustravimus ad 5, 38, 5. Mox collegam, pro collegas, Lovel. 2.

§. 10. *Jaetata res ad populum est*] *Jaeta res* Pall. duo. GEBH. Non aliter etiam Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Hearnii Oxon. N. errore etiam alibi commisso. V. ad 3, 10, 3. 5, 48, 4. 38, 25, 5. (* 28, 9, 18.) et alibi. Similita v. supra hoc cap. ad §. 2. *Lata res* Voff. 1. Lovel. 2. 4. et Hearnii C. Male. Vocem *jaetare* eo sensu, quo hic accipi debet, inlustravit Gronov. infra loco laud. 38, 25, 5. Tum *ad oppidum est* inepte Voff. 2. *est ad populum* Harlej. et edd. Aldo priores.

Quum L. Horatium, M. Valerium consules] Legendum M. Horatium, L. Valerium consules ex l. 3. anno cccvi. [c. 55. et seqq.] GLAB. M. Horatium, L. Valerium. Fuerunt enim anno cccvi. ab urbe condita. Livius, Dionys. Cassiod. SIG. Dubium non est, quin recte emendarint Glareanus et Sigonius. Nihilominus L. Horatium, M. Valerium consules servant omnes Mñi, nisi quod tres postremae voces desint in Leid. 2. et Lovel. 1. atque et cum eo L. Horatius, M. Valerius praeferat Lovel. 4. a m. 1. in quo postea Horatium et

Valerium emendavit manus altera. Praeterea et tum Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Portug. et Gaertn. et tum Haverk.

C. Marcium Rutilum nuper, patrem ejus, qui tunc censor esset] Gaium. ma. maritium. Rutilum Pall. duo. GEBH. Ita et Voff. 2. et Lov. 3. Gaiū Marmacinū Rutilum nuper patrem Lovel. 2. Gaiū Marmaritium Rutilum nuper patrem Leid. 1. et Lovel. 4. a m. 2. qui C. Marmaritus Rutilius nuper pater habuerat a m. 1. C. Marium Rutilum nuper patrem Gaertn. Gaium Rutilum nuper patrem Leid. 2. et Lovel. 1. Rutilum reliqui codd. et edd. usque ad Sigonium, qui recte edidit Rutilum. V. ad 7, 17, 6. Deinde qui tunc censor esset Lovel. 4. Gaertn. et Portug. V. ad 2, 12, 15. qui tñ censor esset Haverk. qui tunc censor erat Hearnii Oxon. N. Mox praepositionem *ex* ignorant Portug. et Haverk.

§. 11. *Ni sciret, mancipia nobilium tribunos plebis legem inpedituros*] *nescire se M. Attilium T. Volumnium tr^{OR}* plebis prodigiose corruptus Lovel. 2. *nesciret M. concipia nobilium tribunos plebis* Voff. 2. et Lovel. 3. *nesciret*, pro *ni sciret*, etiam Lovel. 4. Non dissimili errore *ne scirem* et *nescirem* commutari, supra vidimus ad 2, 45, 12.

tis populi pro omnibus jussis esse, ac futura. Poste- 12
roque die auxilio tribunorum plebis trium, adver-
sus intercessionem septem tribunorum et consensum
senatus, celebrante populo diem, triumphavit. Et 13
hujus anni parum constans memoria est. Postumi-
um, auctor est Claudius, in Samnio captis aliquot
urbibus, in Apulia fusum fugatumque, saucium ip-

Tum *legem*, abest a Gaertn. et Lovel. 4. Paulo ante *Adjiciebat quoque se*, ordine mutato, Portug. Gaertn. et Haverk. *Tò se neglegit scriba* Leid. 2.

Voluntatem sibi ac favorem consentientis populi pro omnibus jussis affutura] Antiqua lectio pro omnibus jussis esse ac futuram. GELEN. pro omnibus jussisse se ac futurum Lovel. 1. pro omnibus jussisse ac futuram Voss. 2. pro omnibus jussisse ac futurum Lovel. 3. pro omnibus jussisse ac futuro Lovel. 4. pro omnibus jussisse ac futura Leid. 1. pro omnibus jussis esse affuturum Portug. pro omnibus jussis adfuturam Harlej. pro omnibus jussis affutura Oxon. N. in margine et ed. Aler. apud Hearniam. pro omnibus jussis esse ac futurum Gaertn. et Haverk. pro omnibus jussis esse ac futura Florent. Leid. 2. et Lovel. 1. Gelenii lectionem non damno; ut futuram referatur ad nomen remotius voluntatem. Ita 5, 25, 6. *Urbs et ager, quae et ipsa voto continetur*. Ferri etiam posset futurum, ut respiceret proximum favorem. Auctoritas tamen eodiem futura praeferebantur efficit, ut eam lectionem malim. *Voluntatem ac favorem futura*, ut 4, 57, 6. *Quam gratia atque honos opportunior interdum non cupientibus essent*. ubi v. alia. Ceteram fa-

vorem conscientem populi Lov. 2. *favorem consentiens populi* Voss. 2. *factiorem consentiens populi* Lovel. 3. *factionem consentiens populi* Lovel. 4. *favorem populi consentientis* Port. Gaertner. et Haverk.

§. 12. *Posteroque die auxilio tribunorum plebis trium*] *Postero die* Gaertn. et edd. ante Frobenianam anni 1535. Sed vox *die* deficit in Voss. 2. Tum *tribunorum plebis auxilio trium* Portug. Gaertn. et Haverk. Neque aliter Leid. 2. et Lovel. 1. nisi quod in super omittant vocem *trium*. Mox *ex consensu, pro et consensum*, Lovel. 4. contra sententiam Livii.

§. 13. *Postumium, auctor est Claudius, in Samnio captis aliquot urbibus*] *Postumium auctorem Claudius* Leid. 2. et Lovel. 4. Sed per compendium scriptum fuerat *auctor ē*, quod facile depravari potuit in *auctorē*. Non dissimili modo *intercessioe*, sive *intercessione*, datum erat pro *intercessio ē*, sive *intercessio est*. V. supra ad 9, 8, 13. *idē*, sive *idem*, pro *idē*, sive *id est*. V. ad 10, 8, 10. (* 36, 7, 16.) *Deinde urbibus aliquot* Portug. Gaertn. et Haverk. qui iidem etiam paullo ante legunt *constans est memoria*.

In Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum] *in Apuliam*

sum cum paucis Luceriam compulsum: ab Atilio
 14 in Etruria res gestas, eumque triumphasse. Fabius,
 ambo consules in Samnio et ad Luceriam res gestis-
 se, scribit, traductumque in Etruriam exercitum,
 (sed ab utro consule non adjecit) et ad Luceriam
 utrim-

Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3.
 4. Harlej. Hearnii Oxon. N. et edd.
 vett. pro quo in *Apulia* reposuit
 Ascensius anno 1513. Tum *saucium*
esse ipsum Voss. 2. Leid. 1. et
 Lovel. 2. 3. ac 4. *saucium*, omis-
 so *et ipsum*, Gaertn. In sequen-
 tibus *Luceria compulsum*, pro
Luceriam, Leid. 2. et Lovel. 1.

Ab Atilio in Etruria res gestas,
eumque triumphasse] Facti u-
 trumque. V. Pighium ad Ann.
 urbis eccclix. et Perizon. Ani-
 madv. Hist. c. 6. p. 216. DUH. *res*
gestas in Etruria Haverk. in *E-*
truriam res gestas Gaertn. Quod
 dictum esse posset, quemadmo-
 dum bellum in Italiam: de quo
 v. ad Epit. Liv. 21.

§. 14. *Ambo consules in Sam-*
nio et ad Luceriam res gessis-
se, scribit] *ambo consules* Flo-
 rent. Quamvis autem reliqui ni-
 hil mutent, ejus tamen auctori-
 tati cedendum, et lectionem hanc
 recipiendam censui, quod saepe
 Livius ambo et duo casu quarto
 genere masculino dicere solitus
 fuerit. V. infra ad 35, 21, 5. De-
 inde in Samnio et Luceriam Lov-
 el. 1. in Samnio et Luceria
 Leid. 2. Tum scripsit Leid. 2.
 Portug. Gaertn. et Haverk. Mox
traductum in Etruriam, pro
traductumque, Harlej. *tradu-*
ctum in Etruria Haverk. et ab
 utroque consule, pro ab utro,
 Harlej. V. ad 8, 6, 13.

§. 15. *Inque ea pugna Jovis*

Statoris aedem votam, ut Ro-
mulus ante voverat] in qua pu-
 gna Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Por-
 tug. Gaertn. Haverk. et Hearnii
 Oxon. N. ac B. in *eaque pugna*
 Harlej. et edd. Aldina vetustiores.
 Deinde *notam* et *voverat* Lovel.
 3. *Notus et Votus* in Mssis con-
 fundi, vidimus ad 5, 13, 7. Si-
 militer autem librarii etiam con-
 fuderunt verba *novi* et *vovi*. Ex-
 empla exstant 5, 23, 8, 9, 43, 25.
 et alibi. *vocaverat* est in Ha-
 verk.

Sed sanum tantum, id est
locus, templo effatus, jam sa-
cratus fuerat] Lib. meus: *id*
est locus templo jam sacratus
fuerat. recte, si abjicias glosse-
ma, id est locus templo jam sa-
cratus. Festus in Sistere sana.
 et Varro 5. de LL. (p. 54.) KLOCH.
 in tom. 1. Syll. Epist. quas Cel.
 Bura. edidit p. 393. Variat hic
 locus in libris, qua manu exaratis,
 qua cussis. Pal. pr. *primus*
locus templo effatus sacratus
fuerat. sec. sed tantum idem
locus templo factus fuerat. ad
marginem adscriptam ostendit:
sed sanum tantum, id est, lo-
cus templo effatu sacratus fue-
rat. tert. locus temporis effatus
sacratus fuerat. Haec MSS.
 Veteres editiones vero, et in
 his Andreae, *sed sanum tantum,*
id est locum templo effatus fu-
erat. Campani dein sed sanum
tantum, id est locus templo jam
sacratus effatus fuerat. GEBH.
 Aliter Ovidius 6. Faes. 793.

atrimque multos occisos. inque ea pugna Jovis Sta- 15
 oris aedem votam, ut Romulus ante voverat: sed
 fanum tantum, id est locus, templo effatus, sacra-
 tus fuerat. Ceterum, hoc demum anno ut aedem 16
 etiam fieri senatus juberet, bis ejusdem voti damna-
 ta respublica in religionem venit.

*Tempus idem Stator aedis ha-
 bet, quam Romulus olim
 Ante Palatini condidit ora
 jugi.*

V. Donatum 2. Romae vet. et nov. 13. et Nardinum 4. Rom. vet. 13. DUK. *sed fanum tantum, id est locus templo jam sacratus effatus fuerat*, transpositis solum vocabulis, Florent. Harloj. et edd. Tarvisinae, ac quaedam aliae. *sed fanum tantum, id est locus, templo effatus, sacratus fuerat*, una vocula omi-
 sa, Leid., 1. Lovel. 4. Voss. 2. et Hearnii Oxon. B. *sed fanum tantum, id est locus templo effatus fuerat* Voss. 1. Lovel. 1. a m. 1. (locum emendatur a m. altera) Hearnii Oxon. N. et ed. Rom. anni 1472. *sed fanum tantum locus templo effatus sacratus fuerat* Lovel. 2. *sed fanum tantum idem locus templo effatus sacratus fuerat* Lovel. 3. *sed fanum tantum idem locum templo effatus fuerat* Leid. 2. Scriptum fuerat per compendia *id ē*, sive *id est*, quod nullo negotio mutari potuit in *idē*, sive *idem*. V. ad §. 13. *sed tantum idem locus templo effatus sacratus fuerat* Gaertn. et apud Doujat. unus Colbert. *sed tamen idem locus templo effatus sacratus fuerat* Portug. et, auctore Doujatio, Memmian. ubi *im*, sive *tantum*, perperam mutatur in *tn*, sive *tamen*. V. ad 9, 12, 6. *fanum autem ob similitudinem τῶν tamen excidit. sed tamen id locus tem-*

Liv. Tom. V. P. II.

plo factus fuerat Haverk. A vulgato non recedo, nisi quod vulgatum jam, vix in uno vel altero obviam, expunxerim.

§. 16. *Bis ejusdem voti damnata respublica*] Nemo, credo, umquam sic est Latine locutus: *respublica venit in religionem, damnatus voti venit in religionem, ut hoc faceret*. Exemplo ab uno disco, ut solet Livius loqui. 22, [33, 7.] *In religionem etiam venit, aedem Concordiae, quam per seditionem militarem biennio ante L. Manlius praetor in Gallia vovisset, locatam ad id tempus non esse*. Scribendum igitur, *bis ejusdem voti damnata respublica*. Nempe postquam jam bis respublica voto Jovi Statori facto servata erat, visum est senatui ad religionem pertinere, ut iusta aedes tam facili Deo conderetur. J. FR. GRON. Cicero 2. de Nat. Deor. 4. *Gracchus quum comitia nihilominus perfecisset, remque illam in religionem venisse populo sentiret, ad senatum retulit*. DUK. Emendatio Gronovii facillima est, si velimus per siglas scriptum fuisse *voti damnata R. P.* idque a librariis non intellectum fuisse. Alia exempla v. ad 5, 49, 9. (* 25, 6, 3.) 26, 35, 5. 39, 16, 3. Quum tamen in vulgatum conspirent omnes codd. et Cel. Dukerus ex Cic. laudarit *res venit in religionem*, non video, cur vulgatum ferri nequeat, modo junctim capiamus *respublica damnata voti venit in religionem*.

S

- 1 XXXVIII. Sequitur hunc annum et consul insignis L. Papirius Cursor, qua paterna gloria, qua sua, et bellum ingens victoriaque, quantam de Samnitibus nemo ad eam diem, praeter L. Papirium
 2 patrem consulis, pepererat: et forte eodem conatu

§. 1. *Qua paterna gloria, qua sua] tam paterna gloria, quam sua* Voss. 2. Lovel. 3. 4. Hearnii Oxon. N. in margine, et non paucae edd. vet. *tum paterna gloria, tum sua* Lovel. 2. Nihil inuito. Supra 2, 35, 4. *Nisque sunt qua suis quisque, qua totius ordinis viribus.* ubi etiam turbant codd. c. 45, 3. *Ut nihil movebant, qua consules ipsos, qua exercitum increpando.* ubi v. Gebhard. Particulas has illustraverat etiam Gronov. in priori ed. notarum Livii ad 35, 33, 2. sed ea postea transtulit in 3. Obs. 12. V. etiam Cl. Cortium ad Plinii 6. ep. 28, 1. 9. ep. 2, 2. Rittersh. ad Plinii 10. ep. 18, 2. Periz. ad Valer. Max. 2, 1. in princ. Torren. ad 4, 7, 7. et viros doctos ad eundem Val. 4, 9, 14. In praecedentibus voces *consul insignis* neglectae erant a librario Gaertn.

De Samnitibus nemo ad eam diem, praeter L. Papirium patrem consulem, pepererat] Cl. Puteanus notaverat in Fulvii cod. *patrem cos.* id quod explicare malebat *patrem consulis.* Etsi enim Samnites a L. Papirio consule (fuit autem quinquies) saepe proelio victi sint; tamen illa nobilis victoria propter arma eorum auro argenteoque insignia, quam respicit hic Livius, parta est ab eodem dictatore anno U. C. ccccxliv. Sic ille. Mihi autem vetustos libros adhibenti paruit, hoc vitium esse admodum recens: nam Juntas, Gryphius, Curio cos. ut Fulvii liber. at Andreas, Tarvisin. Venet. Beccar. Parisiensis cum Ascensii, tum Save-

terii, Moguntini plane, *patrem consulis.* J. FB. GRON. *consul per compendium Lovel. 2. consul, compendii nota omissa,* Leid. ambo, Gaertn. et Haverk. ut sit, *nemo consul praeter L. Papirium patrem.* Verum, ut jam Puteanus apud Gronovium observavit, praecipuam de Samnitibus victoriam Papirius non consul, sed dictator reportavit. *cons. Lovel. 1. et 4. cos. ante Juntam jam Aldus dedit. consulem vero primus Sigonius, et inde Gruterus in ultima editione, quum Aldo priores legant consulis, quod in multis etiam meorum codd. superest, et in Memmiano legi Doujatius testatur. Et id probat etiam Doct. Oudend. ad Front. 2. Strateg. 4, 1. Infra c. 46, 7. de nostro Papirio: Aedem Quirini ab Dictatore patre votam filius consul dedicavit.* Et ita de Fabio 24, 45, 4. *Consulis pater Fabius. et contra 8, 7, 1. T. Manlius consulis filius supra castra hostium cum suis turmalibus evasit. 24, 9, 4. Q. Fabius consulis filius. c. 12, 6. Q. Fabium propraetorem (is filius consulis erat) Luceriam Graccho succedere jubet. et c. 43, 5. Q. Fabius Maximus consulis filius.* De causa erroris v. ad 10, 10, 2. Ceterum de *Samniti* Leid. 2. et Lovel. 1. *Tum ad diem, omissa media voce, Voss. 2. ad eum diem Lovel. 1. ad eam diem de Samnitibus nemo,* in alium ordinem congestis vocabulis, Lovel. 4.

§. 2. *Eodem conatu adparatuque omni opulentia insignium*

adparatuque omni opulentia insignium armorum bellum adornaverant: et Deorum etiam adhibuerant opes, ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus, delectu per omne Samnium habito nova lege: ut, qui juniorum non convenisset ad impera-

armorum] conatu adparatu, copula omiſſa, Portug. omittitur et vox omni in Lovel. 4. sed relicta lacuna. omnia opulentia insigni Lovel. 2. omni opulentia insignia armorum Gaertn. omni opulentia insignium armorum Portug. et Haverk.

Et opes Deorum etiam adhibuerant] Pall. pr. ac tert. opes etiam Deorum adhibuerant. sec. et Deorum etiam opes adhibuerant. Vetusſae duae editiones et Deorum etiam adhibuerant opes. GEBH. Cl. Gronov. edidit et Deorum etiam adhibuerant opes: qui ordo verborum non tantum ſuperest in vetuſtioribus edd. verum etiam in Harlej. et Florent. niſi quod hic praeferat adhibuerunt. sed et Deorum etiam opes adhibuerant legunt Voſſ. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Haverk. et Deorum opes etiam adhibuerant Gaertn. opes etiam Deorum adhibuerant, exſultante prima vocula et, Lovel. 2. et 3. Deorum etiam opes adhibuerant Voſſ. 2. et Deorum etiam adhibuerant, ſine voce opes, Leid. 1. Lovel. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. Opes hic notat auxilium. Supra 7, 28, 4. Deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipſam dimicationem aedem Junoni Monetae vovit. V. Perizonii Animadv. Hiſt. c. 7. p. 245. Mox ritu quodam ſacramento vetuſto, pro ſacramenti, Gaertn. Tum vitiatis militibus, pro initiatis Leid. 2. et Lovel. 1.

Delectu per omne Samnium habito nova lege] dilectu Flo-

rent. et Leid. 1. V. ad 37, 51, 7. Hinc per omnem Samnium Harlej. et Lovel. 1. a m. 1. per omnium Samnium Haverk. Tum habita nova lege idem Haverk. V. ad 6, 3, 8.

§. 3. Qui juniorum non convenisset ad imperatorum edictum, quique injussu abisset] non venisset ad imperatorem, quique edd. Rom. anni 1472. et Parm. non convenisset ad imperatorem, quique Harlej. et edd. prioribus aetate proximae, usque dum Aldus substitueret non convenisset ad imperatorum edictum, quique. quod etiam superest in Florent. Voſſ. 2. Leid. utroque, (niſi quod eorum poſterior habeat convenissent) Lovel. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. non convenisset ad imperatum edictum, quique Portug. Tandem non convenisset ad imperatorum edictum, quique vulgavit Froben. anno 1535. idque in Voſſ. 1. unde nihil notatur, ſuperſuiſſe videtur. Quamvis autem plerorumque codd. lectio ad imperatorum edictum ſtabilitate poſſe videatur loco Livii ſupra 3, 20, 3. Conventuros ſe jussu conſulis, nec injussu abituros, vulgatum tamen, quod Frobenius reſtituit, ad imperatorum edictum praefarendum puto, quod lectio illa eruditior ſit, quam ut a librariis profecta eſſe cenſeri poſſit, qui imperatorum dederunt, quoniam injussu absolute poſitum ipſis diſplicuerit; quod tamen Livio familiare eſt.

torium edictum, quique injussu abisset, caput Jovi
 4 sacratum esset. Tum exercitus omnis Aquiloniam
 est indictus. ad quadraginta millia militum, quod
 5 roboris in Samnio erat, convenerunt. Ibi mediis
 fere castris locus est conceptus cratibus pluteisque,
 et linteis contactus, patens ducentos maxime pedes
 6 in omnes pariter partes. Ibi ex libro vetere linteo

V. ad 7, 12, 12. *imperatorum* autem datum est pro *imperatorum*, quemadmodum saepe commutatur *gladiatorum* et *gladiatorum*. V. Ccl. Burm. ad Suet. Caes. 10. 31. et ad Tiber. 7. (* Epit. Liv. 28. 28, 21, 1.) Praeterea *abiisset* Portug. Gaerta. et Haverk. V. supra hoc lib. c. 36, 3.

Caput Jovi sacratum erat] Vet. lib. *sacratum esset*. SIG. *sacratum esset* margo Pal. sec. qualem lectionem inventam inseruit editionibus posterioribus Sigonius: vetustissima cum Pall. tribus habet *erat*, Campani *caput Jovi sacratum etc.* GEBH. *erat* servant omnes mei, nisi quod unus Voss. 1. unde nihil notatur, *esset* habuisse videatur: quod verum est. Insuper *caput Jovi sacratum* Leid. 1. Sed ultima littera *ov* Jovis adhaesit voci ob primam sequentis, unde repetita est. V. ad 28, 25, 2. *caput Jovi sacramentum* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 4. *Exercitus omnis Aquiloniam est indictus*] Vox *omnis* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *Aquilonia* est in Portug. et Haverk. Deinde *est inductus* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaerta. et Hearnii Oxon. L. 2. et N. in cuius postremi margine recte emendatur *indictus*. Saepius ita peccarunt librarii. V. ad 2, 38, 5. 4, 25, 9. 6, 12, 1. c. 26, 4. c. 39,

10. 9, 42, 11. 40, 41, 4. (ubi ipsam locutionem inlustravimus) et viros doctos ad Suet. Aug. 23.

Ad quadraginta millia militum, quod roboris in Samnio erat] ad LX, millia Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 4. et Hearnii Oxon. N. ad *sexaginta millia* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Ita in Livio etiam nunc peccari infra 21, 29, 3. existimat Gronov. ad eum locum. (* v. etiam ad 36, 40, 12.) Tum *quod in Samnio roboris erat* Lovel. 4.

§. 5. *Mediis fere castris locus est conceptus cratibus*] locus est *conceptus cratibus* Haverk. locus *conceptus est cratibus* Lovel. 4. locus *conceptus est cratibus* Voss. 2. et Lovel. 3. [*conceptus cum cratibus* Veith.] Mox *pluteisque linteis contactus* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *pluteisque et linteisque contactus* Lovel. 2. *pluteisque et linteis est contactus* Voss. 2. a m. 1. V. mox ad §. 8. at illud est in Voss. 2. delet manus altera.

Patens ducentos maxime pedes in omnes pariter partes] *patens ccc maxime pedes* Lovel. 2. *patens ad ducentos maxime pedes* Portug. *patens ducentos ad maxime pedes* Gaerta. et Haverk. *patens ducentos maxime pedes* Voss. 2. Insuper vox *pariter* exsulat a Lovel. 3. 4. et Voss. 2. [Veith.]

lecto sacrificatum, sacerdote Ovio Pactio quodam, homine magno natu, qui se id sacrum petere adfirmabat ex vetusta Samnitium religione; qua quondam usi majores eorum fuissent, quum adimendae Etruscis Capuae clandestinum cepissent consilium. Sacrificio perfecto, per viatorem imperator adcirci 7 jubebat nobilissimum quemque genere factisque.

§. 6. *Ibi ex libro vetere linteo lecto sacrificatum, sacerdote]* Illud lecto vide utrum ad libro, an ad sacerdote referendum. Praeterea qualis haec compositio? GLAB. Sunt, qui ambigant, lecto ad librum, an ad sacerdotem referendum sit. Mihi non est dubium, quin ad librum referatur: hic enim est sensus. In eo linteis contacto loco ex veteris libri linteae lectione sacrificatum est, Ovio Paccio quodam sacerdote rem divinam faciente. SIG. *libro veterum linteo lecto* Lov. 4. sed ultimam vocem lecto non agnoscit Hearnii Oxon. L. 1.

Sacerdote Ovio Paccio quodam, homine magno natu] Corrupte Pall. duo *Obvio Patrio*. sec. *obvio A. Pactio*. Andreae ed. *A. Paccio*. Campan. *Ovio Pactio*. GEBH. *A. Pactio* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Obvio A. milio Paccio* Voff. 1. *Obvio A. nullo Pactio* Leid. 2. et Lovel. 1. *Obvio Aulo Pactio* Haverk. *Obvio Avulo Patrio* Hearnii Oxon. C. Et ita etiam ejus N. nisi quod vocem *Patrio* non agnoscat. *Obvio Patrio* ejusdem L. 1. *Ovio Patrio* L. 2. *Obvio Patricio* Lovel. 3. *Obvio Pactio* Voff. 2. et Gaertn. *Ovio Pactio* Florent. Lovel. 4. et Portug. Quam lectionem admisi. De nomine *Ovius* v. ad 9, 7, 2. *Vibius* autem et *Pactius* fratres longe nobilissimae gentis *Bruttiorum* memoran-

tur 27, 15, 3. Deinde quodam honore magnatu Leid. 2. quodam honore magno natu Lovel. 1. homine quodam magno natu Portug. quodam homine maximo natu Gaertn. Sed magno natu passim occurrit. ut 2, 8, 4. c. 23, 3. et c. 40, 2. 3, 58, 1. et c. 71, 3. 5, 34, 3. 21, 34, 2. 26, 49, 11. et alibi. Vocem quodam omitunt Florent. et Lovel. 4. Mox patriae, pro petere, Haverk. et Hearnii Oxon. N. in cujus tamen posterioris margine petere recte emendatur.

Qua quondam usi majores eorum fuissent, quum adimendae Etruscis Capuae] qua quondam nisi Lov. 3. Hinc adnuendae Etruscis Capuae Gaertn. aliunde Etruscis Capuae Lov. 4. adimendi Etrusci Capuae Voff. 2. et Lov. 3.

§. 7. *Sacrificio perfecto, per viatorem imperator adcirci jubebat]* *Sacrificio peracto* Lovel. 4. Utrumque in usu fuit Livio. Et quidem alterum 22, 11, 1. *Ita rebus divinis peractis, tum de bello reque de publica dictator retulit.* 40, 6, 5. *Mos erat, lustrationis sacro peracto exercitum decurrere.* Alterum 22, 1, 6. *Latinis feriis actis, sacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis.* et 23, 14, 2. *Rebus divinis perfectis, lustraque, ut solet, ad populum, ut equum escendere liceret.* De-

8 singuli introducebantur. Erat quum alius adparatus sacri, qui perfundere religione animum posset; tum in loco circa omni contacto arae in medio, victimaeque circa caesae, et circumstantes centuriones 9 strictis gladiis. Admovebatur altaribus miles, ma-

inde *accersiri jubebat* Lovel. 4. In verbis sequentibus vox *quemque* omittitur in Lovel. 1.

§. 8. *Erat quum alius adparatus sacri, qui perfundere religione animum posset; tum in loco] tum alius adparatus etc. cum in loco, particulis trajectis, Lovel. 2. tum alius adparatus etiam Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 3. Hearnii Oxon. L. 2. C. N. et edd. ante Frobenianam anni 1535. V. ad 6, 23, 3. Erat tamen alius adparatus Harlej. et Hearnii Oxon. N. in margine. Erat tñ alius adparatus Haverk. V. ad 22, 17, 5. Erat enim alius adparatus Gaerta. Praeterea religionem Leid. 2. et Lovel. 2.*

*In loco circa omni contacto additae arae in medio, victimaeque circa caesae] additae redundat. GELEN. Paulo ante hunc locum linteis contactum dixit. In hoc ergo loco tam undique clauso erant arae in medio, vel, ut Fekus ait (v. Legio,) ara. SIG. Paucae erant edd. quae exhibebant vocem a Gelenio expunctam, paucae ejus loco legebant *adipe*, quod in Harlej. etiam obcurrit. Hearne autem ex Oxon. N. laudat *omni confecto adipe in medio*, voce *arae* omissa. Reliquae edd. vett. vocem ejectam ignorant; quibus favent alii omnes codd. Erroris fontem egregie aperit optimus Florent. cujus librarius pro *arae* dedit *ape*, literis P. et R. confusis, quae saepissime in Mstis commutari solent. Exempla da-*

bo ad 23, 1, 6. Ex voce ape, quae nihil notat, postea factum est adipe in cod. Hearnii, hinc utraque lectione juncta adipe arae datum in aliis; ex quo quum sensus commodus non adpareret, id mutatum est in additae arae: quarum vocum priorem Gelenius induxit: eum autem verum vidisse, tot codicum consensus indicat. Insuper omni in loco circa alio ordine Portug. Gaerta. et Haverk. quorum primus etiam omisit vocem proximam confecto. Sed male. Indicat enim Livius locum, quem linteis contactum fuisse supra §. 5. dixerat. Quod autem cod. Hearnii confecto legat, erranti scribae tribuendum est. V. ad eundem §. 5. Praeterea victimae circum caesae Lovel. 2. Sed v. ad 4, 12, 9. et mox §. 11.

§. 9. *Admovebatur altaribus miles, magis ut victima, quam ut sacri particeps] Perperam in Pall. et in ed. Andreae Admovebantur altaribus magis. GEBH. Ita et Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Haverk. Hearnii Oxonienses, et ed. Rom. anni 1472. quod displicet, tum quia omnia, quae sequuntur, itidem in pluralem mutanda forent, quod tantum in paucis faciunt nonnulli codd. ut mox per partes indicabimus, et quisque inde colligere poterit; tum quia singuli introducebantur, ut Livius inquit, adeoque numerus singularis magis convenit. Sed Admovebatur altaribus, magis insuper Flor. Voss. 1. Leid. 1. et Gaert-*

gis ut victima, quam ut sacri particeps: adigebaturque jurejurando, quae visa auditaque in eo loco essent, non enunciaturum. Dein jurare cogebatur 10 diro quodam carmine, in exsecrationem capitis familiaeque et stirpis composito, nisi isset in proe-

ner. quod etiam Aldus in contextum recepit. ut adeo in excludendo vocem *miles* consentiant ferme omnes codd. et ad verbum *Admovebatur* ex praecedentibus revocandum sit *nobilissimus quisque singularim* introductus. Non audeo tamen vulgatum movere. Deinde *magis victimarum, quam sacri particeps* Portug. *magis victimarum, quam sacri principes* Hearnii Oxon. B. *magis ut victimarum, quam ut sacri particeps* Gaertn. *magis ut victimarum, quam ut sacri particeps* Lovel. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Sed an victimarum particeps non sunt particeps sacri? *magis ut victima, quam ut sacri particeps* Voss. 2. Lovel. 3. et quaedam ex vet. edd. Verum ita saltim dari debet *magis ut victimae, quam ut sacri particeps*, ut praefert Lovel. 4. quod tamen nec ipsum probo ob ea, quae ad prima hujus periodi verba dicta sunt.

Adigebaturque jurejurando, quae visa auditaque in eo loco essent, non enunciaturum] Perperam in Pall. et in editione Andree *adigebanturque*. GERH. *adiciebaturque jurejurando* Leidens. 1. *adicebaturque jurejurando* Florent. et Lovel. 2. ac 3. *adiciebanturque jurejurando* Haverk. *adiciebaturque jurejurando* Gaertn. *adigebanturque jurejurando* Lovel. 4. Portug. et Hearnii Oxon. B. L. 2. ac C. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. *adigebatur, quae jurejurando visa* Voss. 2. Tum *quae visa au-*

ditaque in eo loco choissent Voss. 1. et Leid. 2. *quae visa audita eo loco choissent* Lovel. 1. *quae visa auditaque in eo loco coissent* Lov. 2. *quae visa auditaque eo in loco coissent* Gaertn. Deinde *non enunciaturus* Portug. V. ad 34, 29, 9. *non enunciaturi* Lovel. 2. *non enunciaturus* Haverk. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Particula vero negativa non est in Gaertn.

§. 10. *Dein jurare cogebatur*] Perperam in Pall. et in ed. Andree *Dein jurare cogebantur*. GERH. *Deinde* Leid. 2. Lovel. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 3, 3, 6. Tum *cogebantur* quatuor posterius memorati codd. cum Hearnii Oxon. L. 2. et C. *cogebant* Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 3. 4. Harlej. Hearnii Oxon. N. et edd. principes, pro quo *cogebatur* substituit Mogunt. Id autem receperunt Colon. Cervic. Ascens. anno 1530. et inde reliqui.

Nisi isset in proelium, quo imperatores duxissent] *nisi isset* Harlej. cum edd. Rom. anni 1472. Parm. et Mediol. anni 1480. V. ad 27, 44, 3. *nisi essent* Haverk. *nisi isset* Lov. 2. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac C. Ceterum sensum hujus loci docet Gronov. ad 34. 16, 1. Tum *quod imperatores* Florent. a m. 1. Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4.

Et si aut ipse ex acie fugisset, aut, si quem fugientem vidisset] Prius si deficit in Voss. 2.

lium, quo imperatores duxissent: et si aut ipse ex acie fugisset, aut, si quem fugientem vidisset, non
 11 extemplo occidisset. Id primo quidam abnuentes juraturos se, obtruncati circa altaria sunt: jacentes deinde inter stragem victimarum documento ce-

et si vir ipse ex acie fugisset legunt Gaertn. et Haverk. et si aut ipsi ex acie fugissent Lov. 2. et si aut ipse fugisset ex acie Lovel. 4. Deinde fugientem vidissent, et in sequentibus occidissent Lovel. 2.

§. 11. Id primo quidam abnuentes juraturos se, obtruncati circa altaria sunt] Id primo quidem Voff. 2. et Lovel. 4. V. ad 39, 17, 5. In primo quidem Gaertn. Tum circum altaria Haverk. V. ad §. 8. Mox jacent deinde inter stragem Voff. 2. jacentes deinde in stragem Lovel. 2. V. ad 38, 57, 6. Deinde documentis ceteris fuere, pro documento, Voff. 1. et Lovel. 2. 20 8. V. ad 6, 3, 8. abnuentes juraturos sementis ceteris fuere, reliquis omittis, Lovel. 4. Tandem ut abnuerent, pro ne, Gaertn.

§. 12. Ea detestatione obstrictis, decem nominatis ab imperatore, eis dictum] ea destinatione Voff. 1. pro varia lectione, Voff. 2. Lovel. 4. et Hearnii Oxoniensis (?) in margine. eadem aestimations Lov. 3. Cl. Ant. Perizon. locum hunc ad marginem cod. sui ita legendum coniecit: Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominati ab imperatore; quis dictum. V. mox ad verba sequentia.

Eis dictum, ut vir virum legerent] Vet. lib. eis edictum. sic supra 9, [39, 5.] Etrusci lege sacra coacto exercitu, cum

vir virum legisset. Et Virgil. 11. Aen. [63a.] Legitque virum vir. SIG. eis deini, ut vir Gaertn. eis edictum Portug. et Hearnii Oxon. B. An vocula ejecta legendum obstrictis, decem nominatis ab imperatore edictum? hoc sensu. Quum primores Samnitium hac detestatione obstricti essent, decem ex eorum numero ab imperatore nominatis edictum est. Praeterea vis visum legerent Voff. 2. et Lovel. 3. neque aliter Leid. 1. nisi quod vocem legerent omittat. vis jussum legerent Lovel. 2. Voces vir virum desunt in Lovel. 4. relicta tamen lacuna. legeret autem Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. B. C. N. [Veith.] et multae ex vattioribus edd. Vulgatum eodem modo dictum est, quo 2, 10, 9. Dum alius alium, ut prolium incipiant, circumspectant. 3, 50, 12. Decemviri perturbati alius in aliam partem castrorum discurrent. 7, 8, 2. Equites, alius alium increpantes, inferunt pedem. 37, 24, 10. Non tam victoria laeti, quam alius alium accusantes. Quae vero Modius de locutione vir virum legit ad initium cap. seq. notarat, expunxi, quod apud Briff. 4. de Form. p. 346. unde descripta sunt, commode legi queant.

Donec sexdecem millium numerum consecissent] XVI numerum Gaertn. XVI. militum numerum Voff. 1. et Lovel. 1. XVI millia militum numerum Leid. 2. [donec sedecim millie Veith.] Deinde impleverit Lov.

teris fuere, ne abpuerent. Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominatis ab imperatore, eis dictum, ut vir virum legerent, donec sexdecim millium numerum confecissent. ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata no-

4. quod ex interpretis expositione natum est. Infra 29, 35, 10. *Hasdrubal intentissima conquisitione quum ad triginta milia peditum, tria equitum confecisset. ubi vide.*

Ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, adpellata est] ut Septum, sic Conceptum dicitur, qua voce usus et Varro et Columella. Vocat autem conceptum locum undique septum cratibus, qui, quod linteis erat contactus, linteatae legioni dedit nomen, quae ibi conscripta est. Quare Festus ait [v. Legio.] Legio Samnitium linteata appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram, velis linteis circumdatam, non cessuros se Romano militi juraverunt. SIG. Quidam, hunc locum explanantes, dixere, legionem linteatam dictam, eo quod linteis loriceis seu thoracibus armarentur: ait enim Livius, linteatam legionem appellatam ab integumento, quo erant consepti. Antiquos vero lineis seu linteis loriceis usos, constare ajunt. Aemilius Probus seu, ut alii, Cornelius Nepos in vita Iphicratis (c. 1.) scribit, illum Atheniensibus loricas linteas pro aeneis tradidisse, ut expeditiones in militari officio essent. Ad haec ab Homero Iliad. 2, [520.] Ajax Locressis λινοδέσπηξ dictus, id est, linteum thoracem habens; ita et paullo post (v. 830.) Amphius etiam λινοδέσπηξ dictus. Sed et apud Xenophontem in Paedia Cy-

ri l. 6. [p. 169.] Abradates rex Susorum induebatur thorace lineo more patrio; et apud eundem in expeditione Cyri minoris l. 4. [p. 338.] Chalybes linteis loriceis ad imum usque ventrem induebantur. Et Pausanias 1. de Atticis [21.] Sarmatas seu Nomadas loriceis lineis usos tradit. Celebratur et Amasis Aegypti regis linteus thorax ab Herodoto 3, [47.] de quo Plinius 19, 1. inquit: *Mirantur hoc ignorantes in Aegyptii quondam regis, quem Amasim vocant, thorace in Rhodiorum insula ostendi in templo Minervae CCCLXV filis singula fila constare.* Virgilius 12. Aen. [375.]

Lancea consequitur, rupitque infixa bilicem

Loricam.

In hunc sensum Sidonius Apollinaris scribit l. 8. [ep. 3.] ad Leonem, *linteatum* dici, veste seu alio integumento linteo indutum. His tamen non obstantibus, crediderim hujusmodi interpretationem subsistere minime posse, ex ipsius textus verbis: inquit enim Livius, arma insignia et galeas hujus legionis militibus data, non ergo loricas linteas, quas certe non reticisset, sed signatim neminasset, cum eas non ignoraret; siquidem prius l. 4, [20, 7.] meminerat thoracis linteae a Cosso intercepto Tolumnio adempti, ac in templo Jovis Feretrii sacrati. Praeterea Samnitum legionem, inquit, linteatam dictam ab integumento consepti, quo sacra-

bilitas erat, adpellata est. His arma insignia data, et cristatae galeae, ut inter ceteros eminent. 13 Paulo plus viginti millium alius exercitus fuit, nec corporum specie, nec gloria belli, nec adparatu linteatae legioni dispar. hic hominum numerus, quod roboris erat, ad Aquiloniam consedit.

ta nobilitas erat: et paulo supra dixerat, paratum locum in castris, linteis contextum, et libro linteo lecto sacrificatum, et caetera, quae sequuntur. Ad haec Plinius loco citato scribit ex Homeri auctoritate, linteis thoracibus armatos pugnasse, non ita existimandum, linteos thoraces tot fuisse Samnitibus, ut sedecim millia ipsorum (tot enim confutuisse legionem linteatam scribit Livius) illis armari potuissent. Postremo omnem scrupum admittit Fekî Pompeji auctoritas, qui l. 10. paulo post a principio (v. *Legio*) scribit, Samnitum legionem linteatam appellatam a Livio, quod Samnites singuli ad aram, velis linteis circumdatam, se non cessuros Romano militi juraverant. M. DONAT. a *tegumento consepti* Gaertn. et Portug. a *tegumento consepti* Haverk. ab *integumento consepti* Level. 4. ab *integumento consepta* Level. 2. Male. De voce *conseptum* v. Salmas. ad Solin. p. 8. Ea etiam usus est Quintil. 12. In kit. Orat. 2. *Si ingenium suum consepto fori, non ipsius rerum naturae finibus terminasset.* De verbo autem *consepire* v. N. Heins. ad Nason. 1. Metam. 69. Deinde a quo *sacrata novitas erat* Level. 2. quo *sacrata novitas, omisso verbo erat*, Level. 4. quo *sacra novitas* Voff. 2. et Level. 3. *sacra* pro *sacrata* exemplo eorum, de quibus v. ad cap. praec. §. 2. Deinde *adpellata erat* Leid. 2. Mox *arma*

insingula data Voff. 2. *arma insignia data* Level. 3.

§. 13. *Paulo plus viginti millium alius exercitus fuit*) *Paulo plus viginti milibus* Level. 2. *Paulo plus ingenti militum* Leid. 2. In sequentibus *nec corporum spem, nec gloria belli, ne apparatu* Voff. 2. et Level. 3. *Vox belli deficit* in Leid. 2. et Level. 1.

Ad Aquiloniam consedit] *Vocula ad abest* a Flor. Rott. Helm. Voff. Itaque pater ad marginem notavit vel *Aquiloniae consedit*, vel *Aquiloniam concedit*. JAC. GRON. Notam hanc Cel. Gronovii, quae ad cap. seq. §. 5. verba *ad Aquiloniam pervenit* perperam relata erat, huc revocandam esse, partim ex ipsis Gronovii verbis, partim ex Voffianorum mentione intellexi; quod et Cl. Hearnius vidit. Praepositio autem *ad* deficit etiam, praeter Voffianos, in Leid. utroque, Level. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii N. L. 2. ac C. Puto tamen intercuisse ob vocis praecedentis literas finales. V. supra ad 9, 16, 7.

§. 1. *Sp. Carvilius, cui veteres legiones*) *senatus P. Calvilius* Voff. 2. *Sp. Carvilius* Portug. *Sp. Carvillus* Harlej. *Sp. Cornillus* Haverk. *Sp. Camillus* Gaertn. Similiter fere variant codd. infra hoc cap. §. 5. Deinde *cum veteres legiones* Level. 3. et 4.

XXXIX. Consules profecti ab urbe: prior Sp. Carvilius, cui veteres legiones, quas M. Atilius, superioris anni consul, in agro Interamnati reliquerat, decretae erant, cum eis in Samnium profectus, dum hostes, operati superstitionibus, concilia secreta agunt, Amiternum oppidum de Samniti-

In agro Interamnati] Interannati Lovel. 3. Terati Haverk. Terracinati Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. B.

§. 2. *Dum hostes, superati superstitionibus, concilia secreta agunt] MS. Fuldense, dum hostes operati superstitionibus. quod manifeste verum res clamat, et Lipsii quoque liber manu exaratus firmat. operandi enim verbum veteres in rebus divinis usurpabant. MOD. Operari verbum sacrorum esse, praeter Modium ad h. l. docuerunt Pighius ad Valer. Max. 6, 6, 1. Broekhus. ad Tibulli 2. el. 5, 95. et Bentlej. ad Horat. 3. carm. 14, 16. DUK. comperati Gaertn. comparati Portug. et Haverk. operati non tantum reliqui, quibus utor, Mti, omnesque Hearnii codices Oxonienses, sed etiam edd. usque ad Curionem, qui primus superati recepit. Id autem obtinuit usque dum Modius, Lipsium, ita praecuntem ad Taciti 2. Ann. 14. secutus, ope Mti sui operati revocaret, nisi quod interim ita etiam Sigonius ediderit. Ceterum, quae Modius de verbo operari in sacris usitato ad hunc locum notarat, delcvi, quia apud Brisson. 1. de Formul. p. 19. unde omnia descripsit, commode legi possunt. Eo verbo ita etiam utitur Livius 1, 31, 8. Ipsum regem tradunt operatum his sacris se abdidisse. et Silius 2, 673.*

Alecto solum ante Dei sedemque tremendam

Tartareo est operata Jovis, poenasque ministrat.

V. Vlitium ad Gratii Cynege. 42. et Tenuil. ad Front. 4. Strateg. 7, 44. Adde etiam Passerat. ad Prop. 2. el. 33, 2. Praeterea concilia Voss. 2. Lovel. 3. 4. a m. 1. et Haverk. innumeris locis obvio errore.

Amiternum oppidum de Samnitibus vi cepit] Ptolemaeus [3, 1.] Vefinis hoc tribuit oppidum. At de locis, quae Samnitico bello numerat Livius, non omnia certa pronunciavero. Atinatem enim hic numerat agrum, haud dubie in Samnitium dititione: cum Plinius 3, 11. Atinates Lucanis adscribat, cap. vero 12. Marsis, et 5. cap. inter Latii populos enumeret. Cominos autem idem [3, 12.] ex Aquicollis interiisse: hic autem ex nuncio Papirii ad Carvilium misso non ita longe ab Aquilonia distare intelligitur. Aquilonia vero Hirpinorum oppidum a Ptolemaeo perhibetur [3, 1.] Duroniam non temere invenies apud auctores. GLAR. Aminternum Portug. et Gaertn. Aminternum Leid. 2. Tum de Samnitibus incepit Lovel. 3. literis ui et in propter ductuum adfinitatem perperam commutatis. V. supra ad 7, 33, 8. de Samnitibus vi capit Portug. et Gaertn. Ceterum, Amiternum proprie fuisse oppidum Sabinorum, sed trans Alpes in Vefinorum confinio, et hinc facillimo errore Ptolemaeum id Vefinis adscribe-

3 bus vi cepit. Caesa ibi millia hominum duo ferme atque octingenti: capta quatuor millia ducenti septuaginta. Papius, novo exercitu (ita decretum erat) scripto, Duroniam urbem expugnavit. minus,

re; hic vero *de Samnitibus* vi captum dici, non quod in ipso Samnio, proprie sic dicto, situm, sed in Samnitium tum ditione foret, docet Cluverius 2. Ital. ant. 9. p. 686. eamque ob causam et alibi sita tamen Samnitibus adscribi, exemplis illustrat 4. Ital. ant. 7. p. 1193.

§. 3. *Caesa ibi millia hominum duo ferme atque octingenti* Caesi ibi Portug. et Haverk. Livium ita nonnumquam locutum esse, infra videbimus ad 37, 39, 12. Hic tamen vulgatum praefare, persuadet aliorum codicum id servantium consensus. Praeterea *III hominum ferme atque octingenta* Lovel. 1. *duo millia hominum ferme atque octingenta* Leid. 2. Portug. Gaertner. et Haverk. *atque octingenta* etiam Voss. 1. et Hearnii Oxon. N. in margine. *atque octoginta* Klock. [ibi duo millia Veith.]

Capta quatuor millia ducenti septuaginta] *capta etiam quatuor millia* etc. Klock. *capta et septuaginta* Portug. *capta quatuor et septuaginta* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. *capta quatuor ducenti septuaginta* Florent. et Lovel. 2. 3. ac 4. *capta IIII. CC. LXX.* Voss. 1. et Leid. 2. *capta IIII. CC. XL* Voss. 2. et Leid. 1. *capta quatuor millia ducenta et septuaginta* Haverk.

§. 4. *Papius, novo exercitu (ita decretum fuerat) scripto*] Vet. lib. *ita enim decretum fuerat*. SIG. *ita enim decretum erat* Leid. 2. *ita enim decreto erat* Lovel. 1. *ita enim erat de-*

cretum Lovel. 2. *ita enim decretum erat* Voss. ambo, Leid. 1. Lovel. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. N. B. C. [Veith.] et ed. Parm. *ita vero decretum erat* Harlej. et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae usque ad Aldum, qui enim, pro vero, recepit; sed voculam eiecit Froben. anno 1535. Et recte. Eam enim omisit etiam Florent. et soliti fuerunt librarii particulam enim interponere, ut orationem Livianam, ex eorum sententia male hiantem, melius connecterent. V. quae notantur ad 8, 34, 14. 9, 26, 7. 22, 15, 1. c. 28, 5. 32, 7, 3. (* 26, 49, 8. 34, 49, 8.) Eandem ob causam interpolant etiam voculam nam. V. ad hujus lib. c. 17, 10. voculam vero. V. ad 21, 13, 2. voculam sed. V. ad 6, 32, 8. De similibus parenthesis omni connectione destitutis supra v. ad 5, 28, 9. Praeterea *L. Papius*, addito praenomine, Hearnii Oxon. L. 1. Sed praenomen tuto omitti potest, quum hujus anni consulem Papium Lucium dictum fuisse jam supra tradiderit cap. praec. Tum *novo exercitu* etc. sumpto Voss. 2. et Lovel. 3.

Duroniam urbem expugnavit] In nomine hujus urbis nihil mutant codd. scripti. Pighius tamen in Annal. ad ann. cdlix. p. 397. eam vocat *Doroniam*. Doujatius autem, quis locus significetur, se divinare non posse, fatetur; nisi mendum sit, ac legendum *Furconiam*; quod Sabinorum oppidum in consaniis Vestinorum Marsorumque non procul Amiterno esse docet. Ve-

quam collega, cepit hominum, plus aliquanto occidit. praeda opulenta utrobique est parta. Inde pervagati Samnium consules, maxime depopulato Atinate agro, Carvilius ad Cominium, Papirius ad

rum, praeterquam quod Cluverius, diligentissimus Italiae descriptor, 2. Ital. ant. 9. p. 686. Furconiam demum ex septimi et octavi post Christum natum seculi auctoribus proferat, non videntur etiam ambo consules tam vicino itinere in hostes movisse. In Geographia veterum multa ἀναξ λεγόμενα obcurrunt, quae tamen ob solam hanc causam erroris suspecta esse nequeunt, nisi ingentem omnia mutandi januam aperire velimus. Mox plus aliquot occidit, pro plus aliquanto, Portug. et Haverk. V. ad 2, 39, 1. Deinde parata, pro parta, Voss. 2. et Lovel. 3: V. ad 5, 6, 1.

§. 5. Pervagati Samnium consules] Samnitium Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. N. qui pro eo in margine ostentat *Soranum*; quod etiam praeforunt in contextu Portug. et Haverk. ejus loco *Loranum* habet Hearnii Oxon. C. Deinde consul Leid. 1. V. supra hoc lib. ad c. 10, 2.

Maxime depopulato Atinate agro. Carvilius ad Cominium] Non potest tolerari ista distinctio nota, et sufficit levior, quam reposuimus. JAC. GRON. Haec Hoffenius p. 222. Annotationum in Cluverii Italiam ant. ad p. 1042. ubi de *Atina Volscorum* agitur, adscripsit. Sed parum verosimile est, eam hic designari; quia et Livius satis aperte dicit, agrum illum Atinatem in Samnio fuisse, et nulla causa erat, cur Romani agrum Volscorum sociorum depopulari volu-

erint. Nec cogitari potest de *Atino Lucanorum*, cujus gentile est *Atinas*, quodque non ita longe ab Aquilonia in Hirpinis aberat. Nam, Lucanos itidem socios Romanorum fuisse, constat ex hoc libro Livii c. 11. et 33. Si locus mendo caret, quaerendum est, an usquam alibi mentio *Atinatis agri* in Samnio fiat. DUK. Distinctio, quae Cel. Jac. Gronovio displicuit, primum in edd. Grut. adparuit. Quum autem ipse semicolon ejus loco reposuerit, in prioribus non nisi comma visabatur, quod subficere existimavi. Ceterum vox *maxime* deficit in Leid. 2. et Lovel. 4. Deinde *Atinate agro* Klock. *Atinate agro* Lovel. 2. 4. Portug. Gaertn. et Haverk. Cluverius autem 4. Ital. ant. 7. p. 2193. probaturus, Livium inproprie Samnii nomine adpellare loca, quae Samnites extra Samnium suum vi vel persuasu in suam redegerant potestatem, etiam hunc laudat; ita tamen adfert, quasi pro *Atinate agro* scriptum invenisset *Antiate*. Neque tamen error hic librariis adscribi potest, quia addit deinde, Livium hic Samnium prope Romae admoveere ad Antium usque, Volscorum gentis caput; quod revera Antio, non Atinae, convenit: praeterea quia dicit, se l. 3, 7. ostendisse, Antium fuisse Volscorum caput, quod etiam ibidem fecit p. 988. quum de Atina demum agat cap. sequenti 8. p. 1040. At dubium non est; quin *Atinate agro* vera sit lectio; et Cluverius aliquid humani passus sit. Intelligo vero Atinam Volscorum, quae hoc tem-

Aquiloniam (ubi summa rei Samnitium erat) pervenit. ibi aliquamdiu nec cessatum ab armis est, neque naviter pugnatum: lacessendo quietos, resistentibus cedendo, comminandoque magis, quam inferendo pugnam, dies absumebatur. quod quum inciperetur, remittereturque, omnium rerum etiam parvarum eventus proferebatur in dies. Altera Romana castra viginti millium spatio aberant: et absentis collegae consilia omnibus gerendis intererant rebus: intentiorque Carvilius, quo majore

pore erat in potestate Samnitium. Praeterea *Carvilius* Voss. 2. *Carvilius* Portug. *Carvillus* Haverk. *Camillus* Gaertn. quae varietates etiam mox iterum obcurrunt §. 7. V. supra ad §. 1. Tum ad *Comminium* Leid. 1. et Portug. ad *Communium* Lovel. 1. a m. 1. ad *Conillium* Haverk. ad *Cominium* Hearnii Oxon. L. 1. Quae autem Col. Jac. Gronovius ad verba seq. ad *Aquiloniam* pervenit notarat, potius pertinent ad verba cap. praec. finalia ad *Aquiloniam* consedis. Certe codd. Flor. et Voss. quos memorat, non hoc loco, sed cap. praec. praepositionem ad ante vocem *Aquiloniam* omittunt.

§. 6. *Neque graviter pugnatum: lacessendo quietos*] Quidam *gnaviter* emendarunt. Caeterum, quae sequuntur verba, perquam obscura sunt. GLAR. Pall. duo meliores, binaeque vetustae edd. *neque naviter pugnatum*. 3o, 4, 5. *Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum naviter geri*. GEBH. MSS. et vett. edd. usque ad Gryphium vel *gnaviter* vel *naviter*. Primo video mutatum Curioni. 3o, 4, 5. *Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum gnaviter geri*. Sic enim

ibi liber optimus. J. FB. GROX. *graviter* legunt Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. C. ex editis autem ante Curionem ita praefertur edd. Tarvis. altera, Ven. anni 1495. et 1506. Ascans. annorum 1510. 1513. 1516. et Paris. 1529. Sed recte alterum *naviter*, vel *gnaviter*, probarunt viri docti, quod in ceteris meis et Hearnii Oxoniensibus constanter superest. Infra 24, 23, 9. *Sed, quod volebant, non, quam maturato opus erat, naviter expediebant*. Potius autem *naviter* legendum esse, dixi ad 3, 41, 8. quamvis tamen *graviter* ex *gnaviter* corruptum sit. Praeterea *nec*, pro *neque*, Leid. 1. Lovel. 4. Harleji. et edd. antt. quasi id necesse foret, quoniam *nec cessatum* praecesserit. Verum reliqui codd. *nec* servant, quod primus Aldus reposuit; et, post *nec* recto *neque* inferri, vidimus ad 9, 9, 14.

Comminandoque magis, quam inferendo pugnam, dies absumebatur] *comminando magis* sine copulante particula Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. Tum *assumebatur* Leid. ambo, Lovel. 1. 3. Portug. Gaertn. Haverk. et quaedam edd. vett. V. ad 9, 17, 17. In verbis sequentibus quae quum inciperetur, pro quod,

discrimine res vertebatur, in Aquiloniam, quam ad Cominium, quod obsidebat, erat. L. Papius, jam 8 per omnia ad dimicandum satis paratus, nuncium ad collegam mittit; sibi in animo esse, postero die, si per auspicia liceret, conflagere cum hoste. Opus 9 esse, et illum; quanta maxima vi posset, Cominium obpugnare, ne quid laxamenti sit Samnitibus ad subsidia Aquiloniam mittenda. Diem ad proficiscendum 10 nuncius habuit: nocte rediit, adprobare collegam consulta referens. Papius, nuncio misso, extem- 11

Neap. Latinii. quod quum inciperet Gaertn. Sed v. supra hos lib. ad c. 10, 1. Tum omnium rerum cura, etiam parvarum eventus, addita perperam voce, Lov. 2. Denique proferebatur in dies, pro proferebatur, Voss. 2. V. ad 5, 4, 12. [proferebantur Veith.]

§. 7. Altera Romana castra viginti millium spatio aberant] Pall. pr. ac tert. castra, quae xxx. millium spatio aberant. neque dissentiant, nisi in numero, ceteri nostri libri: sicut mox singuli et universi absentis collegae consilia omnibus gerendis intererant rebus, non gerentis. GEBII. Vocem quae servant Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et ed. l. Rom. anni 1472. ac Parm. ea tamen locum habere nequit. Praeterea xxx. millium spatio Voss. 2. et Lovel. 3. gerentis autem a Gebhardo inprobatur in primis tantum Gruteri edd. obcurrit, sed ab ipso jam in postrema emendatur recte in gerendis, quod retinent omnes libri. Ceterum intererant deest in Portug. cujus loco intereant praefert Haverk. Mox etiam in Aquiloniam, quam in Cominium Leid. 1. et Gaertn.

§. 8. Jam per omnia ad dimi-

candum satis paratus, nuncium ad collegam mittit] Vocula jam deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde Cl. Jac. Gronov. ad Livii 21, 34, 5. pronunciat, vix dubitandum videri, quin dederit Livius jam omnia ad dimicandum satis paratus. Sane, aliis locis Livium ita loquutum fuisse, certum est. V. ad 37, 7, 15. An tamen etiam hoc loco ita loqui voluerit, ut dubitem, efficit omnium, quibus usus sum, codicum consensus in vulgatam scripturam. Deinde nuncios ad collegam mittit Lovel. 4. sed mox addit Nuncius habuit, et nuncio misso. Quin et unicus rei nunciandae subiciebat. nuncium eo ad collegam mittit Harlej. et editi Aldo priores, qui additam voculam omisit, probantibus reliquis scriptis.

§. 9. Quanta maxima vi posset, Cominium obpugnare, ne quid laxamenti] quantum maxima vi posset Portug. et Gaertn. Male. V. ad 9, 10, 10. quanta maxima vi posset Florent. V. ad 2, 17, 5. quanta maxima vi possit Lovel. 4. Hinc nequis laxamenti Leid. 1. et Portug. inquit laxamenti Haverk. Deinde in verbis proximis subsidia in Aquiloniam mittenda, addita praepositione, Voss. 2. et Lovel. 3.

plo concionem habuit; multa de universo genere belli, multa de praesenti hostium adparatu, vana magis specie, quam efficaci ad eventum, disseruit.

- 12 *Non enim cristas vulnera facere; et per picta atque aurata scuta transire Romanum pilum: et candore tunicarum fulgentem aciem, ubi res ferro geratur,*
- 13 *cruentari. Auream olim atque argenteam Samnitium aciem a parente suo occisione occisam: spoliaque ea honestiora victori hosti, quam ipsis arma, fuisse.*

§. 11. *Papirius, nuncio misso, extemplo concionem habuit*] Aut *ὄσπερον πρότερον* est, aut nova repetitio. Nam dies nuncii missi ut cum die concionis conveniat, non plane video: nisi quis hic *misso* pro dimisso exponat. GLAR. Intellego, Papirium, quum nuncium ad collegam misisset, eodem adhuc die concionem illam habuisse. Neque video, quid Glareanum morari poterit. Mox verba proxima *multa de universo genere belli* desunt in Voff. 2. culpa scribae, cui fraudi fuit repetitio vocis *multa*. V. ad 9, 11, 11. Vox belli autem non existat in Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4.

De praesenti hostium adparatu, vana magis specie, quam efficaci ad eventum] Forte, *de praesentis hostium adparatus vana magis specie*. J. FR. GRON. Nisi tamen illa *vana magis specie, quam efficaci ad eventum* per oppositionem, quam vocant, dicuntur. DUK. *de praeteriti hostium adparatu* Lovel. 3. Tum *varia magis specie* Leid. 2. in contextu. V. ad 23, 7, 4. *magis vana specie* Portug. Gaertn. et Haverk. Deinde *efficacia eventum*, literis, una serie olim conscribi solitis, inperite in voces

divisis, Florent. *effici adventum* Leid. 1. *efficaci adventum* Voff. 2. Lovel. 4. et Haverk. *efficaci adventu* Lovel. 3. *efficaci eventus* Lov. 2. et Hearnii Oxon. N. ac C. *efficaci ad cunctum eventum* Gaertn.

§. 12. *Non enim cristas vulnera facere*] Omnia haec vocabula exsulant ab Haverk. sola autem vox *cristas* a Leid. 2. Deinde *transire Romanum proelium*, pro *pilum*, legit iterum Haverk. et *geratur res ferro*, transpositis dictionibus, Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 13. *Auream olim atque argenteam Samnitium aciem a parente etc.*] De hac re l. 9. (40, 2.) *Duo exercitus erant: scuta alterius auro, alterius argento caelaverunt.* SIG. a parenti suo Portug. et parente suo Gaertn.

Spoliaque ea honestiora victori hosti, quam ipsis arma fuisse] *spoliaque honestiora victori hosti* Hearnii Oxon. N. *spoliaque ea honestiora victoria hosti* Voff. 1. Leid. uterque, et Lovel. 1. Deinde *quam ipsis armis fuisse* Lovel. 4.

§. 14. *Datum hoc forsani nomini familiaeque suae*] Hic red-

fuisse. Datum hoc forsani nomini familiaeque suae, 14
 ut adversus maximos conatus Samnitium obpone-
 rentur duces; spoliisque ea referrent, quae insignia
 publicis etiam locis decorandis essent. Deos inmor- 15
 tales adesse propter toties petita foedera, toties ru-
 pta: tum, si qua conjectura mentis divinae sit, nulli
 umquam exercitui fuisse infestiores, quam qui, ne- 16
 fando sacro mixta hominum pecudumque caede re-
 persus, ancipiti Deum irae devotus, hinc foederum
 cum Romanis ictorum testes Deos, hinc jurisjuran- 17

undat forsani. GELEN. Vet. lib. Datum hoc forsani nomini. SIG. Particulam, ejectionem Gelenio, repono auctoritate Pall. omnium, et Campan. editionis. Datum hoc forsani nomini. Sic c. 40. libri iidem inserunt *Exeunti forte in aciem*. GEBH. forsani deest in ed. Rom. anni 1473. Reliquae editt. quas vidi, omnesque codd. particulam illam tumentur, nisi quod forsani legant Lovel. 2. et Haverk. Praeterea novum familiaeque suae, pro nomini, legit idem Haverk. Mox oppugnaret, pro opponeretur, est in Lovel. 4.

Spoliisque ea referrent, quae insignia publicis etiam locis] spolia ea referrent Leid. 1. spolia referrent Portug. Gaertn. et Haverk. Tum etiam publicis locis edd. Aldina priores.

§. 15. Tum, si qua conjectura mentis divinae sit, nulli umquam exercitui fuisse infestiores] Deos immortales, ut praecessit, quo haec sunt referenda. Quare non probe repeti in Pall. duobus nulli umquam exercitui Deos fuisse infestiores. GEBH. Recte judicavit Gebhardus. Eundem errorem tamen committunt Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. Hinc Si Liv. Tom. V. P. II.

qua tum conjectura mentis divinae sit, vocibus transpositis, Lovel. 3. Tum si qua conjectura metu divini sit Klock. Praeterea nulli numquam exercitui Voss. 1. et Lovel. 1. a m. 1. nulli umquam exercitui Leid. 1. Paulo ante Deos immortales esse, pro adesse, Portug. et Haverk. Male. Non enim tam nunc confitebatur, verum esse, Deos existere, quam eos vindices foederum toties ruptorum adfuturos; ut supra 8, 7, 6. Aderit Jupiter ipse, foederum a vobis violatorum testis.

§. 16. Nefando sacro mixta hominum pecudumque caede respersus] nefanda sacra missa Haverk. nefando sacra mixta Lovel. 4. Mox ancipiti deinde irae devotus, pro ancipiti Deum irae, Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 17. Oderit sacramentum, uno tempore Deos, cives, hostes metuat] oderit sacramentum Haverk. sacramentum oderit Portug. Deinde metuit Lovel. 2. 3. 4. Voss. 2. Leid. 1. et Oxoniens. N. in margine, teste Hearnio; qui metuerit invenit in L. 2. et C. quasi id requiret praecedens juraverit, ode-

di adversus foedera suscepti execrationes horrens, invitus juraverit, oderit sacramentum, uno tempore Deos, cives, hostes metuat.

- 1 XL. Haec, comperta perfugarum indicibus, quum apud infensos jam sua sponte milites differuisset, simul divinae humanaeque spei pleni, clamore consentienti pugnam poscunt; poenitet in posterum diem dilatatum certamen; moram diei noctisque oderunt.
- 2 Tertia vigilia noctis, jam relatis literis a collega, Papi-

rit, quum tamen sensus hic exigat praesens.

§. 1. Haec, comperta perfugarum indicibus] incomperta Gaertn. Tum profugarum Lovel. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. V. mox ad §. 6. et ad 22, 23, 4. Deinde induciis Lovel. 1. simili ferme errore, quo dicere et ducere in Msis commutari solent; de quo v. infra ad 38, 43, 1. Mox deseruisset Leid. 2. deseruisset Portug. Gaertn. et Haverk. et odere, pro oderunt, Lovel. 4.

§. 2. Et pullarium in auspicio mittit] et pullarum in auspicio mittit Gaertn. et pullarium et auspicio mittit Voss. 2. in auspicio mittere ea forma dictum; qua mittere in suffragium apud Livium, et mittere in consilium apud Cic. saepius obcurrunt.

§. 3. Aequae intenti erant; dux militum, miles ducis ardorem spectabat] aequi intenti erant Haverk. intenti erant aequae Leid. 1. Hinc dum militum Gaertn. et Haverk. Tum expectabat Voss. 1. Heid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] V. ad 6, 33, 1.

§. 4. Ad eos, qui auspicio intererant, pervenit] ad Deos Por-

tug. Sed prima litera posterioris vosis perperam repetita est exultima praecedentis. V. ad 37, 29, 8. Contrario errore eorum, pro Deorum, libenarios dedisse, supra vidimus ad 8, 30, 9. Praeterea auspicio incurrerant Voss. 2. auspicio interant Leid. 2. et Lovel. 1. errore scribarum, qui, quum forte interant, vel interant, scriptum invenissent, compendii notam neglexerunt, Deinde pervenit, pro pervenit, Haverk.

Pullarius, auspiciam menti-ri ausus, tripudium solistimum consuli nunciavit] Inter caetera auspicia, quibus antiqui Romani maximam curam adhibere, ita ut, nisi his praemonentibus, comitia non haberent, neminem ad principem magistratum promoverent, non pacem, non bella inirent, nec pugnam aggrederentur; pullorum auspicia multas eximiationis fuisse, passim legimus. His enim e cavea emissis pulli vel ossa pro cibo ab aruspice, pullario dicto, dabatur: quod si, oblata esca, pulli e cavea non exissent, aut progressi illam non attigissent, tristis eventus omen erat, quod Val. Max. l. 1, 4. et Livius l. 19. tradidere. Sic Ti. Graccho, qua die caesus occubuit, pulli, emissi e cavea, re-

rius silentio surgit, et pullarium in auspicium mittit. Nullum erat genus hominum in castris intactum cupiditate pugnae: summi infimique aequae intenti erant: dux militum, miles ducis ardorem spectabat. Is ardor omnium etiam ad eos, qui auspicio intererant, pervenit. nam, quum pulli non pascerentur, pullarius, auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum consuli nunciavit. Consul laetus, auspicium egregium esse, et Deis auctoribus rem gesturos, pronunciat; si-

tro cessere, ex Plutarcho in illius vita [p. 832.] Et Claudius Pulcher in hostes moturus, non pascentibus in auspicando pullis, navali pugna, classi prostrata, inprospere conflixit, ex Suet. in Tiber. 2. E contra vero, si pulli, e cavea egressi, oblatum cibum depasti essent, ita ut, illis pascentibus, offae seu pulvis fructulum ab ore in terram decideret, et in terra paviret, auspicia secunda portendebat, atque fortunatum eventum, quod Cic. l. 1. et 2. de Divin. et Festus Pomp. l. 14. tradidere. Hoc autem vocabatur tripudium solistimum, in haec verba docente ibidem Cic. [2. de Divin. 34.] *Sed quia, quum pullipascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, et terram pavire, terripavium primo, post terripudium, dictum est, hoc quidem jam tripudium dicitur; quum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nunciant.* Quod et libro Epiſt. Famil. refert. Solistimum vero dicebant ab imo solo, quod offa ex ore cadens feriebatur. At haec auspicia ab ipsis tandem Romanis post multa secula, tamquam omnino superstitiosa, repudiata; ut videre licet apud Cic. lib. de Divin. Divinis vero legibus et nostris canonibus sunt damnata, ut. pa-

tet ex causa 25. quaest. 5. Nec ommittendum illud Accii antiqui poetae: *Nil credo auguribus, qui aures verbis divitant alienas, suas ut auro locupletent domos.* et jure Val. Flacc. 1. Argon. [232.] *exta lubrica* appellat, quod auspicia omnia inconstantia et fallacia sint. Mendacii autem pullo-ram auspicia coarguit locus hic, quia, etsi, pro Papirio auspicante pullario, pulli non pascerentur, vicit tamen ille pugnae, et multa millia hostium fudit et interemit, pullario, qui mentitus erat, in primo congressu ante signa occumbente. M. DONAT. Modiana ad hunc locum delevi, quia ad verbum descripta erant ex Brisson. 1. de Form. p. 124. ubi commode videri possunt. Ceterum crepudium solistrinum legunt Voss. 2. et Lovel. 3. *trepudium solivistium* Leid. 2. *trepudium solistimum* Lovel. 1. *trepudium solistinium* Lovel. 4. *tripudium solistinium* Gaertn. *tripudium solistinum* Portug. *tripudium salestinum* Florent. Praeterea nunciat Lovel. 2.

§. 5. *Auspicium egregium esse, et Deis auctoribus rem gesturos] auspicium mittit egregium* Klock. *Tum egregium esse, Deis auctoribus rem se gesturum* Voss. 2. et Lovel. 3. et

6 gnumque pugnae proponit. Exeunti jam forte in aciem nunciat perfuga, viginti cohortes Samnitium (quadringenarias ferme erant) Cominium profectas, quod ne ignoraret collega, extemplo nuncium mittit: ipse signa ocius proferri jubet, subsidiaque suis

Diis auctoribus Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 2. Portug. et Haverk. Mox *signumque proponit*, omissa media voce, Hearnii Oxon. C.

§. 6. *Exeunti jam forte in aciem*] forte scriba adiecit de suo. GLEN. Vet. lib. *jam forte in aciem*. SIG. *Tò forte* ab uno tantum Lovel. 4. ut et ab ed. Rom. anni 1472. exsulat: reliqui constanter defendunt. Prodigiöse tamen errans Gaertn. librarius *Exeunte jamque fortè aciem* dedit.

Nunciat perfuga, viginti cohortes Samnitium (quadringenariae ferme erant) Cominium profectas] *quadrigenariis* quidam emendarunt, temere meo quidem iudicio. Aelianus de aciebus instruendis vocat cohortem *pentacosiarthiam*, id est, quingentariam, quae sit ex hominibus quingentis duodecim. ad quam formam hic *quadringenariam* vocasse videtur Livius. Similis locus (uit l. 7. ab urbe cond. ubi obiter etiam aliquid attigimus. GLAR. Pal. sec. *perfuga viginti cohortes (quadringenariae ferme erant) Cominium profectus enunciat*. GEBH. *nunciat profuga* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. supra hoc cap. §. 1. *quae quadringenariae ferme erant* Voss. 1. et Lovel. 1. *quae quadringenariae ferme erant* Leid. 2. De pronomine relativo perperam a librariis inserto v. ad 22. 46. 9. *quadrigenariae* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et quaedam ex vett. edd. *quadra-*

genariae ferme erant Lovel. 4. Hearnii Oxon. B. L. 2. C. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *quadringenta ferme erant* Gaertn. *XL ferme erant* Portug. et Oxon. N. *quadragenariae formae erant* Haverk. Vulgatum rectum est. De cohortibus *quadrigenariis* v. ad 7, 7, 4. *ferme* et *formae* etiam aliis locis in Mssis commutari solent. V. ad 37, 23, 5. *Præterea Cominium profectas enunciat* Haverk. *Cominium profectas nunciat* Gaertn. Et tamen uterque in præcedentibus servat *tò nunciat*.

Ipse signa ocius proferri jubet, subsidiaque] *ipse sibi signa* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Tum *praeferri* iidem tres Lovel. V. supra hoc lib. c. 33, 7. *proferre* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Infra 22, 42, 3. *Clamor inde ortus, ut signa proferri juberent*. Tum copula *que* deficit in Lovel. 2. Mox autem *quae*, pro *quaeque*, Gaertn. V. ad 40, 5, 6. Deinde *attribuebat*, pro *attribuerat*, Voss. 2.

§. 7. *C. Ceditium et Trebonium*] Vet. lib. *C. Caeditium* et *C. Trebonium*. SIG. *Posterius* praenomen non existat in Flor. Rott. Helm. Voss. nec in editis vetustis. Itaque scripsit Livius, *Caio Caeditium et Trebonium*. J. FR. GRON. Sigonio ex meis tantum favent, ac bis praenominis *C.* sive *Caji*, notam servant Portug. Gaertn. et Haverk. *Trebonio A.* sive *Auli* praenomen dat Hearnii Oxon. L. 1. Reliqui

naeque locis, et praefectos subsidiis adtribuerat. Ex utroque cornu L. Voluminium, sinistro L. Scipionem, 7
 quibus legatos alios, Caios Caedicium et Trebo-
 nium, praefecit. Sp. Nautium mulos, detractis 8
 satellis, cum cohortibus alariis in tumultum conspe-

riori huic nullum praeno-
 tribuunt, unde Gronov. *Ca-*
is, ut ad utrumque referatur,
 ribendum conjecit: cui quo-
 ammodo jam praecivt Pighius in
 anal. ad ann. cdzv. p. 388. *le-*
ens C. C. id est Cajos, Caedi-
um et Trebonium. V. ad 4,
 3, 1. Et ita Gronovius supra le-
 ebat hoc libro c. 1, 7. *Marcis*
ivo Dentre et Aemilio consu-
bus. Praeterea *Cedum*, pro
caedicium, Voss. ambo. *Cedium*
 ovel. 2. 3. Leid. ambo, Portug.
 Gaerta. et Hearnii Oxon. B. L. 1.
 . et N. in contextu, qui in mar-
 ins *Ceditium* praefert. *Caedium*
 lorent. a m. 1. pro quo altera
 interpolavit *Caedicium*. sed *Ca-*
ium Lovel. 4. et Gaerta. De or-
 thographia vocis *Caedicium* v.
 d 2, 52, 6. Deinde *Trebonium*
 lorent. *Trebonum* Portug. *Tri-*
onium Voss. 2. et Lovel. 3. Si-
 militer sere peccarant codices
 pra 3, 65, 3. Hinc *praefectis*
 eid. 1. *praefectos* Voss. 2. et Lo-
 vel. 3. ac 4. Paulo ante Scipio-
 is praenomen *L.* deorat in
 Voss. 2.

§. 8. *Sp. Nautium*] Praenomen
 nica litera *S.* exprimit Lovel.
 . V. ad 9, 1, 1. *Noutium* est in
 eid. 1. *Natium* in Florent. *No-*
um in Voss. 2.

Cum cohortibus alariis] *ala-*
ibus alii recte emendarunt. Nam
 aullo post de eodem *Sp. Nautio*
 ieturus est [cap. seq.] *Sp. Nau-*
ius dux alaribus cohortibus e-
at. Vegetius 2, 1. equites intel-
 igit, qui ad similitudinem ala-

rum ab utraque parte protegant
 coies. Caeterum Livius postea
 [c. 43, 3.] ubi Carvilius consul
 praesidium contra Samnitium vi-
 ginti cohortes mittit, ita ait:
D. Brutum Scaevam legatum
cum legione prima, et viginti
cohortibus alaribus, equitatu-
que ire adversus hostium sub-
sidium jussit. Hic aperte et le-
 gionarii, et alares, et equites
 distincte nominantur: quare et-
 iam pedites intelligi fortassis pos-
 sunt, etiamsi hoc loco in equis ve-
 niant cum *Sp. Nautio*. GLAR. *ala-*
riis servant Voss. 2. Leid. ambo,
 Florent. Lovel. 2. 3. 4. Harlej.
 Portug. Haverk. Klock. Hearnii
 Oxon. N. L. 2. et edd. usque ad
 Aldum, qui substituit *alaribus*,
 duobus meorum Voss. 1. et Lovel.
 1. consentientibus. Similiter var-
 riant codices in loco a Glareano
 laudato c. 43, 3. et 35, 5, 8. sed
alaribus constanter praeferrunt
 codd. cap. seq. §. 5. et contra
alarii ex unico cod. editum, et
 ab omnibus servatum est 40, 40,
 9. ut utrumque in usu fuisse veri-
 similis videatur. Praeflare itaque
 puto, ut hic et plurium et integer-
 rimum codicum lectionem *ala-*
riis in contextum revocemus. Ce-
 terum male hic dubitat Glareanus,
 utrum per *cohortes alarias*
 equites intelligendi, an pedites.
 Nam hoc tempore socii, qui in
 castris Romanis militabant, di-
 visi erant in alas, dextram et si-
 nistram: per *cohortes* autem *a-*
larias intelliguntur eorum pedites,
 per *equites alarios* eorum
 equitatus. V. Lipsium 2. de Milit.
 Rom. Dial. 7. Schelium ad Hygin.

ctum propere circumducere jubet, atque inde inter ipsam dimicationem, quanto maxime posset, moto pulvere ostendere. Dum his intentus imperator erat, altercatio inter pullarios orta de auspicio ejus diei, exauditaque ab equitibus Romanis: qui, rem

p. 1076. et Differt. 12. ad Polyb. et quae ex eo per compendium retulit Cel. Graev. ad Cic. 2. ad famil. epist. 17. Per cohortes itaque alarias non tam fortassis possunt, ut inquit Glareanus, verum omnino debent intelligi pedites, sed sociorum: quod autem pedites illos hoc loco in equis venisse dicat, in eo fallitur. Non enim memorantur equi, sed muli. Praeterea iis non pedites sociorum, sed calones insederunt. Jubente Papirio, Nautius cohortes alarias, adsumtis calonibus, qui mulis, unde clitellae detractae erant, insidebant, in tumulum conspectum circumduxit. Quum autem calones frondosos ramos per terram trahentes densissimum pulverem excitassent, praecedentium peditum arma signaque in primo per turbidam lucem adparebant, pulvis autem excitatus efficiebat, ut calones speciem equitum agmen eogentium darent. V. cap. seq. Ceterum, quum in edd. Gronoviorum, quae cum notis variorum prodire, similia ferme, atque hic Glareanus in prima parte notae tradidit, ex Godelaev. excerpta essent, Cl. Dukerus etiam monebat, per cohortes alarias pedites sociorum intelligendos esse; idque firmabat Lipsii et Schelii auctoritatibus.

In tumulum conspectum propere circumducere jubet] conspectum, arboribus scilicet, legit Robertus Titius. Lego consipitum, id est, consitum. KLOCK. In tumultum profectum Gaertn.

tumulus et tumultus, etiam alibi in Mssis confundi, vidimus ad 7, 24, 9. in tumultum prospectum Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Lov. 4. a m. 1. Haverk. et Hearnii Oxon. N. In tumultum aspectum ejusdem codex L. 2. Male. tumulus conspectus est conspicuus. V. ad 4, 13, 3. Deinde prope circumducere jubet Lovel. 2. et Portug. V. ad 39, 31, 4. propere circumducere libet Leid. 1. To propere deficit in Haverk.

Atque inter ipsam dimicationem, quanto maxime posset, moto pulvere ostendere] Pall. omnes et Camp. motu pulverem ostendere. Andreas motu pulveres ostendere. GEBH. Haec lectio ex Heinsii ed. Elzev. profuxit. Omnes priores praeferrunt atque inde inter ipsam, quod servant etiam Florent. Klock. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. ac inter ipsam est in Lovel. 1. 2. 4. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. at B. at inde inter ipsam Voss. 2. et Lovel. 3. ac inter ipsam Voss. 1. et Leid. 2. ubi tñ in, sive inde, interceptum est a prima syllaba vocis inter. Similem errorem supra v. hoc lib. c. 37, 9. et tñ inter ipsam Gaerta. sed, tñ et in, sive tamen et inde, ob ductum similitudinem saepe in Mssis confundi, vidimus ad 5, 18, 8. Hinc moto pulveres ostendere Voss. 1. moto pulverem ostendere Voss. 2. motu pulvere ostendere Leid. 1. et Hearnii Oxon. N. ac L. 2. motu pulveres ostendere Leid. 2. Lovel. 1. Klock. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

haud spernendam rati, Sp. Papirio fratris filio consulis, ambigi de auspicio, renunciaverunt. Juvenis, 10 ante doctrinam Deos spernentem natus, rem inquisitam, ne quid incompertum deferret ad consulem, detulit. Cui ille, *Tu quidem macte virtute diligen-* 11

motu pulverem ostenderet Neap. Latini. *motu pulverem ostendere* Lovel. 2. 3. Portug. Gaertn. et Haverk. *quanto maximo posset motu, pulverem ostendere* Lovel. 4. quod Cl. Dukero non displicebat. De hac locutione v. ad 9, 10, 10. Solus Florent. vulgatum tuetur.

§. 9. *Altercatio inter pullarios orta de auspicio ejus diei, exauditaque] altricatio inter pullarios orta* Leid. 2. V. ad 4, 6, 1. *altercatio inter pullarios sortita* Haverk. Tum *exauditoque* Gaertn. *auditaque* Florent. Harlej. et quaedam ex edd. veit. At *exaudire* pro *audire* Livio frequens est. V. ad 3, 56, 8.

Sp. Papirio fratris filio consulis, ambigi de auspicio, renunciaverunt] Sp. Papirio factis consulis filio Haverk. *Sp. Papirio fratris consulis filio* Portug. et Gaertn. Tum *de auspicio renovaverunt* Haverk. *de auspicio nunciaverunt* quaedam ex priscais edd. Male. Supra 4, 24, 2. *Quam renunciatum a mercatoribus esset, negata Vejentibus auxilia.* 6, 7, 2. *Quod ubi aciem jam instruenti Camillo centuriones renunciaverunt.* 25, 3, 10. *Naufragia, quae vera renunciaverant, fraude ipsorum facta erant, non casu. et alibi saepe.* (* v. ad 36, 1, 4.)

§. 10. *Juvenis, ante doctrinam Deos spernentem natus, rem inquisitam] Mlum ante hoc t'nam Deos spernendam natus. Lege ante hōc* (id est hunc)

ritum. per duplex t, pro ritum. Vel lego, Juvenis religione tactus rem ante inquisitam. Supra l. 1, 46. *Religione tactus hospes.* Videntur autem illa verba, *doctrinam Deos spernentem, inperiti nebulonis glossema ad illa, quae paullo ante praecedunt, qui rem haud spernendam rati.* inde vitio librarii et errore in ipsam obropsisse contextum. Supra l. 3, 20. *Nondum haec quae nunc tenet seculum, negligentia Deum venerat.* KLOCK. Sollemni lapsu Pall. duo *nactus. sec. Juvenis at doctrinam Deorum spernentem nactus.* alia tamen opposita scriptura *Juvenis autem doctrinam non adeo Deorum spernentem ratus.* Campan. *Juvenis doctrinam haud spernendam ratus.* Vulgata lectio sincerissima est, qua perfringit Livius Epicureos. GEBH. *Juvenis autem doctrinam Deorum haud spernendam ratus* Lovel. 2. *Juvenis autem doctrinam Deos spernentem ratus* Harlej. Voces *ante* et *autē* saepe in membranis antiquis commutantur. V. ad 27, 35, 7. Similiter etiam *natus* et *ratus.* V. ad 8, 10, 2. *Juvenis doctrinam non adeo spernendam ratus* Neap. Latini. *Juvenis autem doctrinam Deorum spernentem nactus* Port. Gaertn. et Haverk. *nactus* etiam Voss. ambo, Leid. 2. et Lovel. 1. ac 3. V. ad Epit. Liv. 15. Sed vulgatum probō. Klockii conjecturae tales sunt, ut nemini sano placere possint. Praeterea *inquisitam rem* Gaertn.

§. 11. *Tu quidem macte vir-*

itaque esto: ceterum qui auspicio adest, si quid
 falsi nunciat, in semet ipsum religionem recipit. Mi-
 hi quidem tripudium nunciatum, populo Romano
 12 exercituique egregium auspiciū est. Centurionibus
 deinde imperavit, ut pullarios inter prima signa
 constituerent. Promoveant et Samnites signa; inse-
 quitur acies ornata armataque, ut hostium quoque
 13 magnificentum spectaculum esset. Priusquam clamor

tute diligentiaque esto] Prima
 vocula abest in Leid. 2. et Lovel.
 1. Ejus loco Tum praefert Ha-
 verk. sollemni scribarum aber-
 ratione. Exempla hujus erroris
 habuimus 2, 12, 14. hoc lib. c.
 18, 13. et aliis locis saepe. Infra
 22, 49, 9. *Tu quidem. Gn. Cor-
 neli, macte virtute esto.* Mox
 pro *Ceterum* Lovel. 2. *Kevras* le-
 git a m. 1. sed vox deletur a m.
 2. Deinde *legionem*, pro *reli-
 gionem*, Portug. et Gaertn. Ita
 solent librarii alibi peccare. V.
 ad 8, 32, 4. et 9, 11, 12. Deinde
tripudium Lovel. 1. 3. 4. Voff. 2.
 et Leid. 2.

§. 12. *Imperavit, ut pullarios
 inter prima signa constituerent*
 uti *pullarios* Florent. quod Cl.
 Salvinus, qui eod. hanc cum vul-
 gatis contulit, adposito signo
 probavit. ut *pullarium* Lovel. 2.
 Sane unus memoratur *pullarius*,
 qui auspiciū mentiri ausus tri-
 pudium solissimum consuli nun-
 ciavit, supra hoc cap. §. 4. unus
 etiam, qui emissio temere pilo
 lectus ante signa coneidit §. seq.
 Plures tamen pullarios consuli
 adfuisse inde constat, quod §. 9.
*altercatio inter pullarios orta
 de auspicio ejus diei* dicatur.
 Omnes itaque inter prima signa
 constitui Papirius imperavit, ut
 is, qui falleret. mendacii poenas
 daret. Mox *Promoveant Sam-
 nites signa* Voff. 2. Lovel. 3. 4.
 et Hearni Oxon. L. 1.

*Insequitur acies ornata arma-
 taque, ut hostium quoque ma-
 gnificum spectaculum esset*] *or-
 natam aciem* intelligo linteatam
 phalangem sexdecim millium ho-
 minum, quam *legionem* ipse pau-
 lo ante vocavit. *armatam* autem
aciem paulo plus viginti millium
 alium exercitum, nec corporum
 specie, nec gloria belli, nec
 apparatu linteatae legioni dispa-
 rem. Quae vero hic sequuntur
 verba, perquam obscura sunt,
 nisi *hostibus*, pro *hostium*, le-
 gas. Illud etiam *emisso temere
 pilo* dubium. Quis enim emisit?
 Lepidissimum autem corvi tam
 ociosi atque audacia prodigium.
 Hic Livius non modo aequat He-
 rodotum, sed propemodum su-
 perat, ut critici dicunt. GLAR.
ornatam vocat linteatam legio-
 nem, cui dixit arma fuisse insi-
 gnia data, ut inter caeteros emi-
 nerent. ea fuit sedecim millium.
armatam alteram vocat viginti
 millium, quam post linteatam
 conscriptam esse dixit. SIG. *acies
 armata ornataque* Gaertn. *acies
 armata ornata*, omissa copula,
 Leid. 1. Utrum vero *ornata* ad
 legionem linteatam, *armata* ad
 reliquam multitudinem ferri
 debeat, ut dubitem, illud efficit,
 quod Livius alium exercitum vi-
 ginti millium adparatu linteatae
 legioni non disparem fuisse di-
 cat c. 38, 13. quodque *armare
 et ornare* saepe jungantur. Su-

tolleretur, concurrereturque, emisso temere pilotus pullarius ante signa cecidit. quod ubi consuli nunciatum est, *Dii in proelio sunt*, inquit; *habet poenam noxium caput*. Ante consulem haec dicentem corvus voce clara obcinnit. quo laetus augurio consul, adfirmans numquam humanis rebus magis praesentes interfuisse Deos, signa canere, et clamorem tolli iussit.

pra 7, 10, 5. *Armatum adornatumque adversus Gallum stolidum laetum producunt*. 24, 48, 7. *Armandi ordandique et instruendicos artem ignorare*. 27, 13, 10. *Armati ornatique ad edictum aderant*. Praeterea neque opus videtur, ut cum Glareano legamus *hostibus*. Nam sensus est, aciem Samnitium ornatam armatamque fuisse magnificentum spectaculum hostium Romanorum; vel spectaculum hostium, scilicet Samnitium, magnificentum fuisse, nempe Romanis. Quo sensu *spectaculum stantis exercitus perquam clarum et memorabile* est apud Vellej. Patero. 2, 101. Ita *spectaculum praedae* apud Ovid. 3. *Metam.* 346.

§. 13. *Clamor tolleretur, concurrereturque, emisso temere pilotus] concurrereturque* Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. ac 4. *concurrereturque* Leid. 2. Portug. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Quum forte *concurrereturque* scriptum fuisset, notam compendiariae scripturae non viderunt librarii. V. ad 2, 56, 7. Ita etiam erat in Florent. a m. 1. pro quo postea *concurriturque* factum est. *concurrerentque* Gaertn. et Haverk. V. ad 38, 40, 1. Praeterea *ictus* exulat a Lovel. 4. Male. Supra 2, 47, 7. *Consul mortifero vulnere ictus cecidit*. ubi quaedam vide. Mox an-

te signa occidit, pro cecidit, Leid. 2. V. ad 36, 36, 6. Insuper *dein proelio*, pro *Dii in proelio*, Leid. 1. Forte scriptum fuerat *Dei in proelio*, ut *Deis auctoribus* supra erat, hoc cap. Ita *Dei respicere debent* est in Flor. cod. infra 22, 49, 7. V. et supra hoc lib. c. 13, 12, 23, 11, 12. et c. 12, 7. (* 34, 5, 10, 25, 38, 22, 30, 21, 9.) Adde Voff. 4. Gramm. 6. Ultima deinde litera a prima sequentis vocis intercepta est.

§. 14. *Ante consulem haec dicentem corvus voce clara obcinnit] Ante consulem dicentem* Leid. 2. Tum *clara voce obcinnit* Harlej. *voce clara obcinnit* Voff. 2. *voce clara cecinit* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. [Veith.] Supra 6, 41, 8. *Quid enim est, si pulli non pascentur, si ex caeva tardius exierint, si occinuerit avis*. ubi etiam pariter variant codices. Vide, quae de hoc verbo ibi notantur.

Numquam humanis rebus magis praesentes interfuisse Deos] humanis rebus magnis praesentes Lovel. 4. *magis et magis*, vel *magnis*, etiam alibi commutantur. V. (* ad 35, 2, 2.) Cl. Cortium ad Sall. Jugurth. 16, 5. Tum *affuisse Deos* Harlej. et editi ante Aldum, *invitis reliquis*

- 1 XLI. Proelium commissum atrox, ceterum longe disparibus animis. Romanos ira, spes, ardor certaminis, avidos hostium sanguinis in proelium rapit: Samnitium magnam partem necessitas ac religio invitos magis resistere, quam inferre pugnam, cogit. nec sustinuissent primum clamorem atque impetum Romanorum, per aliquot jam annos vinci ad-
 2 sueti, ni potentior alius metus insidens pectoribus
 3 a fuga retineret. Quippe in oculis erat omnis ille occulti paratus sacri, et armati sacerdotes, et promiscua hominum pecudumque strages, et respersae

scriptis. *Dii praesentes sunt secundi, propitii, faventes.* Livius 7, 26, 7. *Lactum militem victoria, tribuni, lactum tam praesentibus ac secundis Diis ire in proelium jubet.* V. viros doctos ad Flori 4, 7, 9.

Signa canere, et clamorem tolli jussit Pal. sec. cum Campano *clamorem attolli.* Sicut paullo ante *corvus voce clara cecinit, suprascripto concinit.* GERH. *clamorem belli attolli jussit* Portug. Gaertn. et Haverk. *clamorem attolli jussit* Hearnii Oxon. B. et C. Supra hoc cap. *Priusquam clamor tolleretur.* 3, 18, 2. *Clamorem omnes tollere jubet.* (* 32, 30, 10.) et alibi saepe.

§. 1. *Romanos ira, spes, ardor certaminis, etc. in proelium rapit* Voces *ira, spes, ardor certaminis* exsulant a Voss. 2. et Lovel. 3. *ardore certaminis* legit Leid. 1. *Mox religio in invitos magis resistere* Lovel. 1. *religio invictis magis resistere* Lovel. 2. *religio invictos magis resistere* Leid. 1. V. supra hoc lib. ad c. 36, 3. *religio resistere magis invitos* Port. Gaertn. et Haverk.

§. 2. *Alius metus insidens pectoribus a fuga retineret* alius metus Voss. 2. Lovel. 3. et Portug. V. ad 37, 16, 7. *alius motus* Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 3, 69, 2. et mox hoc cap. §. 4. *alius victus* Gaertn. Tum *insidens peccatoribus* Leid. 2. Deinde *ab fugare tineret* Portug. et Haverk. *fuga retineret, omitta praepositione,* Gaertn. *a fuga retinisset* Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.]

§. 3. *In oculis erat omnis illi occulti paratus sacri* Melius Pall. duo ille; neque aliter edd. priscae. sec. Pal. *in oculis erat omnis illi occulti apparatus sacri* GERH. *Tò illi in prioribus* Gruteri edd. existit, quem errorem operarum ipse in postrema emendavit. *in oculis erant ois illi; occulti apparatus sacri* Haverk. *in oculis erant ois ille occulti apparatus sacri* Portug. *occulti apparatus sacri* etiam Gaertn. et Hearnii Oxon. B. ac C. quod ex glossa esse videtur. Ita ante Rhenanum etiam peccabatur in Tacito 11. Ann. 30. et 13, 17. quorum priori loco *paratus, pro adparatus, spud Tacitum frequenter obcurrere* Rhenan. do-

fando nefandoque sanguine arae, et dira exsecratio, ac furiale carmen, detestandae familiae stirpique compositum. his vinculis fugae obstricti stabant, civem magis, quam hostem, timentes. Instare Romanus a 4 cornu utroque, a media acie, et caedere Deorum hominumque adtonitos metu. repugnatur segniter, ut ab iis, quos timor moraretur a fuga. Jam pro- 5 pe ad signa caedes pervenerat, quum ex transverso pulvis, velut ingentis agminis incessu motus, adparuit. Sp. Nautius (Octavium Metium quidam eum tradunt) dux alaribus cohortibus erat. pulverem 6

cuit. *occultus paratus sacri legit Harlej. [ille occultus apparatus Veith.]*

Promiscua hominum pecudumque strages] promiscua Florent. quomodo is cod. fere semper scribit. V. quae notavi ad 3, 47, 7. et adde, quae dicta sunt ad 7, 1, 6. c. 17, 7. et c. 21, 1.

Respersae fando nefandoque sanguine arae] respersae qnq; nefando sanguine, id est quandoque, Klock. res, pspere nefando sanguine Lovel. 2. res per se nefandoque sanguine Lovel. 4. Vocem fando omittunt etiam Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. [Veith.] Mox et furiale carmen Portug. Gaertn. et Haverk.

His vinculis fugae obstricti stabant, civem magis, quam hostem, timentes] obstricti obstant Harlej. et quaedam ex ant. edd. invitit reliquis codicibus. Tum metuentes Harlej. idem, sed iterum solus.

§. 4. *Instare Romanus a cornu utroque, a media acie] Instat Romanus a cornu utroque Voff. 2. et Lovel. 3. Sed, locutio-*

nem per infinitivum prolatam passim librariis displicuisse, supra vidimus ad 1, 50, 5. Instare Romanis a cornu utroque Portug. et Haverk. Instare a cornu Romanus utroque Leid. 2. Tum ad mediam aciem Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Mox adtonitos motu, pro metu, Lovel. 1. a m. 1. V. modo hoc cap. ad §. 2.

Repugnatur segniter, ut ab iis, quos timor moraretur a fuga] repugnantur segniter Lovel. 3. To segniter non adparet in Haverk. Deinde et ab hiis Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. his, pro iis, etiam Florent. Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. et multae ex vett. edd. Insuper moratur a fuga Leid. 2. moraretur ab fuga Haverk.

§. 5. *Octavium Metium quidam eum tradunt] Pall. duo Metium. sec. Metrium appellat. GEBB. Octavium Metium Voff. 1. Leid. 2. Lov. 1. Haverk. et Gaertn. Male. V. ad 1, 49, 9. Octavium Metium Lov. 3. Octavium Mecium eum qui iam tradunt Leid. 1. Octavium Maecium Florent. enim,*

majorem, quam pro numero, excitabant: insidentes mulis calones frondosos ramos per terram trahabant: arma signaque per turbidam lucem in primo adparebant: post altior densiorque pulvis equitum speciem cogentium agmen dabat. Fefellitque non Samnites modo, sed etiam Romanos: et con-

pro *eam*, habet Haverk. V. ad 6, 8, 6. Paulo ante *Sp. Metius Nautius* Lovel. 2.

§. 6. *Frondosos ramos per terram trahabant*] *ramos protrahabant* Leid. 2. Paulo ante *majorem quam numero*, omissa praepositione, idem Leid. 2. cum Lovel. 1. Sed vox *majorem* exsulat a Florent. In verbis sequentibus *cogentium speciem agmen dabat* Leid. 1. *dabant* est in Gaertn. sed ea vox neglecta est a librario Voss. 2.

§. 7. *Ita ut vox etiam ad hostes accederet*] *accideret*, de quo alias monuimus. GELEN. *accideret* emendatum Gelenio est. Pal. sec. vetustaeque edd. *accideret*. Pall. reliqui duo, *ita ut vox etiam ad hostes doceret*. c. 43. *Clamor eos utrimque par accidens sustinuit*. l. 27, 15. *Praesidium ad arcem, unde maxime terribilis accidebat sonus, traducit*. Ibidem: *Inde nulla accidebat vox*. GEBH. *accideret* dudum emendavit Gelenius, quod antea erat *accideret*. Hoc tamen defendi potest ex Terentii Hec. 3, 5, 32.

Pamphile, haud invito ad aures sermo mihi accessit tuus.

Sed ibi quoque Palmerius in Spicileg. p. 726. tom. 4. Facis Gruter. ex libro scripto legit *accidit*, non repugnante lege versus trochaici. Et miror esse, qui ad Terentium describere maluerint

loca aliquot veterum, in quibus est *accidere ad aures*, quod recte dici nemo negat, ac ne dubitat quidem, quam vel unum proferre, e quo doceant, rectum esse *accedere ad aures*. In Cicero quidem c. 2. in Vatinius plerique MSS. et vet. edd. habent: *Non putas fas esse, verbum ex ore exire cujusquam, quod non jucundum et honorificum ad aures tuas accedat*. Verum hoc Palmerius itidem emendabat *accidat*. Idque in vet. cod. se invenisse testatur Lambinus, et probarunt Turnebus ac Passeratius, et nuperi doctissimi editores Ciceronis etiam in contextum receperunt. Contra, Graevium non recte libri sui MS. auctoritate *accidere*, pro *accedere*, in Cicero. 6. famil. ep. 17. substituisse existimo in his verbis: *Cum ceterarum rerum causa cupio esse aliquando rempublicam constitutam, tum velim mihi credas accidere id etiam quo magis expetam promissum tuum, quo in literis uteris*. Nihil dubium non est, quin *accidere* retinendum, et locus, quem distinctiones non suis locis positae obscuram faciunt, ita distinguendus sit, *tum velim mihi credas accedere, id etiam quo magis expetam, promissum tuum*. DUK. *ad hostes doceret* etiam Voss. 2. et Lovel. 3. *ad hostes accederet* Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Portug. Gaertner. et Haverk. *ad hostes accideret* reliqui, et inter eos optimi codices.

sul adfirmavit errorem, clamitans inter prima signa, ita ut vox etiam ad hostes accideret, *captum Cominium, victorem collegam adesse: adniterentur vincere prius, quam gloria alterius exercitus fieret. Haec insidens equo. inde tribunis centurionibusque 8 imperat, ut viam equitibus patefaciant. Ipse Tre-*

V. ad 21, 10, 12. In praecedentibus *ceterum consul adfirmavit, pro et consul*, Klock. Voces autem *Romanos: et consul* etc. ita ut vox etiam non adparent in Leid. 1. librarii culpa, quem in errorem induxit repetitio *tot etiam*. V. ad 9, 11, 11.

Gloria alterius exercitus foret] fieret, non foret. GELEN. Ut Gelenius reposuit, etiam primi editores vulgarunt usque ad Aldum, qui substituit *foret*. Aldo autem favent Florent. Leid. 1. Voss. 2. Lovel. 3. 4. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et C. Reliqui lectionem Gelenii probant, nisi quod *alterius fieret exercitus* legant Leid. 2. et Lovel. 1. V. infra ad 23, 10, 8. Paulo ante vocem *victorem* omiserunt Voss. 2. et Lovel. 3. et *adesse collegam* dedit Gaertn.

§. 8. *Haec insidens equo] Hoc insidens equo* Leid. 2. (Veith.) *Haec adscendens equum* Neap. Latini. *Haec indens equo* Florent.

Imperat, ut vias equitibus patefaciant] Pal. sec. viam equitibus patefaciant, rescisso ut. GEBH. Helm. et Pall. *imperat, viam equitibus patefaciant.* Voss. quoque *viam*. J. FR. GRON. Non est, cur admitti debeat *viam*. Mox *panduntur inter ordines viae*. V. quae habet Lipsius 4. de Milit. Rom. Dial. 1. ex Livio l. 6, 7. l. 8, 8. l. 30, 33. et hoc loco. DUK. *viam etiam* Florent. Voss. 1. Leid.

2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. Haverk. Hoarnii Oxon. N. L. 2. B. et edd. Aldo priores. Quamvis autem plures viae, sive intervalla relicta sint, per quae equites inter manipulos peditum, si post eorum aciem ordinati essent, in hostem irruerent, unde etiam mox inquit, *panduntur inter ordines viae*; in genere tamen *viam patefacere* numero singulari dicere potuit. Ita infra 29, 2, 12. quum antea dixisset, *Id modo hostium imitati sunt, ut inter legiones et ipsi patentes equiti relinquerent vias*: mox, paucis interjectis, addit, *Romani equites, in medios invecti hostes, equitibus Hispanorum viam inmittendi equos clause-runt.* et 30, 33, 3. *Vias patentes inter manipulos antesignanorum velitibus complevit, dato praecepto, ut ad inpetum elephantorum aut post rectos refugerent ordines, aut in dextram laevamque discursu adplicantes se antesignanis, viam, qua irruerent in ancipitia tela, belluis darent.* Id igitur, tot eodd. testimonio et his ipsius Livii exemplis confusus, in contextum recepi. Praeterea vocula *ut* etiam desit in Portug. Gaerta. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Et solet ea saepius omitti post verba jubendi, imperandi, et similia. Supra 3, 20, 4. *Edicimus itaque, omnes, qui in verba jurastis, crastina die armati ad lacum Regillum adsitis.* (* 28, 21, 11.) 42, 26, 7. *P. Licinio con-*

bonio Caedicioque praedixerat, ut, ubi se cuspidem erectam quatientem vidissent, quanta maxima vi possent, concitarent equites in hostem. Ad nutum omnia, ut ex ante praeparato, fiunt. pandentur inter ordines viae: provolat eques, atque infestis cuspidibus in medium agmen hostium ruit; perrumpitque ordines, quacumque inpetum dedit. instat

suli mandatum, intra undecimum diem juberet eos Italia excedere. c. 39, 6. Legati vel cum tribus venire jubebant, vel, si tantum agmen traduceret, ob-sides daret. 44, 2, 5. Convocatis itinerum ducibus, quum, exponerent in consilio, jussisset, qua quisque ducturus esset. c. 27, 9. Reliquam pecuniam, signatam Hlyriorum signo, portantibus suis praecipit, parvis itineribus veherent. V. ad 30, 2, 8. 38, 24, 8. 40, 38, 3. et Epit. Liv. 45. Adde Curtium ad Sallust. Jug. 28. et Oudend. ad Front. 1, 4, 7. Hic tamen potius ea vocula excidisse videtur propter similitudinem ultimarum litterarum vocis praecedentis imperat, vel primarum sequentis uiam. V. ad 4, 37, 5. Ex eadem etiam caussa mox in verbis sequentibus omissa erat in Florent. a m. 1. ubi deinceps altera eam restituit.

Concitarent equites in hostem] concitarent equitib; Leid. 1. concitarent equitem Portug. et Haverk. consistarent equites et equos Gaertn. duplici lectione equites et equos hac ratione juncta, ut librarius hujus codicis facere consuevit. V. ad 4, 55, 5.

§. 9. Ad nutum omnia, ut ex ante praeparato, fiunt] omnia ex ante praeparato Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. eujus

L. 2. et C. omnia ex ante praeparatis praefert. Male. De usu voculae ut v. ad 29, 1, 22. ut ex ante imparato Lovel. 2. contra sensum Livii. ex praeparato alibi saepe occurrit. (nisi forte voluerit ex ante imperato. Sed vel sic vulgatum praefero.) 22, 41, 1. Tumultuario proelio, ac procurso magis militum, quam ex praeparato aut jussu imperatorum, orto. 25, 8, 10. Captum ferme aliquid, aut ab hoste ex praeparato ablatum reportando. 28, 29, 9. Ex praeparato simul omnium rerum terror oculis auribusque est offusus. 37, 7, 10. Si nihil ex praeparato agentem obprimet. Ipsa haec locutio ex ante praeparato infra est 26, 20, 10. Ut arcis praesidium, etiam sine invecto frumento, ex ante praeparato sustentari posset. ante praeparare dixit 4, 53, 4. 24, 2, 11. multo ante praeparare 39, 51, 8. eodem modo, quo ante praecoccare et similia plura, de quibus v. ad 21, 20, 8.*

Provocat eques, atque infestis cuspidibus in medium agmen hostium ruit] praevolat eques Portug. et Gaertn. V. ad 9, 10, 7. provolatque eques Voff. 2. et Lovel. 3. ac 4. Deinde vocem hostium omittunt Voff. 2. Leid. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B.

Perrumpitque ordines, quo-

Volumnius et Scipio, et percussos sternunt. Tum, iam Deorum hominumque victa vi, funduntur linteatae cohortes: pariter jurati injuratique fugiunt, nec quemquam, praeter hostes, metuunt. Peditum agmen, quod superfuit pugnae, in castra ad Aquiloniam compulsum est. nobilitas equitesque Bovianum perfugerunt: equites eques sequitur, peditem pe-

cumque in petum dedit] prorum- pitque Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 9, 43, 15. et hoc cap. §. 14. perrupitque Lov. 2. Deinde quantumque impetum dedit Gaertn. quacumque impetus dedit Hearnii Oxon. L. 2. Mox percussos, pro percussos, Lov. 1. percussos Voff. 1. V. ad 2, 9, 5.

§. 10. Tum, iam Deorum hominumque victa vi, funduntur linteatae cohortes] Deorum hominum victa vis Gaertn. Deorum atque hominum victa vis Lovel. 4. Deorum hominumque victa vis Florent. Voff. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. Portug. Gaertner. Haverk. Klock. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et, praeter Rom. anni 1472. ac Parm. omnes reliquas, quas vidi, editiones ante Froben. anni 1535. Ea lectio si recipiatur, post vocem vis interpungendum est, victa vis: funduntur. Vulgatum placebit illis, qui omnia unius orationis complexu contineri malunt; contra scriptam lectionem praesertim, qui codicum consensum non spernendum judicabunt, praesertim quum alibi etiam Livius intercisus his orationibus delectatus sit. V. ad 21, 36, 4. Potuit autem ultima litera vis repetita esse ex similitudine literae initialis vocis sequentis. V. ad 4, 33, 10. Potuit etiam ob eandem similitudinem ab ea intercepta esse. V. ibidem

§. 11. Eligat igitur quisque, quod sibi verius videatur. Praeterea linteatae cohortes Voff. 2.

Jurati injuratique fugiunt, nec quemquam, praeter hostes, metuunt] jurati atque injurati Lovel. 4. Tum nec quemquam, praeter cohortes, metuunt Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. nec quemquam, praeter hostem, metuunt Voff. 2. et Lovel. 3. Sed nihil muto. Varietas enim numeri quemquam et hostes magis hic placet.

§. 11. Peditum agmen, quod superfuit pugnae, in castra ad Aquiloniam compulsum est] Suspecta mihi vox agmen, et deleri malim. J. FR. GRON. Si codices consentirent, non adversarer. At omnes nunc in ea servanda conspirant, quare nihil mutari praestat. Indicat autem, non integrum agmen peditum in castra compulsum esse, sed eam agminis partem, quae pugnae superfuit. V. Gronov. ad Liv. 26, 33, 14. Praeterea in castra Aquiloniam Leid. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. Verum castra non in ipsa urbe, sed ad eam habebant. in castra aut Aquiloniam dedit scriba Florent. pro quo deinde substitutum est in castra apud Aquiloniam. Sed lectionem illam interpolator sibi habeat. Verbum etiam est deficit in Voff. 2. Mox Bovianum, pro

des: ac diversa cornua, dextrum ad castra Samni-
 12 tium, laevum ad urbem tendit. Prior aliquanto
 Volumnius castra cepit: ad urbem Scipioni majore
 resistitur vi; non quia plus animi victis est, sed
 melius muri, quam vallum, armatos arcent. inde
 13 lapidibus propulsant hostem. Scipio, nisi in primo
 pavore, priusquam conlegerentur animi, transacta
 res

Bovianum, transpositis literis, Florent. Voss. 1. et Leid. 1. *Bo-
 bianum* Haverk. *Novianum* Portug. et Gaertn. *Bonianum* Voss. 2.

Equites eques sequitur, peditem pedes: ac diversa cornua] *equitem eques* Lovel. 2. et Portug. quomodo librarii dedisse videntur, quod mox subijciatur *peditem pedes*, quasi Livio non liceret, orationem etiam hac ratione variare: quod saepius eum fecisse, videbimus ad 35, 40, 6. Tum vocula *ac* non adparet in Voss. utroque, Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. et Haverk. Hinc *divisa cornua* eorundem codicum duo postremi. Male. V. supra hoc libro ad c. 33, 10. Praeterea *diversa cornua, dextrum ad castra Samnitium, laevum ad urbem tendunt, pro tendit*, Lovel. 2. Utrumque ferri potest. Sequor igitur codd. et numero plures, et bonitate praestantiores. Ceterum verba *equitesque Bovianum etc. dextrum ad castra* negligentia librorum omittantur in Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 12. *Majore resistitur vi; non quia plus animi victis est]* Pall. tres, et Campani ed. *esset*. perperam tamen. GEBH. *majori resistitur vi* Portug. Gaertn. et Haverk. Deinde *plus animi victis esset* edidit J. Fr. Gronovius,

non monitis lectoribus, qua auctoritate receptam scripturam mutarit. Sane vulgatum defendunt Florent. Voss. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. Harlej. Portug. Klock. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac C. *animi plus victis est* legit Lovel. 2. ut id, quod Gronovius probavit, vix supersit in Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. Qui tamen *esset* scriperunt, videntur ultimam ejus vocis syllabam repetisse ex sequenti vocabulo *sed*. Priorem itaque lectionem revocavi.

§. 13. *Scipio, nisi in primo pavore, priusquam conlegerentur animi]* *Scipionis in primo pavore* Voss. ambo, Leid. ambo, et Lovel. 1. ac 3. *Scipio tum in primo pavore* Lovel. 2. *Scipio nisi primo pavore* Lovel. 4. et Haverk. Sed praepositionem *in*, vel *in*, interceptit ultima litera vocis praecedentis. V. ad 35, 8, 9. Tum *collegarentur* Lovel. 3. *colligarentur* Haverk. *colligatur* Gaertn. cujus forte librarius, quem *collig'entur* scriptum invenisset, notam compendiariae scripturae omisit. V. ad 2, 56, 7. Mox *munitae armis urbis*. addita media voce, Voss. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. et quaedam et vet. edd. quam recte reliqui codices et libri excusi omiserant.

Interrogat milites, satini' et

res esset, lentiolem fore munitae urbis obpugnationem ratus, interrogat milites, *Satin' aequo animo paterentur, ab altero cornu castra capta esse: se victores pelli a portis urbis?* Reclamantibus universis, ¹⁴ primus ipse, scuto super caput elato, pergit ad portam: secuti alii, testudine facta, in urbem per-rumpunt: deturbatisque Samnitibus, qui circa portam erant, muros occupavere. penetrare in inte-

quo animo paterentur, ab altero cornu castra capta esse] Ita arguit hunc locum Rott. Flor. Voss. duo, et priores editi. Vulgo inceperant omittere *militis*. J. FR. GRON. Vocem *militis* agnoscunt omnes mei et Hearnii Oxonienses codd. Eam vero demum omiserat Gruterus in ultima ed. Tam *Sacra aequo animo* Gaertn. *Satisne aequo animo* Voss. 2. Male. V. supra ad 1. 39, 3. Deinde praepositionem ab omisit Leid. 1. Hinc *rapta esse* legit Haverk. V. ad 6, 23, 5. esse capta Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 14. *Primus ipse, scuto super caput elato, pergit ad portam]* prius ipse Leid. 2. Alibi *prius*, vel *primus*, et *prius* commutantur. V. ad 3, 19, 7. et 21, 29, 6. (* 37, 25, 1.) Deinde *scuto super caput elato* Florent. quod, hoc sensu ne Latinum quidem, ex alterius expositione natum est. Infra 44, 9, 9. *Soli non habebant super capita elata scuta*. Florus 3, 10. *Elatis super caput scutis, quum se testudine barbarus tegetet*. Tacit. 3. Hist. 27. *Elatis super capita scutis, densa testudine succedunt. supra caput est* in Voss. 2. et Lovel. 3. Utrumque ferri potest. supra enim ut 34, 89, 6. *Sublatis deinde supra capita scutis*; Liv. Tom. V. P. II.

testudine facta subibant. Vulgatum vero tuentur loca modo laudata. Et ita eodem sensu *super caput et supra caput esse* usurpari, dictum est ad 4, 22, 6. *Insuper pergit ad pugnam* Leid. 1.

Testudine facta in urbem per-rumpunt] *perrumpunt in urbem* Lovel. 4. *in urbem prorumpunt* Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. et L. 1. V. supra hoc cap. ad §. 9.

Deturbatisque Samnitibus, quae circa portam erant muri occupavere] MS. Fuld. *qui circa portam erant, muros occupavere*. MOD. *quae circa portam erant muri occupavere* primus edidit Froben. anno 1535. et ita praeserunt Florant. a m. 1. et Leid. 1. *quod circa portam erat muri occupavere* Lovel. 3. *qui circa portam erant muri occupantur* Lovel. 4. Ut autem Modius in Fuld. reperit, praeserunt etiam priores ante Froben. editiones, ut et Florent. a m. 2. omnesque reliqui scripti, nisi quod Klock. legat *qui circa portam erant, murum occupavere*, et in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. sit occupare.

Penetrare interiora urbis] MS. Fuld. *penetrare in interiora urbis*. MOD. Voss. *penetrare in interiora urbis*. V. ad 1, 4, §. J. FR.

riora urbis, quia pauci admodum erant, non audent.

- 1 XLII. Haec primo ignorare consul, et intentus recipiendo exercitui esse: jam enim praeceps in occasum sol erat, et adpetens nox periculosa et suspecta omnia etiam victoribus faciebat. Progressus longius ab dextra castra capta videt: ab laeva cla-

GRON. Ita praeter Voff. 1. legunt etiam Leid. ambo, Lovel. 1. 3. 4. et Hearnii N. L. 1. ad C. quod etiam in contextum recepi, quia passim ita Livius loqui solet. Supra 9, 35, 8. *Inermi pene agmine ac vexato vulneribus in silvam Ciminiam penetratum.* (25, 39, 2.) 38, 5, 8. *Nicodamus superato brachio in urbem penetrat.* V. ad 4, 9, 5. Praepositionem hoc loco interceperat syllaba initialis vocis sequentis. V. ad 39, 12, 3. [*penetrare interiora* Veith.]

§. 1. *Haec primo ignorare consul* Pal. sec. *Hoc ipse primo ignorare consul.* GEBH. *Hoc primo ignorare* Lov. 4. *Haec ipse primo ignorare* Haverk. Mox *intenterius recipiendo exercitum* Leid. 2. [*recipiendo exercitum* Veith.] Deinde voces *in occasum* desunt in Portug. Quamvis autem *praeceps sol, dies* et similia ita simpliciter dicantur, attamen *sol praeceps in occasum, dies praeceps in noctem* et similia etiam passim occurrere, patet ex illis, quae notantur supra ad 4, 9, 13. Vulgatam igitur hoc loco defendunt recte ceteri eodd. *Insuperat sol* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk.

Et adpetens nox periculosa et suspecta omnia etiam victoribus faciebat et *apparens* non Lovel. 3. V. infra ad 37, 30, 146

etiam apparens Voff. 2. V. ad 22, 47, 9. *Tum periculosa et suspecta* Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 2. V. ad 21, 28, 8. Praeterea *omnia quoque victoribus* Portug. et Haverk.

§. 2. *Progressus longius ab dextra castra capta videt* Progressus longior ab dextra Lovel. 4. *Progressus longior ab dextra* Leid. 1. *Progressus longior ab extra* Voff. 2. *ab extra* Lovel. 3. *ad dextra* Voff. 1. et Portug. *a dextra* Lovel. 1. Deinde *capta castra videt* Voff. 1. Leid. uterque, Lovel. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. et Haverk.

Ab laeva clamorem in urbe mixtum pugnantium ac paventium fremitu esse Pell. duo in *urbem rixantium pugnantium ac paventium fremitum esse.* Vulgatae lectioni, tamquam sine cerissima, subscribit prisca editio. GEBH. Duobus Pall. consentiunt Voff. 2. et Lovel. 3. in *urbem* praefereunt etiam Voff. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. *rixantium*, promixtum, Lovel 2. *rixarum* Lovel. 4. *rixa tum* Leid. 1. Hinc *pugnatum* Leid. 2. *pugnatum* Lovel. 1. *Ta ac paventium* non adparent in Gaertn. Denique *fremitum esse* legunt Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. et praeter eod. Rom. anni 1479. ac Parm. reli-

norem in urbe mixtum pugnantium ac paventium remitu esse, et tum forte certamen ad portam erat. Advectus deinde equo propius, ut suos in muris videret, nec jam integri quidquam esse, quoniam temeritate paucorum magnae rei parta occasio esset, adiri, quas receperat, copias, signaque in urbem inferri iussit. Ingressi proxima ex parte, quia nox

quae, quas vidi, Aldina prior: quod etiam praefendum videtur, ut dicat *clamorem in urbe*, qui ab laeva ad aures accidebat, *mixtum pugnantium ac paventium fremitum esse*. Si vulgatum probamus, clamor hic in urbe distinguitur a fremitu illo pugnantium ac paventium, quo mixtus erat. At quorum igitur hic clamor? *pugnantium* est Romanorum et Samnitium, *paventium* reliquae inbellis multitudinis; praeter quos nulli erant in urbe. Ceterum et *cum forte*, pro *tum*, Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. et *quom forte Gaertn. erat adportam*, transpositis vocibus, Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 3. *Advectus deinde equo propius*] Pal. sec. *Deductus deinde propius equo*. Andreas *Evectus deinde equo*. GEBH. Cum Pal. sec. facit Haverk. *Adductus deinde equo propius* legit Gaertn. *Evectus deinde equo propius* Klock. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Nihil mutuo. Liv. 2, 47, 3. *Cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo advectus*. 9, 31, 10: *Consul, ad unicipitem maxime pugnam advectus, desilit ex equo*. 28, 2, 3. *Mago ex castris citato equo ad primum clamorem et tumultum advectus*. Solent autem librarii *advectus* et *adducere* commutare. V. ad 27, 38, 12. *Mox suos immoris videt Lovel. 4. suos in*

muris invidet Voss. 2. Deinde nec etiam integri, pro nec jam integri, Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. V. ad 5, 7, 2.

Quoniam temeritate paucorum magnae rei parta occasio esset] *quin temeritate paucorum* Harlej. et edd. ante Frobenianam anni 1535. *quod temeritate paucorum* Klock. quomodo etiam alibi variant scribae. Exemplum habuimus 5, 11, 2. *Tum magnae rei parta esset occasio* Haverk. *magnae rei partae occasio esset* Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. ac 4. *magnae rei parata esset occasio* Voss. 1. V. ad 5, 6, 1. *magnae rei occasio esset* Harlej. *esset occasio etiam* Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk.

Adiri, quas receperat, copias, signaque in urbem inferri iussit] *quas ceperat* Haverk. *quas acceperat* Harlej. et Gaertn. *quas receperit* edidit Curio, et habuit, qui sequerentur, Basileenses anno 1555. sed invitis omnibus reliquis scriptis et editis. Deinde *in urbem ferti* Harlej. Prima syllaba *to* inferri elisa est ab ultima litera vocis praecedentis. V. ad 5, 27, 6.

§. 4. *Ingressi proxima ex parte, quia nox adpropinquabat, quiescere*] Video olim suspecta patri meo fuisse haec verba: ad-

adpropinquabat, quievit. nocte oppidum ab hostibus desertum est. Caesa illo die ad Aquiloniam Samnitium millia triginta trecenti quadraginta: capta tria millia octingenti et septuaginta: signa militaria nonaginta septem. Ceterum illud memoriae traditur, non ferme alium ducem laetiozem in acie

scripsitque proxima portae. Sed legendum, *Ingressi proxima, ea parte, quia nox appropinquabat, quievit.* JAC. GRON. Si quid mutandum, sane lenissima erit Cel. Jac. Gronovii medicina. Passim enim literae *A* et *X* commutari solent. V. ad 40, 69, 8. Scripti nihil mutant, nisi quod ex parte proxima habeat Harlej. Tum *quiverit* Florent. a m. 1. Mox noctu oppidum, pro nocte, Gaertn. *Tò est autem exsulat ab editis ante Aldum.*

§. 5. *Caesa illo die ad Aquiloniam Samnitium millia triginta trecenti quadraginta* tria millia Portug. et Haverk. *Samnitium X trecenti quadraginta* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. N. in quo ultimo tamen XXX, pro X, margini adscribitur. *Samnitium millia X. et CCC. XL.* Klock. [*Samnitium decem millia trecenti* Veith.] *Samnitium millia X. CCCXL* Oxon. C. apud Hearnium, qui in L. 2. *Samnitium millia triginta trecenti DCCC* se invenisse testatus est. *Samnitium millia triginta trecenti et septuaginta* legit Lovel. 4. Numerus caesorum fidem superare videtur. Quam enim Samnitium exercitus, qui ad Aquiloniam consedit, triginta ferme ac sex millium fuerit, ut colligitur ex c. 38. inde caesis ac captis deductis, vix duo millia evasissent: et tamen non tantum ante proelium inceptum viginti cohortes

quadringenariae, adeoque octo ferme millia hominum, ex castris eorum Cominium profectae esse c. 40, 6. verum etiam, postquam victi essent, nobilitas equitesque Bovianum per fugisse dicuntur cap. praec. Ea enim urbs a Romanis capta non est; sed per urbem, quam Scipio invasit, et auxilio Papirii expugnavit, intelligenda est Aquilonia, ut tota historia docet. Orosius 3, 22. *Duodecim millia hostium in hoc proelio caesa esse innuit. Ceterum illa die legit Lovel. 2.*

Capta tria millia octingenti et septuaginta capta IIII octingenta et septuaginta Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *capta IIII octingenti septuaginta* Lovel. 2. et 4. *capta quatuor millia octingenta, vel octingenti, et septuaginta* Harlej. Portug. et Haverk. *quatuor millia* etiam editi usque ad Aldum. *capta tria millia ducenti septuaginta* Oxon. C. apud Hearnium; in cujus codice L. 2. deerant voces *et septuaginta*, quae desunt quoque in Gaertn. [Veith.] ita tamen ut is *quatuor millia* praeserat.

Signa militaria nonaginta septem et *signa militaria* Voff. ambo, Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. C. ac L. 2. Tum *viginti septem* Gaertn. [Veith.] XXVII Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Haverk. et apud Hearnium Oxon. N. B. ac C. XVII Klock. XCVIII Leid. 1. CCVII Lovel. 4.

visum, seu suoapte ingenio, seu fiducia bene gerundae rei. Ab eodem robore animi neque con-
7
troverso auspicio revocari a proelio potuit; et in
ipso discriminè, quo templa Diis immortalibus vo-
veri mos erat, voverat Jovi Victori, si legiones ho-
stium fudisset, pocillum mulsi prius, quam temetum

§. 6. *Laetio rem in acie visum, seu suoapte ingenio, seu fiducia bene gerundae rei] lectiorem* Leid. 2. in margine, et Lovel. 1. V. supra hoc lib. ad c. 21, 6. Tum prius seu omittunt Lovel. 2. 3. 4. et Voss. 2. Hinc suoapte ingenio legit Leid. 2. V. ad 1, 18, 4. Deinde fiducia gerundae rei Gaertn. fiducia bene gerundae rei Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. 1. 4. Portug. Haverk. et edd. Aldo priores.

§. 7. *Voverat Jovi Victori, si legiones hostium fudisset] voverat Jovi, victor si legiones* Lovel. 2. cum edd. Mediol. anni 1480. et utraque Tarvis. Tum vox hostium deficit in Voss. 2. Lovel. 2. 3. Portug. et Gaertn. Ea tamen vox necessaria est, ne, si omitteretur, ambiguitas voti, quod etiam de propriis consulis legionibus intelligi potuisset, in malum omnia verteret. *legiones fudisset hostium* Leid. ambe. Paulo ante quoque deest in Lovel. 4. voveri in Gaertn. Tum *Deis, pro Diis*, legunt Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. et Gaertn. V. ad c. 40, 13.

Pauxillum mulsi prius, quam temetum biberet, sese facturum] pocillum alii malunt. Plinius enim 14, 13. de eodem Papirio loquens ita ait: *Votum fecit. si vicisset, Jovi pocillum vini.* Haec ille nihil praeterea addens. Hic vix intelligitur haec argutia, etiam quid mulsum, quid item

temetum sit, haud obscurum est: sed judicet lector. GLAR. *polliatum mulsi* Klock. *potillum mulsi* Voss. 2. *pauxillum mulsi* Harlej. et multae vet. edd. *proculum mulsi* Gaertn. et ed. Rom. anni 1472. *poculum mulsi* Lovel. 4. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et N. in quo postremo *pocillum, potillum* et *pauxillum* margo exhibet. *pocillum mulsi* legunt reliqui codd. quod editorum primus Aldus recepit. Deinde prius, quam temetum liberet Gaertn. et Haverk. Tum *sese futurum* Lovel. 1. a m. 2. *se facturum* Voss. 2. Doujatius conjicit *pocillo mulsi sese facturum*, nempe sacra Jovi Victori: quae conjectura minime necessaria est. *Facere* enim hac significatione non minus quarto, quam sexto, casui jungi solet, licet id neget Tennul. ad Front. l. 4. cap. ult. ex. 44. Certè ita locutus est Plautus apud Nonium ea voce. *Facere, rem divinam religionibus exhibere.* Plautus in *Aulul.* (4, 2, 15.) *Mulsi congellem plenam faciam tibi fidelitam.* et Laberius apud eundem in voce *Bidentes.* *Visus hac nocte bidentes propter viam facere.* Vel, quum mulsum ex vino et melle componatur, promittit Papirius, se Jovi *pocillum mulsi facturum*, id est, mixturum, praeparaturum. Ceterum recte Glareanus huc advocavit locum Plinii, idem de Papirio narrantis, 14. Hist. Nat. 13. Hordanius enim perperam refert ad L. Papirium Cur-

biberet, sese facturum. id votum Diis cordi fuit: et auspicia in bonum verterunt.

XLIII. Eadem fortuna ab altero consule ad Cominium gesta res. Prima luce, ad moenia omnibus copiis admotis, corona cinxit urbem; subsidiaque firma, ne qua eruptio fieret, portis obpo-

sorem, qui anno proximo post cladem Caudinam ingentem de Samnitibus victoriam reportavit, quemque Livius l. 9, 17. Alexandro Magno, si in Italiam venisset, parum aut esse potuisse: quum ex Livii l. 10, 38. constat, illius Papirii hunc filium fuisse. Alium, sed tamen similem, in confundendis Papiriis, patre et filio, errorem commisit Dalecampius. Ad Plinium enim l. 17, 11. referentem historiam Papirii, metum mortis praetori Praenestinatorum incutientis notat, Papirium illum contra Samnites feliciter dimicasse, quamvis a pullario monitum, pullos non addicere, quum votum fecisset, si superior decederet, vini pocillum Jovi se libaturum. At Papirius, qui metum mortis praetori Praenestinatorum incussit, pater existit ejus, qui Jovi pocillum mulsi pollicitus est. V. Liv. 9, 16, 17. In eo etiam errat, quod patrem Papirium, a pullario monitum pullos non addicere, feliciter contra Samnites dimicasse dicat, in quo tamen errantem Alex. ab Alex. 1, 29. secutus est. Pater enim Papirius, a pullario monitus, ad auspiciam repetendum Romam profectus est, ne turbatis religionibus rempublicam in discrimen committeret. V. Livium 8, 30, 2. Filio autem Papirio non pullarius, sed Sp. Papirius fratris filius, indicavit, ambigi de auspicio. V. Liv. hoc lib. c. 40. *Id votum Diis cordi fuit: et auspicia in bonum verterunt] id*

votum Diis cordi fuit Florent. V. ad 5, 14, 4. Hinc *id votum discordii fuit* dedit librarius Leid. 1. *id votum discordi auspicia in bonum verterent* Voss. 2. et Lovel. 3. *id votum discordi auspicia in bonum vertere* Lovel. 4. De locutione *cordi esse* v. ad 30, 17, 12. Praeterea *fuit* deficit in Lovel. 2. ejus loco *fecit* dedit Haverk. V. ad 31, 45, 2. Deinde *auspiciam in bonum verterunt* legunt Portug. et Haverk. *auspicia in bonum verterunt* [vertunt!] Hearnii Oxon. B. V. ad 20, 12, 4.

§. 1. *Ab altero consule ad Cominium gesta res] ad Samnitum res gesta* Gaertn. *res gesta* etiam Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Mox *Prima luce*, pro *Prima luce*, et deinde *corona . . . urbem*, relicta laena, Lovel. 3.

Subsidiaque firma, ne qua eruptio fieret, portis obpositis] subsidiaque firmavit Lovel. 4. a m. 1. Deinde *portis obpositis* Haverk. *portis appositis* Voss. 2. et Lovel. 3. Male. V. infra ad 33, 29, 4. et Oudend. ad Lucani 1, 464.

§. 2. *Jam signum dantem nuncius a collega trepidus de viginti cohortium adventu] Jam signum dantem eam nuncius* Gaertn. *Jam signum dantem cum nuncius* Haverk. *Jam signum datum, cum nuncius* Hearnii Oxon. C. Tam nuncius

suit. Jam signum dantem eum nuncius a collega, trepidus de viginti cohortium adventu et ab inpetu moratus est, et partem copiarum revocare instructam intentamque ad obpugnandum coëgit. D. Brutum Scaevam legatum cum legione prima et decem cohortibus alariis equitatuque ire adversus subsi-

ab collega Portug. et Gaertn. nuncius ac collega Leid. 1. nuncius collegae edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quod ex interpretis glossa receptum est. Infra 44, 27, 10. *Subsisterent ibi, ac nuncios ab se opperirentur.* Similia v. ad 28, 9, 1. Praeterea de viginti cohortium adventum Portug. ad viginti cohortium adventum Haverk. de viginti cohortium et adventu Voss. 1. et Lovel. 1. a m. 1.

Et ab inpetu moratus est, et partem copiarum revocare instructam] Prima vocata deficit in Lovel. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 2, 44, 3. ejus loco etiam legit Lovel. 4. V. ad 22, 47, 9. Vox autem secunda perperam exsulat ab Hearnii Oxon. L. 2. Deinde partem revocare copiarum Leid. 1. partem copiarum rei locare Leid. 2. et Lovel. 1. pro quo ambo in margine emendarunt revocare. Sed ea vox omittitur a librario Haverk. [magnam partem copiarum Veith.] Mox ad pugnandum, pro ad obpugnandum, Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 3. D. Brutum Scaevam legatum] Decium Brutum Haverk. Drusum Brutum Lovel. 2. L. Brutum Lovel. 4. S. Brutum Hearnii Oxon. L. 1. Deinde Scaevam Voss. 1. et Lovel. 2. Scaenam Lovel. 3.

Cum legione prima et viginti cohortibus alaribus equitatu-

que ire] Libri omnes et X cohortibus, excepta Andreae editione. GEBH. Voss. duo et X cohortibus alariis equitatuque. Numerum quidem confirmat Thuan. Pall. Helm. et eum sufficere crediderim. Alariis saepe appellat et Tacitus. J. FR. GRON. et viginti cohortibus unus praefert Harlej. vetustis edd. consentiens. numerum omittit Klock. et X cohortibus, vel et decem cohortibus, praefert reliqui mei, omnesque Hearnii Oxonienses codd. Et hunc numerum sufficere recte Gronovius credidit. Viginti enim hostium cohortes quadringenariae ferme fuerant. Illis autem pares erant legio prima in decem cohortes, itidem quadringenarias, divisa, et decem cohortes alariae, sive sociorum nominis Latini; quas et ipsas quadringenarias fuisse ut existimem, efficit Livii testimonium, qui 8, 8, 2. tradit, nihil apud Latinos dissanum ab Romana re fuisse. Legio itaque Romana et decem cohortes alariae effecerunt viginti cohortes quadringenarias, quot miserant Samnites; at insuper consul cum his perditibus obviam Samnitibus misisse dicitur equitatum: quum de equitatu Samnitium nihil addatur. Accedit, quod, si consul praeter legionem etiam viginti cohortes alarias et equitatum in Samnites emisisset, vix unam legionem secum in castris tenuisset, quae urbi tanto praesidio firmatae obpugnandae non

4 dium hostium iussit: quocumque in loco fuisset ob-
 vius, obsisteret ac moraretur; manumque, si forte
 ita res posceret, conferret: modo ne ad Cominium
 5 eas copiae admoveri possent. Ipse scalas ferri ad
 muros ab omni parte urbis iussit, ac testudine ad
 portas successit. simul et refringebantur portae, et
 vis undique in muros fiebat. Samnites, sicut, an-

sufficisset. Tot itaque eodicum testimonio et sanae rationi dicto audiens *decem* in contextum admisi. Praeterea *alariis* etiam Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaerta. Haverk. Klock. Hearnii Oxon. N. L. 1. 2. B. et edd. Aldina priores. Quum autem, *alaris* et *alarius* in usu esse, supra dixerim ad c. 40, 8. hic etiam codicum numero cedendum, et *alariis* recipiendum ratus sum. Insuper *ire* deficit in Gaertn. Mox *subsidia*, pro *subsidiis*, habent Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 4. Quocumque in loco fuisset obvius, obsisteret ac moraretur] Exhibent Pall. duo quocumque loco fuisset obvius. Similiter etiam Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. [Veith.] et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Prae-positio etiam omittitur infra 24, 26, 9. Nihil minus ratus, quam illo loco Syracusanum sibi exercitum obvium fore. Deinde *existet ac moraretur* Leid. 2. et Lovel. 3. *resisteret ac moraretur* Hearnii Ox. N. Supra hoc lib. c. 19, 2. *Plures abeunti Volumnio obsistere, atque obtestari.* 23, 60, 17. Non enim modo sequi recusarunt, bene monentem, sed obsistere ac retinere conati sunt.

Manumque, si forte ita res posceret, conferret] Ultima vox deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. ejus loco *consereret* legit Hearnii O-

xon. N. Utrumque dici *conferre* et *conserere manum*, supra vidimus ad 6, 42, 5. Hic itaque val-
 gaturn, in quod et plures et meli-
 oris notae codices conspirant,
 servandum puto: Solent autem
 librarii *serere* et *ferre* eorum-
 que composita in M^{is} confun-
 dere. V. supra ad 3, 17, 10. 4, 2,
 12, 5, 26, 5. 7, 40, 14. 22, 1, 2. c.
 6, 1. aliisque locis. Deinde *haec*
 vel *haec copias*, pro *eae*, Florent.
 Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4.
 Portug. Gaerta. et Haverk. *haec*
copias Leid. 1. V. ad 2, 44, 12.
 Perperam etiam *admovere* Flo-
 rent.

§. 5. Ab omni parte urbis] Ul-
 tima vox exsulat a Leid. 2. Lovel.
 1, Portug. Gaertner. Haverk. et
 Hearnii Oxon. L. 2. et B.

Simul et refringebantur por-
 tae] *simul refringebantur* Lovel.
 3. V. ad 2, 44, 3. *simul ut refria-*
gebantur Harlej. et edd. Rom.
 anni 1472. ac Parm. V. ad 21, 28,
 8. *simul et infringebantur* Gaert-
 ner. et Hearnii Oxon. C. [Veith.]
 Male. V. supra hoc lib. ad c.
 10, 4.

Sicut, antequam in muris vi-
 derent armatos, satis animi ha-
 buerunt] *in muros viderent* Gaert-
 ner. *in muris viderint* Leid. 1.
 et Lovel. 4. *viderent in muris* Lo-
 vel. 2. Tum *satis animum ha-*
buerant Voss. 2. *satis animi ha-*
buere Lovel. 4.

tequam in muris viderent armatos, satis animi habuerunt ad prohibendos urbis aditu hostes; ita, 6 postquam jam non ex intervallo nec missilibus, sed cominus gerebatur res; et, qui aegre successerant ex plano in muros, loco, quem magis timuerant, victo, facile in hostem inparem ex aequo pugnabant; relictis turribus murisque, in forum omnes 7

§. 6. *Postquam jam non ex intervallo nec missilibus, sed cominus gerebatur res] postquam non intervallo Lovel. 2. Tum atque missilibus ed. Rom. anni 1472. Deinde gerebantur res primae edd. pro quo gerebatur res primum vidi in Ven. anni 1498. tum in Aldina, et hinc in recentioribus, quibus consentiunt omnes, quibus uter, codices. Recte. Cl. Bentlej. enim ad Horat. 1. od. 6, 3. docuit, errare Chabot. qui rem gerere tyndis de re privata dici existimat, numquam de publica, nisi addatur epitheton prospere, male, vel simile. Ex uno enim Livio plurima exempla tot rem gerere eo sensu, quod id dictum negavit Chabot. adferri possunt. Supra 2, 30, 12. Ubi ad manum venisset hostis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere. 5, 28, 6. Primo rem communiter gesserunt: fusis inde acie hostibus, etc. 7, 26, 7. Legionibus utrimque effusis res geritur. 9, 35, 5. Neque missilia habebant, quibus eminus rem gererent. c. 41, 18. Sicubi est certamen, scutis magis, quam gladiis, geritur res. Mox hoc cap. Sic ad Cominium, sic ad Aquiloniam gesta res. 22, 3, 8. Ut, conjunctis exercitiis, communi animo consilioque rem gererent. a. 5, 7. Sibi quisque dux adhortatorque factus ad rem gerendam. c. 27, 7. Si quam occasionem rei geren-*

das habuisset. c. 36, 2. Ut octo legionibus rem gererent. 23, 18, 1. Rem gerere ac tentare, si qua parte invadere urbem possit: c. 26, 2. Ut Cnaeus terra, Publius navibus rem gereret: 25, 24, 3. Jam undique, non furtim, sed vi aperta, gerebatur res. Verum jam nimius sum. Similiter et alii scriptores locuti sunt, quorum loca cumulare nihil attinet.

Qui aegre successerant ex plano in muros] quis aegre Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Klock. Haverk: et edd. vett. usque ad Aldum, qui primus substituit qui aegre, favente Florent. quod sensui magis convenit. Alibi saepe qui et quia commutantur. V. ad 36, 33, 5. Is autem error hic tanto facilius committi potuit, quod litera ultima tot quia repetita sit ex prima vocis sequentis. V. ad 40, 7, 8. Praeterea in muris Voss. 2. et Lovel. 3.

Facile in hostem inparem ex aequo pugnabant] facilem hostem inparem Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 1. 3. Gaertn. et Haverk. V. ad 36, 6, 4. facile erat in hostem imperare Lovel. 2. facile adversus hostem inparem Portug. et Hearnii Oxon. B. ut 5, 8, 6. Ut diversae legiones aliae adversus Capenam et Faliscum, aliae contra eruptionem oppidanorum pugnarent. 9, 14,

compulsi, paullisper inde tentaverunt extremam
 8 pugnae fortunam. Deinde, abjectis armis, ad un-
 decim millia hominum et quadringenti in fidem con-
 sulis venerunt. caesa ad quatuor millia trecenti
 octoginta. Sic ad Cominium, sic ad Aquiloniam
 9 gesta res. Inde medio inter duas urbes spatio, ubi
 tertia expectata erat pugna, hostes non inventi.

1. *Adversus eos se pro alteris pugnatos.* Sed Gellius 17. Noct. 2. quum retulisset verba ex Q. Claudii 1. Annal. ut pugnatum esset in Gallos, addit: *In Gallos mundius subtiliusque est, quam cum Gallis, aut contra Gallos. nam pinguiora haec absolutioraque sunt.* Et ita saepe Livius loquutus est. 3, 12, 3. *Se saepe vidente pugnasse in hostem.* 7, 12, 12. *Si quis injussu in hostem pugnasset.* 8, 6, 16. *Ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.* c. 7, 15. *Adversus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti.* 9, 3, 2. *Omnia aequa ac plana erunt Romano in perfidum Samnitum pugnanti.* 23, 47, 1. *Liceretne extra ordinem in provocantem hostem pugnare?* 27, 12, 10. *Pugnando undique in munitores operibus prohibet.* c. 18, 19. *Maxime in nuda hostium latera pugnabat.* 31, 37, 4. *Conferti praeparatique in dispersos et efusos pugnantes.* Et alibi.

§. 7. *Tentaverunt extremam pugnae fortunam*] temperaverunt Portug. V. supra ad 9, 46, 15.

§. 8. *Ad quindecim millia hominum et quadringenti*] Th. Helm. Voff. [pr.] undecim. J. FR. GRON. Lectio, quae valgo exstitit, primum obvia fuit in ed. Aldina. Priores, quas vidi, ad undecim millia hominum et trecenti praeferebant. ad unde-

cim millia legunt etiam Florent. Leid. 2. Harlej. Klock. et Lovel. 1. quorum fide id in contextum admisi. [ad quindecim Veith.] Insuper et CCC etiam Herl. et XL Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Hearnii Oxon. N. ad quadraginta Gaertner. et Haverk. ad CCC Lovel. 2. et modo memoratus Oxon. N. in margine. et quadringentos Lovel. 4. atque Oxon. B. [Veith.] Male. V. supra hoc lib. ad c. 17, 8.

Caesa ad quatuor millia trecenti octoginta] *caesa ad IIII. a CCC. LXXX* Florent. Leid. 1. et Klock. qui optimorum codd. in hanc lectionem consensus efficit, ut Livium dedisse existimem *caesa ad quatuor millia octingenti octoginta.* Numeri enim quingenarii notam D passim in a migrasse supra vidimus hoc lib. ad c. 29, 17. Ceterum quatuor millia ac trecenti octoginta Harlej. cum editis Aldo prioribus. quatuor millia et trecenti octoginta Lovel. 4. [Veith.] quatuor millia trecenta octoginta Gaertner. Portug. et Haverk. quatuor millia CC octoginta Lovel. 2.

Sic ad Cominium, sic ad Aquiloniam gesta res] Praepositio priori loco deficit in Haverk. sed posteriori in Hearnii Oxon. L. 1. Male. Amat enim Livius eas repetere. V. ad 6, 28, 6. Praeterea *gesta re* Lovel. 4. Posterius sic etiam omittitur in Florent.

septem millia passuum quum abessent a Cominio, revocati ab suis neutri proelio obcurrerunt. Primis 10 ferme tenebris, quum in conspectu jam castra, jam Aquiloniam habuissent, clamor eos utrimque par accidens sustinuit: deinde e regione castrorum, quae 11 incensa ab Romanis erant, flamma late fusa certioris cladis indicio progredi longius prohibuit.

Sed et illud servandum. V. ad 5, 15, 11.

§. 9. Medio inter duas urbes spatio, ubi tertia expectata erat pugna] inter duas acies Leid. 1. Tum expectata pugna erat Haverk. Insuper In medio, pro inde medio edd. Rom. anni 1473. Parm. ac Mediol. anni 1480. V. hoc lib. ad c. 20, 6.

Septem millia passuum quum abessent a Cominio] XII millia Voff. 2. Sed passim notae numerales K. et X. confunduntur. V. ad 39, 29, 7. Deinde essent a Cominio Leid. 2. et Lovel. 1. abessent ab Cominio Gaertn. abessent ab Cominio Portug. et Haverk.

Neutri proelio obcurrerunt] Pal. sec. convenerunt. suprascriptum accurrerunt. tert. occurrerunt. GEBH. concurrerunt Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. [Veith.] cucurrerunt Gaertn. occurrerunt Voff. 2. et Lovel. 3. occurrunt Lovel. 4. V. supra hoc lib. ad c. 12, 4.

§. 10. Jam castra, jam Aquiloniam habuissent, clamor eos utrimque par accidens sustinuit] Flor. tenuit. J. FR. GRON. jam castra ad Aquiloniam habuissent Harlej. et edd. Aldina vetustiores. Male. Particulam jam Livium ita repetiisse, vidimus supra ad 5, 35, 4. jam castra, jam

Aquiloniam s. Samnites habuissent Lovel. 2. a m. 1. jam castra jam Aquiloniam habuisset Voff. 2. et Lov. 3. Tum clamor omnes utrimque par accidens Gaertner. accedens Haverk. V. ad c. 41, 7. Sed nec Florent. lectio tenuit proba videtur. Supra 5, 39, 2. Aliud priori simile miraculum eos sustinuit. 25, 36, 1. Nunc agendo, nunc sustinendo agmen, quum aliquamdiu haud multum procederetur.

§. 11. Deinde e regione castrorum, quae incensa ab Romanis erant] deinde regione castrorum Lovel. 2. Harlej. Portug. et edd. usque ad Moguntinam. Sed praepositionem interceptit vocis praecedentis litera ultima. V. ad 8, 4, 12. Ejus loco deinde regionem castrorum dederunt Florent. Voff. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. Gaertn. et Haverk. Neque aliter Lovel. 4. nisi quod vocem castrorum omittat. deinde in regionem castrorum Voff. 2. et Lovel. 3. Nihil mutandum. flamma late fusa e regione castrorum, id est, ex illa parte, ex illa regione, ubi castra erant. Eodem sensu ad moenia regione portae Esquilinae accedere habuimus 3, 66, 5. ubi vide. Hinc quae incensa a Romanis erant Voff. 2. quae incensa a Romanis erat Leid. 2. et Lovel. 1. ac 3. quae incensa ab Romanis erat Voff. 1. Leid. 1. et Lovel. 2. quae incensa ab Ro-

- 12 **Eo ipso loco prope temere sub armis strati passim inquietum omne tempus noctis, exspectando timendo-**
 13 **que lucem, egere. prima luce, incerti quam in par-**

manis erat Florent. a m. 1. pro quo deinde emendatur *ingens*. Sed neque hic aliquid mutandum. Non enim regio castrorum, sed ipsa castra erant incensa.

Flamma late fusa certioris cladis indicio progredi longius prohibuit] Duo Voss. et Thuan. *flammae late fusae*. Fortassis *flammae late fusae, certius cladis indicium, progredi longius prohibuit*. J. FR. GRON. Videatur ab Livio esse *flamma late fusa, certiori cladis indicio, progredi longius prohibiti*. JAC. GRON. *flammae late fusae etiam* Florent. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. et Hearnii Oxonienses. Gronovii autem patris conjecturam verisimiliorem reddit Portug. et Haverk. lectio *certioris cladis indicium. Praeterea prohibuerunt* Voss. 2. et Lovel. 3. Hinc forte legendum *flammae late fusae, certioris cladis indicium, progredi longius prohibuerunt. flammae late fusae* pro *flamma late fusa*, ut 5, 42, 7. *Etsi omnia flammis ac ruinis aequata vidissent*. 30, 6, 8. *Caesa aut hausta flammis quadraginta millia hominum sunt, certioris cladis indicium, pro certius cladis indicium, quemadmodum violati hospitii foedus, pro violatum hospitii foedus, et similia, de quibus v. ad 4, 8, 6.*

§. 12. **Eo ipso loco prope temere sub armis strati passim**] Suspicio fuisse Livio *forte temere sub armis*. Sic enim loquebantur. Terentius Phorm. 5, 1. *Quam saepe forte temere eveniunt, quae non audet optare*. Cicero de Fato [3.] *Si fati om-*

nino nullam nomen, nulla natura, nulla vis esset, et forte, temere, casu, aut pleraque fierent, aut omnia. 2. de Divina. [68.] *An tu censes, ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet, nisi ista casu nonnunquam forte temere concurrerent? Nolite* 13, [3, 3.] *Nec quidquam raptim aut forte temere egeritis.* 15, [38, 12.] *Nec hujus occasionis spem, milites, forte temere, sed ex re ipsa conceptam habeo.* 39, [15, 11.] *Majores vestri ne vos quidem forte temere coire voluerunt.* 41, [2, 7.] *Id forte temere ab uno exclamatum passim totis personabat castris.* Curtius 5, 11. *Eludant, licet, quibus forte temere humana negotia volvi agique persuasum est.* Sic Modius edidit MSS. neque abeant, quibus quondam Gruterus usus: sic autem omnes alios Florentinus. Nec debuisset regeri interpolatum *forte ac temere*. J. FR. GRON. Liv. 2, 31, 5. *Perpulere, ut forte temere in adversos mantesa-gmen erigeret.* (* V. tamen Burm. ad Suet. Aug. 10.) Maximam autem partem eorum, quae Gronovio notavit, una cum conjectura de hujus loci lectione, in prima ed. notarum legebantur ad 41, 2, 7. unde postea cum auctario huc transtulit. Ceterum Gronovianum *forte temere* minus huic loco, quam *prope temere*, convenit, Doujatius existimavit. Livium enim velle, has Samnitium cohortes, non quidem omnino sine ullo ordine, sed non adhibitis exacte custodiis militaribus, noctem ibi duxisse. *Eo ipso loco prope timore* habent Voss. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. N. in cujus ultimi margine *temere e-*

tem intenderent iter, repente in fugam consternantur, conspecti ab equitibus: qui, egressos nocte ab oppido Samnites persecuti, viderant multitudinem,

mendatur. *Et ipso loco prope temere* Portug. et Gaertn. *Et ipse loco prope temere* Haverk. *Prope eo ipso loco temere* Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. ac 3. *prope ex ipso loco temere* Lovel. 4. An itaque probanda Florent. lectio, qui, omisso *prope*, praefert *eo ipso loco temere sub armis strati passim?* Mox noctis deficit in Haverk. *agere* autem, pro *egere*, legunt Voss. 2. et Lovel. 3. quasi oratio per infinitivum concepta foret.

§. 13. *Incerti quam in partem intenderent iter, repente in fugam consternantur* Thuan. Voss. [pr.] Helm. *tenderent*. Ut Virgilius 1. Aen. [656.]

Haec celerans iter ad naves tendebat Achates.

Et lib. 6, [339.]

Quas super haud ullae poterant inpune volantes Tendere iter pennis.

Sic dedit etiam Andreas: sed mox mutatum: nam jam Tarvis. *intenderent*. J. FR. GRON. *tenderent* etiam tres libri Hearnii. Sed *intenderent* sine dubio itidem auctoritate MSS. nititur. Et velim mihi causam dici, cur hic *tenderent* melius sit. Livius 21, 29, 6. *Annibalem incertum utrum coeptum in Italiam intenderet iter*. 27, 46, 9. *Nec ad sequendum se iter intendisse*. 36, 21, 6. *A porta ad praetorem M. Junium iter intendit*. DUK. *tenderent* etiam Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. De locutione *tendere iter* v. N. Heinsium ad Val. Flaccii 3, 734. et Cel. Burr.

ad Ovidii 2. Metam. 547. Ita *tendere cursum* infra est 23, 34, 5. *Quum quaereret, qui et unde, et quo tenderent cursum*. V. quae notavi ad Silii Italici 10, 73. Sed et *intendere iter* Livius infra dixit 22, 9, 6. *Ad urbem iter intendit*. 29, 30, 6. *Ad Syphacem, quo primum intenderat iter, pervenerunt*. 31, 33, 6. *Alam equitum ad explorandum, quoniam hostes iter intendissent, misit*. Quum autem eam lectionem reliqui libri, et inter eos etiam omnes praestantiores, tueantur, nihil mutandum puto. Doujatius etiam *tendere iter* Virgilianum esse, non tamen idcirco *intendere* damnandum existimabat. In codd. *tenderent* legentibus prima syllaba in intercepta erat a vocis praecedentis litera finali. V. ad 5, 27, 6. Praeterea *certi quam in partem* Leid. 1. *incerti qua in parte* Harlej. Deinde *consternantur* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. 7, 42, 3. *Eam multitudinem armatorum ad arma consternatam esse*. ubi v. Sigonium. et Gebhard. ad 8, 27, 9. *osternantur* Lovel. 3. *Scriptum per epitomen fuerat osternantur*; idque non adsecutus librarius dedit *osternantur*. Similiter scriptum erat *omittam*, pro *omittam* vel *committam*, hoc lib. 6. 19, 11.

Conspecti ab equitibus: qui, egressos nocte ab oppido Samnites persecuti Doujatius legendam. conjicit *conspectis* equitibus. Sed codd. nihil mutant. Conjectura tamen ejus non displicet, Deinde *qui egressi nocte oppido*

demque die Aquilonia et Cominium deflagraverunt. et consules, cum gratulatione mutua legionum suaque, 3 castra conjunxere. In conspectu duorum exercituum et Carvilius suos pro cujusque merito laudavit donavitque; et Papirius, apud quem multiplex in acie, circa castra, circa urbem, fuerat certamen, Sp.

Nau-

*lacione mutua Lovel. 2. consules congratulatione mutua Lovel. 3. 4. Harlej. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. atque N. cujus ultimi tamen margini vera lectio adscripta legitur. V. supra ad 4, 24, 7. [congratulatione ne mutua legionum sua castra Veith.] cum gratulatione mutua legionumque, sua castra conjunxere Voff. 2. et Lovel. 3. cum gratulatione mutua legionum, sua castra conjunxere Lovel. 2. 4. Portug. et Haverk. neque aliter Gaertn. nisi quod insuper nimia, pro mutua, legit. Male. Quum ambo exercitus castra conjungerent, legiones legionibus, consul consuli victoriam gratulati sunt. Saepè quidem *suus* additur, ubi abesse poterat, ut vidimus ad 3, 8, 8. hic tamen vix ferri posse videtur. *se conjunxere*, pro *castra conjunxere*, Hearnii Oxon. L. 1.*

§. 3. *Et Carvilius suos pro cujusque merito laudavit*] Prima vocula deficit in Lovel. 2. V. ad 2, 44, 3. tertia in Harlej. Tum *Calvilius* dedit Voff. 2. *Carvilius* Haverk. Hinc *suos pro cujus merito laudavit* Leid. 1. *suos proximus merito laudavit* Voff. 2. habet pro varia lectione. Supra 8, 12, 1. *Praemiis poenaeque pro cujusque merito persolutis*. ubi quaedam dicta sunt. 31, 31, 9. *Pro merito cuique erga nos fortunam esse. Et eodem esp. Quis*

durius, quam pro merito ipsorum, statutum indignari posset. 43, 6, 12. Minus esse, quam pro meritis populi Romani et voluntate sua.

*Fuerat certamen, Sp Nautium, Sp. Papirium, fratris filium] fuerat certamen pugnantium, Sp. Papirium Lovel. 2. Adparet et hunc legisse P. Nautium, quem admodum est in Voff. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Sed male. Supra enim constanter *Spurius* vocatur c. 40. et 41. idque hoc loco servat optimus Flor. aliique. Quin et id praenomen genti Nautiae fuit familiare. V. supra 2, 39, 9. 4, 35, 4. 9, 21, 1. et alibi. Saepius praenomen *Sp.* vel *Spurius* in *P.* vel *Publius* mutatum est a librariis. V. ad 6, 27, 2. Deinde *Sp. Papirii fratris filium*. Male. Supra etiam c. 40, 9. *Sp. Papirius fratris filius consulis* vocatur. Mox voce: *manipulumque hastatorum armillis aureisque* desunt in edd. Rom. anni 1472. et Parm. *manipulaque* habent Voff. 2. et Lovel. 3. *manipulorumque* Gaertn.*

§. 4. *Propter expeditionem, qua magni agminis modo teruerat hostes] quia magni agminis modo* Voff. 2. Leid. ambo, Lovel. 4. et edd. vett. Primus deinde Aldus recepit *qua*; adpro-

Nautium, Sp. Papirium, fratris filium, et quatuor centuriones, manipulumque hastatorum, armillis aureisque coronis donavit: Nautium propter expeditionem, qua magni agminis modo terruerat hostes: juvenem Papirium propter navatam cum equitatu et in proelio operam, et nocte, qua fugam infestam Samnitibus ab Aquilonia clam egressis fecit: centu-

bantibus eam lectionem reliquis Mſis. Saepe hoc modo peccant librarii. Ita hoc ipso §. et cap. seq. §. 2. Sed plura v. ad 40, 29, 8. Tum *terrueat hosti* Leid. 1. *erruerat hostes* Voss. 2. et Lovel. 3. *circumvenit hostes* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *tenuerat hostes* Leid. 2. *tenere et terrere* saepius in codd. commutari, videbimus ad 23, 2, 10.

Et nocte, qua fugam infestam Samnitibus ab Aquilonia clam egressis fecit] Pall. tres, binaeque vetustae edd. ad *Aquiloniam clam egressis*. GEBH. Multa loca Livii et aliorum, in quibus tempora non conveniunt, adnotavit Gronovius ad 29, 27, 5. et 34, 11, 2. His facile plura addi possent. Sed nondum inveni quidquam huic simile, *terrueat, fecit, ceperant*. DUK. (* Immo ita *pugnant, occiderunt, capiunt*, admissa emendatione Mss. infra 22, 21, 8. ubi alia vide.) in nocte Lovel. 4. Tum *quia fugam infestam* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 3. Harlaj. Portug. Gaertn. Haverk. et edd. ante Aldum. V. ad verba praec. *qui fugam infestam* Lovel. 2. Hinc ad *Aquiloniam clam egressis* Voss. 2. Lov. 3. 4. Portug. Hearnii Oxon. C. N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. sed eodd. posterior ab *Aquilonia* emendatum praefert. ad *Aquiloniam cladi egressis* Gaertn. et Haverk. ad *Aquiloniam*

ducti clam egressis fecit Leid. 2. et Lovel. 1. In verbis praecedentibus *juvenemque Papirium* edd. Rom. anni 1472. et Parm. addita copula, quae necessaria non est; immo non convenit, quum mox *centuriones* sine copula similiter sequatur. Deinde *propter nam cum equitatu et in proelio operam* Lovel. 4. *propter novatam* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 2. Ita interdum peccarunt librarii. V. supra ad 2, 43, 9. 7. 16, 4. et Cel. Burm. ad Suet. Ner. 20. Similiter *navus et novus* commutari, ostendimus ad 3, 41, 8. (* *noviter et naviter* v. ad 30, 4, 5.) *propter variatam* Gaertn.

§. 5. *Centuriones militesque, quia primi*] Lego *militesque, qui primi*. Non enim omnes milites id fecerant. Et fuit eadem corruptela 8, 14, 10. JAC. GRON. *qui et quia* saepius in Mſis confundi, infra videbimus ad 36, 33, 5. *qui* etiam hic praefert Lovel. 2. et tamen nunc contra Cl. Gronovium vulgatum servandum arbitrator. In praecedentibus Livius dixit, Papirium donasse Sp. Nautium, Sp. Papirium, quatuor centuriones et manipulum hastatorum. Subjungit deinde causam doni cuique dati, et, post memoratos Sp. Nautium ac Sp. Papirium, addit nunc *centuriones militesque*, per quos non in genere omnes centuriones militesque

riones militesque, quia primi portam murumque Aquiloniae ceperant. equites omnes, ob insignem

exercitus sui, sed quatuor centuriones et manipulum hastatorum, quorum antes meminerat, intelligendos esse, nexus historiae docet: quin et non omnes centuriones militesque intelligi inde colligere est, quod mox sequatur *equites omnes*. Quemadmodum itaque causam, cur Sp. Nautium, Sp. Papium, et equites omnes donarit, exprimit per voces *propter et ob*, ita hic, cur eundem honorem centurionibus, nempe quatuor, militibusque, nempe manipulo hastatorum, habuerit, exprimit vocula *quia*. Iisdem ferme argumentis etiam Cl. Dukerus vulgatum adversus Gronovium tuebatur. Mox *Aquiloniam*, pro *Aquiloniae*, Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

Ob insignem multis locis operam, corniculis armillisque argenteis donat] Milites ob strenuam in pugna navatam operam donabantur a ducibus coronis multiplicibus, hastis puris, phaleris, armillis, addit hoc loco Livius, et *corniculis*. Sed, quale esset *corniculum*, haud compertum est, quod ipse legerim. Illud sane conjectari licet, ab hoc ornamenti genere milites corniculo insignitos *cornicularios* appellatos. De *corniculariis* autem militibus, qui scilicet olim essent, nondum certi quicquam ex antiquis scriptoribus recentioribusve mihi, diligentissimo perscrutanti, reperire licuit. Quod tamen ex aliorum scriptis occurrit, in medio afferam, nec, quae ex mea Minerva deprompsi, reticebo; ut in re ista perdifficili et obscura lumen, quod dari potest, non desit. Turnebus Advers. 5, 10. ita scribit: *Uti in exercitu et acie dicitur cornu, ita in cohortibus tribuni mili-*

tum corniculum, a quo cornicularius, qui corniculo tribuni militum praest. Cael. Rodigin. 17, 10. scribit. *Cornicularium vero obiter, sunt, qui putent corniculis militantem, sicuti a cornu dicti cornicines.* Et paulo infra addit ex Amm. Marcellino 16, [12.] *Cornicularios et Cornutos vocatos et Baccatos, milites usu proeliorum diuturno firmatos: quorum etiam meminit idem author 15, [5.] inquit, Baccatos atque Cornutos fluxioris fidei, et ubertate mercedis ad momentum omne versabiles, Constantii imperatoris iussu in Silvani mortem, qui ad culmen imperii surrexerat, sollicitatos, illum interfecisse. De Cornutorum quoque tribuno alibi [l. 16, 11. 12.] idem Ammianus verba facit. Verum haec, sicuti, quod quaerimus, non aperiunt, ita difficultate non vacant. Namque apud Amm. Marcellianum textus correctior non habet *cornutos et baccatos*, sed *Carnutes et Braccatos*, hoc est, populos illos Galliae inter Celtas Andegavensibus Turonensibusque finitimos, ex Caesare l. 5. et 6. belli Gall. quamvis Plinius inter Danubium et Hercinium saltum eos constituat l. 4, 12. Hos vero, Braccatos scilicet, Galliae Narbonensis populos fuisse, testimonio Plinii constat l. 3, 4. cui lectioni praecedentia et subsequenta verba maxime favere videntur. Carolus Sigonius de antiquo jure provinciarum l. 2, 2. *Cornicularios*, inquit, *autem qui fuerint, nemo tradidit. ego, tribuni militaris ministrum fuisse, facile dixerim.* Hoc autem confirmat autoritate Valerii Maximi l. 6, 1. ita scribens: *Cominius tribunus plebis diem ad populum dixit M. Le-**

multis locis operam, corniculis armillisque argenteis donat. Consilium inde habitum, quum jam tempus 6

etorio tribuno militum, quod cornicularium suum stupri causa appellasset. Julius Frontinus idem affirmare videtur Strategem. 3, [14, 1.] ita scribens: *Tamquam tribuni cornicularius, vigiliis excitavit. vel vigiles, ut alii legunt. Laevinus Torrentius in suis Comment. in Suetonium in Domitiano 17. Cornicularius, inquit, ordo ac gradus in militia erat; neque aliud, quam accensi tribunorum centurionumque ac decurionum fuisse videntur.* Huic sententiae favent Asconii dicta in Verr. [1, 28.] *Accensi, inquit, dicebantur attributi decurionibus, hoc est, eorum ministri, quos nunc commentarienses et cornicularios appellat.* Accensos autem ab acciando dictos, eo quod mandata perferrent et accirent, alibi docuimus. Ita et Suetonius de Clar. orator. [grammat. c. 9.] de Orbilio ait, *Orbilio primo apparituram fecit magistratibus, deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit.* Et de Viris illustribus [c. 72.] *M. Scaurus primo in Hispania corniculo meruit: sub Oreste in Sardinia stipendia fecit.* Ex his omnibus cogitabam ego, cornicularios forte fuisse, qui tribunorum et centurionum imperia mandataque per ordines et in acie proferrent, parvo cornu argenteo varie concinentes, quo pacto hodiernis temporibus triremium ductores corniculo, quod collo appensum gestant, ori apposito varie et diversimode sibilantes ad varia munia obeunda nautas et remiges excitant. Sicut itaque in universo exercitu; teste Vegetio 2. de re milit. 22. cornicines erant et tubicines, qui in pugnam milites incitabant,

quod pariter et Livius tradit 2, [64, 10.] ita et in singulari quoque ordine erant cornicularii, imperantium mandata corniculo significantes. Ita in militia Palatina *cornicularii* accipiuntur pro accensis primiscriniorum, vel principis proximorum, si Alciato credimus in l. 2. *Corniculario C. de prox. sacr. scria.* Veniebat quoque in mentem, corniculum fuisse signum sive vexillum, sub quo equites ducebantur, quemadmodum et nostris temporibus equestrum militum signum et signifer vulgo *Corneta* dicitur, quod comprobare videtur Vegetius 2. de re milit. 24. scribens: *Qui sub uno corniculo militabant, centurio et sui milites, ambo cornicularii dicebantur.* Et Symmachus [10. Ep. 63. aliis 56.] ad Theodosium inquit: *Praetorianus urbanarum cohortium miles ad corniculariorum gradum inculpati laboris diuturnitate promotus.* Postremo dum Livianum textum praepondero, et animo concipiebam, quod, sicut Venetorum ducum ornamentum illud, quod capite gestant, miris gemmis exornatum, cornu vocant, ita et antiquitus militari ornamento caput militis illius honestarent imperatores exercituum, qui strenuum aliquod facinus egisset, hocque *corniculum* appellaretur, cui indarentur plumae, aliudve simile, et argenteum erat, vel aureum, quod nostros etiam gemmis exornatum ferre, et *aieronera* dici passim scimus: quod ex sculpturis antiquis pariter colligere possumus, in quibus conspicimus militum nonnullos in galae summitate hujusmodi corniculos habentes. *Corniculum* autem vocari hoc capituli seu galeae orna-

esset deducendi ab Samnio exercitus, aut utriusque, 7 aut certe alterius. Optimum visum, quo magis fractae res Samnitium essent, eo pertinacius et infestius agere cetera et persequi: ut perdomitum Samnium 8 insequentibus consulibus tradi posset. Quando jam

mentum puto, ab animalium quadrupedum quorundam similitudine, quorum capita cornu vel cornibus insigniantur. Sic Luna *cornu praefulgens* dicitur. Haec nostram sententiam confirmare possumus ex iconibus galearum militarium a Gulielmo Choull Gallo lib. de Castrametatione antiquorum descriptis, praesertim ex 5. et 6. in ordine, corniculos in summitate praeferebant. Sic in numismate argenteo Alexandri magni caput galeatum eum corniculis conspicimus, unde et eorum usum a Graecis ad Romanos translatum existimamus. Sic in sacris literis Moyses cornubus illustris, et 1. Reg. 2. *Dabit imperium regi suo, et sublimabit cornu Christi sui*, et pluries cornu exaltationem pro sublimatione, sacrae paginae accipiunt. Certe cornicularii milites virtute praestantes et fortitudine insignes erant, quod tum ex dictis colligere possumus, tum etiam ex Suetonio in Domit. 17. dum ait illum a Clodio, seu, ut alii legunt, Clodiano, corniculario, cum aliis contrucidatum. Et Cassiodorus l. 11. Variar. tradit, cornicularios dictos, qui praerant cornibus secretarii, hoc est, qui in consilio Praefecti praetorio stabant armati, a Graecis *ὑπαρμισαί*, quo sensu accepta et haec vox apud Maternum l. 2. et Firmicum Matheseos 3. In inscriptione antiqua in sacello sanctae Mariae in via Pontificum [apud Gruter. 561. 2.] *VECTORIUS. PROCVLVS. ADIVTOR. CORNICUL.* In alia in hortu-

lo ad Aquam Virginem [apud Gruter. 523. 4.] *ATENAEVS. FIRMVVS. CORNICVLARIVS. SVPPRAEF. VIGIL. M. DONAT.* Scheff. de tribus orbibus aureis p. 56—66. putat, fuisse tubulos coruam forma, sui indenterent plumas eminentes, quibus galeam et equi caudam saepe exornabant. Ceterum nequam praeterea haec cornicala legi solent. Infra 30, 31, 17. equites donantur *phaleris, catellis, ac fibulis*. Apud Dionys. etiam l. 10. p. 663. Sylb. omnis generis dona militaria recensentur, *coronae civicae, murales, obfidionales, in proelio, torques, armillae, hastae, phalerae*: at nulla in his cornicula. Forte igitur hic legendum *corollis*, vel *coronulis*. ut, veluti centuriones donaverat armillis et coronis aureis, sic hos iis argenteis. JAC. PERIZON. ad marginem Livii. *corniculis argenteisque armillis* Haverk. *corniculis armillisque argenteis* Voss. 2. et Lovel. 3. *coronis armillisque argenteis* Portug. et Gaertn. quae lectio conjecturam Perizonii probare videtur: nisi potius existimandum sit, librarios vocem minus notam in notissimam mutasse. Quid per cornicula haec intelligendum sit, incertum est. Plerumque intelligitur eo nomine ornamentum galeae, quod cornuum speciem referebat. De eo videri potest Salmas, ad Solin. p. 386. Speciem armillae fuisse, existimat Barthol. de Armill. p. 51. quod corniculi armillis saepe saepius, velut cognati generis,

nullus esset hostium exercitus, qui signis conlatis dimicaturus videretur, unum superesse belli genus, urbium obpugnationes; quarum per excidia militem locupletare praeda, et hostem pro aris ac focus dimicantem conficere possent. Itaque, literis missis ad 9

socientur. ubi tamen, praeterquam hoc loco, socientur, vellem indicasset. Aliquid tandem monstri hic subesse suspicatur, quod equites corniculis donentur, qui corniculo merebantur apud Sueton. in Illustr. Gramm. 9. ubi tamen *corniculo et equo merere* distinguuntur. Et quidem gradatim Orbilius primo *adparituram magistratibus fecit, deinde corniculo, mox equo meruit*. Ut corniculo mereri minus fuisse videatur, quam equo merere. Hic contra equites corniculis donantur. Unde constare potest, aliud quid intelligendum esse per *corniculum*, quo eques donatur, aliud per *corniculum*, quo merebat, qui nondum eques erat. Ceterum *donavit est in Haverk.*

§. 6. *Consilium inde habitum, quum jam tempus esset*] *Tò inde* deficit in Leid. 1. Sed quum per compendium *is* scriptum fuisset, interceptum est a praecedentis vocis litera finali. V. ad 10, 20, 6. Deinde *quum jam nec tempus esset* Voss. 2. Leid. ambo, et Lovel. 1. 2. 3. ac 4. nec etiam inter versus adscriptum legitur in Voss. 1. Mox *a Samnio* Voss. uterque, Leid. 2. et Lovel. 1. ac 3.

§. 7. *Eo pertinacius et infestius agere cetera et persequi*] *perinatitius* Portug. vel eodem errore, quo *amicitior*, pro *amicior*, ac similia alia passim data sunt. V. ad 2, 15, 6. vel juncta duplici lectione *perinatius*

et *pertinacius*. Tum et *prosequi* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad Epit. Liv. 99. In proxime sequentibus *domitum Samnium, pro perdomitum*, Lovel. 4.

§. 8. *Quando jam nullus esset hostium exercitus*] *Tò esset* deficit in Lovel. 2. *exercitus hostium* transpositis vocibus Harlej. Mox *unum superesset belli genus, pro superesse*, Florent. quasi referendum esset ad vocem *quando*. Deinde *urbium expugnationes* multae ex vet. edd.

Quarum per excidia militem locupletare praeda] *quarum excidia* Lovel. 3. quae lectio placere posset, nisi vulgatum defenderent reliqui codd. Deinde *locupletare praedam* Florent. a m. 1. *locupletare praedas* Leid. 2. quod eadem ratione dictum videri posset, qua *abundare pecuniae, opulentus praedae, frumenti*, et similia, de quibus v. ad 35, 1, 11. Ego tamen nihil mutò. Insuper *pro aris et focus* Portug. et Gaertn.

§. 9. *Diversi, Papius ad Sepinum*] Pal. sec. *Sepianum*. tert. *Sepirium*. GEBH. *divisi* Hearnii Oxon. N. Maie. V. supra hoc lib. c. 33, 10. Deinde *ad Sepium* Leid. 2. *ad Sepianum* Gaertner. ad *Sepianum* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *ad Saepinum* per diphthongum auctoritate Ptolemaei, Frontini de Colon. et veteris Inscriptionis legit Doujatius, quos antea laudarat Cluverius 4. Ital. ant. 7. p.

senatum populumque Romanum de rebus ab se gestis, diversi, Papirius ad Saepinum, Carvilius ad Volanam obpugnandam legiones ducunt.

1. XLV. Literae consulum ingenti laetitia et in curia et in concione audita; et quadridui supplicatione publicum gaudium privatis studiis celebratum

1198. Eodem, nulla Claverii mentione facta, laudat etiam Harduin. ad Plinii 3, 12. Paulo ante *Ita literis missis*, pro *Itaque*, Hearnii Oxon. L. 2. V. ad 21, 53, 7. Tum *de rebus a se gestis* Voff. 2. et Lovel. 3. Vox *gestis* non adparet in Florent.

Carvilius ad Volanam obpugnandam] Sepini in Samnitibus meminit Ptolemaeus (3, 1.) *Volanam* habebant veteres libri, at alii in *Veliam* mutarunt; temere, meo quidem iudicio. Est enim *Velia* in Lucanis littorale oppidum, longe a Samnio. GLAR. Pall. duo *ad Vellam*. sec. et Camp. ed. *ad Veliam*. Recte retentavit Andreas *Volanam*. Infra c. 45. Pall. duo vocant *Velliam*. GEBH. Fl. Thuan. Voff. uterque, Rott. Helm. duo Pall. *Vellam*, tertius *Veliam*. Sic et infra cap. sequenti: *Jam Carvilius Vellam* Rott. et Helm. *vel etiam* Flor. Voff. prior, et Thuan. *Velle etiam* Voff. alter. Denique *vel jam intra paucos dies* Flor. Thuan. Voff. prior. *vel et intra paucos dies* Voff. alter, Rott. et Helm. Hic versus unus ab Herculanei mentione priore usque ad posteriorem exciderat. J. FR. GRON. Hearnii *ad Duellam* invenit in Oxon. L. 2. *ad Duelliam* in C. *ad Vellam* in N. quod etiam est in Leid. utroque, et Lovel. 1. 3. 4. *ad Velam* in Lovel. 2. *ad Nellam* in Klock. *ad Veliam* in Portug. Gaerta. Haverk. Hearnii Oxon. B. Neap. La-

tinii, et Memmiano apud Doujatium, qui *ad Velinam* legendam, idque oppidum circa Velini amnis fontes fuisse conjicit. Si tamen hic locus in Samnio ita proprie dicto situs fuerit, omnino de fontibus amnis Velini cogitare non possumus. Incerti situs esse agnoscit Cluver. loco laud.

§. 1. *Literae consulum ingenti laetitia et in curia et in concione audita*] *Literae consulis* Haverk. V. ad 10, 10, 2. Tum *et in contentione* Leid. 1. Saepe ita librorios peccasse vidimus ad 4, 6, 4. Alia exempla existant 5, 2. 10. c. 10, 6. 8, 32, 11. c. 33, 3. 10, 7, 3. c. 23, 4. c. 24, 4. et alibi. Mox *et equa tridui supplicatione* Voff. 1. et Leid. 2. Deinde *supplicatione publica gaudium*, pro *publicum*, Gaerta.

§. 2. *Nec populo Romano magna solum, sed peropportuna etiam, sa victoria fuit*] *nec populum Romanum magna* Voff. 2. et Lovel. 3. *nec permagna* Flor. a m. 1. ro autem inter lineas a manu emendatrice, quasi scribendam foret *nec porro magna*. Potius tamen *permagna* scriptum fuisse videtur pro *po. R. magna*, id est *populo Romano magna*. Ex ea vero lectione et vulgata simul juncta *nec populo Romano permagna* datum est in Lovel. 2. *neque*, pro *nec*, praeserunt Harlej. et edd. Aldina vetustiores. *haec* Haverk. Deinde *sed opportuna* Hearnii

est. nec populo Romano magna solum, sed perop-
 portuna etiam, ea victoria fuit; quia per idem for-
 te tempus rebellasse Etruscos adlatum est. Subibat 3
 cogitatio animum, quonam modo tolerabilis futura
 Etruria fuisset, si quid in Samnio adversi venisset;
 quae, conjuratione Samnitium erecta, quoniam am-

Oxon. L. 1. *sed populi Romani opportuna* Lovel. 3. *sed P. R. vel po. Ro. opportuna* Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 4. Liv. 21, 2, 3. *Mors Hamilcaris peropportuna et pueritia Hannibalis distulerunt bellum.* c. 31, 7. *Hujus seditionis peropportuna disceptatio quum ad Hannibalem rejecta esset.* 40, 57, 2. *Peropportuna mors Philippi fuit ad dilationem.* Hinc etiam deficit in Lovel. 1. 4. Voff. 1. et Leid. 2. Si plures codd. expungerent, Livium ita loqui solitum fuisse docerent illa, quae notantur ad 2, 6, 1. Deest etiam ea in odd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Quia per idem forte tempus rebellasse Etruscos adlatum est] qua, pro quia, Leid. 1. et Lovel. 3. V. ad cap. praec. §. 4. per idem tempus forte rebellasse Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] per idem fere tempus rebellasse Lovel. 4. (* v. ad 34, 47, 4.) Insuper latum est Haverk. relatum est Gaertn. et Hearnii Oxon. B. [Veith.] Male. V. ad 22, 14, 11. Tò est non comparat in Lovel. 4.

§. 3. Quonam modo tolerabilis futura Etruria fuisset] Haec ita Livius narrat, perinde atque antea Hetruria ac Samnium numquam simul adversus Romanos fuerint, cum ad finem anni quadringentesimi quinquagesimi septimi (c. 32.) hi duo populi, ac praeterea Galli ac Umbri, non

parva accessio, bellum moverint Romanis. GLAR. *tolerabilis futura Etruria esset* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. C. atque N. in margine. *tolerabilis futura Etruria erat* Oxon. B. Etruria tolerabilis futura erat Gaertn. Paulo ante *Subibat cogitatio hominum, pro animum,* Leid. 1. Lovel. 1. 3. 4. Portug. et Gaertn.

Si quid in Samnio adversi venisset] Campanus edidit *advenisset. perperam.* In Pal. sec. superscriptum est *fuisse.* GEBH. Scribe ex Flor. *evenisset.* J. FR. GRON. Ita etiam praeferunt edd. Tarvis. utraque, Ven. annorum 1495. 1506. Ascens. annorum 1510. 1513. 1516. 1530. Mogunt. Cervicorni, et Paris. anni 1529. Et ita fere infra 23, 27, 12. *Ut omnia prospere evenirent.* Sed vulgatum etiam servari potest. Phaedrus 1. fab. 2, 31.

Hoc sustinete, majus ne veniat malum.

Ubi v. Cel. Burmanni. Livius infra 24, 40, 15. *Ballistas tormenta quae alia ad tuenda moenia, si quando similis fortuna venisset, Apolloniam devexers.* 9, 12, 1. *Omnia, quae deinde venerunt, non in animis solum, sed prope in oculis esse.* Ubi v. quae notantur. Mox quae commutatio Samnitium erecta Haverk. *erpta* Lovel. 2. V. ad 3, 5, 7.

Ompisque Romana vis aver-

bo consules omnisque Romana vis aversa in Sam-
 4 nium esset, occupationem populi Romani pro occa-
 sione rebellandi habuisset. Legationes sociorum,
 a M. Atilio praetore in senatum introductae, quere-
 bantur, uri et vastari agros a finitimis Etruscis,
 5 quod desciscere a populo Romano nollent: obtesta-
 banturque Patres conscriptos, ut se a vi atque in-
 juria communium hostium tutarentur. Responsum
 legatis, *curae senatui futurum, ne socios fidei suae*
 6 *poeniteret: Etruscorum prope diem eandem fortu-*
nam, quam Samnitium, fore. Segnius tamen,

sa in Samnium esset] omnisque Romanis, pro Romana vis, Leid. 2. Deinde versa in Samnium esset edd. Rom. anni 1472. Parm. et Tarvis. utraque, invitis omnibus scriptis, quorum plerique servant *aversa*, sed *adversa* legunt Voff. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. Portug. Gaertn. et Haverk. Male. V. ad 1, 40, 7. Praeterea *esset in Samnium Haverk.* Mox *occupationemque rebellandi pro occasione* Florent. a m. 1. Adscripsit etiam Salvin. qui hunc codicem cum editis contulit, et *populi Romani παρέλκειν.* Deinde *per occasionem* Haverk.

§. 4. *A M. Atilio praetore in senatum introductae, querebantur, uri et vastari agros] ab M. Atilio praetore* Portug. Gaertn. et Haverk. *a M. Atilio ppo Ro.* Leid. 1. *a M. Atilio p^r. r^o.* Lovel. 1. V. ad 31, 10, 4. Hinc *in senatum traductae* Voff. 2. Sed prima syllaba vocis *introductae* absorpta est ab ultima litera vocis praecedentis. V. ad 8, 27, 6. quod supererat deinde nullo negotio in *traductae* mutari potuit. *Introducere* vero in hac re sollemne verbum est. 34,

57, 3. *Hae legationes a C. Scribonio praetore urbano in senatum introductae sunt.* (* 36, 35, 11.) 39, 33, 2. *Regum quoque eorum civitatumque legatos in senatum introduxerunt.* c. 46, 6. *Legationes transmarinas in senatum introduxerunt.* et passim. Deinde *uri ac vastari* Voff. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. Gaertn. et Haverk. *iri et vastari* Leid. 1. et Lovel. 4. *uti et vastari* Portug. Mox *ac finitimis Etruscis* Lovel. 4. *in finitimis Etruscis* Florent.

Quod *desciscere a populo Romano nollent] desistere a populo Romano nollent* Portug. neque aliter Gaertn. nisi quod insuper legat ab populo Romano. V. infra ad 30, 3, 5. *desciscere* ab populo Romano nollet Haverk.

§. 5. *Ut se a vi atque injuria communium hostium tutarentur] ut suam atque injuriam communium hostium* Haverk. *ut se vi atque injuria* Portug. *ut se ab vi atque injuria* Gaertn. *ut se a vi injuriaque* Lovel. 4. Paulo ante *Patres consultos* edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad

quod ad Etruriam adtinebat, acta res esset, ni Faliscos quoque, qui per multos annos in amicitia fuerant, adlatum foret, arma Etruscis junxisse. Hujus propinquitas populi acuit curam Patribus, ut faciales mittendos ad res repetendas censerent. quibus non redditis, ex auctoritate Patrum jussu populi bellum Faliscis indictum est: jussuque consules sortiri, uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu transiret. Jam Carvilius Volanam, et Palumbinum, et Herculaneum ex Samnitibus ceperat: Volanam intra paucos dies, Palumbinum eodem, quo ad mu-

6, 16, 4. Mox vero in verbis sequentibus §. 6. *fidei suae sic poeniteret*, addita voce, Portug. *fidei suae pertineret* Leid. 1.

§. 6. *Ni Faliscos quoque, qui per multos annos in amicitia fuerant in Faliscos* Portug. *Faliscos* Haverk. *ni Faliscos* quique per multos annos Leid. 2. *et Faliscos quoque, qui* Lovel. 2. Tum in amicitiam fuerant Portug. Sed v. ad 2, 14, 4. in amicitia fuerint Gaertn. Voces in amicitia desunt in Haverk. Paulo ante quam ad Etruriam pertinebat, acta res est Lovel. 2.

§. 7. *Feciales mittendos ad res repetendas censerent* ad res recipiendas Harlej. Sed res repetere sollemnis in hac re locutio est, de qua v. Briffon. de Form. l. 4. p. 341. Tum *arcesserent* Voss. 2. *accerserent* Lovel. 3. Mox *bellum Faliscum indictum est, pro Faliscis*, Hearnii Oxon. L. 1. [*jussuque populi* Veith.]

§. 8. *Uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu transiret* inter ex Samnia Haverk. *utere ex Samnio* Lovel. 3. *uter ex*

Samnitio Leid. 1. *uter ex Samnis* Gaertn. Deinde in exercitu Leid. 1. et *exieret* Lovel. 3.

§. 9. *Volanam et Palumbinum et Herculaneum ex Samnitibus ceperat*] *Vel etiam Palumbinum* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *Vel etiam et Palumbinum* Florent. et Leid. 1. *Velle etiam Palumbinum* Voss. 2. *Velle etiam et Palumbinum* Lovel. 3. *Velliam Palumbinum* Portug. et Gaertn. *Velliam Paulumbinum* Haverk. Nesp. Latinii, et Hearnii Oxon. B. *Velam et Paulumbinum* Lovel. 2. *Vellam Palumbinum* Oxon. N. *Vellevam et Palumbinum* Lovel. 4. *Ventiam et Palumbinum* Klock. V. ad cap. praec. §. 9. Tum *Herculanium* Lovel. 2. *Herculanium* Lovel. 4. Eadem fere varietates in trium illarum urbium nominibus in verbis proximis obcurrunt. Praeterea *signis collatis, pro ex Samnitibus*, Voss. 2. quod ex seq. §. male huc translatum est. *et ceperunt* Leid. 1. Verbis sequentibus *inter paucos dies* Haverk. V. ad 5, 27, 2. *Hinc eodem die, quo* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B.

10 ros accessit. Ad Herculanum bis etiam signis con-
 latis ancipiti proelio, et cum majore sua, quam
 hostium, jactura dimicavit. Castris deinde positis,
 moenibus hostem inclusit. obpugnatum oppidum
 11 captumque. In his tribus urbibus capta aut caesa
 ad decem millia hominum: ita ut parvo admodum

§. 10. *Bis etiam signis con-*
latis ancipiti proelio] Tō bis deficit
in Voss. utroque, Leid. (Loy.) 1. 2. 3.
 4. Port. Gaertn. Haverk. Exc. Pi-
 thoei, et Hearnii Oxon. N. L. 2.
 et C. ejus loco *ex Samnitibus*
praefert Leid. 1. contrario erro-
 re, ac modo ad verba praecedentia
 ex Voss. 2. notavimus. In
 sequentibus *hostium dimicavit*
jactura Lovel. 2. Verba autem
jactura dimicavit. Castris de-
inde positis, moenibus hostem
omisit scriba Lovel. 3. deceptus
 similitudine vocum *hostium* et
hostem. (moenibus *hostes* Veith.)

§. 11. *In his tribus urbibus*
capta aut caesa ad decem mil-
lia hominum] Praepositionem
ad omisit Cl. Jac. Gronovius in
 ed. majore, quae cum variorum
 notis prodit; verum sine dubio
 operarum errore: non tantum
 enim ipse voculam illam servavit
 in ed. minore, quae circa
 idem tempus excusa est, sed eam-
 dem etiam defendunt omnes, qui-
 bus usus sum, codd. Joh. Clericus
 tamen errantes typographos
 inprovidè secutus est: Gronovius
 enim errorem commissum ad cal-
 ceam notare neglexerat. Praeter-
 ea ad *XX. millia hominum* Lovel.
 2. ad *quadraginta millia*
hominum Gaertn. et Haverk.
 [Veith.] ad *XL. millia homi-*
num Portug. et Hearnii Oxon. B. C.
 ac N. cuius tamen ultimi margo
 ad *X. millia* exhibet. Ceterum
 verba *oppidum captumque. In*
his tribus urbibus capta aut ne-

glegentia librarii desunt in Por-
 tug.

Ita ut pavore admodum pla-
res cuperentur] Exemplaria ve-
tera ut parvo admodum. GE-
 LEN. Vet. lib. *parvo admodum*
numero plures. SIG. Pall. duo
ita ut parvo admodum plures.
 GEBH. Gelenii codex, duo Pall.
 Voss. Chis. alii, *ut parvo admo-*
dum plures. Sigonius cum suo,
ut parvo admodum numero plu-
res. Ubi se manifestò prodit a-
 liena manus. Nam Livius dixit
parvo plures, ut alii *aliquanto*
plures, multo plures, nimio plu-
res. Plinius 2, 67. *Circa Caspium*
quoque multa Oceani litora ex-
plorata, parvoque brevius, quam
totus, hinc atque illinc Septen-
trio eremigatus. Gellius 13, 2.
Accius tunc haud parvo junior.
 et c. 18. *Non brevi antiquior.*
 J. FR. GRON. *ita ut paullo ad-*
modum plures Hearnii Oxon. N.
 qui in margine praefert, *ita ut*
parvo admodum numero plures.
parvo et paullo confundunt et-
iam scribae apud Ovidium 6.
Metam. 327. ubi v. N. Heinsium.
ita ut parvo admodum numero
plures similiter legunt Portug.
 Gaertn. Haverk. et apud Dosja-
 tium Memmian. *ita ut pavore*
admodum plures Lovel. 4. *ita*
ut parvo admodum plures Voss.
 uterque, Leid. uterque, Lovel.
 1. 4. Harlej. Florent. et Rloek.
ita ut parvo plures Lovel. 3.
 Librarii, qui *parvo admodum*
numero plures dederunt, sup-

plures caperentur. Sortientibus provincias consu-
libus, Etruria Carvilio evenit secundum veta mili-
tum, qui vim frigoris jam in Samnio non patiebantur. Papirio ad Saepinum major vis hostium resti- 12
tit. saepe in acie, saepe in agmine, saepe circa
ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugna-

plendum puterant, quod Livius omiserat. Similiter *parvo post*, pro parvo tempore post, dixit Plinius 16, 25. *parvo distare*, pro parvo spatio distare, 5, 11.

Etruria Carvilio evenit] *advenit* Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. sc 3. Male. V. ad 5, 12, 6. Mox jam deficit in Lovel. 2. non in edd. Rom. anni 1472. et Parm. et ita fere Klock. qui legit in Samnio *potiebantur*. Sed, particulam negantem servandam esse, docent, quae notantur supra ad 4, 18, 2.

§. 12. *Papirio ad Sepinum major vis hostium resistit*] *Papirium ad se purum* Lovel. 3. *Papirio ad Sepianum* Portug. et Haverk. *Papirio ad Cepianum* Gaertn. *Papirio ad Sapinum* Harlej. V. capite praec. §. 9. Deinde *vis* exsulata Voff. 2. Hinc *obstitit* Harlej. *resistit* Voff. uterque, Leid. 2. Florent. Klock. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Hearnii Oxon. N. B. C. et edd. omnes usque ad J. Fr. Gronovium, qui *resistit* substituit; quum autem mutationis rationem in notis non reddiderit, incertum est, utrum ita legi voluerit, an vero operae typographorum aberrarint. Certe *resistit* vix superest in Leid. 1. Gaertn. et Haverk. Hinc priorem lectionem revocavi.

Saepe in acie, saepe in agmine, saepe circa ipsam urbem adversus eruptiones ho-

stium pugnatam] Quid si abjiceretur utraque praepositio, *floretque acie, agmine?* At aliter quoque Vellejus Paterculus loquitur l. 2, 47. pr. GRUT. Verba Velleji sunt: *Pugnatum directae acie, saepe in agminibus, saepe eruptionibus.* ubi Gruterus praepositionem *in*, quod jam Lipsius monuerat, delendam conjicit, osmque hic etiam utroque loco abjiciendam repetit. Verum quemadmodum Cel. Burmanno, *in agminibus* apud Vell. defendenti, et, cum agmen duceret, in itinere, exponenti, adsentior; ita hic cum Grutero utroque loco praepositionem abesse mallem. Hic enim *in agmine* ita exponi nequit, licet id fecerit Sigonius ad verba sequentia: nam Papirius in obsidione Saepini haerebat, et iter non faciebat; sed notabit, non explicatis ordinibus distinctaque acie, ut Lipsius verba Velleji, sed abjecta praepositione *in*, intelligenda docuit, laudato etiam Livii loco ex 21, 57, 12. *Magis agmina, quam acies, in via concurrerunt.* Cui addo alia ex 29, 36, 4. *Cum Hannibale in ipso itinere tumultuario proelio conflixit. agminibus magis, quam acie, pugnatum est.* et 33, 9, 5. *Phalanx, quae venerat, agmen magis, quam acies, aptiorque itineri, quam pugnae.* Ceterum voces *saepe in acie* omittuntur in Lovel. 2. ejus erroris causa fuit vocis *saepe* repetitio. V. ad 9, 11, 11. Deinde circa urbem ipsam ad-

tum: neque obsidio, neque bellum ex aequo erat: non enim muris magis se Samnites, quam armis ac
 13 viris moenia, tutabantur. Tandem pugnando in ob-
 sidionem justam coëgit hostes: obsidendoque, vi at-
 14 que operibus urbem expugnavit. itaque ab ira plus
 caedis editum, capta urbe: septem millia quadrin-

versus hostium legit Gaertner. circa urbem ipsam etiam Portug. et Haverk. pugnatum est, addita ultima voce, Lovel. 4.

Neque obsidio, neque bellum ex aequo erat] Haec verba quid sibi velint, et an integra, vix equidem intelligo. GLAR. Papi-rius, inquit, ad Sepinum difficillius bellum gessit. Etenim saepe in acie, saepe in agmine, saepe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugnavit. Neque vero aut obsidendi, aut dimicandi facilis et expedita ratio erat, quod Samnites non minus acriter armis moenia sua defenderent, quam ipsi se muris tutarentur. Quod autem sit in agmine, in itinere faciendo intelligit. Haec dixi, quia Glareanus vitium subesse suspicatur sine causa. † „Glareanus dubitat: at apud Sigonium ne dubitare quidem oportet.“ †. SIG. Ut haec verba cadunt, putes inclinatum fuisse statum, et Romanos quodammodo inferiores, secus atque docuit eventus. Dein subsequens ratio non evincit, iniqui aliquid fuisse Romanis, sed fortius se gessisse defessos, quam solent, qui hanc fortunam subierunt, et tantum non, ut qui vallum scindunt, et campo se committunt. Itaque valde placet, quod in unico video Florentino: *neque obsidio, sed bellum ex aequo erat*. Non jam videbantur obsideri, sed in campo pares cum paribus congrédi. J. FR. GRON.

ne obsidio, nec bellum ex aequo erat Lovel. 2. nec obsidio, nec bellum ex quo erat Lovel. 1. neque aliter Lovel. 3. nisi quod ultima vox erat cum decem sequentibus negligentia librarii o-mittatur. nec obsidio, nec bellum ex aequo erant Lovel. 4. nec obsidio, nec bellum ex aequo erat Voss. uterque, Leid. uterque, Gaertn. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. et L. 2. Mihi etiam inprimis placet, quod Gronovius ex Florent. laudavit. Mox armis et viris Voss. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Hiac tuebantur, pro tutabantur, Lovel. 2. V. ad 28, 20, 1.

§. 13. *Tandem pugnando in obsidionem justam coëgit hostes: obsidendoque]* Tam pugnando, id est Tamen, Leid. 1. V. ad 22, 2, 11. *Tandem repugnando* Lovel. 2. Tum *obsidendo*, omissa particula connectente, Lov. 3. *possidendoque* Gaertn. Hinc *opibus urbem expugnavit* idem Gaertn. V. ad 8, 16, 4. *operibus urbem oppugnavit* Lovel. 1. a m. 1. V. ad 21, 57, 6.

§. 14. *Septem millia quadringenti caesi]* VII. XL Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Portug. *septem millia quadraginta* Gaertn. et Haverk. unde CCCC Lovel. 3. *septem millia CCC* plures ex edd. principibus. Tum *caesi* exsulat a Leid. 1. et Lovel. 3. ac 4. *caesa* habet Voss. 2. *septem millia quadringenti capti* Lovel. 2. Paulo

genti caesi: capta minus tria millia hominum: praeda, quae plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes paucas, militi concessa est.

XLVI. Nives jam omnia oppleverant, nec durari extra tecta poterat; itaque consul exercitum de Samnio deduxit. Venienti Romam triumphus omnium

ante ita ab ira, pro itaque, Gaertn. V. ad 21, 53, 7. Sed vox illa deficit in Harlej. et ed. Mediol. anni 1480.

Capta minus tria millia hominum] capta minus trium millium Portug. minus tribus mil. caesi Lovel. 2. capta minus tribus millibus Lovel. 4. Sed v. supra hoc lib. ad c. 37, 3. hominum millia Lovel. 3. Vox hominum non adparet in Lovel. 2. ejus autem loco hostiam praefert Hearnii Oxon. L. 2. V. ad 23, 37, 11.

Praeda, quae plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes paucas] Ex praeda, quae plurima fuit Portug. praedaque plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes. praeda militi concessa est Florent. a m. 2. et Lovel. 2. praedaque plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes. pauca militi concessa est Lovel. 3. et 4.

§. 1. Nives jam omnia oppleverant, nec durari extra tecta poterat] compleverant Leid. 2. Lovel. 1. 2. et Hearnii Oxon. N. Male. Infra 22, 56, 4. Adeoque totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit. Deinde nec habitari Harlej. et edd. principes usque ad Aldum, qui durari substituit. Recte. Supra 5, 6, 4. Ut, hiemem unam durare in castris non possint. 38, 7, 13. Vix durare quisquam intus poterat.

V. Passer. ad Prop. 1. el. 6, 11. nec durare est in Klock. Tum extra poterat, media voce omisa, Leid. 2. extra castra tecta poterant Lovel. 4. a m. 1. extra tecta castra poterant a m. 2.

Consul exercitum de Samnio deduxit] consules exercitum de Samnio deduxere Lovel. 4. Male. Unus enim tantum deduxit Papius, Carvilius in Etruria bellum gerebat. consul exercitum de Samnio duxit Leid. 1. consul exercitum ex Samnio deduxit Gaertn. Livium r̄q̄ deducere modo praepositionem ex, modo de addidisse, patet ex exemplis, quae laudantur ad 6, 26, 8. Servandum igitur nunc de Samnio, in quod reliqui conspirant. de Samnio exercitum Harlej. omnesque editi usque ad Cel. Jac. Gronovium, cui ordinem verborum ita, ut nunc editur, mutanti favent reliqui scripti.

§. 2. Venienti Romam triumphus omnium consensu est delatus] Quaedam supersunt loca, ex quibus colligendum videtur, senatum non petentibus summiis duobus ultro triumphum decrevisse. Ita quum supra refertur 2, 47, 10. M. Fabium senatui triumphum decernenti respondisse, se publico privatoque deformem luctu lauream non accepturum; antea triumphum non petiisse videtur: ut nec Marius, triumphum oblatum, donec et Cimbroque vinceret, differens, et quum pro

consensu est delatus. triumphavit in magistratu, insigni, ut illorum temporum habitus erat, triumpho.
 3 Pedites equitesque insignes donis transiere, ac transvecti sunt: multae civicae coronae, vallaresque, ac
 4 murales conspectae. Inspectata spolia Samnitium:

duobus triumphis, qui obferbantur, uno contentus esset: quod utrumque refert Auct. Epit. Liv. 68. V. etiam Plutarch. in Mario p. 419. et 421. Huc etiam referri posset, Caesari triumphum amplissimum delatum esse, teste Cic. 8. ad Attic. ep. 4. post epistolam 11. et epist. 19. nisi Cl. Dukerus, qui locum priorem Cic. observavit, simul censeret, tum alia tempora reipublicae fuisse. Si nihilominus triumphus delatus, et quidem delatus omnium consensu, displiceat, neque huic tempori convenire videatur, nihil propius nunc video, quam ut triumphus omnium consensu est decretus legamus. Decernere enim in hac re saepissime Livio usurpatur. Quam tamen Mibi nihil mutent, mihi prior sententia magis probatur.

Triumphavit in magistratu] in majestate Lovel. 2. 4. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. 1. B. ac C. id etiam pro varia lectione in margine exhibet Voff. 1. Contrario modo errarunt librarii, magistratus, pro majestatis, exhibentes, supra 4, 48, 7.

§. 3. *Pedites equitesque insignes donis transiere, ac transvectis multae civicae* Lege et distingue, *Pedites equitesque insignes donis transiere, ac transvecti. multae civicae* etc. GELÉN. Vet. lib. *transvecti sunt.* SIG. *Pedites equites insignes donis dévotés* Haverk. sed solus; qui etiam cum Lovel. 3. *transire*

legit, quod ex editoribus primas recepit Aldus. Sed recte *translere* reduxit Gelenius. Pari modo quorundam eodd. librarii lapsi erant supra 4, 21, 8. Multa similia v. ad 45, 2, 7. Deinde at *transvectis multae civicae* Voff. 2. ac *transvectis multae civicae* Lovel. 3. et edd. Rom. anni 1471. Parm. Ald. et quaedam aliae. ac *transvectae multae civicae* Lovel. 2. ac *transvectae sunt multae civicae* Gaertn. et Haverk. ac *transvecti. multae civicae* Voff. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 4. Harlej. Florent. Kloek. (Veith.) Hearnii Oxon. N. L. 2. C. Exc. Pithoei, et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae usque ad Aldam. ac *transvecti sunt. multae civicae* unus meorum Portug. Signii vet. lib. consentiens. Quam autem saepe *to sunt* per unicum literam s exprimeretur, facile a librariis, quid ea indicaretur, nescientibus omitti potuit; saepe etiam adcrevit voci praecedenti, atque ita hic *transvectis* datum est. V. ad 45, 17, 6. *Mox vallares atque murales* Lovel. 3. *vallares ac mulares*, transpositis literis, Lovel. 1. a m. 1. et Leid. 2. in contextu, altera lectione margini adjecta. *vallares ac murabiles* Voff. 2.

§. 4. *Inspectata spolia Samnitium: et decore ac pulchritudine*] *Inspecta spolia* Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Sed de hoc errore supra dictum est hoc lib. c. 37, 2. Tum *decore ac pulchritudine*, *res* et omisso, Voff. 2. et Lovel. 3. et *decore et*

et decore ac pulchritudine paternis spoliis, quae nota frequenti publicorum ornata locorum, erant, comparabantur. nobiles aliquot captivi, clari suis patrumque factis, ducti. Aeris gravis transvecta 5 vicies centena et ad triginta tria millia. id aes

pulchritudine Lovel. 4. et *decora pulchritudine* Leid. 1. et *decorum et pulchritudinem* Gaertner. et *decorum ac pulchritudinem* Klock. Haverk. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quod exponi posset, quod ad decorum et pulchritudinem addinet. V. Cl. Perizon. ad Sanctii Min. 2, 5. p. 185. Sed praestat vulgatum, reliquorum codicum auctoritate nimum. Mox nota non adparet in Voss. 2. nec quas nota in Lovel. 3. locorum etiam deest in Voss. 2. pro quo locum legit Leid. 1. loco Lovel. 3.

Nobiles aliquot captivi, clari suis patrumque factis, ducti Pessimo captivis clari sui spatiumque factis ductis Voss. 1. *nobiles aliquot captivis* Florent. *nobiles aliquot captivis* Lovel. 4. *nobiles aliquanti clari* Klock. Tum factis ductis Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 5. *Aeris gravis transvecta vicies centum millia, et auri triginta tria millia. id enim redactum* Beavit aerarium suo mendacio scriba. Sincera lectio: *Aeris gravis transvecta vicies centum millia, quingenta triginta tria millia. id aes redactum.* GELEN. Legendum puto et auri mille triginta tria. sequitur enim pondo. idque eam potissimum ob causam, quod ea tempestate rarum esset aurum, et summae nimium excrescerent. Nisi quis tantum auri contendat fuisse, quantum in moneta facerent (ut cum vulgo loquamur)

triginta tria millia pondo. Semel ita locutum puto Livium l. 1, (55.) de pecunia ex Pometiae urbis praeda a Tarquinio seposita. Triginta tria millia pondo argenti facerent 330000 coronatorum; eum totidem auri pondo ingentem summam nempe 3696000 coronatorum, ex unius tum urbis praeda haudquaquam sperandam. Scio, quosdam aliter legere: sed cuique sua sit conjectura. Atque haec in primam decadem. Quod si hic annus est ab urbe condita CDLX. perfectus, et bellum secundum Punicum, quod tertia describitur decade, decimo octavo demum anno finitum est: denique bellum Macedonicum, quod quarta deinde sequitur decade, coepit anno ab urbe condita DLIV. ut in loco ostendemus luculentis rationibus, certe decados sequentis anni fuerunt LXXV. Sed haec ab initio nostrarum annotationum latius prosecuti sumus. GLAR. Vet. lib. *Aeris gravis magna vis transvecta, vicies centies millies, et quingenta triginta millia.* Sic etiam 26, (47, 7.) *Et auri argentique relata ad imperatorem magna vis.* SIG. Quam legeretur *Aeris gravis transvecta vicies centum millia, et auri triginta millia,* Gelenius fecit, *vicies centum millia quingenta triginta tria millia.* Postea Sigonius *Aeris gravis magna vis transvecta, vicies centies millies et quingenta triginta tria millia.* Sed primum ad magna vis nullis in fides libris. Dein summa est immanis, et tunc nullo ex triumpho spe-

redactum ex captivis dicebatur. argenti, quod captum ex urbibus erat, pondo millia trecenta triginta. omne aes argentumque in aerarium conditum.

randa. Ut enim decem libras demus denario, qui paulo post percussus est, et transmittamus, quod excurrit; *vicies centies millies* centena millia aeris efficiunt quadragies centies millies sextertium, decies centies millies centena millia denarium, centies millies centena millia Philippum. Ad quod quantum restat ditissimo L. Aemilii de Macedonia triumpho? Hos igitur omisso, ex Gelenii et Sigonii lectione fabricati sunt, quod vulgo editur, et explicat Lipsius Admir. 2, 8. nostrae pecuniae 25330. Philippus. Nec male, si recte se habet is numerus. Sed quem non offendat his positum *se millia*? Deinde *vicies centena et quingenta*? prorsus puerilis est haec loquendi ratio; pro qua Livius dixisset *vicies quingies centena triginta tria millia*. Denique ista *quingenta* non sunt conspicua in membranis nostris. Pal. qui plerumque secundas facit Sigoniano, *Aeris gravis vis transvecta vicies centies millies, aurique triginta millia pondo*. Nihil seni. Duo meliores: *Aeris gravis transvecta vicies G. mille et ad XXXIII. mil.* Thuan. *Aeris gravis transvecta vicies centum millia et ad triginta tria millia*. Helm. *Aeris g. tr. vicies centum millia et ad triginta tria mil.* Vossianus *Aeris g. tr. vigies C. ad XXXIII.* Unde videtur scribendum *Aeris gravis transvecta vicies centena et ad triginta tria millia*. Qui sunt denarii ducenta tria millia trecenti, Philippi viginti millia trecenti triginta. Cui satis quadrat numerus in argento tredecim millium trescen-

torum Philippum, quem recte collegit etiam Lipsius. Ad, id est circiter, plus minus. J. FR. GRON. Hic etiam admodum variant codices nostri aliorumque. *Merces C mille et XXXIII millia* legit Hearnii Oxon. L. 1. *Aeris gravis transvecta vicies centum mille et triginta tria millia* Lovel. 4. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Aeris gravis transvecta vicies centum mille et triginta tria millia* Leid. 2. *Aeris gravis transvecta vicies centum millia et XXXIII.* M. L. Florent. *Aeris gravis magna vis transvecta vicies centies millies aurique triginta tria millia pondo* Portug. *Aeris gravis vis transvecta vicies sexies millies aurique millia pondo* Gaertn. *Aeris gravis vis transvecta vicies centies mille aurique triginta tria millia pondo* Haverk. *Aeris gravis transvecti vicies centies millies aurique XXXIII. millia pondo* Hearnii Oxon. B. *Aeris gravis vicies centum mille et auri XXXIII. mil.* ejusdem N. *Summa aeris gravis transvecti vicies centum mille et auri XXXIII. mil.* ejusdem L. 2. C. et ex meis Lovel. 2. *Aeris gravis transvecti vicies centum millia et auri triginta tria millia* Harlej. cum ed. Mediol. anni 1480. utraque Tarvis. pluribusque aetate proximis. *Aeris gravis transvecti vicies centum millia et a. XXXIII. mil.* Klock. *Aeris gravis transvecti vicies emille et ad triginta tria millia* Lovel. 3. *Aeris transvecti vicies centies mille et ad triginta tria millia* Voss. 2. *Aeris gravis transvecti vicies centum*

tum. Militibus nihil datum ex præda est: auctaque 6
ea invidia est ad plebem, quod tributum etiam in
stipendium militum conlatum est: quum, si spre-
ta gloria fuisset captivæ pecuniæ in aerarium inla-

millia et ad XXXIII. millia
Exc. Pithoei. *Aeris gravis trans-
vecti vigies C. ad XXXIII.*
Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. [*Aer-
is gravis transvecta summa
decies centum mille et auri tri-
ginta tria millia* Veith.] Dou-
jatius legendum censet ex codi-
ce Thuan. apud Gron. *Aeris gra-
vis transvecta vicies centum mil-
lia et ad triginta millia.* Ver-
um, præterquam quod Gronov.
ex cod. illo laudet *triginta tria
millia*, nemini etiam probabit
genus loquendi *vicies centum
millia*. Idem tamen recte, om-
nem auri mentionem, jam antea
a viris doctis damnatam, ab hoc
loco alienam esse, novo hoc ar-
gumento docuit, quod, quum
mox omne *aes argentumque in
aerario conditum* dicatur, au-
rum omittatur. Gronovius ipse
2. de Pecun. vet. 5. lectionem Ge-
lenii, duabus tantum vocibus
centena millia, quas ex glosse-
mate marginali in contextum in-
repsisse putabat, eiecit, proba-
vit ac legit *Aeris gravis trans-
vecta vicies et quingenta triginta
tria millia*. quam conjecturam
firmare potest Klock. eiecit is-
dem duabus vocibus, et nume-
ri quingenarii nota in *a* corru-
pta, ut saepe evenisse supra vi-
dimus hoc libro ad c. 29, 17.
Postea tamen probat etiam con-
jecturam, quam hoc loco pro-
posuit, eamque priori præfe-
rendam esse docent plures Mss,
illud *ad servantes*, ut et illi,
qui *ad auri*, ex *ad vel a* forma-
tam ab incertis librariis, exhi-
bent. Ad autem pro circiter nu-
meralibus jungi, supra vidimus
hoc lib. c. 17, 8. Neque sine ex-

emplo esse putemus, eam vocem
mediam inter numerum majorem
et minorem interponi. Ita enim
est apud Senec. Ep. 95. *Quatuor
pondo et ad selibram fuisse a-
jebant.*

*Id aes redactum ex captivis
dicebatur*] Ita Gelenius ad ver-
ba præcedentia emendavit, ut
plerique præferunt codd. et an-
te eum receperunt odd. Mediol.
anni 1480. 1505. et forte quaedam
aliae. sed *id est redactum ex
captivis ducebatur* legit Lovel.
4. *id redactum* Lovel. 2. *id eas
redactum*, transpositis literis,
Lovel. 3. *idem ad eas redactum*
Voss. 2. *idem id eas redactum*
Leid. 1. Sed illud *idem* natum
videtur ex *idem*, id est *id enim*,
ut præfert etiam Harlej. atque
ita in illis codd. duæ diversæ
lectiones a librariis junctæ sunt.
Tum *ex captivis* ignorat Voss. 2.
Hinc diceretur legit Florent.

*Argentum, quod captum ex ur-
bibus erat, P. M. CCCXXX.]*
argentum quod captum Leid. 2.
Portug. et Hearnii Oxon. B. *ar-
gentique captum* Lov. 3. Hinc *ex
urbibus* deficit in Lov. 4. [In tex-
tu ad marginem exemplaris sui
Drakenborchius notavit: immo
mille, non *millia*] Deinde *erat
P. M. a. CCCXXX* Florent. *erat
pondo ad M. CCCXXX*. Hearnii
Oxon. N. qui *erat pondo au-
ri M.* in margine habet. *erat
p. a. CCCXXX* Hlockian. Voss.
1. Leid. smbo, et Lovel. 1. *e-
rat P. ad CCCXXX* Voss. 2. et
Lovel. 3. *erat millia CCCXXX*
Lovel. 4. *erat pondo CCCXXX*
Lovel. 2. *erat pondo CCCXXX
millium* Portug. et Haverk. *erat*

taq; et militum dari ex praeda, et stipendium
7 militare praestari potuisset. Aedem Quirini, quam
in ipsa dimicatione votam apud neminem veterem
auctorem invenio, (neque, Hercule, tam exiguo

pondo trecentorum triginta milium Gaertn. erat pondo M. CCCXXX millium Hearnii Ox. B. erat ad CCCXXX millia Harlej. et edd. Aldo priores. [pondo trecenta triginta Veith.]

§. 6. *Auctaque ea invidia est ad plebem, quod tributum etiam in stipendium militum collatum est] auctaque ea invidia est Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. V. ad 21, 62, 4. aptaque ea invidia est Lovel. 3. auctaque invidia est Leid. 2. auctaque eo invidia est Portug. Gaertn. et Haverk. auctaque invidia est ea Harlej. et edd. principes usque ad Aldum. Tum in stipendium collatum est, omisa media voce, Leid. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. B. et N. in quo tamen ultimo in margine adscripta fuit in stipendium est collatum Portug. Gaertn. et Haverk. in stipendium militum est collatum Voff. 2. in stipendium collatum est militum Lovel. 3. conditum in stipendium militum collatum est Lovel. 4.*

Et militum dari ex praeda, et stipendium militare praestari potuisset] MSS. et militum dari. Lego et militum donativum dari ex praeda. V. Stewechium ad Vegetii 2, 7. et 20. Pamel. ad Tertull. de Corona mil. 1. num. 2. 4. 6. Adde eundem Tertull. de Praescript. advers. haeret. 12. de Resurrect. carn. 47. et l. 10. D. de re milit. KLOCK. et militum dari Lovel. 4. et Hearnii Oxon. C. et militem dari Leid. 1. et Lovel. 2. et militibus dari Voff. 2. et Lovel. 3. et militum

collatum est dari Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. sed voces collatum est ex praecedentibus perperam repetitae sunt. et militum collatum dari Portug. et Gaertn. et militum collatio dari Haverk. Neque placet Klockii conjectura et militum donativum dari. Vocabulum enim donativum posterioris aevi fuisse videtur. Certe a Livio usurpari non memini. Tum praestare potuisset Voff. uterque, Leid. 1. Florent. Lovel. 2. 3. Port. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. et G. praestare potius. sed aedem Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 7. *Aedem Quirini, quam in ipsa dimicatione votam apud neminem veterem auctorem invenio] Hanc a patre ejus votam, ab ipso dedicatam, etiam tradit Plinius 7, 60. Salmasius ad Solin. p. 457. scribit, Papirium Cursorem consulem fuisse, et aedem Quirini dedicasse A. V. cccclxxv. ac tredecim (ita enim in Plinio legit pro undecim et duodecim, quae ibi in edd. sunt) annis post Romanos cum Pyrrho bellavisse. In his omnino vel festinaster scribentis, vel operam typographicearum error est. Non enim ignorare poterat, hunc consulatum Papirii in annum urbis cccclxx. secundum Fastos incidisse. Nec scio, quid sit, quod ad Plinium adnotat Harduinus, non licere divinare, quibus auctoribus Salmasius probare queat, bellum cum Pyrrho initum anno modo cccclxxv. Nam hoc non dicit Salmasius, verum tredecim annis post A. V. cccclxxv. cum Pyrrho bellatum esse. DUK. La-*

tempore perficere potuisset) ab dictatore patre votam, filius consul dedicavit, exornavitque hostium spoliis. quorum tanta multitudo fuit, ut non templum tantum forumque his ornaretur; sed sociis

ctio haec, quae nunc vulgo circumfertur, Aldum auctorem habet. Ante eum ita edebatur: *Aedem Quirini dedicavit, quam in ipsa dimicatione votam apud neminem auctorem veterem invenio, neque hercules tam exiguo tempore perficere potuisset: ab dictatore patre votam filius consul dedicavit, exornavitque hostium spoliis.* Hearn hic nihil ex codd. suis notavit: at meorum nullus Aldo consentit, qui contra veterum edd. lectionem tantum non probant, et non nisi in paucis in diversa abeunt. Omnes enim, periodum unam in duas dividentes, legunt *Aedem Quirini dedicavit, quam* etc. Sed deinde, mutata verborum serie, *veterum invenio auctorem* legunt Voss. 1. et Lovel. 1. *veterem auctorem invenio* Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Port. et Haverk. *veterum auctorem invenio* Gaertn. *invenio auctorem, vocem veterem omitta*, Leid. 2. Praeterea *Hercole*, ut Aldus dedit, omnes refinent. V. ad 7, 11, 1. Denique *sed ab dictatore patre*, addita prima voce, est in Portug. Gaertn. et Haverk. *sed a dictatore patre* in Lovel. 2. Alibi Livium in parvas periodos orationem concidere, quam unica seris continuare, maluisse, infra videbimus ad 21, 36, 4. Neque, vocem *dedicavit* paucis interpositis repeti, mirum videbitur post illa, quae notavi ad 1, 3, 9. Fateor tamen, hic, nescio quare, magis placere lectionem Aldi; quem quum codd. suos secutum esse verisimile sit, in contextu nihil mutavi, et meorum dissensum adnotare satis ha-

bui. Ceterum templum hoc Quirini a *Carvillio* consule dedicatum, et Samnitium spoliis exornatum, auctoritate Livii tradit Marlian. in Topogr. urb. Rom. 3, 6. a *Papirio* dictatore resartum fuisse refert Borich. in Antiqua U. R. facie c. 9. quos diligentius inspectus Livius decore potuisset, *Papirium consulem dedicasse* templum Quirini. Nuper etiam *Cel. Montsuconius* templum, in honorem Quirinae sive Romuli post ejus obitum fundatum, in praesentiorum formam a L. Papirio consule deductum fuisse testatus est. in Diar. Ital. c. 14. p. 195.

9. 8. *Tanta multitudo fuit, ut non templum tantum forumque his ornaretur* puberitudo fuit Lovel. 2. Sed male. Non enim pulchritudinis, sed multitudinis, argumentum est, quod non tantum temple. et foro in urbe Roma, sed et templis ac locis publicis apud socios et colonos finitimos exornandis suffecerint. Dein *templum forumque tantum his ornaretur* Lovel. 3. *templum tantum forum bis ornaretur* Haverk. *templum tantum forumque hornaretur* Voss. 2. *templum tantum forumque ornaretur* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *templum tantum forumque his ornaretur* Lovel. 4. quod probari posset, si plurimum codd. auctoritas accederet. V. supra ad 1, 31, 7.

Sed sociis etiam colonisque finitimis locis etiam colonisque Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. Portug. Gaertn. et edd. Rom. an-

etiam colonisque finitimis, ad templorum locorum-
 9 que publicorum ornatum, dividerentur. A trium-
 pho exercitum in agrum Vescinum, quia regio ea
 10 infesta ab Samnitibus erat, hibernatum duxit. In-
 ter haec Carvilius consul, in Etruria Troilium pri-
 mum obpugnare adortus, quadringentos septuaginta
 ditissimos, pecunia grandi pactos, ut abire inde

ni 1472. ac Parm. (* neque aliter
 Pall. tres apud Gronov. priori
 ed. notarum.) Hinc *finitimis*
 Florent. V. ad 4, 3, 4. Mox, pro
publicorum, Leid. 1. praefert
supplicium. Lovel. 2. a m. 1.
supplicium.

§. 9. *A triumpho exercitum
 in agrum Vescinum*) *Ab triumpho*
 Florent. Voff. 1. Portug.
 Gaerta. et Haverk. Et ita dare
 voluisse videtur librarius Leid. 1.
 qui tamen per errorem *Ad trium-
 pho* scripsit. Hinc *exercitum*
 deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. in
 quo posteriore etiam voces *A trium-
 pho* et *in agrum Vestinum*
 tantum in margine leguntur. De-
 inde *in agrum Vestinum* etiam
 Voff. ambo, Leid. 1. Lovel. 4.
 Portug. Harlej. Haverk. Hearnii
 Oxon. N. C. et vett. edd. V. ad
 hujus lib. c. 20, 1. *in agrum Ves-
 tini in qua regio* Lovel. 3. *in*
agrum Vestinum Lovel. 1.

*Regio ea infesta ab Samni-
 tibus erat*] *infestata a Samniti-
 bus erat* Voff. 2. Similiter vari-
 ant scripti supra hoc lib. c. 21,
 10. Plura v. ad c. 37, 2. Sed ni-
 hil mutandum. *Infesta* enim est
 infestata. Ita 20, 1, 5. *Itinera*
*ardua, angusta, infesta insi-
 diis*. Ubi plura notantur.

§. 10. *In Etruria Troilium*
primum obpugnare adortus] *Trossulum*
 Plinius 33, 2. 616.

Trossili meminit Plinius 33, 2.
 quod an idem fuerit cum nostro,
 viderint geographiae studiosi.
 GRUT. *Troillum* Flor. Voff. 1.
 Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 4. Har-
 lej. Haverk. Hearnii Oxon. L. 2.
 B. C. et edd. Rom. anni 1472.
 ac Parm. *Troillum* Portug. et
 Gaerta. *Tollum* Voff. 2. et Lovel.
 3. *Trolum* Hearnii L. 2. *Trossu-
 lum*, ut Sigonius scribendum con-
 jecit, probat etiam Cluver. 2. I-
 tal. Ant. 3. p. 56a. *Trossillum*
 vel *Trossulum* etiam Donjatius
 legendum conjicit.

Quadringentos septuaginta
ditissimos, pecunia grandi pa-
ctos] *trecentos septuaginta di-*
tissimos. edd. vett. nisi quod
 Mediol. anni 1480. insuper dede-
 rit *dimissos*. sed *quadringentos*
 primus dedit Aldus; eique con-
 sentiant omnes scripti. [*quadrin-*
gentos sexaginta Veith.] *Tum*
pecunia grandi pactus Leid. 1.
 V. ad 24, 49, 7. Mox *permisit*,
 pro *dimisit*, Lovel. 4.

§. 11. *Ceteram multitudinem*
oppidumque ipsum vi cepit] *ce-*
terum Leid. 2. et Lovel. 1. *Tum*
oppidum ipsum cepit Voff. 2.
 Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. Sed
 vocem *vi* intercepit praecedentis
 vocabuli litera finalis, quale ex-
 emplam etiam supra habuimus
 7, 32, 7. et infra 21, 57, 13. (* 38,
 13, 4.) Contra, perperam addi-
 tam esse a libraribus ob eandem li-

liceret, dimisit: ceteram multitudinem oppidumque 11
 ipsum vi cepit. inde quinque castella, locis sita mu-
 nitis, expugnavit. Caesa ibi hostium duo millia 12
 quadringenti; minus duo milia capti. Et Faliscis pa-
 cem petentibus annuas inducias dedit, pactus cen-
 tum millia gravis aeris, et stipendium ejus anni mi-
 litibus. His rebus actis ad triumphum decessit, ut 13

teram ultimam proximas dictionis, supra vidimus ad 9, 31, 7. Mox *castella quinque*, trajectis dictionibus, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 12. *Caesa ibi hostium duo millia quadringenti; minus duo millia capti*] Vet. lib. *capta*. SIG. *Caesa ibi hominum* Voss. 1. Leid. 2. Portug. et Haverk. V. ad 23, 37, 11. *Caesi ibi hostium* Gaertn. Hinc *duo millia CCC* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *duo millia trecenta* Gaertn. Tum *minus duobus millibus* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Male. V. ad 3, 54, 10. et hoc lib. c. 37, 3. Salvisius, qui cod. Florent. cum editis contulit, inter variantes lectiones ejus adscripsit, forte deesse vocem *plus*, ut sit *plus minus duo millia*. Male. Ita loco modo laudato hoc lib. c. 37, 3. *Capta amplius duo millia hominum, minus duo millia caesa*. cap. praec. *Septem millia quadringenti caesi: capta minus tria millia hominum*. et 24, 17, 6. *Plus tamen duo millia hostium eo die caesa traduntur: Romani minus quadringentis*. et saepius. Tum *capta* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. [Veith.] Utrumque in usu. fuit. Verisimilius tamen est, librarius *capti*, quod in optimis superest, mutasse in *capta*, quam contra. V. ad 37, 39,

12. Neque mirum videri, aut displicere debet, Livium primo dixisse *Caesa*, mox *capti*. Nam ita et infra loquitur 44, 42, 7. *Caesa enim ad viginti millia hominum sunt; ad sex millia vivi in potestatem pervenerunt; et vagi e fuga quinque millia hominum capta*. Ceterum *Caesa ibi hostium duo millia capti*, reliquis omiſſis, Lovel. 2. a m. 1. Sed repetitio *duo millia* librario errandi causa fuit. *Caesa ibi hostium duo millia, trecenti capti* in eodem cod. a m. 2. emendatum erat. *Caesa ibi hostium duo millia, cccc capti* praefert Hloek. [*Caesa ibi hominum duo millia quadringenta* Veith.]

Pactus centum millia gravis aeris, et stipendium ejus anni] et *pactus* Voss. 1. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. et *pactus est* Leid. 2. et Portug. *pactus centum millibus* Lovel. 2. V. ad 24, 49, 7. Per notas C. M. scriptum fuisse videtur, quae quemadmodum reddendae forent, librarius adsequi non potuit. V. ad 25, 9, 16. Certe *pactus L gravis aeris* est in Lovel. 4. *pactus C gravis aeris* in Lovel. 1. *pactus est mill. gravis aeris* in Lovel. 3. Sed pro numeri centenarii nota ϵ scriptum erat ϵ , quod librarius vertit in *est*.

§. 13. *Ad triumphum decessit,*

- minus clarum de Samnitibus, quam collegae triumphus fuerat, ita cumulo Etrusci belli aequatum.
- 14 Aeris gravis tulit in aerarium trecenta octoginta millia: de reliquo aere aedem Fortis Fortunae de manubiis faciendam locavit, prope aedem ejus
- 15 Deae ab rege Ser. Tullio dedicatam. et militibus

ut minus clarum de Samnitibus] *haud minus clarum* Voff. 2. Lovel. 3. 4. et Hearnii Oxon. N. in margine. ut *minus clarum* Lovel. 2. et Hearnii C. Mox *triumphus fuerit*, pro *fuerat*, Leid. 1.

Cumulo Etrusci belli aequatum] *aequato* Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 4. Harlej. Hearnii Oxon. L. 1. 2. C. et primae edd. De origine hujus erroris v. ad 6, 3, 8. *aequatus* Lovel. 2. *aequat* Lovel. 3. *aequatam* est Florent. *comparatum* Portug. Haverk. et Hearnii B. *aequatam* primum adparuit in Ascens. annorum 1513. 1516. Mogunt. Paris. anni 1529. Frobenianis, et inde semper in recentioribus.

§. 14. Aeris gravis tulit in aerarium trecenta nonaginta millia] Ita constanter edd. sed ex codd. meis solus eam lectionem servat Harlej. *trecenta septuaginta millia* Gaertn. et Haverk. CCCLXX millia Portug. et Hearnii Oxon. B. CCCLXXX ejus N. cum Flor. CCCLXXX millia ejusdem L. 2. et C. cum Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Klock. *trecenta octoginta millia* Voff. ambo. *trecenta et octoginta millia* Leid. 2. et Lovel. 1. *octoginta* igitur, de quo inter plerosque et optimos convenit, in contextum recepi.

De reliquo aere aedem Fortis Fortunae de manubiis faciendam locavit] *reliquo aere*,

sine praepositione, Voff. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. C. N. ac B. Tum *de manibus* Voff. 1. Leid. 1. et Lovel. 1. ac 3. *Deis manibus* Gaertn. et Haverk. Sed voces *de manibus* per expositionem precedentium *de reliquo aere* accipio, quasi dixisset, *de reliquo aere, id est, de manubiis*. *Manubias* autem intelligo illam partem praedae ex hoste devicto partae, quam imperator pro republica fortiter feliciterque administrata accipiebat, secundum Ascen. ad Cic. 1. in Verr. 59. et 60.

Prope aedem eidem Deae etc. *dedicatam*] Voff. duo, Rott. Flor. *ejus Deae*. J. FR. GRON. *eidem Deae* non alibi iterum, quam in Harlej. et quibusdam ex principibus edd. inveni: reliqui omnes, quibus concinunt Hearnii Oxon. N. B. L. 1. et 2. nec non edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *ejus Deae*. Utrumque commode dici potest. V. supra ad 5, 23, 7. Aequum itaque est, ut eam lectionem, pro qua tot stant codices, in contextum recipiamus.

Ab rege Servilio Tullo dedicatam] *Ser. Tullio*. Plutarchus in libro de Fortuna Romanorum [p. 321.] cum multarum aedium Fortunae a Ser. Tullio dedicatarum meminerit, *Fortis* tamen *Fortunae* ab eo dicatae non meminit. De ea tamen scriptum est

ex praeda centenos binos asses, et alterum tantum centurionibus atque equitibus (malignitate collegae gratius accipientibus munus) divisit. Favor con-¹⁶ sulis tutatus ad populum est L. Postumium legatum ejus: qui, dicta die a M. Cantio tribuno plebis, fugerat in legationem (ut fama ferebat) populi

apud Varronem 5. de lingua Latina [p. 47.] SIG. Quod scholio suo Sigonius praescripsit, in nulla obvium fuit editione, ut manus ejus aberrasse, et Servio Tullio dare voluisse videatur. Ita enim non tantum lapsi scripsere librarii Leid. 1. Lovel. 2. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. L. 2. ac C. sed et edd. Aldi, Colon. Froben. et aliae.

§. 15. *Et alterum tantum centurionibus atque equitibus*] Observarant viri docti, haec praemia pro portione stipendii dari solita, quod miles simplex, centurio duplex, eques triplex accipiebat. Hoc ex multis locis Livii ostendi potest, in quibus ita diserit scriptum est. V. 34, 52, 11. 37, 59, 6. 39, 5, 17. et c. 7, 2. 40, 43, 7. et c. 59, 2. 41, 7, 3. et c. 13, 7. 45, 40, 5. et c. 43, 7. Nec aliter accipienda videntur ea, ubi nulla centurionum et equitum mentione facta, solis militibus aliquid datum memorat: ut 28, 9, 17. 30, 45, 3. et 31, 20, 7. nam ex eo, quod militi datum dicit, colligi potest, quid centuriones et equites acceperint. Et fortasse idem sentiendum est de his, in quibus vel centuriones, vel equites praeterit, illos 34, 46, 3. *Militibus ex praeda divisit, in singulos septenos septuagenos aeris, triplex equiti. hos 39, 7, 2. Militibus quadragenos binos denarios divisit, duplex centurioni.* Sed Gronovius priore loco ex-

cidisse putat *duplex centurioni:* cujus sententia si placet, posteriori quoque addendum erit *triplex equiti.* Quod autem 33, 37, 12. legitur, *In pedites singulos dati octingenti aeris, triplex equiti centurionique*, singulare est, et corruptum esse arbitror. Nec tamen idem de hoc loco sentio, etsi aequae, ni fallor, sine exemplo est, centurionibus atque equitibus *alterum tantum* illius, quod militibus, divisum fuisse; eo quod mihi persuadeo, non multo ante hoc tempus in usu esse coepisse, ut triumphantes exercitui aliquid ex praeda dividerent, et ob id tum nondum certam rationem ac modum horum praemiorum servatum fuisse. Nam primam hujus rei a Livio mentionem puto fieri 10, 30, 10. DUK. *Vocula et non adparet in Leid. 2. et Lovel. 1. Tum in centurionibus Voff. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. ac 3.*

§. 16. *Tutatus ad populum est L. Postumium legatum ejus*] *tutatus ad populum non est* Voff. 2. *Tum ejus deficit in eodem Voff. 2. Lovel. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. cujus loco est praefert Leid. 1.*

Dicta die a M. Scantio tribuno plebis] dicto die Portug. et Haverk. Sed in hac locutione femininum genus masculino praefere Livius solitus est, 2, 35, 6. *Quum die dicta non adesses.* c. 41, 11. *Invenio apud quos-*

judicium: jactarique magis, quam peragi, accusatio ejus poterat.

XLVII. Exacto jam anno, novi tribuni plebis magistratum inierant: iisque ipsis, quia vitio crea-

dam, diem dictam perduellionis. 3, 66, 2. *Quum dies alicui nobilium dicta novis semper certaminibus conciones turbaret.* 5, 11, 4. *In eos ab se iram plebis invidiamque die dicta avertunt.* c. 29, 6. *Dies dicta erat tribunis plebis biennii superioris.* c. 32, 8. *Die dicta ab L. Appulejo tribuno plebis propter praedum Vejentanam, et innumeris aliis locis. Similiter predicta dies.* 2, 61, 8. *Ante tamen, quam predicta dies veniret, morbo moritur.* ubi alia exempla vide. Hinc praepositio desit in Florent. praenomen tribuni in Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. cui *Caji* praenomen tribuit Harlej. Deinde *Caucio tribuno plebis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Gaertner. *Cantio* Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Haverk. *Cantico* Voss. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. *Mantio* Harlej. *Cancio* edd. usque ad Gruterum, qui *Cantio* substituit. Id in *Scantio* mutavit Cl. Jac. Gronovius. Videtur in eo secutus fuisse Pighium in annal. ad ann. cdx. p. 398. qui tribunum plebis hujus anni, a quo Postumius accusatus fuerat, *M. Scantium* vocat. In ipso Livio alibi vel *Cantios*, vel *Scantios*, qui in marmoribus saepius obcurrant, referri non memini. Memoratur tamen *L. Scantinius pontifex* 23, 21, 7. et *L. Cantilius scriba pontificis* 22, 57, 3. cujus gentis nomen a *Cantius* eodem modo formatum esse videtur, ut a *Quinctius*, *Quinctilius*; a *Sextius*, *Sextilius*. Certe, in vitis libris vulgatum mutare hoc loco, mali

moris esse puto; quare priorem lectionem revocavi.

Fugerat in legationem (ut fama ferebat) populi judicium] ne fama, omissa voce ferebat, Lovel. 4. *ut fama populi ferebat, judicium* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 3. *Male.* Livius 2, 61, 3. *Numquam ante tam invisus plebi reus ad judicium vocatus populi est.* Praeterea Cl. Ant. Perizonius ad marginem Livii legendum conjecit *fugerat in legatione, vel fugerat legatione.* Priorem lectionem probat Klock. *Mox actarique magis, pro jactarique,* Lovel. 3. *jactari magis* Lovel. 4.

§. 1. *Novi tribuni plebis magistratum inierant] novi tribuni militum Hearnii Oxoniensis* L. 1. *Tum inierant* Leid. 1. *inierunt* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxoniensis B.

Iisque ipsis, quia vitio creati erant, quinque post dies alii substituti] Idem de aedilibus plebis dicit 30, 39, 8. *At plebeji magistratus suspicatio non creabantur.* Quomodo ergo vitia creati dicuntur? Hoc expedit Gruchius 2. de Comit. 4. in princ. et Respons. ad post. Sigonii disputationem p. 842. ed. Hanov. DUK. *hisque ipsis* Florent. Voss. 2. Lovel. 3. 4. Portug. Gaertn. et Haverk. *his ipsi* Leid. 1. *Tum creati deficit in* Leid. 2. Deinde *duos post dies* Lovel. 2. 4. Harlej. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. N. L. 2. [Veith.] et priuscaed. *II post dies* Voss. ambo,

ti erant, quinque post dies alii subfecti. Lustrum 2 conditum eo anno est a P. Cornelio Arvina, C. Marcio Rutilo, censoribus: censa capitum millia ducenta sexaginta duo trecenta viginti duo. Censo-

Leid. 2. et Lovel. 1. Aldus primus substituit, quod nunc vulgo circumfertur, eique consentiunt Florent. Leid. 1. et Klock. quod etiam propter horum codicum auctoritatem servo. Notas numerales *V* et *II* saepe in *ML*is commutari, infra videbimus ad 37, 22, 4, Voces quia vitio etc. *Lustrum conditum* deerant in Lovel. 3. Insuper aliis *suffecti* Voss. 1. Leid. ambo, et Lovel. 1. Sed ultima litera prioris vocis ex alterius initio adsumta est. V. ad 28, 25, 2.

§. 2. *C. Marcio Rutilo*] et *C. Marco Rutilio* Portug. Gaertn. et Haverk. *C. Marco Rutilio* Hearnii Oxon. B. Cuius N. et L. 2. et *C. Marcio Rutilio* praeferrant. *Cornelio Marcio Rutilio* Lovel. 2. *C. Marcio Rutilio* Voss. duo, Leid. duo, Florent. Lovel. 1. 3. 4. Harlej. et primae edd. Primus Sigonius recte *Rutilo* edidit. V. ad 7, 17, 6. Paulo ante *to est* aberat a Lovel. 2.

Censa capitum millia ducenta sexaginta duo trecenta viginti duo] Et Liviani et epitomaram manuscripti libri *septuaginta* habent. SIG. Pighius in Annal. ad annum *cxlix*. p. 395. scribendum conjicit *censa civium millia*. Si quid mutandum, legerem *censa civium capita millia*, quia Livius ita plerumque numerum civium, qui censebantur, efferre solitus est. V. 3, 3, 9. c. 24, 10. et alibi saepe. Similiter etiam passim auctor Epitom. V. ad Epit. 1. Quum tamen codices hic nihil mutant, pro

capitum reponere civium, vel *civium capita* temerarium puto; praesertim quum semel Livius ita locutus reperiat, quemadmodum hoc loco locutus est, 9, 19, 2. *Censebantur ejus aetatis lustris ducenta quinquagena millia capitum*. In numero etiam variant admodum codices. Primae edd. Rom. anni 1472. et Parm. legunt *millia CCCLII. CCCXXI*. Illis proximae Mediol. anni 1480. utraque Tarvis. et aliae *millia CCLII. CCCXXII*. quibus consentit Harlej. Postea editum est *millia CCLII. CCCXX*. quam lectionem quum aliae, tum etiam praeferrant Mediol. 1505. Ascensianae, et Mogunt. Numerus, qui nunc vulgo existat, primum receptus est ab Aldo: cui concinunt Voss. 1. Leid. 1. et Lovel. 3. neque dissentit Voss. 2. nisi quod, inserta copula, legat *et trecenta viginti duo*. Non multum abeunt Florent. et Klock. *millia CCLX. CCCXXI* praeferentes. Sed *millia ducenta septuaginta duo CCCXXI* Haverk. *millia ducenta septuaginta trecenta viginti duo* Hearnii Oxon. C. et L. 2. *millia ducenta septuaginta duo*, omisis tribus sequentibus vocibus, ejusdem Hearnii B. et ex meis Gaertner. *millia CCLXII*, iisdem vocibus omisis, Portug. *millia CCLXXX. CCCXXII*. Leid. 2. Denique *millia CCCLXII, CCCXXI* ejusdem adhuc Hearnii N. quem numerum aperte falsum esse, docet locus modo ex Liv. 9, 19, 2. laudatus. Vulgatum itaque, in quod optimi codd. consentiunt, et quod verum esse etiam Pighius statue-

res vicesimi sexti a primis censoribus; Iustrum un-
3 devicesimum fuit. Eodem anno coronati primum,

re videtur l. l. servandum pu-
to, nisi si *viginti unum*, pro
viginti duo, propter Florent. et
Klock. consensum legere quis
mallet. At ita a Livio dissentiet
auctor Epitomarum. Verum huic
difficultati jam respondi ad ip-
sam Epitom. hujus libri. (*trecen-
ta viginti duo* omittit Veith.)

*Censores vicesimi sexti a pri-
mis censoribus*] In hanc lectio-
nem consentiunt omnes, qua scri-
pti, qua typis excusi, nisi quod
vicesimus sexti sit in Florent.
viginti sex in Hearnii Oxon. C.
Attamen Dodwell. de Cyclis Diff.
10, 92. p. 632. vix esse dicit, cur
dubitet, quin numeri longe ma-
joris finem tantummodo conser-
varint hodierni librarii. Arbit-
ratur itaque, numerum notis
conceptum, atque olim scriptum
fuisse *Censores LXXXVI. a
primis censoribus*, sed postea
duabus prioribus notis mutila-
tum numerum in verba *vicesimi
sexti* transiisse. Primos enim cen-
sores institutos esse anno Varro-
niano cccxi. inde duo censorum
quinquennium juga ad annum
Varr. cccxx. fuisse, quo censur-
ae tempus octodecim mensium
spatio conclusit Aemilius Mamer-
cus secunda dictatura; ita ut sin-
gulis triennis bina fuerint cen-
sorum collegia. Ab eo tempore
ad annum Varr. ccccxl. fuisse an-
nos cxx. et proinde eo spatio
existisse censorum paria octoginta,
nempe octodecimetrimum, a
primis autem censoribus paria
octoginta duo. Tum rursus vet-
tus censurae jus instaurasse Ap-
Claudium censorem, atque effe-
cisse, ut deinceps essent, quem-
admodum antea fuerant, quin-
quennales. Annis deinde vigin-
ti, ad anni Varr. cccclx. exitum,

quatuor fuisse censorum quin-
quennalium bigas, quae superio-
ribus additae octoginta sex pa-
ria censorum in universum effi-
cient: ita tamen, ut Livius pri-
mos censores extra numerum re-
liquerit, quum censores anno
Varr. cccclx. ineuntes numeraret
*octogesimos sextos a primis
censoribus*. Haec Dodwellus. Ve-
rum toto coelo errat. Licet enim
Mam. Aemilius censuram octo-
decim mensium spatio concluse-
rit, non tamen postea quolibet
mense octavodecimo novi cen-
sores, adeoque uno triennio duo
censorum paria creabantur: sed,
quemadmodum antea fieri sole-
bat, quolibet quinquennio semel
tantum novi censores eligeban-
tur, verum hac lege, ut post o-
ctodecim menses honore abirent,
reliquo trium annorum et sex
mensium spatio nulli censores in
republica forent. Patet hoc ex
cavillationibus Ap. Claudii supra
l. 9, 33. qui contendebat, se cen-
sorem creatam esse ex formula
primae istius legis, qua primi-
tus censores instituti sunt, iis-
que imperium quinquenne datum
est: similiter etiam reliquos cen-
sores post C. Furium et M. Gega-
nium, in quorum censura lex
Aemilia lata erat. Ita enim Ap-
pius ille praetexere potuit, etsi
tenuerit lex Aemilia eos censo-
res, quorum in magistratu lata
esset; non tamen aut se, aut
quemquam eorum, qui post eam
legem latam creati censores es-
sent, teneri ea lege potuisse.
Praeterea, si post octodecim men-
ses mox prioribus novi substitui
solerent, cur non tempore Appii,
exacto eo spatio, novi censores
creati sunt, unde Appio censura
abandi necessitas imposita fuis-
set? Novos autem censores cre-

ob res bello bene gestas, ludos Romanos spectaverunt: palmaeque tum primum, translato e Graecia

ari Appius impedire non potuisset, quia comitiis, quibus censores creabantur, non ipsi censores, sed consules praecerant. Insuper adhuc diutissime post Appii censuram censores tantum per octodecim menses, aut certe non per integrum quinquennium honorem obtinuisse, et satis magna quinquennii parte nullos in republica censores fuisse, colligi potest ex Livii 44, 15, 9. *Potentibus censoribus, ut ex instituto ad sarta tecta exigenda et ad opera, quae locassent, probanda anni et bimensis tempus prorogaretur, Cn. Tremellius tribunus intercessit.* Si eo tempore censores per integrum quinquennium magistratum obtinissent, illud anni et bimensis tempus, per quod censuram sibi prorogari poterant, excurrisset in tempus novorum censorum, adeoque tum quatuor censores uno tempore existissent, quod erat inauditum. Aliter quidem hunc locum Livii exposuit Dodwellus, verum expositionem ejus ad illum locum refellere conabor. Tandem iidem illi censores, C. Claudius Pulcher et Ti. Sempronius Graechus, honorem adepti sunt anno DLXXXIV. ut referunt facti Capitolini, anno vero proximo, creatis jam novis consulibus, qui anno DLXXXVI. consulatum gererent, sed priusquam magistratum iniissent, petunt anni et bimensis tempus sibi prorogari. Si autem eo tempore censores per quinquennium honorem obtinerent, subsessisset, si post triennium id sibi concedi petissent. Verum nunc eo anno petierunt, quia instabat finis anni et sex mensium, quibus exactis dignitate abituri erant.

Lustrum undevicesimum fuit]

In Capitolinis fragmentis hos *lustrum tricesimum* esse, scriptum est. Varietatis causa est, quod Livius decem lustra ante censores creatos acta praeterire videtur. Numerus etiam hic censorum negligentiam ejus arguit in tradendis ante censoribus: neque enim, qui ab eo supra editi sunt, hanc summam conficere possunt. SIG. V. etiam Pighium in Annal. ad ann. CCCLIX. p. 305. Ceterum *lustrum vigesimum* fuit Voss. 2. *lustrum undeviginti* Lovel. 4. *lustrum inde viginti* Lovel. 3. *lustrum in XX* Lovel. 1. *lustrum unde XX* Florent. *lustrum inde vigesimum* Leid. 2. Gaertn. et apud Hearnium Oxon. L. 1. qui *lustrum un vigesimum* invenit in N. *lustrum autem vigesimum* in L. 2. *lustrum quartum vigesimum* in C. Omnia autem haec verba cum praecedentibus *Censores vicesimi sexti a primis censoribus deficiunt* in Lovel. 2.

§. 3. *Coronati primum, ob res bello bene gestas, ludos Romanos spectaverunt]* V. Lipsium 5. de Milit. Rom. Dial. 17. DUH. *coronati sunt primum* Leid. 2. et Lovel. 1. a m. 1. *coronati primo* Gaertn. Tum vox *bello* non adparet in Portug. Gaertn. et Haverk. Deinde *spectarunt* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Mox *translato egregio more, pro e Graecia*, Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Florent. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. C. ac N. in cujus posterioris marginis e *Graecia* emendatur. Similiter alibi nomumquam errasse librariorum, constat ex illis, quae Cel. Burmann. notavit ad Sueton. Calig. 22. *translato eo regio more* Voss. 2.

4 more, victoribus datae. Eodem anno ab aedilibus
 eurulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot
 pecuariis, via a Martis silice ad Bovillas perstrata
 5 est. Comititia consularia L. Papirius habuit: creavit
 consules Q. Fabium Maximi filium Gurgitem et D.
 Junium Brutum Scaevam. ipse Papirius praetor fa-
 6 ctus. Multis rebus laetus annus vix ad solatium
 unius mali, pestilentiae urentis simul urbem atque

§. 4. *Damnatis aliquot pecuariis, via a Martis silice ad Bovillas perstrata est* pecuniariis Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. V. supra hoc lib. ad c. 23, 13. Deinde via Martis scilicet ad Bovillas Haverk. via Martis silice ad Bovillas Portug. et Haverk. vi armatis silice ad Bovillas Florent. Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Sed ultima litera vocis via et praepositio a in vicem altera alteram eliserunt. V. ad 5, 52, 10. et ad 23, 8, 9. via Martis scilicet ad Bovillas Haverk. via Martis silicea Bovillas Lovel. 2. via Martis silicea ad Bovillas Lovel. 4. De aede Martis et via a porta Capena ad eam nuper, nunc vero ab ea Bovillas strata v. Cel. Duker. ad hujus lib. c. 23, 13. via Narniatis est in Neap. Latini. Tum prostrata est Lovel. 4. V. ad 9, 10, 7. Tò est non adparet in Lovel. 2. Paulo ante fecere, pro fecerunt, Lovel. 4.

§. 5. Q. Fabium, Maximi filium, Gurgitem et D. Junium Brutum Scaevam) Q. Favium Maximi filium Gurgitem Florent. et Klock. V. ad 7, 22, 2. L. Quinctium Maximi filium Gurgitem Leid. 2. Q. Fabii Maximi filium Gurgitem Port. Gaertn. et Haverk. Q. Fabium Maximum filium Gurgitem Lovel. 4.

Q. Fabium Maximum filium Gurgitem Lovel. 2. Q. Fabium Maximum C. Gurgitem Lovel. 3. Q. Fabium Maximum, duabus proximis vocibus omisit, Voss. 2. Q. Fabium Maximum T. Fabium Gurgitem Oxon. B. apud Hearnium, qui Q. Fabium Maximum, Furium Gurgitem invenit in C. Q. Fabium Maximum Gurgitem in L. 2. Q. Fabium Maximum filium Gurgitem in N. Sed nihil mutandum. Q. Fabium Maximi filium dictum est eodem modo, quo supra 4, 16, 7. Nec plures, quam tres, tribunos consulari potestate creavit, et in iis L. Quinctium Cincinnati filium: et c. 45, 5. C. Servillum Prisci filium, quo dictatore Fidenae captus fuerant. ubi plura vide. Tum et Decium Junium Brutum Suam Haverk. et Decium Junium Brutum Scaevam Portug. et B. Junium Brutum Scaevam Lovel. 3. et S. Junium Brutum Scaevam Lovel. 4. et Junium Brutum Scaevam Harlej. Junium Brutum Scaevam edd. usque ad Froben. anni 1535. Mox item Papirius, pro ipse Papirius, Haverk.

§. 6. *Ad solatium unius mali, pestilentiae urentis simul urbem atque agros, subfecit* ad solatium minus mali Haverk. Hinc pestilentiae urenti simul Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. et

agros, subfecit; portentoque jam similis clades erat. et libri aditi, quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab Diis daretur. Inventum in libris, 7 Aesculapium ab Epidauro Romam arcessendum. neque eo anno, quia bello occupati consules erant, quidquam de ea re actum: praeterquam quod unum diem Aesculapio supplicatio habita est.

Haverk. Sed litera sibilans finalis intercepta est a prima vocis sequentis. V. infra ad 37, 29, 5. *pestilentiae virenti simul* Florent. Sed *urens* ac *virens* etiam alibi scribae commutarunt. V. Bentlej. ad Horat. epod. 17, 33. *pestilentia urenti simul urbem* Lovel. 2. Pestilentia hic dicitur *urere*, quemadmodum fames apud Quinctil. Declam. 12, 9. *Urit iterum fames, et, quod modo ex ore projecimus, conligendum est.* Vox *urentis* deficit in Lovel. 4. sed relicta lacuna. Deinde *subficit* Florent. et Leid. 1. Paulo ante vocabulum *laetus* exulabat a Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Mox autem *portento jam similis clades erat* legit Haverk. *portentoque jam similis cladis erat* Gaertn. V. ad 21, 57, 14.

Libri aditi, quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab Diis daretur libri additi Leid. 1. V. ad 4, 57, 11. *libri aditi, finis aut quod remedium* Portug. *libri aditi, quinam finis aliter*

quod remedium Lovel. 3. *libri aditi, quinam finis, aliter aut remedium* Voss. 2. Sed voci *aliter* subjiciuntur stigmata, eam delendam esse indicantia. Hinc a *Diis* Voss. 2. Lovel. 3. et Haverk. ab *his* Gaertn.


§. 7. *Inventum in libris, Aesculapium ab Epidauro Romam arcessendum*] *Tà in libris* non adparent in Lovel. 2. *in libris Aesculapii inepte legit* Gaertn. Ceterum *arcessendum*, pro *accersendum*, ex Pall. legendum monuit Gebhard. supra 3, 9, 13. V. ad 2, 19, 10. Paulo post *occupati consules bello erant* alio ordine exhibent Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. *occupati consules erant*, una voce omissa; Lovel. 4.

Unum diem Aesculapio supplicatio habita est] *per unum diem* Hearnii Oxon. L. 1. Sed reliqui omnes codd. praepositionem ignorant; quam etiam addi nihil opus est. V. supra hoc lib. ad c. 21, 6.











3 2044 051 721 025



[Faint handwritten text]

